

Handwritten text at the top left of the page, possibly a date or reference number.



2 400 40  MADE IN SWITZERLAND

Vertical text on the right edge of the page, possibly a page number or reference.

№ 5895 *Compt. el. p. Revo de la univ. de Granada.*
Del Coll. de la Comp. de Seru. de Granada. BB^a

DICTIONARIUM

HEBRAICVM NOVVM. NON EX RA

BINORVM COMMENTIS, NEC NOSTRATIVM DOCTORVM
*stulta imitatione descriptum, sed ex ipsis thesauris sacrorum Bibliorum,
& eorundem accurata locorum collatione depromptum, cum phrasibus
scripturae Veteris & Novi Testamenti diligenter annotatis,*

Autore Ioanne Forstero Augustano, ~~sancti Theologiae~~
Hebraicae linguae professore in Academia
Vuitebergenli. *Forstero Oamato opus sacrorum pro
ty. u. expurgatione genuis.*

Cui nunc primum in fine additus est omnium uerborum, nominum, aliarumq;
uocum a sua radice, quoquomodo uariantium, index im-
primis ab huius linguae studiosis
exoptatus.




BASILEAE M▷D▷LXIII▷

Cautum priuilegio Imp. Maiest. ne quis imitetur.

36





VIVA IMAGO ~~REVERENDI VIRI~~ IOANNIS FORSTERI,
~~ORATORII PRAELECTORIS DOCTO~~ HEBRAICAE LIN-
GVAE PROFESSORIS ORDINARIJ, OLIM IN SCHO-
LA VVITEBERGENSI, ANNO M. D. LVI.
ET AETATIS SVAE LXI.

... quomodo Deus conseruet &
... huius libri hanc narrationem praep
cognitio Ebraeae linguae & Lexica accurate conce
ri sunt in quibus lingua conseruatur. Cum totam
studio consumpserim, diligenter collatis locis, proprietatem uocum

LAVRENTIUS HUMPHRIDVS DE

SANCTAE LINGVAE STUDIO,

~~AD PHILIPPUM ET ALIOS~~

~~AD PHILIPPUM ET ALIOS~~

AD PHILIPPUM LECTOREM.

Scire prophana quidē sanctis non credo prophanaum,
Si non illota mente prophana legas.
Non impura puto puris monumenta sophorum,
Et non immundis omnia munda reor.
Quae res humanas agitant, non mordeo linguas,
Praepono reliquis hoc idioma tamen.
Ethnica quis damnat? modò sacris ethnica iungas,
Hic scopus, haec studijs sit Cynosura tuis,
Ast ò Christigenae praecordia barbara coctus,
Haec ut suspiciant, illaq; despiciant.
Quò praecipit studium? nimis impia cura
Quò ruit, ut spernant sacra, prophana colant?
Ethnica si qua Venus, si qua sit mellea Pitho,
Haec fluet in sensus blanda Thalia tuos:
Haec Pandora caput, verbis excompita prophanis,
Incautas mentes Circeae pocla mouent.
Si commentitio prostaret fabula foeco,
Si tragicae pompae densa caterua uolat.
Si totis neruis humanas excolis artes,
Si linguis hominum tantus habetur honos:
Cur haec linguarum princeps reginaq; sola,
Sola uelut nobis fordidā negligitur?
Quae figmenta docet, furiosi uirio Achillis,
Caudos Vulcanos, fulmina bruta Iouis,
Quae ficto uersu uerborū aedonū Hectora narrat,
Aut Helenam pangit, Mercurios, Veneres,
Quae uanos sucos & fumos uendit inanes,
Quae picturato carmine ludificat:
O quanto plausu, quibus haec amplectimur ulnis?
Quisq; suo blandum pectore uirus alet.
Incantant animos gentili uoce Sirenes,
Dementat philtis Graeca Medae suis.
At sacra lingua sacris cur sic deformis habetur?
Cur sic à sanctis putida despuitur?
Ethnica cum regnent, diuina ab pulpita frigent:
E sacris rostris sola prophana tonant.
Sive legas Graecè, te stipant mille legentem,
Sive Latina legas, prompta inuenta uenit.
Iudaicae solum moerent lugentq; cathedrae,
Haec scholas uix, uix unus & alter adit.
Huc pauci reptant, raro, uergentibus annis,
Verbi praecones, parcius, idq; senes.
Linguarum mater simplex, uerecunda, modesta,
Casta, seuera, grauis, nil truuiale loquens,
Quae uolat in caelum superas euecta per auras,
Quae sacro altisoni confidet ore patris,
Non Pythicos tripodas, non Delphica somnia iactans,
Ast Euangelij dicta sacra canens,
Numinis aeterni mysteria condita pandens,
Terrea non redolens, cuncta sed alta sonans,
Haec quid commerita est, ut sic intacta taceret?
Solaq; cur procos non habet ista suos?

Discendo reliquos totos consumimus annos,
Has nugamibus uoluntate uacans.
Quis sopor hic tantus nobis, grauis unde ueterinis?
Vnde haec musculis nausea oborta togis?
Hirsutam clamant uocis squallore, referant
Spiritus & spissis sentibus horridulam.
Qui dedit os homini, qui uocem praedatq; linguam,
Ille rudis populo dicitur esse suo?
Rhetoricae doctor, Logices fors atq; magister,
Nobis fatuandis huius & asper erit?
Hac protoplastus Adam prima haec stirps origo,
Hac uis patres angelicis choros.
Hac Moses leges scripsit, praeposuitq; uates,
Hac lingua Hebraea aulicaq; tyra.
Hac David psalmos cecinit, Prouerbia Salomo,
Coelesti cithara uaticinansq; modis.
Hac olim Christus lux & sapientia patris
Subiecit freno serua colla suo.
Suasit, persuasit, fides & scabra uocauit,
Hac surdos traxit, surda, perdomuit.
Hac patris ore suo quoniam est oracula fatus
Et censenda lamen uocemq; linguam.
Dulcius an nobis caecum uocemq; Homerum,
Quam sapientio sanctus spiritus eloquos?
O teneras aliter doctas uim atq; disertas,
Ut quibus in modis creditur esse Deus.
Vnde haec deliciae, quorū sum salubria tantis?
Cum stomachos tantis prouocet ille cebris?
Non sic inculta est, flores habet atq; specus.
Multis mellisuis tota respersa uocis.
Cultior haud Cicero Latialis estq; Graecae,
Non Demosthenicus grauior ille lepos.
Si facilem queris, senior non altera lingua,
Nulla tuos farat longa salebra peccet.
Sunt paucae uoces, has unus uocorū annus,
In reliquis Babylonii cernitur atq; chaos.
Si tibi linguarum placet gratia, uia senectus,
Prima sui terris, ultima fors erit.
Nec in situ Dominus speciem lustrare Platonicam,
Sed nec Lycæum soluaq; gamq; Stoicum.
Non Tusculani Romana uirata campi,
Quin neq; Cecropij rosida in illa soli:
Ast scrutare (inquit) scripturas, quaerito Moysen,
Ex Israelis fonte petantur aquae.
Ergo linguarum cum dux sit primaq; radix,
Ex qua uulgares, Graeca, Latina fluant,
Cum non sit uarijs multum sinuosa Meandris,
Sed leuis & simplex, clara, diserta, breuis,
Nec nodos habeat, sed tollat, dogmata soluat,
Obscuris lucem praefert atq; facem,
Non pudeat sanctos sanctam didicisse Camænam,
Natiuisq; suis Biblia scire tonis.

IOANNES REVOHLIN PHORCENSIS

LL. DOCTOR, IOANNI FORSTERO AVGVSTANO, PHILOSOPHIAE MAGISTRO, S. D. P.



VAM molesta mihi res est, dilectissime uir, à tua & aliorum studiofissimorum auditorum meorum praesentia recedere. Cum enim in tanta tam Hebraicae quam Graecae linguae discipulorum frequentia assiduo te studio indefessas mihi aures praebueris, tum unus omnium in lingua Hebraica plurimum sudasti, ut dignus mihi uisus fueris, cui publici auditorij pulpitem concesserim. Quare perge incumbendo bonis literis & doctrinae à me praesentatae: sic enim in uitum literatissimum, & linguarum ornatissimum interpretem, Deo aspirante, caeteris commodo & utilitati futurus euades. Vale feliciter Anglopolis, 11. idus Aprilis, anno Domini M. D. XXI.

IOANNIS FORSTERI AD LIN-

GVAE HEBRAEAE STVDIOSVM, PRAEFATIO.

Christianorum preposteram in Rabinis diligentiam.



IDI multis iam annis postquam in Hebraicis et Graecis non minus regnare in scholis Christianorum Commenta Rabinorum cum in uersione, tum etiam enarratione scripturae sacrae, quam in ipsis Iudaeorum Synagogis, atque ipsorum quasi sacrosancta mysteria Dei ab omnibus summa reuerentia ac religione coli & adorari. Hinc factum est, ut certum scripturae sacrae sensum nequaquam assequi potueris.

Pio igitur zelo motus, Dictionarium conscribere institui, in quo ex Mose & prophetis uera ac certa uocum Hebraearum significatio indicaretur, ne studiosi huius linguae illa significationum confusissima Babylone ac uarietate, quam uni themati haecenus tribuerunt, turbarentur, nec tam a Rabinorum autoritate penderent, quam solido scripturae sacrae fundamento niterentur.

Rabinorum im-pietas & im-peritia.

Ac saepe uehementer demiratus sum Nostratum (ut pace ipsorum dicam) socordia, qui absque ullo iudicio Commentaria Iudaeorum, in quibus nulla lux, nulla notitia dei, nullus spiritus, nulla ullius disciplinae seu artis uera ac solida scientia, nulla linguarum, ac ne quidem Hebraeae lingua est cognitio, amplecti maluerunt, quam ut ipsi considerarent uoces, ac earum significationes. Quid obsecro Iudaei intelligerent, quorum cordibus (ut Paulus Apostolus noster testatur) uelamen Moysi in lectione ueteris Testamenti usque ad diem hodiernum impositum manet, sensusque eorum obcaecati sunt, ut in finem legis intendere non possint: Qui uero sine filium Dei, natum secundum carnem ex uirgine, uerum Messiam, mediatorum, uicem, & liberatorem humani generis non cernunt neque agnoscunt, eumque subiectum & scopum uniuersae scripturae esse ignorant. Insuper regnum ipsius tantum externum, corporale & temporaneum somniant, non spirituale, nec aeternum esse credunt, neque inter promissiones legis & Euangelii discrimen inuestigant, praecipuumque praecipuum Christianum discernunt: quid & quomodo docerent alios Mosen & Prophetas? Quare recte Christus eos uocauit caecos & duces caecorum, ut interim taceam uirulentiam ipsorum & odium, quo flagrant in Christum, ut pauca inuenias de Christo uaticinia, quorum uel uerba aliqua, uel integram sententiam non celeratissime deprauant.

Nihil igitur profuerunt, nisi quod uelut Bibliothecarii libros tantum sacros (quos Biblia uocamus) ac aliquot Grammaticos nobis Christianis suppeditarunt, at quod ad sacrae scripturae intelligentiam (ut iam dixi) atque etiam linguae Hebraeae cognitionem attinet, praestiterunt, quod laudem mereatur, omnino nihil. Nam dictionaria & commentaria ipsorum plus obscuritatis & erroris in Ecclesiam Christi inuixerunt, quam lucis & ueritatis: Id quod in Nostratum Commentarijs uidere licet, cum (ut ipsis uidetur) uox aliqua ambigua aut obscurior sententia occurrit, allegant aliquot Rabinos, & ut ipsi uarie exposuerunt (rarum enim aut nunquam inter ipsos conuenit), ita referunt, postea lectorem dubium relinquunt: quis uero ipsorum recte senserit, & quem sequi oporteat, minime indicant: aut si indicant, quia uim uocabulorum ignorant, facile falsum pro uero amplectuntur, ut non ipsi tantum errent & fallantur, uerum etiam lectorem fallant, & ita iuxta Christi dictum accidat, Caecus si caeco dux fuerit, ut ambo in foueam cadant.

Commemorarem plus mille themata, quorum significationem ueram ac genuinam, nec Dictionaria, nec Commentaria ipsorum ostendunt, quin potius studiosum eius linguae miserum a ueritate abducunt. Dicat mihi uniuersa ipsorum Synagoga comportatis omnibus suis libris, quid proprie hoc nomen significet, & quae sit ipsius etymologia. Similiter que sit etymologia, & significatio nominis. Item nominis, quid significet, & unde sit deductum. Item qualems lapidem nomen significet, unde originem trahat, & in quo differat a nominibus.

ישוע נצרי המלך יהוריי

Dulcor ex ipsis hauritur fontibus unda,
Oreque diuino purius imbibitur.
Haec non in uocibus tantum sed in sensibus legitur,
Et dicitur in uocibus tantum sed in sensibus legitur,
...
Sed nos obstruimus latices lymphasque fluentes,
Cisternas missis fontibus effodimus.
Sic affueta, bonis semper meliora putamus,
Gemmis proiectis, uitrea seligimus.

Sic Glauco similes mutantes sacra prophanis,
Xporea proterimus, & edulia preferimus.
Sic magnis semper preponere parua solemus,
Veraque sic uicis, sic uitiosa bonis.
Pasiphae princeps furiosis ignibus ardens
Regalemque uiri stulta persona thorum,
Deperit in taurum regina, libidinibus aestro
Percita, disrupto foedere coniugij.
Hinc foedus factus Minotaurus nobile monstrum,
Ex boue, Dedaee qui fuit artis opus.
Sic nos posthabito genuino interprete Christo,
Qui solus uerus, uitaque, sola uia:
Scortantes alio nos oblectamus amore,
Et sedas ueneres monstraque persequimur.
Frugibus inuentis uescemur glandibus apris
Viq; sues caeno uolumur atque luto?
Quis speret primos Cabule summosque magistros,
Nullis ingenij dotibus eximios,
Linguarumque rudes asinos, sine pectore linguas,
(Adque gemens dico, dicere cogor enim)
Quis speret populum maledictum, perque duellem,
Ac hostem Christi saluificaque crucis,
Quis speret (insipiro loquens) atque uicium mundi,
Et fices hominum, quibus adhaerere quisquillas,
Pesse bonos, sanos, uitales gignere foetus?
Ac partus dignos edere Christicolis?
Quis credat uelo testos, ac Biblia sacra
Conatos miris dilacerare modis,
Diuinos sensus sincera reddere mente,
Atque pio zelo tradere posse Deum?
Ergone corruptos Doctores uisus furoris,
(Sed de olea prima dicere dira, graue est)
Ergone caenosos Cabylistas usque sequemur,
Cum liceat Christum Christicolasque duces?
Discamus breuiter linguam quae Sancta uocatur,
Sanctae, commentis undique sepositis.
Non arcere decet pueros, non pellere quenquam,
Sunt arcana pijs omnibus exposita.
Haec non Rabinis tantum, non obuia clero,
Sed patefacta bonis, sed referata pijs.
Nec pudeat claros, inopes, iuuenesque senesque,
Causidicum, Medicum, Rhetora, Grammaticum,
Aeternas nostrae tabulas uersare saluis,
Caeli thesauros scire, suumque Deum.
Non his fomentis Messiae nomine tincta
Fraudetur pubes, sanctificatione cibo:
Sic ethnissarent medijs in gentibus orti,
Non hoc lacte suos Turcica terra nutrit.
Alme Deus pelles has nostri temporis umbras,
Tuque tuumque malo promicet orbe iubar.
Discere te doceas, dediscere caetera praeter te,
Scire nihil nisi te: nam tua scire sat est.

A MEN.

PSAL. LXVIII.

בְּמִסְתַּחֲלוֹת בְּרַבְּנוּ אֱלֹהִים יִצְחָק בְּמִסְתַּחֲלוֹת יִשְׂרָאֵל

- Et coepit eos emittere duos duos, i. binos & binos. Gen. 14. Et in ualle Siddim putei putei bituminis, i. hinc inde putei. Leuit. 24. Vir uir qui maledixerit dijs, i. quicumque ille fuerit. Num. 5. Vir uir si deflexerit uxor eius, i. quicumque uir. Deut. 32. Observeate etate, & etate, i. singulas etates. & ca. 33. Anno & anno, i. singulis annis. Ies. 58. Die die me querat, i. quotidie, singulis diebus. 2. Reg. 17. Gēs gens, i. qualibet gēs. Ies. 18. Gens funiculi funiculi, i. iuxta uniuscuiusque funiculum. Pf. 12. Corde & corde loquitur, i. diuerso corde. Ies. 56. Vnus unus, i. unus hic, unus alibi. Pro. 2. Lapis & lapis, Epha & Epha, i. diuersi lapides, & diuersae Ephae. Nehe. 13. Iuxta linguam populi & populi, i. uniuscuiusque populi. Esth. 2. Ordo puellae puellae, i. uniuscuiusque puellae. & cap. 9. Familia & familia, id est, singulae familiae. 2. Paral. 31. Et ponebant acetuos & acetuos, i. hinc inde. Hac etiam phrasi Marcus est usus ca. 6. Symposia symposia, i. distributis symposijs seu conuiuijs. Et iterum: Distribuerunt praepra praesig, id est, hinc inde in praesijs seu herbarijs.
- 38 Nomen aut adiectiuum bis positum auget & intendit significationem. Leuit. 13. Contaminatus cotaminatus censetur, i. torus contaminatus, cotaminatissimus. Ier. 24. Ficus bonas bonas, i. optimas. Item: Ficus malas malas, id est, pessimas.
- 39 Nomina adiectiua constructa cum uerbis, genus mutant, & quodammodo aduerbiafciunt. Gen. 2. Non bonum esse hominem solum, i. nequaquam est bonum, ut homo sit solus: faciam illi adiutorium, quod sit coram ipso. Pf. 136. Bonum meum non est propter te, i. non est mihi bene propter te: uel ita, Nequaquam est mihi bene propter te. Ies. 49. Leue est, ut sis seruus meus ad suscitandum baculos Iacob, ponam etiam te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad terminum terrae, id est, nequaquam leue est, ut sis seruus meus, &c. Mich. 5. Et tu Bethlehem Ephratha parum est, quod es in millibus Iehuda: ex te enim egredietur, qui sit dominator in Irael, i. nequaquam minima es in Chiliarchis Iehuda, &c. Recte igitur Euangelista uertit, & Hebraismum proprie expressit.
- 40 Nomina collectiua construuntur cum uerbis pluralis numeri. Exod. 8. Dimitte populum meum, ut colant me. Psal. 18. Populus, quem non cognoui, seruiet mihi. Num. 21. Et uiderunt tota congregatio, quod expirasset Aaron. Psal. 66. Vniuersa terra curuabunt se tibi. Psal. 118. Dicant domus Aaron.
- 41 Nomen pluralis numeri constructum cum uerbo singularis numeri sumitur partitiue. Gen. 49. Filiae incedit super muro, i. una quaeque, una post aliam. Prou. 9. Sapientiae edificauit domum suam. Eccles. 10. Muscae mortis coetere facit, & exhalare facit unguentum pigmentarij, id est, qualibet musca mortua.
- 42 Ponunt Hebraei in multis orationibus primo nominatiuum nominis, cuius casum postea per pronomen affixum referunt. Num. 5. Vir uir si deflexerit uxor eius, i. cuiuscumque uiri uxor deflexerit. Iob 3. Nox illa occupet eam caligo, i. noctem illam occupet caligo. Psal. 10. Iehoua in caelo sedes eius: pro, ipsius Iehoua sedes est in caelo. Psal. 89. Coeli stabiles thronum tuum cum eis, i. stabiles fidem tuam cum caelis, hoc est, quoadiu coeli subsistunt. Psal. 90. Dies annorum nostrorum sunt septuaginta, hoc est, quoadiu coeli subsistunt. Psal. 90. Dies annorum nostrorum sunt septuaginta.
- 43 Praeponunt etiam saepissime nominatiuum pronominis tam separati, quam affixi uerbo, nullius significationis causa, sed ut sit tantum expletiva particula. Genes. 24. (Ego) in uia deduxit me. 1. Samu. 25. In me (ego) sustentator mi iniquitas ista. Psal. 41. Et (ego) oratio mea ad te Iehoua. Eccl. 2. Et dixi ego in corde meo, qualis est euentus stulti, etiam (ego) eueniet mihi. & cap. 8. (Ego) os regis obserua. Ies. 28. Propterea sic dixit sustentator Iehoua: Ecce (ego) addet arduum facere cum populo isto. & ca. 66. Et (ego) opera eorum & cogitationes eorum uenit colligere omnes gentes & linguas, & uenient & uidebunt gloriam meam. Zacha. 7. An ieiunando ieiunauerunt me (ego). Et cap. 9. Etiam (tu) in sanguine testamenti tui emisi uinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Num. 12. Qui oculo ad oculum uisus (tu) Iehoua. Psal. 88. Sicut interfecisti iacentes in sepulchro, (qui) non recordatio eorum amplius, i. quorum nulla recordatio amplius. Pf. 89. (Qui) manus mea firmabitur cum eo, id est, manus mea firmabitur cum eo.

- 27 Appositione etiam utuntur Hebraei expositiue, seu declarationis gratia, id est, tam men triplici modo: Primo, articulo ne accusatiui. Gen. 3. Acquisiui uirum ipsum Iehoua. Secundo, praepositione beth. Gen. 19. Et uerferunt in uiro, in Lot. 2. Samuelis 1. Montana in Gilboa, id est in montibus in Gilboa. 2. Samuelis 18. Cauete, ne quis in puero, in Absolome. 2. Samuelis 24. In excelso in Gibeon. Nehemiae 8. Et legerunt in libro, in lege Dei. Tertio, quando notius, uel nomen, uel uerbum subiicitur, quod prius declarat. Genes. 9. Veruntamen carnem cum anima sua, sanguine suo non comedetis. Deuter. 32. Et propitius erit terrae suae, populo suo. Psal. 4. Sacrificate sacrificia iustitiae, & sperate in Iehoua. Pf. 72. Descendet sicut pluuia super detonsum, sicut guttae iroratio terrae. Ies. 3. Riuus fluent aquarum.
- 28 Ita etiam Anadiplosi utuntur emphasis causa, & ut affectus eius rei exprimitur quae repetitur. Pf. 92. Quoniam ecce inimici tui Iehoua, quoniam ecce inimici tui tollentur. Pf. 93. Magnificentiam induit, induit Iehoua. Pf. 94. Quandiu improbi Iehoua, quandiu improbi exultabunt: Et iterum: Et rependet illis desiderium ipsorum, & in malo ipsorum uastabit eos, uastabit eos Iehoua deus noster.
- 29 Nec Eclipsis infrequens est, & plerumque committitur, quando aliquem in angustia uerba distituunt. 2. Sam. 24. Cauete, ne quis in puero, in Absolome, f. attingat. Pf. 6. Sed tu Iehoua usquequod, f. differs auxilium: Thre. 3. Oculus meus extractus est, & non quiescit, neque intermissiones.
- 30 Nomina substantiua trahuntur in naturam aduerbiorum, si per prothesin assumpserint, uel litera beth: ut Exod. 1. Et seruire fecerunt Aegyptij filios Irael in duritia, i. duriter. Itē particulam ב. Ier. 51. Et laborauit populus inaniter. Habakuk 2. Et populi inaniter fatigantur. Quamquam aliquando nomina aduerbiafciunt etiam si nulla litera praepnatur. 1. Reg. 12. Et respodit rex populo pertinaciter. Psal. 119. Et serua bo ea finaliter. Vel litera lamed ב. in confidentia. Pf. 4. In confidentia collocabis me, i. tuum. Ies. 26. Absorpta est mors in uictoria, i. uictoriosae. Item ב. Leuit. 26. Et seminabitis inaniter. Ies. 49. Inaniter seu frustra laboraui.
- 31 Nomina saepenumero usurpantur infinitiue seu gerundialiter, si a fronte assumpserint unam literam ב. ut ב. Gen. 8. Itē ב. Exo. 2. Ies. 11. & Psal. 85. Itē ב. Num. 10. & Deut. 10. Item ב. Num. 22. Item ב. Deut. 8. & Psal. 86. Itē ב. Ezech. 13. Item ב. Deut. 17. Item ב. 1. Sam. 15. Item ב. Psal. 29. Itē ב. Ies. 30. Item ב. Ies. 23. Item ב. 1. Paralip. 26.
- 32 Sicut & participia praesentis temporis omnium coniugationum si a fronte literam ב. recipiunt, infiniti accipiuntur, seu gerundialiter, ut ב. in titulis quinquaginta sex Psalmorum & Habakuk 3. Item ב. Psal. 74. Item ב. Psal. 76. Item ב. 1. Paralip. 26.
- 33 Et econtra saepe etiam infinitiuis nominaliter usurpatur: ut ב. & ב. Haggei 1. Item ב. Ies. 30. Item ב. 2. Paralip. 31.
- 34 Quando idem nomen substantiuum geminatur in diuerso genere positum, tum notat eius rei diuersitatem: ut Ies. 3. ב. ב. ב., id est, omnis generis sustentatio. Sic ב. ב. 2. Sam. 19. Numquid audire potest seruus tuus uocem omnis generis musices. Eccles. 2. Feci mihi omnis generis instrumenta musica.
- 35 Quando autem idem nomen substantiuum geminatur altero posito in plurali, tum ultra propriam significationem importat etiam excellentiam: ut ב. ב. ב. Sanctitas sanctitatum, Exo. 26. & 30. ב. ב. Canticum canticorum, id est excellentissimum. Eccl. 1. ו. ה. Vanitas uanitatum, & omnia uanitas, id est uanissima uanitas. Item ב. ב. Psal. 68. Id est, Quae patet caelum, in omnibus & singulis horizontibus caelorum. Psal. 102. In generationem generationum anni tui.
- 36 Si duo nomina substantiua diuersa simul constructa fuerint, quae significatione non multum discrepant, priore posito in regimine, prius notat partem posterioris. Leuit. 17. ב. ב. pars carnis suae. Dan. 12. ב. ב. pars pulueris.
- 37 Nomen substantiuum bis positum, importat ultra propriam suam significationem, distributionem. Gen. 7. Septem septem, scilicet uniuscuiusque speciei. 1. Reg. 18. Quinquaginta quinquaginta. Hac phrasi etiam Marcus Euangelista est usus cap. 8.

- 53 Sunt praeterea alia uerba, quae et si defectio est ab aliquo significant, constructuntur tamen cum praepositionibus quae aduersationem significant, ut sunt beth, lamed, & וַ, ut inde intelligas significare ea actionem aduersariam illi a quo defectio facta est, cuius generis sunt פָּשַׁע בְּרַחֲמַי וְחָטָא בְּחַסְדִּי: sicut econtra פָּשַׁע cum praepositione memi constructi. 2. Sam. 22. & Ps. 18. Nō improbe egi, seu defeci a Deo meo.
- 54 Quando uerbum praeter suam constructionem articulum lamed datiu calus ex tra regimem recipit, tum notat operationem utilitatis causa instituta, aut instituendam. Gen. 12. Abi tibi de terra tua. Exod. 18. Et abijt sibi ad terram suam. 2. Sam. 20. Ne forte inueniat sibi ciuitates munitas. 2. Par. 28. Si quaesieris eum, inuenietur sibi. Iere. 29. Et inueniar uobis. Zach. 9. Rex tuus ueniet tibi iustus, &c.
- 55 Imperatiuus saepe solet transire in naturam aduerbii. Gen. 27. Vide, odor filij mei sicut odor agri, id est, ecce. 1. Sam. 15. Vide, uerba tua bona & recta. Ierem. 22. Vide uerbum lehoua.
- 56 Solet autem tum maxime transire in naturam aduerbii, quando preponitur alij uerbo sine copula: ut Psal. 102. Festina exaudi me, i. festinanter exaudi me.
- 57 Secunda persona imperatiui praesentis temporis usurpatur aliquando pro tertia imperatiui futuri temporis. Exod. 35. Accipite a uobis leuandam ipsi lehoua, quicquid spontaneus corde suo conferat eam, i. accipiant. Iud. 5. Tunc dominare residuum magnificis in populo, dominatur pro me in heroibus, id est, tunc dominabatur residuum magnificis in populo, lehoua dominabatur pro me in heroes. Psal. 22. Deuolue ad lehoua, liberet eum, pro deuoluat ad lehoua, & liberet eum.
- 58 Vititur lingua Hebraea imperatiuo in praecipis affirmatiuis: ut Deuter. 6. Audi Israel, lehoua deus noster, lehoua deus unus, &c. At secunda persona futuri in praecipis negatiuis: ut Exo. 20. Non occides, non moechaberis, &c.
- 59 Quando infinitiuus sequitur aliud uerbum tertiae personae, tum similiter est in eodem tempore, & eadem persona transferendus. Leu. 15. Aut si expuere fluidum in Mundum, id est, si expuerit fluidus in Mundum. Psal. 35. Qui subsannauerunt propter uoluntatem fremere super me dentibus suis. Psal. 49. Et descenderunt cum eis Recti mane, & petra eorum inueterascere, i. inueterauit. Ies. 42. Inflare in caeteris uniuersi illi, & in domos carcerum absconditi sunt, ubi tamē uerbum praeteriti temporis sequitur infinitiuum. Iere. 7. Et patres accenderunt ignem, & mulieres ponere pastam, & ca. 14. Quinetiam cerua agri gemuit, & derelinquere, quia non erat gramen, i. dereliquit. Zachar. 12. Et plangent super eum quasi plantum super unigenitum, & amaricari super eum secundum amaricari super primogenitum, id est, amari erunt super primogenito.
- 60 Vnius & eiusdem uerbi geminatio priore posito in infinitiuo seu gerundio in oratione affirmatiua notat affirmationem, seu asseuerationem & certitudinem. Gen. 18. Et Abraham essendo erit in gentem magnam. 1. Sam. 14. Gustando gustauit cum extremitate uirga. 2. Sam. 9. Faciendo faciam misericordiam in te propter Ionathan patrem tuum. Psal. 118. Castigando castigauit me la, sed morti non tradidit me. Habakuk 2. Veniendo ueniet, & non tardabit, &c.
- 61 At in oratione negatiua, intendit negationem. Exo. 34. Innocentando non innocentabis, i. nequaquam innocentabis. Iere. 24. Et releuando non releuamen erunt populo huic. Mich. 1. Flectendo ne fletis. Dan. 10. Et unguendo non unctus sum, id est, nequaquam unctus sum.
- 62 Quando duo uerba simul in oratione ponuntur sine copula, uel prius uertitur in aduerbii. Gen. 11. Afferte lateris fabimus lateres, id est, Euge lateris fabimus. Et mox iterum: Euge adificabimus nobis ciuitatem. Exo. 1. Euge sapienter agamus contra ipsum. Psal. 102. Festina exaudi me, id est, festinanter exaudi me. Ios. 5. & iterum: Circūcide filios Israel secundum. Psal. 85. An tu nō rursus uiuificabis nos? Ies. 49. Inordinatē & in uanū uirtutē meā absumpsi. Et iterum cap. 45. Nō dixi seminī Iacob, inordinatē querite me. Osee 9. Profundi sunt corrupti sunt, profundus uerba funditus corrupti sunt, &c. Vel posterius importat causam prioris. Ps. 88. Tulit te uires tuos, ut

- 44 Hypallage usitata est in lingua Hebraea. Iud. 1. Et ciuitatē miserūt in ignē. 2. Reg. 8. Munitiones eorum mittas in ignem. Ps. 74. Miserunt in ignem sanctoria tua. 2. Reg. 5. Ecce misi ad te Naaman seruum meum, ut colligas eū a lepra sua, i. ut lepra ab ipso colligas. Iob 7. Non agnoscer eum amplius locus eius. & cap. 18. Et apprehendet in calcaneo laqueo, i. & apprehendet laqueo calcaneum eius.
- 45 Participia quaedam praeteriti temporis notant finem actionis seu passionis: ut וְצָרַחְתָּ Ies. 65. Qui sedent in sepulchris, & in obseruatis morantur, id est, quae amplius non obseruantur seu custodiuntur. Item וְנָחַס Ezech. 19. Et uidit quod expectatum esset, id est, expectatio seu spes irrita esset. Dan. 9. Definita magna afflanda.
- 46 Coniugationes uerborum consideranda sunt diligenter. In illis enim modus significandi uariatur. Et multa etiam in secunda coniugatione significationem contrariam recipiunt, sicut נָחַס in prima coniugatione significat aduertere, respicere. In secunda נָחַס remouere ē conspectu. Item וְנָחַס errauit, deliquit, וְנָחַס remouit, abstulit erratum, reuocauit in uiam, id est, expiauit: וְנָחַס appetiuit, וְנָחַס auersatus est.
- 47 Praecipue autē uerba, quae a nominibus sunt deriuata, contrariam habent significationem in secunda coniugatione: ut אֲרָוֹס, uerbum אָרַוִּי exossauit. Similiter a nomine אָרַוִּי, deriuatur אָרַוִּי exossauit. Item a nomine שָׁרֵץ radix, uerbum שָׁרַץ eradicauit. Item אָרַוִּי, uerbum אָרַוִּי decinerauit. Et אָרַוִּי cortex, deriuatur uerbum אָרַוִּי decorticauit, &c.
- 48 Tempora uerborum non semper obseruanda sunt. Nam Prophetae futura post multas generationes uelut iam facta uiderunt, & quod a Deo dispensatum erat, uelut iam perfectum praedicabant: ut Psal. 22. item Ies. 7. & 53. & alibi exempla habentur.
- 49 Sunt quaedam uerba, quae in eadem coniugatione contrariam habent significationem: ut וְנָחַס וְנָחַס וְנָחַס וְנָחַס וְנָחַס.
- 50 Verba apud Hebraeos, quibus uel dehortantur, uel deprecantur, accipienda sunt completiue: ut Exo. 13. Ne timeas, id est, opprimi te sinas timore. Sicut etiam illa phrasia in oratione Dominica: Et ne nos inducas in tentationem, id est, ne sinas nos obrui, seu opprimi in tentationibus.
- 51 Sunt quaedam uerba, quae (ut in alijs quoque linguis fit) secundum formam aliam loquēdi, aliam quoque significandi rationem habent: ut וְנָחַס significat alicubi derelinquere, deserere: ut Psal. 22. Deus meus, deus meus cur me dereliquisti? Alicubi conmittere se alicuius fidei, sicut verlassen. Gen. 34. Et reliquit omne, quod erat sibi in manu Ioseph. Psal. 10. Super te relinquit se infirmus. Item וְנָחַס alicubi abscondere. Psal. 27. Quoniam abscondet in tabernaculo in die malo. Alicubi significat clam obseruare. Psal. 10. Oculi eius ad infirmum obseruant. Item וְנָחַס alicubi consummare, perficere significat. Deut. 31. Psal. 64. Alicubi consummare, perdere. Leu. 26. Num. 14. Sic וְנָחַס, & alia multa.
- 52 Verba motum alioqui uel ad locum, uel de loco per se non significantia, tamen appositione praepositionum motum uel ad locum, uel de loco important, & quodammodo duas significationes recipiunt. Exempli gratia: Ies. 38. Tollant massam ficorum, & contendant super ulcus, i. contusam imponat super ulcus. Num. 19. Et accipient ad te uitulam ruffam, id est, accipiendo adducet. & ca. 25. Et coepit populus meretricari ad filios Moab, id est, coferre se ad filias Moab, ut cum illis meretricarentur. Psal. 104. Et ad habitacula sua recumbent, i. ad habitacula sua ibunt ut recumbant. Psal. 137. Et dissipauit infantes ad petram, id est, illidendo ad petram. Ies. 11. Gentes requirunt ad eum, i. requirendo uenient ad eum. Psal. 89. Prophanasti in terram coronam eius, i. prophanasti desiciendo in terram. Psal. 143. Contudit in terram uitam meam, i. contusam prostravit in terram. Psal. 10. Viuificasti me a descendentibus in lacum, id est, uiuum extraxisti me. Psal. 73. Perdis omnem meretricantem abs te, id est, qui meretricando discedit abs te. Psal. 89. Et contundam a facie tua aduersarios tuos, i. contusos abijciam a facie tua. Ezech. 28. Et prophanabo de monte Dei, scilicet desiciendo. Ies. 38. Sed tu desiderasti animam meam ex fouea putrida, id est, cum desiderio extraxisti animam meam ex fouea putrida.

Contra Iudaeos
utilem esse hanc
linguam.

Imprimis autē cum cōtra reliquias Hebraeae gētis nobis pugnandū erit, & pro-
pugnāda fides & religio nostra de diuina essentia in tres personas distincta, de al-
tera persona, quae est filius Dei ab eterno à patre genita, per quem cōdita sunt om-
nia, qui ex uirgine homo natus, & factus uictima qua placatus pater coelestis, ip-
siusq; morte, & merito, ~~qua~~ accipiamus remissionē peccatorū, iustitiā & uitā aeter-
naam. Item de spiritu sancto, tertia persona in diuinis, quod is sanctificet, uiuificet,
foueat, doceat, consoletur Ecclesiā, & in ea lucē & inuocationem accēdat. Et quia
scripta Apostolica Iudaei non recipiunt, ex prophetiis clara testimonia sumenda
sunt, quibus tres illae personae diuinitatis probandae: uerū etiam omnes articuli
symboli Apostolici, adeoq; ~~non~~ doctrina Christianae religionis confir-
māda erit. Ad hanc rem pertinet nō mediocris cognitio linguae Hebraicae, ut Rabi-
norū corruptelas intelligas, & genuinā cum uocū significationē, tū phrasū naturā
& uim ostēdere, & cauillationes ipsorū confutare possis. Præterea cum hoc se-
culo multae extent uersiones sacrōrum Bibliorū cum ueterū Doctorū, tum recēn-
tiorū, quae inter se non parū dissentiunt, refert plurimū Hebraeae linguae cognitionē
tibi cōpares, & ex ea tibi formes iudiciū, ut ipse cernere possis, quis illorū propriē
uerterit, quis secus, ne malū pro bono, & falsū pro uero amplectaris.

Ad iudican-
dum de uersio-
nibus ualere.

Vetus trans-
latio.

Jeremiae locus
uariē exposi-
tus.

minus noster Iesus Christus, in quo benedicēde erāt oēs gentes. Ab Abrahā & ipsa
us posteritate deriuata est ad Mosi usq; tēpora, qui legem ea lingua digito dei scri-
ptā, & in mōte Sinai acceptā populo Israelitico tradidit, atq; in eo populo perpe-
tuā temporū serie manere uoluit. Hac ppheta spiritus sancto inspirati loquuti sunt
sancti Dei homines usq; ad trāsmigrationē populi Iudaici in Babylonē, in qua essi
illis septuaginta annis captiuitatis suae populus nō nihil de Chaldaismo, & postea
reuerfus, idiotismo Syriaco, & alijs gentiū linguis, in quas dispersi erant, contraxe-
rit. Et Christus Saluator noster exinde & Apostoli usi sunt lingua illa uulgari &
mixta, tamē scripta prophetarū mirabili dei consilio & beneficio in tā horribilibus
impiorū uastationibus, adeoq; etiā populi Iudaici finali excidio incorruptē (præter
id qd malitia Rabinorū factū est) cōseruata sunt, & relicta Ecclesie collectę ex o-
tibus, ex qua filiū Dei agnoscerēt & ipsius cognitionē iustificarētur à peccatis suis.
Cū igitur singulare sit donū linguarū, quo opus est in enarratione Mosi & propheta-
rū, quae sine Hebraeae linguae cognitione recte ac feliciter fieri nō potest, nō solum
stultē, & ridiculē, uerū etiam impiē faciūt, q hoc studio neglecto, temerē illotis (ut
dicitur) manibus interpretationē Mosi & prophetarū sibi usurpātes, plixas textū
Cōmentationū telas, quae imperitos inuoluūt magis, q̄ euoluāt, aut doctiorē red-
dāt, in quos uerē hoc Pauli dictū cōpetit: Sēper discētes, nec unquā ad cognitionē
ueritatis uenire ualētes. Est igitur nō tantū turptudo, uerū etiam extrema & *Ingratitudo*
detestāda ingratiudo eorū, qui hoc tantū dei donū nō agnoscut, nec grato animo *contemnen-*
amplectūtur & excolūt, quo nūc postremis diebus Ecclesia Christi ornata est. Et si *tium.*
aliās ingratiudo erga multō minora beneficia Deo exosa grauissimē punit, quā-
rō magis tāti doni contēptores pœnas dabūt, cuius beneficio in lucē & agnitionē
legis & euāgelij trāslati, uerē tā possumus dici, & uerē etiā sumus filij lucis? Expe-
riētia autē edocti sumus, quantā lucē attulerit nobis in scripturis sacris & adhuc ad-
feret multō clariorē, si repulsa Rabinorū caligine sincera ipsius habebit notitia.
Vereor autē malē, ne ex ista gloria & lucē iterū enīciat nō ornatus ista ueste nuptiali
in tenebras exteriores

Aduersarij uer-
ritatis.

Facile uisus est
Quædam

pater Domini nostri Iesu Christi, conditor omnium rerum & conseruator & opitulator cum filio tuo coaeterno Domino nostro Iesu Christo regnante tecū, ac patrefacto in Ierusalem, sapiens, uerax, iuste, bone, misericors, iudex & fortis, sanctifica, rege, iuuua, accende corda nostra spiritu tuo sancto, ut linguam hanc sanctā, qua filius tuus dominus noster Iesus Christus ordinem creationis omnium creaturarum, deinde opus reparationis & redemptionis humani generis enarrauit, qua legem digito suo conscripsit, & per prophetas uoluntatem tuam manifestauit, uerē amemus, amplectamur, addiscamus, & eam in Ecclesia ad omnē posteritatem, sanam & incorruptam propagemus. Cōcede quoq; fideles doctores, qui eam purē absq; corruptelis Iudaicis tradant & illustrent ad gloriam nominis filij tui, & ad aedificationem Ecclesiae ipsius, Amen.

Postremò autem oratos uolo omnes cum huius linguae, tum etiam sacrae theologiae studiosos, ut candidè, sicut candidos & bonos decet, de isto meo labore iudicent, & potius fraternè corrigant, sicubi erratū à me esset (ut humanum est errare), quam ut illū iniquius interpretentur, aut cauillentur. Imitentur rectis apes, quae aliquando non ex optimis floribus optimum ac dulcissimum tamen mel conficiunt, nec referant Muscarum malignitatem, quae mortuae etiam unguentum arte pigmentarij optimè conditum foetere & exhalare fragrantiam faciunt, hoc est, uolentia sua optima quaeq; inficiunt & deprauant: & meminerint dicti Salomonis, Cor sapientis in dextera eius, at cor stulti esse in ipsius sinistra. Neminem illorum, qui nunc fortasse uideri uolunt nasuti, & omnia praescisse longè antea, quam meas lucubrationes uiderunt, imitari potui, quod nihil haecenus egregij praestiterunt. Et si praescissent, arrogantia turgentes eruditionem suam iam pridem procul dubio ostentassent. At contra saniorum dexteritas mihi solatio est, qui, quod res est, fatebuntur, & gaudebunt Hebraeae linguae ueritatem per me esse repurgatam à fordibus Rabinorum, quibus multis iam annis defoedata & obscurata fuit. Si quis est, qui facultates suas in Rabinos profudit, qui in ipsorum synagogis longo tempore uersatus est, qui domi proprijs impetis ipsos praecceptores aluit, qui ipsorum commentaria studiosè euoluit, Forsterus est, & tamen (Deum & conscientiam meam testor) nihil eximij, & quod singulari laude dignum esset, reportauit. Eram illis initio ad eò addictus, ut alius quisquam, sed quo olim illis fui addictior, hoc nunc sum factus infensior, quod omnem operam & oleum me perdidisse uerè, sed non sine dolore fateor. Et licet Rabinorum interdum interpretationes uocum adduco, id facio, partim, ut uideant sciolī me etiam illorum scripta legisse, partim ut eorum ineptias ostendam & inscitiam, si quando plures inter se dissentientes sententias allego. Nunquam autem aut rarissime cito, ut ipsorum autoritate nitar, sed ut illis qui Rabinis addictiores sunt, fidem faciam, ut expositioni meae eò facilius astipulentur: optimè sciens, quod qui caeci sunt (ut sunt equidem omnes Iudaei), testificari de ueritate non possint, neq; illis fides habenda sit. Filius Dei, dominus noster Iesus Christus, crucifixus pro nobis, & resuscitatus, qui regnat ad dexteram patris, ut det dona hominibus, largiatur abundè nobis Spiritum suum sanctum, qui exscitet in nobis ueram agnitionem Dei, uerum timorem, & uerā fidem; & accendat in nobis ignem amoris erga honesta studia literarum, praecipue autem linguae sanctae, qua sibi semper Ecclesiam collegit: Cui sit laus & gratiarum actio unā cum Pa-

tre aeterno & Spiritu suo sancto in

secula seculorum,

Amen.

M. D. LVI.

Lectores apes
sunt, non mus-
cae.

In Rabinis
sed et ueritas.

1. Reg. 8.

אָבִי אֲבִי אֲבִי לֵאמֹר לֵאמֹר לֵאמֹר

אָבִי

Affinitatem habet significatione cum, אָבִי אֲבִי אֲבִי לֵאמֹר לֵאמֹר לֵאמֹר quae omnia, ut forma parum, ita modo tantum significandi inter se uariant.

Primo autem modo אָבִי significat patrem natura, foecunditate, & propagatiōe carnali immediate. Gen. 4. 4. Num est uobis pater. Psal. 103. Sicut commiseretur pater super filijs. Prouer. 3. Et sicut pater filium uolet. Ezech.

18. Pater nō portabit iniquitatem filij. Malach. 1. Filius honorabit patrem. Et cum affixis. Gen. 2. Propterea derelinquet uir patrem suum, & matrem suam. Et cap. 19. Concubui hac nocte cum patre meo. Et cap. 9. Et operuerūt nuditatem patris sui.

Secundo, patrem, propagatione fidei. Gen. 17. Et eris in patrē multitudinī gentium. Et iterum, Quoniam patrem multitudinis Gentium posui te. Tertio,

morum. Ezech. 16. Pater tuus Amorraeus, & mater tua Cethea. Sic Christus Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis. Quarto autoritate & officio. Genes. 45. Deus etiam posuit me in patrem Pharaoni, & in Dominatorē uniuersae domui ipsius.

2. Reg. 2. Et Elissa uidens statim ipse exclamat: Pater mi, pater mi, curus Israel, & equitatus eius. Et cum Iod paragogico אָבִי pater ab affectu & officio, item ab in-

choatione, & inuentione rei alicuius nouae. Et ut patronus à pater, ita hoc à superiore ducitur, patronus. Iob 29. Pater ego egenis, id est patronus. Et in statu regimi-

nis אָבִי Psal. 68. Pater uiduarum. Gen. 4. Ipse fuit pater habitantium in tentorio, & pecuariae. Et ibidem iterum, Ipse fuit pater omnis tractatus citharam. Gen. 34. Et e-

gressus Hamor pater Sichem. 1. Paralip. 4. Et Seraia genuit Iob patrem uallis fa-

brorum. Iesaię 9. Pater aeternitatis, id est qui regnū aeternum, & uitam aeternam in-

choat, abolita morte, & uicta uniuersa ui diaboli, tum mundi, & inferorum pote-

state. Et pluraliter אָבִי patres, natura, autoritate, tempore, ut sunt maiores & pro-

genitores. Exod. 20. Visitans iniquitatem patrum super filios. & cap. 12. Pecus pro-

domo patrum. Ezech. 18. Patres comederunt uiam acerbam. Prou. 19. Domus & diuitiae haereditas parentum. Atq; in statu regiminis & affixorum אָבִי Exod. 6. Isti sunt capita patrum Leuitarum. Psal. 39. Incola sum ego sicut omnes patres mei.

Psal. 45. Pro patribus tuis erunt filij tui. Psal. 106. Errauimus cum patribus nostris.

אָבִי Originem habet ab אָבִי & cognationem cum אָבִי אֲבִי אֲבִי nisi quod ut forma parum, ita modo tantum significandi inter se differant. Significat uero hoc no-

men primam foecunditatem, procreantiam, germinationem, seu prouentum anni. Et primò, pro prima spica accipitur. Exod. 9. Quia hordeum in spica. Leui. 2. Et

si adduxerit oblationem primitiarum spicam tostam igni. Inde primus mensis anni, & pater nouarum frugum, frondium, & uirgultorum quo segetes in culmos

& spicas succrescūt hoc nomine, qui etiam alio nomine אָבִי dictus est, quod illo filij Israel ex Aegypto effugerint, & partim Martio, partim Aprili nostro respōdet.

Exod. 13. Hodie uos egredimini in mense Abib. Et cap. 23. Quemadmodum pra-

cepi tibi sub tempus mensis Abib, quia in eo egressus es ex Aegypto. Deut. 16. Cu-

stodi mensē Abib ipsi Iehoua deo tuo, quia in mēse Abib eduxit te Iehoua deus tuus ex Aegypto.

אָבִי Et in statu affixi trāspōsitione punctuli facta in literam beth. Germinatio, procre-

scētia. Iob 8. Adhuc existente ipsum in germinatione sua. Et pluraliter in statu regiminis אָבִי Cantic. 6. Ut uiderem germinationes torrentis, id est uirgulta.

Hebrais proprie idem significat, quod Latinis auferri, tolli, amoueri, cū rei que

amouetur perditione: unde Hieronymus & omnes alij reddiderunt uerbo per-

re, & actiue perdere: significatione cōgruit cum uerbis אָבִי & אָבִי nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Iob 4. Recordare quēso quis inculpatus

Non est homo, qui non peccet.

der deducit a uerbo אָבִי. fugit. fol. 48r.

runt audire. Job 39. Num uolet unicornis seruire tibi. Prouerb. 1. Si suaferint tibi erones, ne uoles.

Participium praesens אָקִים pluralis numeri, Ezech. 3. Domus Israel non uolunt audire me.

INDE NOMINA:

אָבֵב Voluntas, affectus, appetitus, desideriu, & sumitur in bonu. Et cum affixo. Job 34. Appetitus meus ut approbetur lob.

אָבֵב Voluntas. Job 9. Transterunt cum nauibus uoluntatis, id est uoluntariē currentibus.

אָבֵב Appetitus seu desideriu habedi aliquid. Pro. 23. Cui uae, cui desideriu, cui dolores?

אָבֵב Egenus, qui res sibi necessarias, quibus eget, desiderat. Deu. 15. Omnino non sit in te egenus. Et iterum, Non contrahas manu tuam a fratre tuo, qui egenus est. Et iterum, Quia non cessabit egenus e medio terre, huic respondet Christi dictum, Pauperes semper habebitis. Psal. 49. Simul diues & egenus. Iesaiæ 25. Praesidium egeno in angustia ipsius. Et in statu affixorum manet inuariatum. Exod. 23. Non declines iudiciu egeni tui in causa sua. Et pluraliter אָבֵבִים Esther 9. Et dona egenis. Job 24. Declinant egenos a uia. Et cap. 29. Pater ego egenis. Psal. 12. Propter suspirium egenorum nunc surgam. In statu regiminis & affixorum אָבֵבִים Exod. 23. Et comedent egeni populi tui. Iesaiæ 29. Et egeni hominum in sancto Israel exultabunt. Psal. 132. Egenos eius saturabo pane.

אָבֵבִים Appetitus. Eccle. 12. Et labefactetur appetitus.

אָבֵבִים Nomen status regiminis sine uerbo, congruit autem significatione cu אָבֵבִים

אָבֵבִים nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Significat autem distinctionem gladij, quomodo de seradijs seu splendorem spargit. Ezech. 21. Posui distinctionem gladij, heu factus est uelut fulgur.

אָבֵבִים Legitur tantum semel in quarta coniugatione אָבֵבִים congruitq significatione cum uerbis אָבֵבִים אָבֵבִים & ut forma, ita modo tantu significandi inter se differunt: ideo significat in modum fumi seu pulueris uehementer dispelli. Iosue 9. Quoniam exarsit uelut ignis seditio, uepres & spinas deuorat, & inflammatur in condensis syluæ, atq dissipantur uelut eleuatio fumi.

אָבֵבִים Luxit, lugebat, quod sit protractione spiritus seu gemitus: habet affinitate quadam significatione cum uerbis אָבֵבִים אָבֵבִים nisi q ut forma, ita modo tantum significandi inter se differant, deinde contrariam habet significationem uerbis אָבֵבִים אָבֵבִים

אָבֵבִים Et proprie de hominibus, postea quoq metaphorice de inanimatis dicitur, cum alijs luctum mouent, sicut Latini figurate ridere agrum, & segetes latus aut tristes esse dicunt. Osee 7. Luxit super eum populus eius. Iesaiæ 24. Luxit mustum. Et iterum: Luxit terra. Ier. 4. Propter hoc lugebit terra. Job 14. Et anima eius lugeat super ipso. Ioelis 1. Luxerunt sacerdotes, ministri Iehoua.

אָבֵבִים In tertia coniugatione אָבֵבִים Ezech. 31. In die quo descendit ipse in Infernum, luctum fecit. Thren. 2. Et lugebit munitio.

אָבֵבִים In quarta coniugatione אָבֵבִים 1. Sam. 15. Sed lugebat Samuel Saulem. Gen. 33. Et luxit super filio suo diebus multis. Nehem. 8. Ne lugeatis, neq fletatis.

אָבֵבִים Participium masculini generis אָבֵבִים 1. Sam. 16. Et dixit Iehoua ad Samuelem, quandiu tu luges Saulem. Et pluraliter אָבֵבִים 2. Paralip. 35. Et uniuersus Iehuda & Ierusalem lugebant super ea. Et in foeminino genere אָבֵבִים 2. Sam. 14. Et esto quasi mulier, quæ diebus multis lugeat super mortuo.

INDE NOMINA:

אָבֵבִים Nomen participiale masculini generis, lugens. Gen. 37. Quoniam descendã ad filium meũ lugens. Esther 6. Et Haman repulsus est ad domũ suam lugens. In statu regiminis אָבֵבִים Psal. 35. Velut lugens matrẽ. Interdum non est personale, sed reale, & significat Hebrais, quod Latini tractus, id est regio protractior, planicies, seu campus. Num. 33. Et castrametati sunt iuxta Iordanem a Beth Iesmos usq ad tractum Schittim in caepetribus Moab. Iud. 7. Et fugit turma illa usq ad Beth Schitta in Zererath, & usq ad marginẽ tractus Mehola. 1. Sam. 6. usq ad tractũ magnũ.

Et

ablatus sit. Et cap. 11. Et refugium ablatu est ab illis. & cap. 18. Memoria eius sublata est de terra. cap. 30. Super ipsis ablata est fenectus. Psal. 142. Ablatu est refugium a me. Exod. 10. An prius cognosces quod sublata est Aegyptus. Leuit. 26. Auferemini in gentes. Num. 16. Et auferemini e medio congregationis. 1. Samuel. 9. Et amissa erant asina Kis patris Saulis. 2. Sam. 1. Et amissa sunt uasa belli. 2. Reg. 9. Et auferetur uniuersa domus Achab. Psal. 1. Via improborum auferetur. Psal. 102. Ipsi auferentur sed tu stabis. Iesaiæ 29. Iustus sublarus est, & non est quisquam qui ponat super cor. Ierem. 4. Auferetur cor regis. cap. 18. Et non auferetur lex a sacerdote. Et cap. 27. Et impellam uos & auferemini. & cap. 49. Ablatum est consilium a filijs. Michea 7. Sublatus est pius de terra.

Participium praesens אָבֵבִים Job 4. Leo auferitur sine praeda. Eccles. 7. Est sapiens periens in iustitia sua. Job 29. Benedictio pereuntis super me ueniebat. Prouer. 31. De te sceram pereunt. Deut. 26. Actiue: Syrus ablator patris mei. Et pluraliter אָבֵבִים Iesaiæ 27. Et uenient qui ablati erant in terram Assur. Et in genere foeminino אָבֵבִים 1. Samuel. 9. Propter asinas amissas. Iere. 5. Oues amissa, fuit populus meus.

In secunda coniugatione אָבֵבִים abstulit, sustulit. 1. Reg. 21. Et edificauit Excelsa, quæ sustulerat Hiskijahu. Iere. 52. Et auferet ex ea uocem magnam. Et cap. 51. Abstulit populum meum. Num. 33. Et auferetis omnia artificia eorum. Deut. 7. Et auferes nomen eorum sub sole. 2. Reg. 11. Et abstulit omne semen regium. Eccles. 7. Et auferet cor donarium. Ezech. 28. Et auferam te. ubi aleph characteristica futurũ ablata est euphoniae causa, Eccle. 7. Est tempus quaerendi, & tempus auferendi.

Participium praesens אָבֵבִים Iere. 23. Vae pastoribus auferentibus & dissipantibus oues.

In tertia coniugatione אָבֵבִים Leuit. 24. Et auferet residuum e ciuitate. Leuit. 23. Et auferam animam illam e medio populi sui. Job 14. Et expectationem hominis abstulisti. Psal. 5. Et auferes loquentes mendacium. Iere. 25. Et auferam ab illis uocem gaudijs. Iere. 46. Auferam ciuitatem & habitatores in ea, ubi assumpsit holem euphoniae gratia, ad uitandum concursum literarum similitum. 2. Reg. 10. Propter auferre seruos Baal, id est ut auferret seruos Baal.

Participiu praesens אָבֵבִים Deut. 8. Sicut gētes quas Iehoua aufert a facie uestra.

INDE NOMINA.

אָבֵבִים Nomen adiectiuum. Num. 24. Postremum eius perpetuo ablatum. Psal. 31. Factus sum sicut uas amissum. Psal. 119. Erraui sicut pecus amissa, quare seruum tuum.

אָבֵבִים Nomen adiectiuum. Deut. 32. Quoniam non est gens amissa seu ablato consilio.

אָבֵבִים Amissio, ablatio, id est res amissa seu ablata, & est nomen substantiuum generis foeminini. Exod. 22. Super omni amissione. Leuit. 5. Et si inuenit amissionẽ, & negauerit eam. In statu regiminis אָבֵבִים Deut. 22. Et sic facies cum omni amissione fratris tui, quæ ablata est ab eo.

אָבֵבִים Ablatio, actiue. Ester 9. Occisione gladij, & interfectione & ablatione.

אָבֵבִים Ablatio, actiue, perditio. Job 26. Nudus est infernus coram ipso operimentu ablationi. cap. 28. Ablatio & mors. Et cap. 31. Quia ignis iste usq ad ablationẽ deuorabit. Psal. 88. Veritas tua in ablatione. Prouerb. 15. Infernus & amissio corã Iehouã. Et cap. 27. Infernus & ablatio non saturabuntur. Est & nomen mali angeli, cuius fit mentio Apoc. 9. ubi sic legitur: Et habent super se regem angelu abyssi cui nomen Hebraice Abaddon, Graecẽ autem ἀπολλύων, id est perdens &c.

אָבֵבִים 3 Voluit, ac significat bonam ac paternam uoluntatem & inclinationem seu affectum habere, quanquam negatiue ubiq usurpetur, atq congruit significatione cum אָבֵבִים אָבֵבִים nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se discrepent. Atq omnino contrariam habet significationem uerbo אָבֵבִים quod significat malam & inimicam habere uoluntatem erga alium. Exod. 10. Et non uoluit dimittere eos. Deut. 10. Et nõ uoluit Iehoua disperdere te. Psal. 81. Et Israel non uoluit mihi, id est non acquieuit mihi, seu cõsensit mihi. Iosue 24. Et non uoluit au dire Bileam. Prouerb. 1. Non uoluerunt consilium meum. Iesaiæ 28. Et non uoluerunt

runt

DICTIONARIUM HEBRAEVUM

mae fumi suffitus Myrrhae & thuris ex omni puluere pigmentarii.

INDE VERBUM,

Passivae uocis primae coniugationis רָבַח quod tamen significationem habet actiuam, colluctatus est, intorquendo uehementer studuit euertere, sumpra metaphora a uento, qui intorquendo se aliquem euertere dispellit, ad colluctatores qui similiter student ut euertere. Gen. 32. Et colluctabatur uir cum eo. Quidam tamen autumant idem Hebraeis significare, quod Latinis in arenam seu puluerem descendere cum aliquo. Alij quod quaderet cum רָבַח eo quod heth & aleph litterae sint eiusdem instrumenti & pronunciationis.

Nomen generale, potens, robustus, ualidus: conuenit cum Germanico medtrig. Et dicitur de Deo, angelis, hominibus, tauris & equis. de Deo Job. 33. Qui est robustus sine manu. Et in statu regiminis amittit dagges & assumit in prima haterph רָבַח Gen. 49. Per manus Potentis. Iacob. Psal. 132. Qui iurauit ipsi Iehoua, & uouit Potentissimo Iacob. Iesaiæ 1. Propterea ait sustentator Iehoua exercituum, potentissimus Israel. Iesaiæ 49. Ego sum Iehoua saluator tuus, & redemptor tuus potentissimus Iacob. De homine tam in statu absoluto quam regiminis רָבַח Iesaiæ 10. Et deturbauit tanquam robustus sedentes. 1. Sam. 21. Cuius nomen erat Doeg Adomaeus potentissimus pastorum. Et pluraliter רָבַח de Angelis. Psal. 78. Panem robustorum comedit uir, quorum scilicet ministerio datus est illis panis ille. De hominibus. Job 24. Et traxit robustos uirtute sua. Psal. 68. Increpa feram aridinis, coetum robustorum, inter uitulos populorum. De tauris. Psal. 50. Numquid comedat carnes robustorum. Iesaiæ 34. Descendent unicornes cum eis, & iuueni cum robustis.

De equis. Ier. 50. Ingrassabimini sicut uitula gramine pasta, & hinnietis tanquam robusti. Et in statu regiminis רָבַח Psal. 76. Spoliati sunt robusti corde. Psal. 22. Circumdederunt me iuueni multi, robusti Basan cinxerunt me. Et in statu affixorum de hominibus. Iere. 46. Quare propulsati sunt robusti tui. Thren. 1. Prostrauit omnes robustos meos. De equis. Iudic. 5. Tunc quassatae sunt plantae equorum praecociosio ne robustorum eius. Iere. 8. A uoce hinnituum robustorum eius comota est tota terra.

Forma masculini generis, & singularis, significatione dualis seu pluralis numeri, & significat remigium alarum in uolucris, quod in illis robur ipsarum & potentia sita sit. Psal. 55. Quis dabit mihi alas uelut columbarum. Iesaiæ 40. Enascitur ala uelut aquilis. Ezech. 17. Aquila magna, magna alarum, longa alarum, plena plumarum. Ceterum Iudaei hoc nomine etiam membrum genitale uocant utriusque sexus.

Arx, palatium a robore: uide suo in loco.

Forma foeminini generis, significatione dualis numeri ut superius. Job 39. Aut alas ciconiae. In statu affixorum. Deut. 32. Gestauit super alis suis. Psal. 91. Sub alis suis protegette. Et pluraliter רָבַח Psal. 68. Et alae eius uelut aurum fuluum.

INDE VERBUM,

Tertiae coniugationis רָבַח remigauit alis. Job 39. Nunquid per intellectum tuum remigat alis accipiter. Insuper & hoc obseruandum, quod quidam uolunt illud רָבַח quod legitur Iere. 51. pro רָבַח sic exponentes, facite remigia telis, id est pinnas. Tamen rectius a רָבַח deducendum arbitror, & sic exponendum, expolite seu mundate sagittas.

Stagnum, lacus, copia aquarum, & habet quamdam cognationem cum nomine רָבַח Iesaiæ 35. Et erit aridum in stagnum. In statu regiminis רָבַח Psal. 107. Posuit desertum in stagnum aquarum. Et pluraliter רָבַח Exod. 8. Super riuos & super stagna. Iesaiæ 42. Et stagna arefacia. Iere. 51. Et stagna arserunt igni, id est iuncti. In statu regiminis רָבַח Iesaiæ 19. Facientes mercede stagna animae, id est piscinas. In statu affixorum nihil uariat. Exod. 7. Super riuos eorum & super stagna eorum.

Stagnum. Et ut רָבַח aliquando pro uase amplo continente multum aquarum, ita quoque a similitudine hoc nomen רָבַח significat ahenum, quod ceu stagnum multum aquae capit. Job 41. E naribus eius egredietur fumus, sicut olla ebulliens, & ahenum scilicet aquae feruida. Secundo accipitur pro iuncto, qui crescit in stagno, continens

Et pluraliter רָבַח Iob 29. Quomodo aliquis lugentes consolabitur. Iesaiæ 61. Ut consolaretur omnes lugentes. In statu regiminis רָבַח Iesaiæ 61. Ut poncrem lugentibus Zion. Sic quoque in statu affixorum. Iesaiæ 57. Et reddebam consolationes ei & lugentibus eum. Item in genere foeminino. Pluraliter רָבַח Thren. 1. Viae Zion lugent, eo quod nulli ueniunt ad solennitatem.

Lucus, ceremoniae seu pompa lugentium. Gene. 27. Appropinquabunt dies luctus patris mei. Gen. 50. Fecitque patri suo luctum septem diebus, quod uidens incolae terrae Cananeus luctum illum in area Arad, dixit, luctus iste Aegyptiorum grauis est: propterea uocauit nomen eius luctus Aegyptiorum. Deut. 34. Et consummati sunt dies fletus, luctus Mosis. Iob 30. Facta est in luctum cithara mea. Eccl. 7. Cor sapientum in domo luctus. Mich. 1. Et luctum uelut filiarum struthionis. Legitur tamen semel cum sex punctis רָבַח 2. Sam. 14. Luge nunc & induere uestimentis luctus. Et in statu affixorum seruat sagol. Iesaiæ 60. Et finientur dies luctus tui. Iere. 31. Et conuertam luctum eorum in gaudium.

Nomen pluralis numeri tantum, & ab hoc themate est deductum metathesi literarum facta, quae usitata est, significatque luctum, & terrae attribuitur, quae luctum mouet propter sterilitatem. Osee 13. Ego noui te in deserto, in terra luctuum, id est in terra multi luctus. quanquam etiam a רָבַח deduci possit, de quo suo in loco.

Particula est indeclinabilis & consignificatiua: significat autem protractionem sermonis, seu continuitatem & asseuerationem prioris membri. At, attamen, uerunramen, quinetiam, insuper, uere, certe, profecto. Gen. 17. Vtinam Ismael uiuat ante te, & dixit Deus: Quinetiam Sara uxor tua gignet tibi filium. cap. 42. Profecto rei sumus nos super fratre nostro. 2. Sam. 14. Vere mulier uidua sum ego. 1. Reg. 1. Quinetiam sustentator noster rex Dauid. 2. Reg. 4. Profecto filius non est illi. 2. Paral. 1. At arcum dei adduxerat Dauid. 2. Para. 19. Attamen opera bona inuenta sunt apud te. 2. Paral. 33. Veruntamen adhuc populus sacrificabat in Excelsis.

Ductus aquarum, riuus, flumen. Vide in themate רָבַח sicut etiam רָבַח.

Lapis. Vide in themate רָבַח aedificauit.

Legitur in hac forma tantum participium praeteritum רָבַח id est altus, saginatus, pingue factus. Et arbitror metalepsi habere istam significationem, de illis dictum animalibus, quae uel pedibus substerunt & calcauerunt, uel quae ad calcandam id est aream, qua frumenta pedibus animalium triturata & excussa, saginatae sunt: Et conuenit significatione cum uerbo רָבַח Legitur singulariter Prouerb. 15. Melius est habere aream oleis uiridis ubi est charitas, quam bos saginatus cum odio. Et pluraliter in statu absoluto רָבַח id est alta, seu altitudo ad calcandam stantia. 1. Reg. 4. Praeterquam de ceruis & capreis, & bubulis, & electis altibus. In statu regiminis רָבַח pro calcandis ad quae subsistunt altitia. Iob 39. Num adlubescet unicorni colere tibi, aut commorabitur iuxta calcandas tuas.

INDE NOMEN,

Nomen masculini generis, id est calcanda, id est locus in quo, & iuxta quem calcant & aluntur animalia: translatio uulgaris uertit praesepe. Prouerb. 14. Vbi non sunt boues, calcanda munda est. Iesaiæ 1. Cognouit bos emptorem suum & asinus calcandam domini sui.

Nomen, puluis qui uento excitatus uehementer intorquetur & dissipatur. Congruit significatione cum uerbis רָבַח אֲבַח אֲבַח nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Exod. 9. Et erit in puluerem super uniuersa terra Aegypti. Deut. 28. Dabit Iehoua pluuiam terrae tuae, puluisculum & puluerem. Iesaiæ 5. Et germen eius uelut puluis ascendet. & cap. 29. Et erit uelut puluis tenuis multitudo extraneorum tuorum. In statu regiminis רָבַח Nahum 1. Nubes puluis pedum eius. Et in statu affixi mutat iterum pathah in camez. Ezech. 26. Operiet te puluis eorum. Et in forma foeminea in statu regiminis רָבַח Canticorum 3. Velut pal-

Vt amoveas sanguines temeritatis. 2. Reg. 9. Et ulciscar sanguines seruatorū meorū prophetarum. In statu affixorum habet sub prima camez, sicut in statu absoluto. Leuit. 20. Et ipsa reuelauerit fontem sanguinū suorū, id est multi sanguinis. In reliquis locis omnibus adfert secū culpam seu poenā. Leui. 20. Patri enim suo & matri suae maledixit, sanguines eius in ipso. Iesaiā 26. Et reuelabit terra sanguines suos, & non operiet amplius occisos. Ezech. 16. Et dixi tibi, in sanguinibus tuis uiue.

Est praeterea haec pluralis non indigna obseruatione, sanguis eius super caput suum, uel alterius. q̄ semper accipiat pro reatu sanguinis, siue positū fuerit in singulari, siue plurali. Iosue 2. Quicumq; egressus fuerit extra ianuā domus tuae foras, sanguis eius sit super caput suum, id est culpa seu reatus sanguinis sit ipsius, uel ipse sit reus sanguinis sui. Et iterum: Quicumq; uero fuerit tecū in domo, sanguinis eius sit super caput nostrum, id est nos erimus rei sanguinis ipsius. 2. Samu. 1. Et dixit ad eum David, sanguines tui sint super caput tuum. 1. Reg. 2. Et inducet Iehoua sanguinem eius super caput eius. Ezech. 33. Sanguis eius in capite suo erit. Secundum hanc phrasim etiam hoc sumendum, q̄ Iudaei rabiose Pilato de sanguine Christi respōdant: Sanguis eius super nos & super filios nostros, id est culpa seu reatus sanguinis eius sit super nos &c.

דַּמָּסְקוּס Damascus, nomen urbis & regionis circa illam in Syria sita. Et est uox composita ex דַּם & סַקסוּ quasi dicat, Saccus sanguinis seu rubri uini. Hinc & Graeci eam *αιμα* sanguinē, id est uinum, & *σικκω* saccum dictam uoluerūt. Et quia magna fuit ibidem uini fertilitas & copia, Bacchū istic in sacco habitasse finxerunt. Legitur etia interserta litera resch דַּמָּסְקוּס 2. Paral. 16. Sicut etiam legitur דַּמָּסְקוּס pro דַּמָּסְקוּס Iere. 25. & 29. & 50. & 51. Ezech. 26. Credo autem utranq; uocem esse Syriacam.

Vide in themate דַּמָּסְקוּס.

גִּבּוֹרִים In prima coniugatione legitur tantum participiū passiuā uocis גִּבּוֹרִים quod tamen nominaliter usurpatur. Et ut גִּבּוֹרִים ad robur corporis seu operis, & גִּבּוֹרִים ad qualitatem, & habitus ornatū & decorem, & גִּבּוֹרִים ad copiam & multitudinem refertur: ita hoc dicitur de amplitudine, quāitate, & quātitatis decore & excellentia & maiestate. Exod. 15. Quis inter deos ut tu Iehoua? quis sicut tu praepotens in sanctitate, uel amplifiscus, praegrans. Et respōdet nostro Germanico *gewaltig*.

In tertia coniugatione גִּבּוֹרִים Iesaiā 42. Iehoua beneuolus est propter iustitiam suam, magnificat legem & amplifiscat.

I N D E N O M I N A :

גִּבּוֹרִים Per amplum, praegrans, praepotens, latum, *gewaltig*. Psal. 8. Quam praegrans est nomen tuū in uniuersa terra. Psal. 76. Illustris tu, & praegrans plusquam montes praedae. Psal. 93. Supra uoces aquarum multarum praualidas, procellas maris, praegrans in excelso Iehoua. Iesaiā 10. Et amputabit cōdensa sylvā ferro, & Libanū per praualidum. Iesaiā 33. Sed Iehoua ille praegrans est pro nobis. Ezech. 17. Et erit in cedrum praegrans. In statu affixi nihil mutat. Iere. 30. Et erit praepotes ex ipso, & dominator e medio eius egredietur. Et pluraliter גִּבּוֹרִים Exod. 15. Flauisti uento tuo, operuit eos mare, demersi sunt uelut plumbū in aquis praualidis. Iud. 5. Tunc dominabitur residuus in praepotentes populi. 1. Samu. 4. Qui eripuit nos de manu deorum praualidorum eorum. 2. Para. 23. Et assumpsit centuriones, & praualidos. Psal. 136. Et occidit reges praualidos. Zacha. 11. Quia praualida uastata sunt ubi positum est pro aedificijs praegrans. Et Ezech. 32. Legitur per defectū utriusq; Iod גִּבּוֹרִים Depone filios gentium praualidarum. In statu regiminis גִּבּוֹרִים Psal. 16. Erga praualidos tota uoluntas mea. Iere. 25. Vlulate in puluere praualidi gregis. Cum affixis similiter nihil uariat. Nehem. 3. Et praualidi ipsorum non submiserunt collum. Nahum 3. Iacebunt praualidi tui.

גִּבּוֹרִים Nomen ex participio passiuā uocis primae coniugationis formatum, Epitheton Dei. Exod. 15. Dexterā tuā Iehoua praepotens in uirtute.

גִּבּוֹרִים Generis masculini, grande, granditas, amplitudo. Zach. 11. Projice eā ad figulum, granditatem precij, quod appretiatum sum ab eis, id est grande pretiū. Mich. 2. Et grandi

Item pro humanitate & mansuetudine. Oseā 11. Funibus hominis trahebā eos, & funibus dilectionis. Sic Christus inquit Matth. 11. *χρησθη*, id est humanum, mite, minime asperum minimeq; seuerū. Et Paulus ad Titū, Postquam autem apparuit *χρησθη*, id est humanitas dei & erga homines amor seruatoris nostri. Similiter 1. Corinth. 10. Tentatio uos non apprehendat, nisi humana, id est tolerabilis.

Item, ut nōmen שִׁיר uirum seu hominē nobilem, & egregium, ita שִׁיר aliquando plebeium significat. Mich. 5. Suscitabimus cōtra eum septem pastores & octo praepositos hominis, id est ex uulgo seu plebe. Vocat autem eo in loco, isto nomine Apostolos Christi, qui non erant de ordine sacerdotali. Psal. 22. Ego autem uer mis & non uir, opprobrium hominis, & abiectio populi. Iere. 49. Neq; peregrinabitur ibi filius hominis.

גִּבּוֹרִים Nomen adiectiuum masculini generis, in cuius altera geminationis parte prima substantialis litera abiecta est, sicut in nominibus גִּבּוֹרִים אֲפִסְתָּהּ הַבְּמִקְדָּשׁ & si gnificat rubrum seu rufum. Leui. 13. Et si erit in caluicie aut in glabricie plaga candida, subruffa, lepra germinans est. Et in genere foeminino גִּבּוֹרִים Leuit. 13. Et ecce tumor plagae albicans subruffus fuerit in caluicie. Et in distinctione sententiae גִּבּוֹרִים Leuit. 13. Aut macula candicans subruffa. Et pluraliter גִּבּוֹרִים Leui. 14. Vel subruffi.

גִּבּוֹרִים Cum cametz, sed in statu regiminis cum pathah. Sanguis seu color sanguineus, aut res habens colorem sanguineum. Genes. 37. Ne effundatis sanguinem. Exod. 7. Et erit sanguis in uniuersa terra Aegypti. Leuit. 3. Omnem sanguinem non comedetis. Iere. 7. Et sanguinem in nocentem non effundetis. Iouis 1. Et luna in sanguinem. Et est aliquando culpa. Deut. 17. Inter sanguinem & sanguinem. Aliquando poena. Iesaiā 34. Gladius ipsius Iehoua repletus est sanguine. Ezechielis 24. Et pestis & sanguis in plateis eius. Et tunc plerūque assumit a fronte literam beth. 2. Samuelis 3. Percussit eum sub quinta, & mortuus est propter sanguinem Asahel fratris illius. 1. Reg. 2. Et descendere facies caniciem eius in sanguine infra. Num. 35. Nisi in sanguine effundentis illum. Ezech. 38. In sanguine & in peste. Et in statu regiminis גִּבּוֹרִים Gen. 9. Effundens sanguinem hominis, per hominem sanguis eius effundetur. 2. Reg. 16. Et omnem sanguinē holocausti, & omnē sanguinem sacrificij super illud sparges. Gen. 49. Lauit in uino indumentū suū, & in sanguine uuarum operimentū suū. Deut. 32. Et sanguinem uuae bibetis turbidum. In statu affixorum semper seruat sub prima cametz Gen. 9. Verūtamen carnem cum anima sua, sanguine suo nō comedetis. Leuit. 4. Et omnem sanguinem eius fundet ad basim. Et cap. 17. Nam anima omnis carnis sanguis eius in anima eius est, id est in corpore eius est. 1. Sam. 26. Non cadet sanguis meus in terram. Psal. 72. Et pretiosus sanguis eorum in oculis eius. Excipitur affixum secundae personae pluralis numeri, in quo habet hirik. Gen. 9. Et sanguinem uestrū requiram. Et pluraliter גִּבּוֹרִים sanguines. 1. Paral. 22. Non aedificabis domū nomini meo, quia sanguines multos effudisti in terram. Et cap. 28. Quia uir belli & sanguines effudisti. Iesaiā 9. Et uestimentum uoluptatum in sanguinibus. Mich. 7. Omnes ipsi sanguinibus insidiabuntur. Est autē & hoc obseruatione dignum, q̄ pluraliter sapissime reatū secūm adfert, interdum etiam poenas & atrocias facinoras. Exo. 22. Si in effossione inuenietur fur & percussus mortuus fuerit, non illi sanguines, id est, reatus sanguinis. Deut. 19. Et sint super te sanguines, id est reatus sanguinis. Et cap. 22. Et nō ponas sanguines in domo tua. 1. Samuelis 25. Prohibuit te Iehoua ne intrares cum sanguinibus. 2. Samuelis 16. Egredere uir sanguinum. Et cap. 21. Dixit Iehoua ad Saul & ad domum sanguinum. Psal. 5. Virum sanguinum & imposturā abominabitur Iehoua. Psal. 9. Qui requirit sanguines, recordatur eorum. Psal. 51. Libera me a sanguinibus. Exod. 4. Quia sponsum sanguinum tu mihi. Et in statu regiminis גִּבּוֹרִים Gene. 4. Vox sanguinum fratris tui clamauit ad me. 2. Samuelis 3. A sanguinibus Abner filij Ner. 2. Samuelis 16. Inducat super te Iehoua sanguines Saul. 1. Regum 2. Et posuit sanguines belli in pace ponendo sanguines belli in cinctorium suum. Et iterum

concupiscere simulavit se David & dixit, quis potabit me aqua. Psal. 45. Et concupivit rex pulchritudinem tuam. Iere. 17. Diem arumnosum non concupivit.

Participium pluralis numeri **נִחְמָה** Num. 11. Quoniam ibi sepulti sunt ex populo, qui concupuerat concupiscentia. Amos 5. Vae concupiscentibus die lehoua.

INDE NOMINA.

נִחְמָה Concupiscentia, quod tamen tantum in statu regiminis legitur **נִחְמָה** & congruit significatione cum nomine **נִחְמָה**. Est **נִחְמָה** **נִחְמָה**. Deut. 12. Attamen in omni concupiscentia animae tuae offeres, & comedes carnes. Iere. 2. Sicut fera in deserto in concupiscentia animae suae haurit uentum. In statu affixi recipit cametz sub uau **נִחְמָה** Osee 10. In concupiscentia mea est, ut castigem eos.

נִחְמָה Concupiscentia. Gen. 3. Et uidit uirago q bona esset arbor in esum, & concupiscentia. Num. 11. Et uocauit nomen loci illius sepulchra concupiscentiae. In statu regiminis **נִחְמָה** Gen. 49. Benedictiones patris tui uberiores erunt, quam benedictiones progenitorum meorum, uelut concupiscentia collium mundi erunt. Psal. 16. Concupiscentiam afflictorum audiuit lehoua. Psal. 20. Concupiscentiam cordis tui dedisti illi. In statu affixorum **נִחְמָה** Psal. 38. lehoua coram te est omnis concupiscentia mea. Psal. 78. In concupiscentia eorum adduxit eis.

נִחְמָה Ablatis daabus de themate literis, prima scilicet & ultima. Iob 31. Ecce desiderium meum, ut omnipotens exaudiat me.

נִחְמָה Nomen pluralis numeri tantum. Psal. 140. Ne permittas lehoua desideria improbi.

נִחְמָה Concupiscentia illa mala primorum parentum, qua persuasu serpentis contra uoluntatem & uerbum Dei de ligno scientiae boni & mali fructum uetium comederunt, atque haec mox in posteros propagatione carnali transfusa est, ut figmentum cordis humani malum sit, tantum ea quae Deo, eiusque uoluntati ac uerbo aduersantur perpetret, & ad mala impellat & affectet. Vnde semper de corruptione naturae, cupiditate & concupiscentia, conatu & studio carnali, quo quis affectus est & alijs dolor & uim infert aut ipse afficitur, intelligi & accipi debet. Pro uerbiorum 6. Cor quod machinatur cogitationes concupiscentiae. Psal. 65. Concupiscentiam si prauidissem in corde meo, non exaudiret lehoua. Iob 11. Si est concupiscentia in manu tua, remoue eam longius. Pro uerbio. 30. Talis est uia mulieris adulterae, quae ubi comederit abstergit os suum, & dicit non perpetravi concupiscentiam, id est, libidinem. Iesai 59. Facta eorum sunt facta concupiscentiae. Iob 31. Nunquid perditio iniusto, & exilium operatoribus concupiscentiae. Et cap. 34. Non sunt tenebrae, neque umbra mortis, ut illis occultentur operarij concupiscentiae. Psal. 119. Nec dominetur in me ulla concupiscentia. Sepissime autem in religione de idolatria & impijs cultibus ex concupiscentia illa per diabolium inflicta contra uoluntatem & uerbum dei institutis dicitur, ut 1. Sam. 15. Quoniam erratum Magia est rebellio, & concupiscentia & idolatria est abrumpere se. Psal. 37. Concupiscentiam cogitat super cubili suo, id est, cultus concupiscentiae excogitat. Psal. 119. Nec dominetur in me ulla concupiscentia. Iesai 1. Non possum ferre concupiscentiam & retentionem. Vocat propheta cultus ipsorum sine fide nomine cupiditatis. Zach. 10. Quoniam idola loquuntur cupiditatem & diuini uident falsitatem. Amos 5. Et Bethel erit Beth Auen, id est, domus Dei erit domus concupiscentie; hinc ab idolatria Bethel dicta est a prophetis mutato nomine Beth Auen. Osee 4. Nolite ascendere in Beth Auen. Habakuk 3. In loco concupiscentie uidi tentoria Chusam. Hinc etiam **נִחְמָה** illi dicuntur, qui traditiones & cultus instituunt operum propria cupiditate a diabolo illis indita, quibus concupiscentias aliorum excarnificat. Psal. 5. Odisti omnes operarios concupiscentie. Psal. 6. Discedit a me omnes operarij concupiscentiae. Haec uerba Prophete Christus Matth. 7. de illis citat, qui gloriabantur q per nomen Domini prophetaerunt, demonia eiecerunt, multas uirtutes praestiterunt, hoc est de Pseudoprophetais & ipsorum traditionibus & cultibus. Et Interpres Graecus Matthei uertit **נִחְמָה**. Lucas uero **נִחְמָה**. Item Psal. 14. Annon cognoscent operarij concupiscentie, deuoratores populi mei, perinde ac

INDE VERBUM.

נִחְמָה Tentoriauit, id est tetendit, expandit, id est tentorium. Gene. 12. Et tetendit usq ad Sodomam. Et ibidem iterum. Et tetendit Abram, & habitauit in querceto Maebre.

In tertia coniugatione **נִחְמָה** tetendit. Iesai 13. Et non tendit ibi Arabs. Vbi aleph litera substantialis abiecta est. Et semel de expansione luminis dicitur. Iob. 25. Ecce adeo luna non expanditur, & stellae non sunt mundae in oculis eius. Sed de hoc in themate **נִחְמָה**.

נִחְמָה Aloes, arbor aromatica, cuius lignum extedit odorem ualde gratum. Psal. 45. Myrrha & Aloes & Karzia omnia uestimenta tua. Cantic. 4. Myrrha & Aloes & Cinnamomo.

Vide in themate **נִחְמָה**.

נִחְמָה Vox est haud dubie peregrina, & quantum ex locis scripturae & eorum circumstantijs conijcitur in quibus scriptum est. Est spiritus in sepulchris mortuorum & locis subterraneis qui sciscitatus uoce stridula responsa edit. Deinde etiam eiusmodi sciscitator, qui talem artem exercet, atq etiam umbras & manes euocat, isto nomine dicitur, siue uir sit siue mulier. Graeci & Latini appellarunt Pythonem a sciscitando, quod de futuris occultisque & ignotis consulebantur. Leuit. 20. Vir aut mulier in quibus fuerit Python, aut Gnostes. 1. Sam. 28. Exquirite mihi mulierem habentem Pythonem, ut habeam & quaram per eam. Iesai 29. Et humiliata de terra loqueris, & ex puluere egredietur sermo tuus, exierit quasi Pythonis e terra uox tua. Deut. 18. Et consulens Pythonem, & Gnostes. Et pluraliter **נִחְמָה** Leuit. 19. Ne respicias ad Pythones, neq ad Gnostas. Iesai 8. Eumtes sciscitabimini Pythones & Gnostas, qui stridet & demurmurat, an non populus consulere debet Deum suum, aut pro uiuo mortuos? Et cap. 29. Et Aegyptij sciscitabuntur apud Idola, & apud Magos, & apud Pythones, & apud Gnostas. Porro apud Iob cap. 32. Haec uox **נִחְמָה** utres significat quibus uinum continetur. Ecce uenter meus est sicut uinum non apertum, sicut utres noui, ita rupetur. Ex isto loco quidam leui conjectura arbitratur Pythones ab utribus, q qui tali spiritu afflati, ore clauso ex uentre perinde ac si ex utre seu laguncula responsa depromant, hinc Graecis **εὐρασπιόδοτος**, id est uentri loquos esse appellatos existimant. Meminit Lucas Pythonissae Act. cap. 16. Torris, titio, id est fundus. Amos 4. Facti estis sicut titio ereptus ex incendio. Zach. 3. Nonne iste est titio ereptus ex igne. Huc respexit Iudas Apostolus in sua Epistola: illos, inquit, per timorem saluos facite ex incendio rapientes. Et pluraliter **נִחְמָה** Iesai 7. Ne timeas & cor tuum non sit tenerum propter caudas titionum fumantium istorum.

Vide suo in loco.

נִחְמָה Occasiones, causae propter quas aliquid fit. Et assumens ante se **נִחְמָה** abit in naturam praepositionis Propter. Gen. 21. Super causa putei, id est propter puteum. Et in statu affixorum. Iosue 14. Nolsti quid loquutus est lehoua ad Moisen hominem dei super causa mea, & super causa tua, id est propter me & propter te.

Affectauit, desiderauit, cupiuit, concupiuit. Et uerbum Aueo ei conuenit non modo uoce & pronunciatione, uerum etiam significatione, praeter id quod uerumq & defectiuum, & anomalon in coniugatione. Deinde habet se correlatiue erga uerbum **נִחְמָה** Et est contrariae significationis cum uerbo **נִחְמָה** Psal. 132. Quoniam elegit lehoua Zion, concupiuit in sedem sibi. Et mox iterum. Haec requies mea in perpetuum, ibi habitabo, quoniam concupiui eam. Pro uerb. 21. Anima improbi cupit malum. Iob 23. Quicquid anima eius concupiscit, id facit. Deuter. 12. Quodcumq concupiuerit anima tua comedere carnes, omni desiderio animae tuae comedere carnes.

In quarta coniugatione **נִחְמָה** concupiscere fecit se, **נִחְמָה** **נִחְמָה** **נִחְמָה**. Pro uerb. 21. Omni die concupiscit concupiscentia piger. Num. 11. Et uulgius promiscuum quod erat in medio eorum concupiuit concupiscentia. Deut. 5. Non concupisces domum proximi tui, pro quo Exod. 20. Verbum **נִחְמָה** posuerat. 2. Samuel. 23. Et concu-

תְּהַרְהִיבֵן Threnorum 3. Quid concupiscet homo unusquisque super errato suo. Participium תְּהַרְהִיבֵן Num. 11. Et factum est cum populus concupisceret, displicuit in auribus ipsius Iehoua.

25 תְּהַרְהִיבֵן Nomen pluralis numeri tantum, de cuius significatione plurimum uariant Interpretes. Arbitror ego (saluo tamen aliorum iudicio) generale esse ad omnes aues ferales, quae alio nomine תְּהַרְהִיבֵן uocantur, & dictas à tristi & gemibunda acclamatione qua inuicem & simul uociferantur. & habere cognitionem cum uerbo תְּהַרְהִיבֵן. Legitur tantum semel. Iesaiæ 13. Et cubabunt ibi Zizim & replebuntur domus eorum Ochim, & cohabitabunt ibi filiae Struthionis, & piosi saltabunt ibi.

תְּהַרְהִיבֵן Vide in uerbo תְּהַרְהִיבֵן.

תְּהַרְהִיבֵן Vide in uerbo תְּהַרְהִיבֵן à quo deriuatum est.

26 תְּהַרְהִיבֵן Festinauit, properauit. Congruit significatione cum uerbis תְּהַרְהִיבֵן תְּהַרְהִיבֵן תְּהַרְהִיבֵן nisi quod ut forma, ita modo tantum significandi inter se uariant. Iosue 10. Stetit sol in medio caeli, & non properauit ad occasum. Iere. 17. Et ego non properaui.

Participium praesens תְּהַרְהִיבֵן quod interdum nominaliter accipitur. Prouerbio- rum 19. Qui properat pedibus, errat. & cap. 29. Vidisti uirum properantem uerbis suis. ca. 21. Omnis praeceps egebit. Iosue 17. Quia properantior est tibi mons Ephraim. Et pluraliter תְּהַרְהִיבֵן Exo. 5. Exactores properabant, seu urgebant, dicentes, perficite opera uestra.

In tertia coniugatione תְּהַרְהִיבֵן. Genes. 19. Et properare factebant angeli ipsum Lot, id est, urgebant. Iesaiæ 22. Ne properetis ad consolandum me.

27 תְּהַרְהִיבֵן Ut תְּהַרְהִיבֵן & תְּהַרְהִיבֵן significant mutationem melioris in peius, ita econtra תְּהַרְהִיבֵן notat mutationem peioris in melius, id est, tenebrarum in lucem, tristitia in lætitiā, frigoris in calorem: illucescere, lucidum fieri, propagare & proferre lucem. Et est caloris, resuscillationis, gratiae, lætitiæ, uitæ adeoque omnis boni. Et habet congruentiam cum uerbo תְּהַרְהִיבֵן item cum Græco εὐφραίνω. Et in prima coniugatione seruat in omnibus modis & temporibus holem. Genes. 44. Mane illuxit, & uiri missi sunt. Psal. 139. Et nox illuxit in delicijs meis. Iesaiæ 60. Surge lucesce, seu fias lucida. 1. Sam. 14. Quia lucidi fuerunt oculi mei. Et mox iterum: Et illuminati sunt oculi mei.

Participium praesens תְּהַרְהִיבֵן Prouerborum 4. Ambulans & lucens usque ad perfectum diem.

In uoce passiuā תְּהַרְהִיבֵן. 2. Samuelis 2. Et lucidum factum est illis in Hebron, id est, illuxit.

In tertia coniugatione תְּהַרְהִיבֵן Quando regit post se accusatiuum, tum est actiuum. Lucidum fecit, illuminauit, illustrauit. Psal. 98. Illuminauerunt fulgura eius orbem. Psal. 18. Quoniam tu illuminas lucernam meam. Exod. 14. Et illuminauit noctem. Danielis 9. Lucere fac faciem tuam. Malach. 1. Et non lucere faciunt altare meum. Ecclesiast. 8. Sapientia hominis, illuminat faciem ipsius.

Si uero post se non regit accusatiuum, usurpatur neutraliter. Exod. 25. Et lucebit ex aduerso. Ezech. 43. Et terra luxit à gloria eius. Genes. 1. Ut luceant super terrā. Iesaiæ 60. Et luna non lucebit tibi. Psal. 138. Deus Iehoua illuxit nobis.

Participium praesens תְּהַרְהִיבֵן. Prouerborum 29. Illuminat oculos utriusque Iehoua. In genere foeminino תְּהַרְהִיבֵן quod in statu regiminis תְּהַרְהִיבֵן legitur. Psal. 19. Mandatum ipsius Iehoua purum, illuminans oculos. Et pluraliter תְּהַרְהִיבֵן Iesaiæ 27. Mulieres uenientes illuminant eos, id est, lucere faciunt eos, seu ingendunt eos.

si comederent panem. Psal. 28. Non trahas me cum improbis, neque cum operarijs concupiscentiae &c. Sic constituitur quoque cum תְּהַרְהִיבֵן Psal. 59. Neque gratiam ostendas omnibus transgressoribus concupiscentiae. Sciendum etiam quod saepe constituitur cum alijs nominibus, saepissimè uero eum nomine תְּהַרְהִיבֵן id est, tamen bifariam, uel mediata, ut Num. 23. Non uidit concupiscentiam in Iacob neque laborem in Israel. Ex hoc loco deinde omnes Prophetae hanc phrasin sumentes ad impietatem, id est, impiam doctrinam operum, & cultus idolatricos propria cupiditate ac deuotione, in statu diaholi, contra dei uoluntatem & uerbum dei institutos transtulerunt, sicut Moses equidem fons est omnium Prophetarum. Psal. 7. Ecce cum nisu concipiet concupiscentiam, & pragnans erit labore, & pariet saltat. Iesaiæ 10. Vae qui constituunt constitutiones concupiscentiae, & qui scribunt labores. Iob 4. Quemadmodum uidi aratores concupiscentiae, & seminatores laboris messuerunt eum. Item cap. 5. Quia non egredis ex puluere cupiditas, & ex humo non efflorescit labor. Iam sequentur loci ubi תְּהַרְהִיבֵן sequitur ipsum תְּהַרְהִיבֵן aut alia uocabula. Iob 15. Pregnans factus est concupiscentia, & peperit labores, & uenter ipsorum parat dolum. Prouerb. 22. Qui seminat iniustitiam, ille metet concupiscentiam. Vel immediate componitur inter se tantum uau copula sic תְּהַרְהִיבֵן תְּהַרְהִיבֵן Labor & concupiscentia. Psal. 90. Et quicquid est ultra illos, labor & affectio est. Et Paulus hac phrasi usus, 2. Corinth. 11. νόστος ἡμῶν ὑμῶν reddidit. Legitur etiam ubi nomini תְּהַרְהִיבֵן est impositum. Psal. 63. Verba oris eius concupiscentia & impostura. Item ubi תְּהַרְהִיבֵן תְּהַרְהִיבֵן inuerso ordine legitur. Psal. 55. Diu noctuque circum me uentum in ea iuxta muros eius concupiscentia & labor. Et in statu regiminis תְּהַרְהִיבֵן. Osee 12. Et dixit Ephraim, at diues sum, inueni cupiditatem mihi, id est, quod cupiui. Similiter in statu affixorum. Iob 21. Deus reponet filiis eius cupiditatem ipsius. Psal. 49. Reddet super eos cupiditatem ipsorum. Deut. 26. Non comedi in concupiscentia mea ex eo. Iob 40. Ecce robur eius in lumbis suis, & concupiscentia in umbilico uentris sui. Osee 12. In utero supplantauit fratrem suum, & in concupiscentia sua certauit cum Deo. Iere. 4. Vique quo manebunt in medio tui cogitationes concupiscentiae tuae. Gen. 49. Ruben primogenitus meus, uirtus mea, & principium concupiscentiae meae. Deut. 21. Cum ipse sit principium concupiscentiae tuae. Psal. 105. Et percussit omne primogenitum in terra ipsorum, primitias omnis concupiscentiae eorum. hic ponitur affectus pro effectu, id est, filijs. Gen. 35. Vocauit statim nomen eius Ben Oni, id est, filium concupiscentie, sed pater eius uocauit eum Beniamin, id est, filium dexterae. ubi usurpatur de effectu concupiscentiae, id est, dolore illo qui sequitur concupiscentiam seu uenerem. Et pluraliter תְּהַרְהִיבֵן Prouerb. 11. In morte hominis auferatur spes, & expectatio cupiditatum auferetur, id est, cupidorum. Iesaiæ 40. A multitudine cupiditatum & robore potentiae uinum non decedet. Et mox iterum: Dat lassam uirtutem, & cui non sunt cupiditates, robur multiplicabit. Osee 9. Sacrificium ipsorum sicut panis cupiditatum ipsis. Tamen alij interpretantur panis lugentium à uerbo תְּהַרְהִיבֵן ut respiciat ad legem. Deut. 26. Vbi talia sacrificia phiberi dicant. Psal. 78. Et percussit primogenitum in Aegypto, primitias concupiscentiarum in tentorijs Chanae.

Concupiscentia: licet alij uerbaliter pro decet, congruit, conuenit. Prouer. 31. Neque principibus concupiscentia siceræ.

Particula concupiscentis, seu optantis. Ezech. 21. O gauderemus si omnia ligna essent uirge. Accipitur tamen pro particula subiunctiua si, si uero, et si. Leuit. 5. Si cauer bestie immunde. cap. 4. Et si innotuerit ei peccatum. Item pro disiunctiua aut, uel siue. Leuit. 1. De turturibus uel de pullis columbae. Prouerb. 30. Canis uenaticus accinctus lumbis, uel hircus.

Exclamantis particula, quae communiter post enumerationem peccatorum subiicitur O, ue, heu. Num. 21. Heu tibi Moab, peristi popule Camos. Et cum he paragogico תְּהַרְהִיבֵן Psal. 120. Heu mihi. Porro, ut hec uox תְּהַרְהִיבֵן parum differt ab תְּהַרְהִיבֵן, ita significatione cum eo propemodum congruit.

Concupiscentia. Iere. 2. Fera assueta desertum concupiscentia anime suae haurit uentum. Concupiscentie. Ezech. 24. Concupiscentijs defatigata est in Aegypto.

אָרֹת Stabula, quod illa in partibus calidioribus sint subterranea. 1. Regum 4. Et fure runt Salomoni quadraginta millia stabula equorum. pro quo 2. Paralip. 9. Legitur אָרֹת & cap. 32. אָרֹת sed de hoc quoque in themate אָרֹת

אָרֹת Nomen pluralis numeri tantum quod generaliter pro minoribus gregibus ponitur, qui in stabulis continentur, necdum ducuntur in pascua. 2. Paralip. 32. Et septa pro gregibus. Sed de hoc quoque in themate אָרֹת

אָרֹת Cauerna, quae caret luce. nam mem litera est priuatiua sicut in nomine אָרֹת & אֲרִיס multus. Iesaiæ 11. Et ad cauernam reguli ablaetatus manum suam extendet.

אָרֹת Vide in uerbo אָרֹת

28

אָרֹת Aduerbiu temporis, tunc, eo tempore. Et mutat quandoque uerbu futuri temporis in praeteritum. Genesis 4. Tunc coeptum est inuocari in nomine Iehoua. Exod. 15. Tunc cecinit Moses. Iosue 10. Tunc loquutus est Iosue. 2. Samuelis 19. Quod tunc rectum in oculis tuis. 2. Regum 12. Tunc ascendit Cazael. Psalm. 2. Tunc loquetur ad eos in ira sua. Et per prothesin mem אָרֹת extunc. Prouerbiorum 8. Iehoua comparauit me initio uiae suae ante opera sua ex tunc, id est, antequam tunc essent opera eius. Legitur etiam cum paragogico Iod אָרֹת Psalm. 124. Tunc uisus deglutissent nos. & ibidem, Tunc aquae inundassent nos. Et iterum: Tunc transisset super animam nostram aqua superborum.

29

אָרֹת

אָרֹת Esti multi uelint esse Origanum, cuius plurimae sunt species, inter quas Plinio una est, quae appellatur Othimin, uel Parasion, non dissimilem Hyssopo, tamen retinebo uocem Hebraeo consentientem, atque Esopum uertam. 1. Regum 4. Et differebat de arboribus a cedro quae est in Libano usque ad Esopum, quae egreditur in pariete. Huius autem usus fuit in asperisionibus ut fasciculo ex ea facto aspergerent uel sanguinem uictimarum: ut Exod. 12. Et accipietis fasciculum Esopi, & tingite in sanguinem qui fuerit in peluis, & spargendo attingite ad superliminare, &c. Vel aquam lustrationis, ut Numeri 19. Et accipiet sacerdos lignum cedri, & coccum uermiculi, & proijciat in medium incendium uaccarum. Et iterum: Et intingat in aquam uir mundus & aspergat super tentorium, &c. Ad illas asperisiones alludit Propheta Psal. 51. Expiabis me Esopo & mundabor. Et petit expiationem a peccatis per sanguinem Christi ~~et per asperisionem uisum~~, quae illis sanguinis & aquae asperisionibus significabatur.

30

אָרֹת

אָרֹת Cognationem quandam habet significatione cum uerbis אָרֹת nisi quod ut forma, ita modo tantum significandi inter se discrepent: significat autem abripi, raptim auferri, ut eius rei nihil amplius super sit. 1. Samuelis 9. Quia panis abreptus est de uasis nostris. Deuter. 32. Tum iudicabit Iehoua populum suum, & commiserabitur super seruis suis, quando uiderit quod ablata est manus, id est, potentia. Vbi thau litera scripta est loco he. Iob 14. Abreptae sunt aquae ex mari. Iere. 2. Quo te abripis tam uehementer.

אָרֹת Participium praesens אָרֹת Prouer. 20. Malum malum est, dicit omnis possidens: sed quam primum abreptum est illi, tum laudat.

INDE NOMINA:

אָרֹת Nomen lapidis cuius fit mentio 1. Samuelis 20. Et sedebis iuxta lapidem Azel. quanquam aliqui inde dictum esse uelint, quod ceu signum sit positus ubi recederetur.

אָרֹת

אָרֹת Nomen gentis. Ezechielis 27. Dan & Iauan Meutzal in mercatum tuum. Aliqui tamen putant esse participium praeteritum secundae conjugationis.

31

אָרֹת

אָרֹת Auris nomen generis foemini. Existimo autem habere cognationem cum uerbo אָרֹת & sic dictam, quod omnibus semper pateat & prostituta sit, non item oculi, non os, non nasus, quae membra claudi possunt & cohiberi. Iob 12.

b 3 Non-

INDE NOMINA:

אָרֹת Lux, splendor, claritas, quae cernitur, & quae omnia patefacit. Genesis 1. Et dixit deus, fiat lux. Et iterum: Et uocauit deus lucem, diem. Sic Paulus quoque reddidit 2. Corinthiorum 4. Quoniam deus est qui iussit e tenebris lucem illucescere &c. Et iterum: Et distinxit deus inter lucem, & inter tenebras. Iesaiæ 5. Et lux obscurata est in influentijs. & capit. 51. Et iudicium meum in lucem populorum sistam. Prouerbiorum 13. Lux iustorum laetificabit. Iudicum 16. In luce diuileuisti interficiemus eum. Psalm. 98. Lux orta est iusto, & relictis corde laetitia. Iob 36. Supra uelut manibus operit lucem, id est, fulgur. Psal. 78. Et tota nocte per lucem ignis. Iesaiæ 49. Et dabo te in lucem gentium. Ecclesiast. 12. Antequam obtenebrescat sol & lux, & luna, & stellae. Et in statu affixorum manet inuariatum. Psalm. 36. In luce tua uidebimus lucem. Ezechielis 32. Et luna non illuminabit luce sua. Psalm. 37. Iehoua est lux mea. Et pluraliter אָרֹת Psalm. 136. Faciens lucem magnas. Et in genere foemini אָרֹת Esther 8. Iudaeis fuit lux, & laetitia. Psal. 139. Et tenebrae sicut lux ipsa.

אָרֹת Lumen, luminare, corpus lucidum. Genesis 1. Luminare magnum. Exod. 25. Oleum ad luminare. Psalm. 74. Tu confirmasti lumen & solent. Et in statu regiminis אָרֹת Psalm. 90. Posuisti iniquitates nostras coram te, abscondita nostra in lumen faciei tuae. Prouerbiorum 15. Lumen oculorum exhilarat cor, id est, gratum obiectum, iucundus aspectus. Et pluraliter אָרֹת forma foemini generis, sed ex adiectiuo adiuncto masculini generis. Genesis primo, Et fecit deus duo luminaria magna. Et Paulus huic respiciens Philippensi. 2. Inter quos lucete tanquam luminaria in mundo, sermonem uiae sustinentes: ministros uerbi sic uocat. 1. Regum 7. Luminaria quinque a dextra, & quinque a sinistra ante oraculum ex auro puro. Legitur tamen semel in forma masculina אָרֹת Ezechielis 32. Omnia luminaria lucis.

אָרֹת Focus in quo lucet ignis. Genesis decimo quinto, Ego Iehoua, qui eduxi te de foco Chaldaeorum. Esti omnes prope modum Interpretes sentiant esse nomen ciuitatis, tamen certum est ab igne habere appellationem, quem Chaldae pro Deo coluerunt: nam cum uidissent olim igne coelitus delapso sacrificia Patriarcharum coelumi, putarunt esse Deum. Iesaiæ trigesimo primo, Cuius focus est in Zion, & furnus in Ierusalem. & capit. 50. In foco ignis uestri, & in scintillis, quas inflammas. cap. 47. Aut focus ad sedendum iuxta illum. Matheus Euangelista reddidit lumen, capite decimo quarto, Et erat sedens una cum ministris & calefactebat ad lumen. Et pluraliter אָרֹת luces. Et hoc nomine lapides erant dicti in pectorali, quia annuente Domino emittebant fulgorem. Exod. 28. Et pones ad pectorale iudicij Vrim & Thymim. Leuit. 8. Et posuit super pectorale Vrim & Thymim. Numeri 27. Et ante Eleazar sacerdotem stabit, & consulat pro eo in iudicio Vrim coram Iehoua. 1. Samuelis 28. Et consuluit Saul ipsum Iehoua, & non respondit ei Iehoua neque per somnia, neque per Vrim, neque per prophetas. Esdrae 2. & Nehemiae 7. Donec staret sacerdos ad Vrim & ad Thymim.

Et cum affixo אָרֹת Deuterono. 33. Et ad Leui dixit, Thymim tuum & Vrim tuum uiro pio tuo erunt.

אָרֹת Olera, seu herba uirides, lucentes & laetae, adque uescendum gratae. 2. Regum 4. Et egressus est unus in agrum ut colligeret olera. pro quo Chaldaeus reddidit אָרֹת uiridia. Iesaiæ 26. Ros olerum ros tuus, id est ut ros recreat olera, ita tu quoque recreas.

אָרֹת Cauernae, quae carent luce, & significationem superiori nomini אָרֹת habet contrariam, sicut & אָרֹת nunc albicans, nunc loca obscura, & similiter אָרֹת significat: quanquam etiam de illis cauernis dici possit, quae non sint obscurae, sed supernae foramina habeant per quae lux diei illabatur. Iesaiæ 24. Idcirco in cauernis glorificate Iehoua: Intelligit autem Trogloditas.

אָרֹת

אָדָם Frater, qui interne alteri suo uterino iunctus est, quanquam postea scriptura non illos solum fratres uocat, qui ipsdem progenti sunt parentibus, sed etiam alios ex eadem generis serie prognatos, item etiam eiusdem professionis homines. & cognationem quandam habet cum uerbo **אָבִי** atq; importat mutuam respectum affectus fraterni. Genesis 34. Et Rebecca erat frater & nomen eius Laban. Proverbiorum decimo septimo, Sed frater tempore angustiae nascetur. Psalm. 49. Frater non redimendo redimet quenquam. Ecclesiast. 4. Est unus & non secundus, etiam filius nec frater illi. Et in statu regiminis accipit Iod paragogicum **אָבִי** Genesis 24. Vxor Nachor fratris Abrahæ. Et in statu affixorū seruat Iod, sed resumit cametz. Genesis quarto, Et adiecit parere fratrem eius Hebel. Et iterum: Vbi est Hebel frater tuus. Et mox iterū: Num custos fratris mei ego? Et cap. 9. De manu uiri fratris sui requiram animam hominis. cap. 20. Dic de me frater meus est. Ioelis secundo, Et quisque fratrem suum non propellebat. Et pluraliter **אָבִימ** Genesis 13. Nam uiri fratres nos sumus. Psalm. 138. Habitare fratres etiam in unum. In statu regiminis **אָבִי** Genesis 24. Deduxit me Iehoua ad domum fratrum sustentatoris mei. Et in statu affixorū. Exod. 2. Fratres mei. Psalm. 22. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Genesis 27. De fratribus tuis. & cap. 48. Fratres eorum. Et in genere fœminino **אָבִימ** frater, id est soror. Verum ut **אָבִי** non semper fratrem significat ex ipsdem parentibus natum, quem nos uterinum uocamus, sed propinquum uel sanguine uel professione: Ita **אָבִימ** non semper sororem significat, quæ ipsdem nata est parentibus, uerum etiam fratris filiam uel aham cognatam. Canticorum 8. Soror nobis parua. Et in statu regiminis & affixorum **אָבִימ** Genesis 4. Et soror Tubal Kain erat Naema. Leuit. 18. Soror tua. Genesis 12. Dic nunc soror mea &c.

Attribuitur etiam rebus inanimatis, quæ consociantur inuicem, & respectum mutuam habent. Exod. 26. Et quinque cortinae erunt consociatae, unaquaque ad sororem suam.

אָבִימ Fratritas. Zach. 11. Ad labefactandum fraternitatem.

אָבִימ Focus, caminus in quo fouetur ignis, ut ad eum tempore frigoris accedatur calefaciendi causa. Iere. 36. Et rex sedebat in domo hyemali in mense septimo, & habebat focum ante se ardentem. Et mox iterum: Statim proiciendo in ignem qui erat in foco. Est & particula gemitum ex dolore significans. Ezech. 21. Actus factus in fulgur.

אָבִימ Cum he ab initio particula adhortatoria, seu prouocatoria cum contemptu. Heach, euge. Iob 39. In buccina dicit heach. Psalm. 35. Et dilatauerunt super me os suum, dixerunt heach. Psalm. 40. Qui dicunt mihi heach, heach. Iesaja 44. Heach calefactus sum. Ezechielis 6. Et dic heach contra omnes abominationes malas. & cap. uigesimo quinto, Eo quod dixisti heach contra sanctuarium meum. Et cap. 26. Eo quod dixit Tyrus contra Ierusalem heach. cap. 36. Propterea quod dixit inimicus contra uos, heach.

אָבִימ Carectum, quod ex eius stirpe quasi multi fratres generantur. Genesis 41. Et pascebantur in carecto. Iob 8. Aut crescere carectum abiq; aqua.

אָבִימ Vniuit, & ut forma, ita modo tantum significandi differt a uerbis **אָבִימ** **אָבִימ** **אָבִימ** **אָבִימ** & **אָבִימ** Genesis 49. Cum cœtu eorum ne uniat se gloria mea. Iesaja 14. Ne uniat se cum eis in sepultura.

In quarta coniugatione **אָבִימ** Vniuit se, fecit se unum. Ezechiel. 21. Vnite, dextra, pone sinistra, quo sunt facies tuæ cõstitutæ. Esi Hieronymus uerterit uerbo exacuendi **אָבִימ** **אָבִימ**.

INDE NOMINA:

אָבִימ Tam in statu absoluto, quam regiminis, Vnus. Genesis 3. Ecce homo fuit sicut unus ex nobis. Et cap. 48. Ego dedi tibi partem unam supra fratres tuos. Leuitic. 13. Vnum ex filiis eius. 1. Samuelis 17. Usque ad unum non defuit. Zachariae

Nonne auris dicta probabit. Proverbiorum 20. Aurem audientem, & oculum uidentem Iehoua facit utrunque. Et manet in statu regiminis inuariatum. Leuitic. 14. Super cartilaginem auris purificandi dextram. Proverbiorum 18. Auris sapientum quæret scientiam. In statu affixorum mutat holem in kametz. Psalm. decimo septimo, Inclina aurem tuam mihi. Iesaja 33. Obturat aurem suam ne audiatur sanguines. Iob 4. Et accepit auris mea modicum. Et dualiter **אָבִימ** Psalm. 40. Aures perdidisti mihi. Iesaja 43. Et surdos & aures illis. Et in distinctione sententia **אָבִימ** Ezechielis 24. Per auditum aurium. Et in statu regiminis **אָבִימ** Genesis 23. In aures filiorum Heth. Iesaja 32. Et aures audientium attendent. Similiter in statu affixorum. Iesaja 6. Et aures eius aggraua. Psalm. 130. Sint aures tuæ attentæ.

אָבִימ Duæ aures, id est, bilanx, libra habens duas aures. Psalm. 62. Filij uiri in bilance ascendendo. Iesaja 40. Et colles bilance. Et iterum: Et sicut puluillus bilancis reputabuntur. Ierem. 32. Et ponderaui argentum in bilance. Et in statu regiminis **אָבִימ** Leuit. 19. Bilanx iustitiæ, lapides iustitiæ. Prover. 11. Bilanx imposturæ, abominatio est Iehoua.

INDE VERBUM;

אָבִימ Audiuit, audiendo perpendit. Eccles. 12. Et audiebat & perscrutabatur.

In tertia coniugatione **אָבִימ** audiuit, auscultauit, auribus percepit, aures accomodauit, arxit. Deuteronom. 1. Et non accomodauit aures ad uos. Exod. 17. Et aures accomodaueris ad præcepta eius. Psalm. 77. Voce mea ad Iehoua & aures accomodauit ad me. Iesaja 64. Et non auscultauerunt. Psalm. 5. Sermones meos auribus percipe. Iesaja 1. Et ausculta terra. Genes. 4. Audite sermonem meum. Iob 32. Aures accomodabo ad intelligentiam uestram multiplicem. Et cap. 9. Non credam, quod audiuerit uocem meam.

Participium præfens **אָבִימ** pro **אָבִימ** Proverbiorum 27. Et falsus auscultat ad linguam.

אָבִימ Vide in uerbo **אָבִימ**.

32 **אָבִימ**

Cinxit se, accinctus est neutraliter, & significatione nihil differt a uerbo **אָבִימ** Item a **אָבִימ** & **אָבִימ** in primo ipsorum modo significandi, nisi q; ut forma, ita modo tantum significandi inter se differant. 1. Samuelis 2. Et labascentes accinxerunt se robore. Iob 38. Cinge nunc uelut uir lumbos tuos: ubi est transituum propter accusatum sequentem.

Participium præteritum **אָבִימ** 2. Reg. 1. Et cingulo corei accinctus erat.

In uoce passiuæ legitur participium **אָבִימ**. Psalm. 65. Et accinctus est fortitudine.

In secunda coniugatione **אָבִימ** transitiuum. Psalm. 18. Et accinxisti me robore ad bellum. Psalm. 30. Accinxisti me lætitia.

Participium præfens **אָבִימ** Psalm. 18. Deus est qui accingit me robore. Et pluraliter in statu regiminis **אָבִימ** Iesaja 50. Accinctores flammaram, id est qui accingitis alios flammis.

In tertia coniugatione **אָבִימ** accinxit scilicet alium. 2. Samuelis 22. Et accinxisti me robore ad bellum. Iob 30. Sicut tunicam meam cingebat me. Iesaja 45. Accingebam te, nec cognoscebas me.

In quarta coniugatione **אָבִימ** Psalm. 93. Indutus est Iehoua, potentia accinxit se. Iesaja 8. Accingite uos, & prosternemini.

INDE NOMEN:

אָבִימ Cingulum. 2. Regum 1. Habuit uir ille pilos & cingulum corei. Iob 12. Et ligat cingulum in lumbos eorum. Est autem cingulum regum, obedientia populi. Iesaja 3. Et non soluetur cingulum renum eius. & cap. 11. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & ueritas cingulum renum eius. Ierem. 13. Compara tibi cingulum lini.

apprehensi in pariete domus. Et in statu regiminis **מָנָה** Canticorum 3. Omnes qui apprehenderant gladium. Et in genere foeminino **מְנָה** Ecclesiast. 9. Et sicut aues comprehenduntur laqueo.

In uoce passiva legitur in tēpore präterito irregulariter quiescente aleph **מָנָה** & significat contineri scilicet in terra, seu possessione. Numeri 32. Et si transferint expediti uobiscum, & contineantur in medio uestri in terra Canaan. Iosue 22. Ad terram possessionis suae, in qua contenti erant in ea. Porro in Imperatiuo & futuro & participio irregulariter legitur secundum formam uerborū quae mouentur. Genesis 34. Habitate & circuite eam negociantes, & contineamini in ea. Genes. 47. Habitaui Israel in terra Aegypti, in terra Gosen, & cōtenti sunt in ea. Iosue 22. Et contineamini in medio nostri.

Participium **מָנָה** Gen. 22. Et ecce aries detentus cum cornibus suis. Et pluraliter **מְנָה** Eccl. 9. Sicut pisces qui comprehenduntur in sagena.

In secunda coniugatione legitur tantum participiū praesens **מָנָה** Job 26. Quis tenet faciem solij.

In coniugatione tertia legitur participium präteritum pluraliter **מָנָה** 2. Paralip. 9. Et sex gradus ad solium apprehensi, id est affixi.

INDE NOMINA:

מָנָה Nomen participiale, forma masculini generis, res obtenta, possessa, possessio. Numeri 31. De medietate filiorum Israel accipies apprehensam unam, id est portionem. 1. Paralipom. 24. Domus patris una portio retenta pro Eleazar, & portio retenta pro Ithamar. Et in forma foeminea **מְנָה** possessio, portio apprehensa. Genes. 47. Et dedit eis portionem in terra Aegypti. Et in statu regiminis **מָנָה** Leuitic. 25. Ad possessionem patrum suorum reuertetur. Num. 27. Sic dando dabis illis possessionem hereditatis in medio fratrum patris tui. Et in statu affixorum **מָנָה** Num. 35. De hereditate possessionis suae. Ezech. 46. Et ne tollat princeps de hereditate populi, & arceat eos à possessione eorum, sed de possessione sua heredes instituat filios suos.

מְנָה Proprium nomen uiri, cuius fit mentio Genes. 26. Et Achysas amicus eius, &c. Et fortasse nomen hoc Anchyse patri Aeneae inditum.

מְנָה Quare in suo themate **מְנָה**.

מָנָה Si sequitur post ipsum nomē, tum idem ualet, quod Latinis post. Et est aliquando loci, & aliquando temporis. At sequente uerbo, ualet idem quod postea, postquam, & est temporis. Exod. 3. Et duxit oues post desertum. Genes. 9. Et uixit Noach post diluuium. cap. 10. Et nati sunt illis filij post diluuium. Et iterum: Et postea dispersae sunt cognationes Cananæi, cap. 33. Et postea accessit Ioseph. Leuitic. 14. Et postea ueniet ad castra. Psalm. 16. Postea festinant. Proverbiorum 20. Et postea implebitur os eius scrupulo. cap. 24. Postea etiam aedificabis domum tuam. Leuitic. 14. Postquam extraxit lapides.

Et praeposita praepositione mem, à post, de post, & est loci. Et dicitur de re aliqua postquam fuerat, 2. Samuelis 7. De post oues. Psalmus 78. De post fortantes adduxit eum.

מָנָה Forma plurali, status regiminis & affixorum (nam in hac forma recipit affixum) similiter ut in singulari sequente post se nomine, uel etiam pronomine affixo, ualet post, & est loci uel temporis. Sequente uerbo, est temporis. Exod. 33. Et respexerunt post Mosen, donec intraret in tabernaculum. Gen. 32. Qui ambulat post greges. 1. Samuelis 20. Et ascendit omnis uir Israel à post Dauide, post Seba filium Bichri. Leuit. 16. Post mori duos filios Aaronis, id est postquam mortui essent. Gen. 59. Post sepelire eum patrem suum, id est postquam sepeliuissent. Gen. 15. Et post sic egredientur, id est postea. In statu affixorum. Genes. 18. Et Sara audiebat in ostio tentorii, quod erat post ipsum. Genes. 9. Semen uestrum post uos.

11. Et accipi mihi duos baculos, unum uocauit iucunditatem, & unum uocauit dolores. Et in statu regiminis. Genes. 22. Super unum montium. Porro legitur semel per apharelin alyph **מָנָה**. Ezechielis 33. Et locutus est unus ad alterum, uir ad fratrem suum. Et semel per apocopen **מָנָה**. Ezechielis 18. Et fecerit unum de aliquo ex istis. Et in distinctione sententiae **מָנָה** Genes. 1. Et fuit uespere & fuit mane dies unus. Et capite 2. Et nomen unius, Philon. Iesaja sexto, Sex ala uni. Ecclesiast. 4. Et uni quomodo calor erit. quanquam etiam extra distinctionem legatur, ut 2. Samuelis 14. Et percusserunt unus unum, id est, alterum. 1. Regum 13. Et propheta unus senex sedebat in domo dei, id est, quidam. Job 41. Venus in uno applicatur, ut uentus non penetret, utrunque, id est, unus alteri. Iesaja 65. Pascantur sicut unum, id est, una. Et pluraliter **מְנָה** uni, id est, iidem. Genes. 11. Fuit autem uniuersae terrae labium unum, & uerba una, id est, eadem, id est, idiomatica eadem. & cap. 29. Et erant in oculis eius sicut dies uni, id est, aliquot, seu pauci. Danielis 11. Et in diebus paucis. Et in genere foeminino in statu absoluto & regiminis **מָנָה** eliso daleth pro **מָנָה**, id est, una. Genes. 2. Et accepit unam de costis eius. Exod. 26. Mensura una erit undecim cortinis. Item pro una uice, seu semel. 2. Reg. 4. Et iterum ille ambulabat in domo semel huc semel illuc. 2. Regum 6. Non semel neque bis, id est, multoties. 2. Paralipom. 9. Semel in tribus annis ibant naues Tharlis. Job 33. Si in uno loquetur deus, & in secundo non obseruabit. & cap. 39. Semel locutus sum & non respondebo, & secundo quoque nihil addam. Psalm. 62. Semel loquutus est deus, secundo hoc audiui, id est, iterum atque iterum. Et in distinctione sententiae **מָנָה**. Deut. 24. Immunis erit pro domo sua anno uno, id est, primo. 1. Reg. 10. Quod uenit Salomoni in anno uno, id est, annis singulis. Exod. 26. Super ora cortinae unius. Et cap. 36. Et quinque cortinas coniunxit, unam ad unam, id est, alteram. Legitur tamen sexies cum pathah in acceptu, qui dicitur Zackaph. Exod. 16. Tolle urnam unam. 2. Samuelis 6. Tortam panis unam. Zach. 5. Mulier una, &c.

35 **מָנָה**

Apprehendit, & apprehensum tenuit, retinuit, obtinuit, & obtentum tenuit. Significatio congruit cum uerbis **מָנָה** & **מָנָה** nisi quod ut forma, ita modo tantum significandi inter se dissentiant, & saepe opponitur uerbo **מָנָה** quod remittere & dimittere significat, habetque in futuro primae coniugationis formam duplicem. Construitur saepe cum nomine seu pronomine affixo seu separato accusatiui casus. Exod. 15. Apprehendit habitatores Philistinim. Job 21. Et apprehendet carnem meam. Psalm. 77. Tenuisti custodias oculorum meorum. Psalm. 56. Cum comprehendissent eum Philistaei in Gath. Canticorum 1. Comprehendite nobis uulpes. Psalm. 139. Et retinebit me dextera tua. Job 18. Et antiqui apprehenderunt portam. Iesaja 21. Dolores tenuerunt me. Nehemiae 7. Claudebant portas, & continebant scilicet clausas. Et 1. Reg. 6. Construitur cum accusatiuo mediante articulo **מָנָה** Et comprehendebat domum lignis cedrorum. Deinde construitur saepissime cum ablatiuo mediante praepositione beth. 1. Regum 1. Et ecce apprehendit in cornibus altaris. Exod. 4. Et apprehendit in cauda eius, & misit manum suam, & apprehendit in ea. ubi alterum est **מָנָה** ex quo intelligis ut non constructione, ita nec significatione, sed tantum modo significandi differre, quod **מָנָה** uehementiorem habet significationem. 1. Reg. 6. Absque comprehendere in parietibus domus, id est, ne attingerent parietes domus. Job 16. Et apprehendit in ceruice mea. & cap. 18. Apprehendi in planta laqueum, id est, plantam laqueo, per hypallagen.

Participium praesens **מָנָה** 2. Paralip. 25. Tenens hastam. Eius foemininum **מְנָה** Genes. 25. Et manus eius apprehendens in planta Esau.

Participium präteritum **מָנָה** Esther 1. Hyacinthinum retentum erat cum filibus bysso. 1. Paralipom. 24. Domus patris una possessio pro Eleazar, & possessio retenta pro Ithamar. Et pluraliter **מְנָה** Ezechielis 41. Et non erant appreh-

in statu regiminis מְרַמָּה Psal. 127. Moram facientibus sedendo. Iesaja 5. Moram facientibus in crepusculum.

In tertia coniugatione legitur tantum in futuro, id est irregulariter. 2. Sam. 26. Et moram fecit ultra tempus.

Referatur ad suum thema מְרַמָּה.

37 מְרַמָּה Spinarum species, quam alij carduū, alij Rhamnū esse uolūt, qui ut Iosephus refert lib. Antiquit. 5. cap. 11. inter alia ligna præcipuā naturā habet, pferēdi ignē. Iud. 9. Et dixerunt omnia ligna ad Rhamnū, uade, regna tu super nos, & dixit Rhamnus ad ligna, si ungitis me in regem super uos, uenite, protectionē quarite in umbra mea: si non, egredietur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. Psal. 58. Priusquā intelligent spinā uestrā rhamnum adhuc in uiriditate. Est & nomen propriū uiri, qui nobilitatus est ab area sua. Gen. 50. Et uenerunt usq; ad aream Atad, quæ est trans Iordanem, etsi quidam uelint quoq; esse appellatiuū, & aream sic dīctam, quod circumseptā fuerit rhamno.

38 מְרַמָּה Clausit, obturauit, cōpressit in arcum, obstruxit à contaminatione, seu immunitate, & significatione quadrat cum uerbis מְרַמָּה & מְרַמָּה, nisi quod ut forma, ita modo tantum significandi inter se discrepent.

Participiū præsens מְרַמָּה. Ies. 33. Obturās aurē suā, ne audiat sanguines. Prou. 17. Obturās labia, prudēs reputabit. & cap. 21. Obturās aurē suā à clamore pauperis.

Participiū præteritū מְרַמָּה. 1. Reg. 6. Et fecit domui fenestras prospectu angustas. Ezech. 40. Et fenestrā angustę circa exedras.

In tertia coniugatione מְרַמָּה. Psal. 58. Velut aspis obturabit aurem suam.

39 מְרַמָּה Clausit, cōclūsit, obstruxit, cōtraxit. Ps. 69. Ne occludat super me puteus os suū, INDE NOMEN.

40 מְרַמָּה Clausus, conclusus, obstrictus, contractus. Iud. 4. Et suscitabit Iehoua uobis saluatorem Iehud filium Gera Beniamitam uirum contractum manu dextra sua.

Male uoluit, inimicatus est, male affecit. Et est contraria significationis uerbo מְרַמָּה. Exod. 23. Etiam inimicabor inimicos tuos, id est, male afficiam.

INDE NOMINA.

41 מְרַמָּה Nomen participiale masculini generis maleuolus, inimicus. Exod. 15. Dixit inimicus, persequar, apprehēdam &c. 1. Sam. 18. Et factus est Saul inimicus Dauid. Psal. 7. Persequatur inimicus animā meā. Psal. 9. Inimici cōsummatę sunt uastationes. Et in statu affixorum. Prou. 24. Quādo ceciderit inimicus tuus, ne leteris. 1. Reg. 8. Quod obfuderit eum inimicus eius. Et pluraliter מְרַמָּה Psal. 127. Quando loquentur cum inimicis suis in porta. Psal. 139. Consummato odio habui eos, ac si inimici fuissent mihi. In statu regiminis. 2. Sam. 12. Blasphemare fecisti inimicos Iehoua. Psal. 37. Et inimici Iehoua. Et in statu affixorū. Deut. 25. De inimicis tuis un dīq; Psal. 68. Dissipentur inimici eius. In fœminino genere מְרַמָּה Et in statu affixi. Mich. 7. Ne lateris inimica mea coram me, quod cecidi.

42 מְרַמָּה Maleuolentia, inimicitia. Gen. 3. Et inimicitiam ponā inter te & inter mulierem. Num. 35. Et si de improuiso, absq; inimicitia impulerit eum. Et in statu regiminis

43 מְרַמָּה Ezech. 35. Eō quod fuerit tibi inimicitia perpetuitatis.

44 מְרַמָּה Vapor, fumus humidus, nebula, quę per occasionē causatur: & cōgruentiā habet significatione cū nomine מְרַמָּה nisi q; ut forma parū, ita modo tantū significā di inter se differāt. Gen. 2. Et uapor ascendebat de terra. Et in statu affixi manet inuariatū. Iob. 36. Quoniam ipse dīminuet stillas aquarū, quę decolant pluuiā in uaporē suū. Deinde in malam partē transumptū à compluione illa roscida, quę floribus & terę nascētib; nocua, ad quālibet calamitatē, quę de improuiso causatur. Et modo tantū significādi differt à nomine מְרַמָּה Iere. 48. Propinqua est calamitas Moab ut ueniat. Iob. 8. Et calamitas parata lateri eius. Et in statu affixorū manet inuariatum. Psal. 18. In die calamitatis meę. Prouerb. 11. Etiam ego in calamitate uestra ridebo. Et cap. 24. Quoniam subito exurget calamitas eorum.

Aufuma

uos. Et cum mem ab initio מְרַמָּה Genes. 9. Et respexit uxor eius de post illo. Ruth. 1. de post te. 2. Samuel. 20. Et ascendit omnis uir Israel à post Dauide, post Sebam filium Bichri, ubi opponitur particula מְרַמָּה.

45 מְרַמָּה Iod est paragogicum, sicut in מְרַמָּה & non affixum. Prouerb. 28. Arguens hominem, postea gratiam inueniet.

46 מְרַמָּה Alius, alter, id est, qui est post primum seu priorem, & est generis masculini. Genes. 4. Posuit mihi deus semen aliud. Leuit. 14. Et puluerem alium accipiet. & cap. 34. Non incuruabis te Deo alij. Ruth 2. In agro alio. Iob. 31. Seminabo ego, & alius comedet. Psal. 109. Et episcopatum eius accipiet alius. Et pluraliter מְרַמָּה Genes. 8. Septem dies alios. Exod. 23. Nomen deorum aliorum. Leuit. 6. Et induet uestimenta alia. Deuter. 29. Et coluerunt deos alios. Iudic. 8. Et misit nuncios alios. Et in genere fœminino מְרַמָּה Genes. 17. In anno altero, & capite 26. Et foderunt puteum alium. Exod. 21. Si aliam acceperit sibi. Deut. 29. Et proiecit uos in terram aliam. Iudic. 11. Filius mulieris alius tu. Et pluraliter מְרַמָּה Gen. 29. Adhuc septem annos alios, & cap. 41. Vaccas alias. Leuit. 14. Et accipient lapides alios.

47 מְרַמָּה Posterior, postremus. Deuter. 24. Aut si morietur uir posterior, & cap. 29. Et dicet generatio posterior. Iob. 19. Et postremus super puluere surget. Iesaja 30. & 48. Ego sum primus & postremus. Et pluraliter מְרַמָּה Genes. 33. Et Leam & natos eius postremos, & Rachel & Leam postremos. 2. Samuelis 23. Et hæc sunt uerba Dauidis postrema. 2. Paralipom. 9. Reliqua gesta Salomonis prima & postrema. Ecclesiast. 1. Non est memoria primorum, neque etiam postremorum. Et in genere fœminino מְרַמָּה Deuter. 13. Et maritus totius populi in postremo. Ecclesi. 1. Qui futuri sunt in postremo. Daniel. 11. Et non erit ut primum, ita postremum.

48 מְרַמָּה Retro, retrorsum. Genes. 49. Et cecidit uector eius retrorsum. Iob. 23. Si retrorsum abiero, non adest, & si retrorsum, non sentit illum. 1. Paralip. 19. Et fuit facies belli contra eum ante & retro. Psal. 9. In conuertendo inimicos meos retrorsum. Psal. 78. Et percussit hostes suos retro, in opprobrium perpetuitatis posuit illis. Et cum beth מְרַמָּה. Prouerbiorum 29. Sapiens in postremo compescet eum, id est, tandem. Cum lamed מְרַמָּה Psal. 114. Et Iordanis conuersus est retrorsum. Iesaja 42. Et audiet in posterum. Et cum mem מְרַמָּה Iesaja 9. Syria erit ab anteriori, & Philistæa a posteriori, & deuorabunt Israel totum ore. Et pluraliter in statu regiminis מְרַמָּה. Exod. 26. Extendet se super postrematibus tentorij. Et in statu affixorum. 1. Reg. 7. Et omnia posteriora eorum erant introrsum. Ezechielis octauo. Et posteriora eorum ad regiam ipsius Iehoua.

49 מְרַמָּה Nomen substantiuum, postremum, postremitas, posteritas, ita etq; inuariatum tam in statu regiminis quā affixorum. Gen. 23. Quia est postremum, id est, merces. cap. 49. In postremitate dierum. Deut. 11. A principio anni usque ad postrematē anni. & cap. 32. Videbo ad postremum eorum. Psal. 109. Fiat posteritas eius in excidium.

50 מְרַמָּה Retrorsum. Genes. 9. Et abierunt retrorsum, & nuditatem patris sui non uiderunt.

INDE VERBUM,

In secunda coniugatione מְרַמָּה posteriorauit, postmansit, retrorsansit. Latine moratus est, cunctatus est, moram fecit, & coniugatur irregulariter. Genes. 32. Et moram feci hæcenus, & cap. 34. Et non tardauit pter. Iudicum 5. Et non tardauerunt pedes curruum eius. Iesaja 46. Et salus mea non tardabit. Habakuk 2. Veniendo ueniet & non postmanebit. Et legitur semel transitiuē regens post se accusatium. Gen. 24. Ne remoreris me.

Participiū præsens מְרַמָּה Prouer. 23. Moram trahentes iuxta uinum. Et in

mea, quomodo induar illa: laui pedes meos, quomodo inquinabo illos.

איכות In Rabinorum scriptis usurpatur pro qualitate.

מאין Assumpta per prothesin mem à loco significare, & paragogica litera nun. Vnde & constructur cū uerbis sub scripta pathah cū digressi. Genes. 29. Fratres unde estis? Iudic. 19. Et unde uenistis? (est.)

איכה Dicitio cōposita ex **אי** & **כה** & interrogat de loco sicut **איכה**. 2. Reg. 6. Et uidete ubi

איפה Dicitio composita ex **אי** & **פה** Et est quaesituum, sicut **איפה**, cum aleph in fine est quaesituum temporis. Gen. 37. Indica euge mihi, ubi pascant. Ruth 2. Vbi col-legisti hodie. 1. Sam. 19. Vbi Samuel & Dauid. Iob 4. Et ubi recti ablati fuerint. ca. 38. Vbi eras cum fundarem terram. Iesaiæ 49. Isti ubi sunt? Iere. 2. Vide ubi nō sub-agitata sis? Est & semel quaesituum de forma, id est, qualis. Iudic. 8. Quales isti uiri, quos interfecistis in Thabor.

אימה Dicitio composita est, ut superior, at est quaesitua temporis, non ut superior, loci. Et respondet nostro aduerbio nunc. Gen. 27. Quis nunc est ille, qui uenatus est ue-nationem. Et iterum: Et tibi nunc quid faciam fili mi. & cap. 43. Sista nunc est, fa-cite. Exod. 33. Et in quo cognoscetur nūc, quod inueni gratiam. 2. Reg. 10. Cogno-scite nunc. Iob 9. Si non nūc, quis est? Proverb. 6. Fac hoc nūc fili mi. Iesaiæ 19. Vbi ipsi nunc sapientes tui. & cap. 22. Quid est mihi, q̄ ascēdisti? Osee 13. Vbi rex tuus nunc? Iud. 9. Vbi nunc os tuum. Legitur tamen in Iob per apocopen aleph **אימה**. cap. 17. Vbi nunc expectatio mea. cap. 19. Cognoscite nunc. Et mox iterum: Quis dabit nunc, ut scribantur dicta mea. & cap. 24. Si non est nunc, quis mendacij ar-guet me.

איכל Vide in themate **איכל**.

איכא A uerbo isto inusitato, quod formidinem significat, deducuntur nomina:

איכא Formidabilis, formidandus. Habakuk 1. Formidabilis & metendus ipse. Et in ge-nere foeminino **איכה** Cantic. 6. Formidabilis ut uexilla.

אימין Nomen participiale. Gigantes seu tyrāni, sic dicti q̄ formidini essent subditis. Ge-nes. 14. Et percusserunt Rephaim in Astharoth Karnaim, & Harukim in Hom, & Emim in planicie Kariatthajm. Deut. 2. Emim antea habitauerunt in ea (Moab) po-pulus magnus & multus & excelsus ut Anakim, Rephaim reputati sunt etiā ipsi, sicut Anakim, & Moabitae uocabāt eos Emim. Deinde appellatiue accipitur pro formidinibus. Iob 20. Ibit super ipsum formidinū multitudo. Iere. 50. Et in formidi-nibus gloriantur, id est idolis. Et in statu affixi. Psal. 85. Portauit formidines tuas, & consternata eram facie. Et in forma foeminea **אימה** Gen. 15. Et ecce formido, ob-scuritas magna cadebat super ipsum. Deut. 32. Foris orbabit gladius, & intus for-mido. Iob 39. Gloria nasi eius formido. Iesaiæ 33. Cor tuū meditabitur formidine, ubi scriba &c. In statu regiminis **אימה** Proverb. 20. Quali rugitus leonis, formido regis. In statu affixorum. Exod. 23. Et formidinē meam mittā corā te. Iosue 2. Quia irruit formido uestri super nos. Iob 9. Et formido eius ne perterreat me. & cap. 33. Ecce formido non perterrebit me. Et pluraliter **אימה** Psal. 55. Formidines mortis ceciderunt super me.

אימה Formido. Exod. 14. Cadat super eos, formido & pauor.

אימה Vide in themate **אימה**.

אפה Epha, mensurae genus aridorum, quae continebat decem Gomer, id est, decem Choentichas. Exo. 16. Et Gomer est decima Ephae. Deut. 25. Nō sit tibi in domo tua Epha & Epha, abominatio est utrunq; Iesaiæ 5. Semen Homer faciet Epha. Et in statu regiminis **אפה** Leuit. 19. Epha iustitiae & Hin iustitiae. Iudic. 6. Et fecit hœdum caprarum & Epha farinae. 1. Samuel. 17. Tolle nunc fratribus tuis Epham tosturæ huius. Quanquā etiam legatur in statu regiminis, ut in statu abfoluto. Leuit. 5. Decima Ephae similiae. Num. 5. Decima Ephae farinae hordeorum. Ceterum **אפה** & **אפה** uide in themate **אפה**.

Prima

42
אימה

אימה Auium species, ab incertitudine uolatus, & ubi locorum uolitet & habitet, & quod quasi natare uideatur appellationē habēs, quem nos miluum uertimus. Leuit. 11. Et uulturē & miluum iuxta speciem suam. Et Deut. 14. Et miluum & uulturē iuxta speciem suam. Iob. 28. Semita quam nulla cognouit auis, neq; aspexit eam oculus milui.

אימה Insula, Hebraeis sic dicta, quod quasi auis in aere, ita ipsa in aquis sicca natet seu uō liter. Ideo eadem significatione insula, quae **אימה** nauis, at non eadē ratione dicitur: illud enim insulam à natando, hoc à siccitate in mari nomen habet: quanquā tam insula quam nauis sicca sit & arida pars in aquis. Iesaiæ 20. Et dicet habitator insulae huius. cap. 23. Ululate habitatores insulae. Iere. 42. Quia uastat Iehoua Philistaeos, reliquias Insulae Capthor. Et pluraliter **אימה** Psal. 72. Reges Tharsis & Insulae. Psal. 97. Latentur Insulae multae. Iesaiæ 40. Et Insulas quasi puluerem projiciet. & cap. 42. Et laudem eius in Insulis. Et iterum cap. 66. Insulae longinquae. Ezech. 26. Et terrebuntur insulae, quae sunt in mari. Vbi tamen legitur **אימה** more Chaldaico. Ponitur etiam pro siccitatibus seu locis siccis. Iesaiæ 42. Ponam flumina in siccitate. Inde hoc nomine aues ferales dicuntur, quae in siccis & desolatis locis habitāt. Iesaiæ 13. Et respondebunt lim in palatijs eius. Et cap. 34. Et occurrēt ibi Zijm cum lim. Iere. 50. Propterea habitabunt Zijm cum lim. In statu regiminis **אימה** Genes. 10. Ab ijs dispersae sunt Insulae Gentium. Esther 10. Et insulas maris, id est, siccitates in mari, id est, sicca loca in mari. Iesaiæ 11. Et ab insulis maris. Iere. 2. Transire ad insulas Macedoniae.

אימה Quaesituum loci, de quo nullum extat uestigium, tanquam in mari seu aere nullā rei motae apparet significatio, & de illa uaga mente quaeritur. Gen. 18. Vbi est Sara uxor tua. et cap. 19. Vbi sunt uiri, qui ingressi sunt ad te. Iudic. 6. Vbi sunt omnia mirabilia eius. cap. 6. Vbi est nūc os tuum. 2. Reg. 2. Vbi est Iehoua deus Elię. Iob. 15. Vagetur ipse pro pane, ubi scilicet inuentat. Psal. 42. Vbi est deus tuus. Iesaiæ 33. Vbi scriba, ubi ponderator. Iere. 2. Non dicent ubi est Iehoua. Thren. 2. Vbi est frumentum & uinum. Malach. 1. Vbi est honor meus, ubi timor mei.

אימה Quanquam Symmachus & Hieronymus, & nostri omnes pro prima persona futuri accipiunt, a uerbo **אימה** tamen Aquilae, Septuaginta & Pauli apostoli uersiones sequuntur, pro aduerbio **אימה** accipio, facta tantum transpositione literarū, quae Hebraeis ualde familiaris est, nec uspiā alibi reperitur nisi Osee 13. Vbi est rex tuus nunc, ut saluet te. Et mox iterum: Vbi pestes tuae Mors, ubi excidium tuū Inferne.

אימה Per apocopen literae he, ubi. Gen. 4. Vbi est Hebel frater tuus. Deut. 32. Et dicet, ubi dii eorum. 1. Sam. 26. Et nūc uide ubi hasta sit regis. Iere. 5. Vbi super hoc propiciabor tibi. Et saepe cōiungitur cum pronomine demonstratiuo **אימה** iste. Quanquā commodē uerti possit uerbaliter uerbo substantiuo Est. Iob. 29. Et ubi hic locus intelligenti, id est, ubi est. & cap. 38. Vbi est uia. Aut disiunctim **אימה** 1. Sam. 19. Indica nūc mihi, ubi est domus uidentis. 1. Reg. 13. Vbi est uia, qua abiit. Iesaiæ 50. Vbi est liber repudiij. & cap. 66. Vbi est domus, quam aedificabitis mihi. Iere. 6. Vbi est uia bona. At quando cōstruitur eū **אימה** tum est quaesituum de loco, unde. Gen. 16. Vnde uenisti, & quo abibis. Iudic. 13. Et non interrogauit eū unde ipse. 1. Sam. 25. Non scio unde isti sint. 2. Sam. 2. Vnde es tu? Ionæ 1. Qua terra tu, & quo populo tu? Assumit quoq; **אימה** affixa. Exo. 2. Et ubi ille? & cap. 20. Dicent ubi ille? Cant. 1. Indica mihi, ubi tu pascas, ubi tu cubes. Iesaiæ 19. Vbi sunt nunc sapientes tui? Nahum 3. Et nō est notus locus eius, ubi ipsi sint. Et cum **אימה** ubi ille, scilicet erit. Nostri Interpretes accipiūt p̄ aduerbio dolentis uę. Eccl. 4. Et ubi ille unus qui tum ceciderit, & nō secundus qui erigat eū. Et cap. 10. Et ubi illa terra, cuius rex puer est.

אימה Cum litera caph paragogica, quomodo, qualiter, quaesitua quoq; particula, quae quandoq; aleph mutat in he **אימה** de qua suo in loco. Gen. 39. Quomodo possum hoc facere. Iere. 2. Quomodo dices, non sum polluta. Et mox iterum: Quomodo uersa es mihi. Et assumit adhuc aliam paragogicam **אימה** Thren. 1. Quomodo sedet ciuitas sola. Item geminata litera caph **אימה** Cantic. 5. Expolui me tunica mea

Si autem negatiuū ponitur, hoc est cum particula negatiua **ל** uel **ל**, tum ualet non aliquis, non quisquam, nullus, nemo, nihil quicquam. Exod. 10. Non uiderūt quisq; fratrem suū, neq; surrexerūt quisquā de loco suo. 1. Sam. 21. Quare tu es solus & non aliquis tecū. Iesaiæ 59. Et non erat quisquā ut admiraretur. Vel in neutro genere, & nō erat quicquā, uel, & nihil quicquā erat propter qd' populo ppitius esse possit Sic Psal. 22. Ego autē uermis, & non uir, id est, nihil quicquā. Legitur etiam semel cū articulo datiu casus **וְ** unicuique, singulis scilicet uiris & mulieribus. 2. Sam. 6. Et diuisit uniuerso populo, atque cunctæ multitudinī Israel tam uiris, q̄ mulieribus unicuique tortā panis. Similiter quando geminatur **וְ** sine ta men interiecta coniunctione copulatiua, tum etiam usurpatur partitiuē seu distri butiue, quisque, unusquisq; quicunq; singuli. Exo. 36. Veniebant omnes sapientes ab opere suo, quod singuli faciebant. Num. 1. Erunt ex uobis singuli ex tribu, quilibet caput sit familiæ patrum suorū, id est, singuli de singulis tribubus. Leuit. 15. Quicunq; fuerit stitens de carne sua. Leuit. 20. Quicunque, qui maledixerit patri suo, occidatur. Sed quando alterum accipit ante se uau copulam ut **וְ** tum idē ualet quod ille & ille. Psal. 87. Et Zion dicetur, ille & ille natus est in ea. Esther 1. Ut facerent iuxta uoluntatē illius & illius. Est etiā hoc non prætereun dum q̄ nomen **וְ** generaliter pro homine ponitur. Gen. 2. Ideo relinquet uir pa trem suū & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, quod equidem Euangelistæ & Paulus Apostolus citantes hunc locū nomine **ὁ υἱος** reddiderūt, id est, homo. Psal. 78. Panem angelorū manducauit uir. Job 2. Et omne quod uiro est dabit pro anima sua. Psal. 78. Panem robustorū comedit uir, id est, homo. Maxime uero locū hæc regula habet, si de negotio sit sermo uel religionis uel salutis ad quam nō mo do uiri, uerum etiam mulieres pertinent. Vt Psal. 1. Beatus uir qui non abstin cōsi lo improborum. Psal. 32. Beatus uir cui nō imputauit lehoua erratum. Legitur se mel ablata litera schin **וְ** pro **וְ** sicut **וְ** pro **וְ**. Job 22. Euadet uir inculpatus, & euadet in puritate manuum tuarum. Atque in statu regiminis & affixorum hoc nomen **וְ** nihil mutat. Gen. 29. Nunc adhærebit mihi uir meus. Et plura liter **וְ** Psal. 141. Cum uiris operatoribus concupiscentiæ. Prouerb. 8. Ad uos uiri clamo. Iesaiæ 53. Despectus & abominabilis uirorū. Præterquā in his tribus locis nuspiam alibi in tota scriptura hac forma scribitur. Sed loco eius **וְ** quod mutatur a nomine **וְ** de quo suo in loco.

וְ Id est, uira seu uirago: tranlit iōd masculinī generis in dagges, & in fine addit literā he fœmininī generis notam. Gen. 2. Et dixit homo, hoc apage os de ossibus meis, & caro de carne mea, huic indetur ei nomen uira seu uirago, quia de uiro sumpra est Deinde ut Græcis **γυνή** nunc uxorē, nunc quancunq; mulierē, ita quoque Hebraeis hæc uox **וְ**. Potest tamen facile ex adiectis uerbis, uel ex alijs circūstantijs deprehēdi, quādo pro uxore, uel alia muliere ponitur. Sed quam ex Rabino quodā Pragēsi Kabylā audiui, huc ioci gratia referre libuit, qui ista duo **וְ** & **וְ** asserbat cōiugij esse uocabula, atque autoris cōiugij nomē **וְ** cōtinere, quādo autē in coniugio non adesset **וְ** & adimeretur ex **וְ** iōd litera mediā, & ex **וְ** ultima litera, quæ simul diuinum nomen cōstituunt, abesset ipse **וְ** atque ue ra dei inuocatio in coniugio, atque dilectio, uera fides & timor dei, manere utriusque **וְ** & **וְ** ignē & ignē, hic ignē purgatorij, & illic ignē gehēnæ & æternum. Sed redeamus ad exempla. Num. 31. Et nunc occidite omnē masculinum in multitudine, atque omnē mulierē, quæ cognouit uirum, cumctas uero paruulas in mulieribus, quæ nō cognouerunt cōcubitu masculū, seruate uiuas, &c. Hoc dicto Augustinus probat nomen **וְ** mulieris, non semper esse cōiugij seu coitus, sed sexus. Deut. 24. Si dixit uir uxore nouam, non egredietur in militiam. Deinde sciendum, q̄ ut **וְ** saepe distributiue accipitur, ita similiter **וְ** pro unaquaque. Amos 4. Per rupturas egrediemini unaquæq; (scilicet uacca) ante se. Tametsi quo que de rebus inanimatis dicat, quæ se in **וְ** mulierē habēt & cōiunguntur, sic de fibulis seu ansulis dicitur. Exod. 26. Quinq; cortinæ erūt cōiunctæ mulier ad sociā suam

45
וְ

Primaria ac propria significatione, idem Hebraeis emphatice significat, quod Latinis uir a uirtute. Et placet mihi illorū sententia qui a uerbo **וְ** deductum existimant, eō q̄ uir prior sit essentia seu existentia ipsa sua uiragine, quicq; a tate, autoritate, dignitate, gloria, præstantia & existimatione non tantum fœmini no generi, uerum etiam, uel iuuenibus, uel plebeis hominibus præstat & antepo nitur. Atq; etiam ad matrimoniū & ad res gerendum publicas, idoneus est, & adhi betur, interq; honoratiores cōnumeratur. Gen. 2. Et dixit Adam, hoc apage os de ossibus meis, & caro de carne mea huic nomen inderit uirago, quia de uiro sumpta est. Genes. 9. Cœpit Noach esse uir humi, plantauitq; uineam. cap. 25. Erat Esau uir peritus uenator, & uir agri. Iudic. 7. Non est hoc nisi gladius Geddeon filij lo as, uiri Israel. 1. Samu. 26. Nunquid non uir tu es? Psal. 4. Filij uiri usquequo gloria mea pro ignominia. Psalm. 49. Tam filij plebis, quā filij uiri. Prouerb. 18. Sicut aquæ profunda, ita uerba ex ore uiri. Iesaiæ 2. Depressus est plebeius, & humiliatus est uir. Iosue 5. Cum esset Iosua iuxta Iericho, eleuaretq; oculos suos, uidit, & ecce uir stabat ante eum. Sic etiā de re inanimata, quæ propter uirtutem & excellenti am **וְ** dicitur. Psal. 80. Sit manus tua super uirū dexteræ tuæ, id est, super uirē quā tu plantasti dextera tua. Et quando constructur cum nomine **וְ** tum significat talē uirū, qui est aut in magistratu, aut ministerio uerbi, & diuina aliqua functio ne. Deut. 33. Hæc est benedictio, qua benedixit Moses uir dei filios Israel. Iudic. 13. Vir dei uenit ad me, cuius facies, sicut facies angeli dei. 1. Reg. 13. Et ecce uir dei uenit ex lehoua in uerbo lehoua ad Bethel, quod tandem exponit nomine **וְ** At tribuitur etiā ipsi filio Dei. Gen. 4. Adepta sum uirum, ipsum lehoua. Exo. 15. Iehoua uir belli, lehoua est nomen eius. Sic & Petrus appellat Christum uirum Acto. 2. Iesum Nazarenum uirum approbatum a Deo inter uos uirtutibus & prodigijs & signis, quæ fecit deus per illum in medio uestri. Et Paulus Act. 17. Eō q̄ statuit diem quo iudicaturus erat in æquitate per uirū, in quo decreuit &c. Est etiam interdum sexus. Genes. 24. Est puella ualde pulchra facie uirgo, que uirū non cogno uit. Item **וְ** uir iuuenis, sicut **וְ** uir iuuenis. 1. Sam. 30. Præter quadraginta uiros adolescentes, qui uehebantur super camelis, ubi tamen colle **וְ** sumis. Nam quando nominibus numeralibus, præcipue uero maioribus adiungitur, tū plurimū singulari numero colle **וְ** ueritate in cōplectitur. Num. 11. Cōgre ga mihi septuaginta uirum, de senioribus Israel. Iosue 3. Nunc sumite uobis duo de cim uirū Iudic. 15. Maxilla asini percussi mille uirū. 2. Sam. 5. Et cepit ex eis uigin ti millia uiri peditis, id est uirorū peditū. Tamē legitur in locis aliquot pluraliter **וְ** in numeris uidelicet minoribus. Deut. 1. Stabant duo uiri. Iosue 1. Misit Iosue duos uiros ex centū. 1. Sam. 10. Et inuenient tres uiri. Sed in libris Paralipome non etiam cū maioribus numeris constructur. 1. Paral. 7. Viri quingenti. Et iterum: Viri uiginti, & sex mille, ubi tamen præponitur nominibus numeralibus.

Est & obseruandum q̄ nomen hoc **וְ** similiter accipi debeat pluraliter seu col lectiue, si cum particula ista **וְ** constructur. Iudic. 7. Et clamauit omnis uir Ephra im, & ceperunt aquas, id est omnes uiri. 2. Samu. 13. Educite omnem uirum, & edu xerunt omnem uirum. Et econtra quando cōstruitur cum particula negatiua, idē ualet, quod nullus, nemo, nihil, ut paulo inferius exemplis monstrabimus. Præ terea accipitur interdum pro masculino genere uniuersusq; speciei. Genes. 7. Ex omni animali mundo accipies septem, & septem, uirum & uiraginē suam: **וְ** Et vnd sic.

Deinde sæpissimē accipitur distributiue, pro quisq; unusquisq; quidā, aliquis, quisquā, quispiā. Gen. 10. Ab istis dispersæ sunt insulæ gentium, unaquæq; iuxta linguam suam. cap. 13. Si poterit aliquis numerare puluerē terræ. cap. 42. Et quisq; habebat fasciculum argenti in sacco suo. 2. Samu. 20. Et quidā stabat iuxta illū ex pueris Iob. Iere. 31. Non docebit quisq; proximū suum, & unusquisq; fratrem suū. Hoc dictū Ieremie, **וְ** ad Hebræos citans hanc uocem Græcē **ἕνα ἕνα** reddidit. Item Zach. 8. Et dimisi omnē hominem, quencq; contra proximum suū. Si

psit me aestus. Jerem. 46. Quia absumpsit gladius uicina tua undiq. 1. Sam. 9. Comede. Cantic. 5. Comedite amici. Gen. 45. & Iesaiæ 55. Emite & comedite. Exo. 16. Comedite illud hodie. Gen. 32. Non comedam. Exo. 12. Non comedet ex eo. Nahum 3. Ibi absumet te ignis. Numeri 26. In absumendo ignem quinquaginta. Iesaiæ 5. Sicut absumere stipulam lingua ignis.

Participium præfens אכל Leuit. 7. Omnis comedēs adipe. Iesaiæ 54. Et panē comedenti. Malach. 3. Et increpabo pro uobis absumentem. Et pluraliter אכלו Iesaiæ 1. Alieni absumunt eam. Amos 6. Et comedētes uitulos. In statu regiminis & affixorū אכלו Psal. 14. Absumētes populū meum. Dan. 11. Comedētes buccellam. Jerem. 2. Omnes comedentes eum derelinquent. In genere foeminino אכלה Deut. 4. Deus tuus ignis absumens. Iesaiæ 29. Flamma ignis absumentis. Et Virgilius tribuit igni hoc epitheton: illicet ignis edax, summa ad fastigia tecti, Voluit. Item in alia forma אכלה Num. 13. Terra absumēs habitatores suos. Iesaiæ 30. Lingua eius ut ignis absumens.

In uoce passiva אכל Exo. 22. Et absumptus fuerit a ceruus. Deut. 14. Nō comedētur. Iere. 24. Quæ nō comedētur. Exo. 12. Et absumptū erat dimidiū carnis eius.

Participiū generis foeminini אכלה Leui. 11. Et inter bestiam quæ comeditur. In secunda coniugatione uoce passiva אכל Exo. 3. Et rubus nō erat absumptus. Iesaiæ 1. Gladio absumemini. Nehe. 2. Et portæ eius absumptæ sunt igni.

In tertia cōiugatione אכלו absumere seu comedere fecit, id est, cibauit. Exo. 16. Ut uideat panē, quo cibauit uos. Ezech. 16. Et melle cibauit te. Iesaiæ 49. Et cibabo di reptores tuos carne sua. Et cap. 58. Et comedere faciā te hæreditatē Iacob. Ezech. 3. Venter tuus absumet. Psalm. 81. Et cibauit eum de adipe. Num. 11. Quis cibabit eos carne. Prouerb. 21. Ciba eum pane.

Participium præfens אכל Deuter. 8. Qui cibat te Manna. Jerem. 9. Et ecce cibo eos abstintho.

In coniugatione quadrata אכל Job. 20. Absumet eum ignis. ubi tamen uau holem migravit in hareph cametz.

INDE NOMINA:

אכל Esca, cibus, qui absumitur, & capitur plerūq. pro esca duriore, sicut אכלו pro lacticijs & cibo molliore, laxioreq. Gen. 41. Et erit esca in prouisionem terræ. & ca. 42. Et serui tui uenerunt ad emendum escam. אכל Esca, cibus. Osæ 11. Et declinaui ad eum cibus. אכל Esca, cibus. 1. Reg. 19. Et ambulauit in fortitudine cibi illius. אכל Esca, cibus. Gen. 2. Omne lignū desiderabile uisui, & bonū in escam. Esdra 3. Et cibus & potū & oleum. Et in statu regiminis אכל Gen. 40. De omni cibo Pharaonis. Et cum affixo. Prou. 6. Colligit in messe cibus suum. אכל Esca, cibus. Iesaiæ 9. Sicut cibus ignis. Item abiecta litera aleph, & in locū eius substituto dagges אכלה 1. Reg. 5. Viginti millia coros tritici in cibus domus eius. אכל Culter, enlis ab edendo, & quo aliquid absumitur. Iud. 19. Et accepit ensem. Et pluraliter אכלו Prou. 30. Generatio est, cuius dentes gladij, & enses molares eius. אכל Curuauit, incuruauit: cōgruit significatione cum uerbis אכל & אכל nisi quod ut forma, ita modo tantū significandi inter se differat. Prouerb. 16. Anima laborantis laborat sibi, quoniam incuruauit super eum os suum. In uoce passiva אכל Mich. 6. In quo præueniā ipsum Iehoua incuruabor deo excelsi.

INDE NOMEN:

אכל Vola, à curuitate seu concauitate. Iob 33. Et uola mea super te non erit grauis. אכל Agricola, arator, qui terram proscindit aratro, אכלרמא, à uerbo אכל Iere. 51. Ego dispersi per te aratorē & iugales eius. Amos 2. Et uocabit aratorē ad planctum. Et pluraliter אכלו 2. Paral. 26. Aratores & uinitores in montibus, & in Carmelo. Iere. 31. Et habitabunt in ea Iehuda, & omnes ciuitates eius late aratores, & qui proficiuntur cum grege. Iob. 1. Erubescite aratores, euilate uinitores. Et

suam, id est, unaquæq. ad proximā suam. Et mox iterū: Ut coniungant se mulier ad fororē suam. In statu regiminis אכל Gen. 20. Et nūc restitue uxorem marito. Deut. 23. Non accipiat uir uxorem patris sui. In statu affixorum אכל Gen. 2. Propterea derelinquet uir patrē suum & matrem suā, & adhærebit uxori suæ. Genes. 12. Quare dixisti foror mea est, & accepi eam mihi in uxorē, & nunc ecce uxor tua. Caret autem numero multitudinis, nam אכלו seu אכל non legitur, mutatur autem pluralis אכלו à nomine אכל de quo infra in suo themate אכלו Quidam opinantur à nomine אכל esse deriuatum ceu denominatiuum & אכל esse terminationem diminutiuorū; & sic appellari pupillam oculi, quod in ea uirunculi imago resplescat. Arbitror autem nomen esse substantiuū pupillæ, quæ nigerrima ex qua tamen elucet uirtus uisua, & scintilla illa luminis. Et ut deus ex tenebris produxit lucem mundi, cum diceret, fiat lux; ita ex illa oculi caligine produxit lucem corporis. Deut. 32. Custodi diuēt eū sicut pupillam oculi sui. Psal. 17. Custodi me sicut pupillam, filiam oculi. Prou. 7. Custodi mandata mea, & uiues, & constitutionē meam sicut pupillam oculi tui. Transferitur postea etiā hoc denominatiuum ad tenebras, quæ nigredine pupillam oculi referunt. Prouer. 7. In crepusculo diei uespertino, in pupilla noctis & caligine, id est, in nigerrima nocte. Et Prouerbio. 20. legitur אכלו. Qui maledixerit patri suo, aut matri suæ, extinguetur lucerna in pupilla tenebrarum, id est, in nigerrimis & densissimis tenebris. Postremo hic obseruandū quod ad illud mirandum dei opus, quod deus fecit, quod ex tenebris lucem, & ex caligine pupillæ uisum produxerit, alludant postea tam prophetæ quam Apostoli, atq. ad res alias accommodant, sicut Iesaias cap. 29. Et audient in die illa surdi uerba libri, & de caligine, atq. de tenebris, oculi eorū uidebūt. Et Paulus 2. Corinth. 4. Deus est qui iussit e tenebris lucem illucescere, qui luxit in cordibus nostris &c. Et Petrus 2. Epist. 1. Et habemus firmiorem sermonē prophetiū, cui dum attenditis ceu lucernæ apparenti in obscuro loco, recte facitis donec dies elucescat, & lucifer exoriat in cordibus uestris. Quinimo Christus ipse cum Matt. 6. inquit, Lucerna corporis est oculus, si igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; si oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit, & si lumen quod est in te tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ?

אכל Vide thema ipsius אכל Si ab initio sententiæ collocatur, tum primo est aduersatiua, at, sed. Gen. 26. Sed ecce uxor tua est. Exod. 10. Sed nūc dimitte erratū mihi. Num. 38. Sed aurum & argentum. Exod. 31. Sed sabbata mea custodietis. Secundo, affirmatiua est particula, certè, profecto, utiq. Gen. 29. Profecto os meū & caro mea es. 1. Sam. 16. Profecto corā Iehoua est Christus eius. 1. Sam. 25. Profecto frustra seruauit. 1. Reg. 22. Profecto rex Israel est. Psal. 73. Profecto bonus Israel, deus. Threnor. 2. Profecto ista est dies, quam expectauimus. Tertio, male ominantis, fortè, forsan, fortasse. Gen. 44. Forsan rapiendo raptus est. Psal. 139. Forsan tenebræ obruent me. Psal. 73. Forsan frustra mundaui cor meum.

Porro in medio posita, est primo particula exclusiua, tantum, solum, saltem, solummodo, duntaxat. Gen. 10. Et loquar tantum uice ista. Deut. 28. Et eris tantū iniuriæ & prædæ obnoxius. 1. Sam. 21. Si cauerunt pueri tantū à mulieribus. Prouer. 11. Desiderium iustorum tantum bonum. Secundo, etiam, quidem. 1. Reg. 8. Et adhuc etiam ei regnum. Legitur etiam semel composita cum duabus particulis אכלו Numeri 12. Num tantummodo per Moysen loquutus est Iehoua?

אכל Ut forma, ita significatione magnam habet affinitatem cum uerbis אכל & אכל & אכל nisi quod ut literis, ita modo tantū significandi inter se differant. Et generaliter significat aliquid absumere, consumere, quocunq. id fiat modo, seu medio seu instrumento. Et communiter attribuitur uel ori, uel linguæ, uel igni, uel gladio. Hieronymus & ceteri post ipsum plerūq. uerterūt uerbo comedēdi. Exo. 24. Panem nō comedit. Iob. 1. Residuū bruchus comedit. 2. Sam. 2. Nū perpetuo absumet gladius. Prou. 30. Ad absumendū pauperes e terra. Gen. 31. In die absum-

exprimūt, tamē cū Latinus sermo unū nō habeat, pluribus uo cabulis reddere necesse habet. Primo idē ualet, qd' Ad. Ge. 12. Et dixit Iehoua ad Abrā. 1. Reg. 15. Et misit eos rex Afa ad Benhadad. 2. Sa. 3. Quare ingressus est ad cōcubinā patris mei. Secūdo, Apud. Gen. 12. Et laudauerūt illā apud Pharaonē. cap. 39. Et accusauit fratres suos apud patrē. cap. 41. Ut emerēt efcas apud Ioseph. Iesaiē 8. Querite apud Pythōes, & apud Gnostas. Tertio, idē qd' articulus נָחָיָה Iud. 7. Et psequuti sunt Midian. Psal. 2. Recēsebo statutū. Psal. 69. Et dolorē uulnerū tuorū recensebant. Et iterū: Quoniā audit egenos Iehoua, & uinctos suos nō spernit. Ies. 38. Patris filijs notā faciet ueritatē tuā. Iere. 4. Vidi cōelos & non erat lux eorū. & cap. 19. Viā gentiū ne discatis. Quarto idē quod נָחָיָה. Gen. 49. Sepelīte me cū patribus meis. Num. 25. Et cōcepit populus meretricari cū filiabus Moab. Iosue 3. Cū interfectis eorū. & cap. 11. Nō fuit ciuitas, quę pacem fecerit cū filijs Israel. 2. Sam. 18. Cū nuncio bono uenit. Iere. 51. Quomodo perget cū Zidkijahu. Ezech. 2. Cum scorpionibus habitas. & cap. 16. Fornicata es cū filijs Ægypti. Et iterū: Multiplicasti meretricationes tuas cum terra Canaan. Quinto, idē qd' beth in. Exo. 25. Et pones in arcā. 1. Sam. 17. Et misit Dauid manū in perā. Et iterū: Et percussit eum in frontem. 1. Reg. 8. Et tu audies in loco sedis tue in cōelo. Ier. 4. Nolite serere in spinas. Sexto, idē quod נָחָיָה super. 2. Sam. 2. Et regnare fecerunt eum super Gilead, & super Assur, & super Iezreel. 1. Sam. 5. Et aggravata est manus Iehoua super Adodios. Ezech. 16. Super omnē collē excelsū. Septimo, idē qd' נָחָיָה, id est, cōtra. 1. Sam. 26. Quis es tu, qui clamas cōtra regē? Octauo, idē ualet qd' ppter. 1. Sa. 4. Propter capī arcā & propter socerū eius. 2. Sam. 21. Propter Saul & propter domum sanguinū. Nono, idem ualet quod, A deo. Iob 5. Et a deo ex spinis auferet eam. Decimo, idē quod, De. Gen. 20. Et dixit Abrahā de Sara. Iesaiā 19. Quo modo dicētis de Pharaone. Undecimo negatiuē pro נָחָיָה. Iere. 51. Nō extēdet extēdens arcū suū, neq; proficiet in lorica sua. Duodecimo, quādo uerbū cōstruitur cū pronomine נָחָיָה quod non significat motū ad locū, tunc ultra illius uerbi significationē, aliud uerbū est subintelligendū, aut sumendū, quod motum ad locum importet. Num. 19. Et accipiet ad te uitulam ruffam, id est accipiēdo adducet ad te. & cap. 25. Et cōcepit populus meretricari ad filias Moab, id est, conferre se meretricatum ad filias Moab & c. Psal. 104. Et ad habitacula sua recūbent, id est, ad habitacula sua ibūt ut recūbant. Psal. 137. Et dissipauit infantes tuos ad petrā, id est, dissipādo illisit ad petrā. Ies. 11. Gētes exquirēt ad eū, id est, exquirendo ueniet ad eū. Ad, cum ioc paragogico. Iob 3. Qui lætantur super tumulo. cap. 5. Venies cū caluicie in sepulchrū. & cap. 29. Radix mea aperta est iuxta aquas. Et in statu affixorū seruat ioc paragogicū, & mutat hateph sægol in hateph pathah uel in zere. Exod. 32. Si quis est ipsius Iehoua, ad me. Gen. 19. Ad nos. & iterū: Ad uos. Iesaiā 63. Super me continuerunt se. Malach. 2. Et leuauit uos ad se, id est secum.

נָחָיָה Pronomen demonstratiuū cōmunis generis, pluralis numeri, & significationem extendit ad multos uiros uel multas mulieres, quos seu quas cōplectitur: isti, istæ, illi uel illę. 1. Par. 20. Isti nati sunt ipsi Herapha. Et sæpe assumit a fronte literam he נָחָיָה Gen. 19. Tantū uiris istis nō faciatis malū. Et cap. 26. Semini tuo dabo omnes regiones illas. Plerunq; tamen accipit he paragogicum daggessata litera lamed נָחָיָה Gen. 2. Iste sunt generationes cōeli & terræ. Deut. 1. Ista sunt uerba, quę loquutus est Moses. Psal. 20. Illi in curribus & illi in equis & c.

נָחָיָה Quemadmodū נָחָיָה affirmatiuē, ita נָחָיָה negatiuē se extēdit ad sequētia, & significat negatiuē seu prohibitiuē: Nō, ne, sicut quoq; literarū inuersione נָחָיָה Gen. 49. In se cretū ipforū non ueniat anima mea. Exo. 12. Ne comedatis ex eo crudū. 1. Sam. 2. Ne filij mei. Psal. 121. Nō dabit in cōmōtionem pedem tuum. Prouer. 3. Ne timeas, & cap. 12. Et uia semitæ non mors. Iob 24. Et ponet in nihilū sermonē meū. Prou. 23. Veritatē compara, neq; uendas. 1. Sam. 27. Non excurristi hodie? Alij tamē exponunt, Nō, ne. Alij, Quoniā excurristi hodie. Obserua etiā, quod hec particula est prohibitiua, & tum conuertit futurum indicatiuū in futurum subiunctiuū.

50

Et cum affixo. Iesaiā 61. Aratores uestri, & uinitores uestri.

Adiurauit ad aliquid, addita imprecatione mali, obligauit se iuramento ad aliquid, iuramento astrinxit. Et cōgruit significatione cū uerbo נָחָיָה & contrariā habet significationē uerbis נָחָיָה & נָחָיָה Iud. 17. Et dixit ad matrē mille & centū argēteos, q oblati sunt tibi, & tu adiurasti, atq; insup dixisti in aures meas, & c. Osee 4. Adiura & mētiri, & occidere. Et ca. 10. Loquuti sunt uerba adiurādo in uanū. In tertia coniugatione נָחָיָה. 1. Reg. 8. Et assumpserit contra te adiurationem, & adiuret eum, & uenerit adiuratio tua, & c.

INDE NOMINA:

נָחָיָה Adiuratio, id est iuramentū, quo quis cū imprecatione mali adstringitur ad seruandū pactū, iuramentū cū alterius partis quæ iuramentū uiolat deuotione seu imprecatione. Gen. 26. Sit nūc iuramentū inter nōs & c. Leu. 5. Si audierit uocē imprecationis eiu fluche. Num. 5. Et adiurabit sacerdos mulierē iuramento imprecationis, & dicit sacerdos mulieri, det te Iehoua in imprecationē & in iuramentū in mediō populi tui, ut det Iehoua femur tuū cadens, & uentrē tuū intumescētē. Neh. 10. Veniebāt in imprecatione & in iuramento. Iesaiā 24. Propterea imprecatio deuorauit terrā. Iere. 29. Et tradam eos in cōmōtionem omnibus regnis terræ, in imprecationē & in uasitatē & in sibilū. Iob 31. Ut imprecaretur cū imprecatione antiuæ illius. Psal. 10. Imprecatione eius plenū. Ezech. 16. Quæ despexisti imprecationē, ut labefactares pactum. Et in statu affixorū נָחָיָה. Gen. 24. Tunc immunis eris ab imprecatione mea, si ueneris ad cognationē meā & non dederint tibi, nūc eris immunis ab imprecatione mea. Deut. 29. Ut transeas in pacto Iehoua dei tui & in imprecatione eius quod Iehoua deus tuus fecit tecū hodie. Et mox iterū: Et erit cū addiderit ipse uerba imprecationis huius, & benedixerit se in corde suo dicēs, pax erit mihi, si in cogitatione cordis mei ambulauero. Et pluraliter נָחָיָה Num. 5. Et scribet imprecationes illas sacerdos in librum, & projiciet eos in aquas amaras. Deuter. 29. Et separabit eū Iehoua ad malum ex omnibus tribubus Israel iuxta omnes imprecationes pacti scripti in libro legis huius.

נָחָיָה Imprecatio. Thren. 3. Dabis eis clausuram cordis, imprecationem tuam illis.

נָחָיָה Cauda animalis, sic dicta, quod in sacrificijs deuota erat igni, uel q a corpore se extendat, eiq; adhæreat. Leuit. 3. Adipem & caudam integram cum renibus.

נָחָיָה Species quercus, quam Hieronymus nunc quercū, nunc terebinthū uerit, alij uulnum esse arbitrantur, alij tiliam. Ego uero cōgruente uoce illicem esse existimo, & dictam, q; diris imprecationibus deuota sit ne cadatur, sicut Gētilis tales arbores & syluas sacras & incēduas dixere, uel ab expansione & prominentia ramorū. Iudic. 6. Et uenit angelus ipsius Iehoua & sedit sub ilice, quæ erat in Ophra. 1. Sam. 17. Et castrametati sunt in ualle ilicis. 1. Paral. 10. Et sepelierūt ossa eorū subter ilicē in labes. pro quo 1. Sam. 31. scriptū est נָחָיָה. Item Iesaiā 1. Eritis sicut illex cuius foliū marcescit. Ezech. 6. Et sub omni ilice cōdensa. Legitur semel נָחָיָה Iosue 24. Et tulit lapidē magnū, & erexit eum ibi subter ilicē, quia erat in sanctuario Iehoua. Et pluraliter נָחָיָה Iesaiā 1. Quōntam confundentur propter ilicēs, quas desiderastis. & cap. 57. Quæ calentes in ilicēs sub omni arbore frondosa. Et in statu regiminis נָחָיָה Iesaiā 61. Vocabitur illis, ilices iustitiæ.

נָחָיָה Quercus, extēsa. Iesaiā 6. Sicut illex & sicut quercus. cap. 44. Et accepit Tirzām & quercum. Osee 4. Sub quercu & populo & ilice. Et pluraliter נָחָיָה Iesaiā 2. Et super omnes quercus Basan. Zach. 11. Biulate quercus Basan. Ezech. 17. Ex quercubus fecerunt ramos tūos. Amos 2. Et protectio sicut quercuum.

נָחָיָה Quercus. Iudic. 9. Iuxta quercum, stationē quæ erat in Sichem. Et iterum: De uia quercus ariororū. 1. Sam. 10. Et uenies ad quercū Thabor. Et pluraliter נָחָיָה Gen. 13. Et habitauit in quercubus Mamre. Deut. 11. Cōtra Gilgal iuxta quercus More.

נָחָיָה Præpositio, quā a uerbo נָחָיָה adiurauit, astrinxit & deuinctiui sibi alligauit, ita & hec particula affirmatiuē sequētia deuincti, sicut נָחָיָה & נָחָיָה negatiuē sequētia sibi obnoxia faciūt & destruuūt. Et licet una apud Hebræos uocula sit, qua multas phrasas expr-

qualem etiā gentes notitiā de Deo, & cōmentitijs suis numinibus habuerūt, quare non tantū de uero illo & eterno deo, cōditore cœli & terrę dicitur, sed quo etiā gētes & impj deū suū appellarunt: Et si forma ista singulari, tam sit ulitatu, q̄ plurali. Deut. 32. Et dimisit Deum factore suū. Et mox iterū: Sacrificabāt dæmonibus & nō Deo. Iesaiā 44. Nūquid est Deus prater me. Habakuk 3. Deus ab austro ueniet. Sepius tamē legitur cū mappik מַפִּיק Job 3. Et non requirat eū Deus supernē. Et cap. 6. Et expectationē meam dabit Deus. Dan. 11. Et de desiderio mulierū, & de omni Deo nihil intelliget, sed supra omnia magnificabit se. Et ibidē iterū: Et Deū Maylim loco eius honorabit, & Deū quē nō cognouerūt patres honorabit auro & argēto &c. Et iterū: Deo notho. Et cū affixo legitur semel Habakuk 1. Tunc mutabit spiritum & peruadet, & reus erit, hęc uirtus eius, erit Dei sui.

Et si nomen sit forma pluralis numeri, à singulari מַלְאָכִים, descēdens tamen uerbum seu pronome appositū siue predicatū ipsius, si de uero & eterno deo dicitur (unico loco dempto Gen. 35.) semper & ubiq̄ est singularis numeri, ut nimirū nomine isto trinitas personarū, & uerbo siue pronomine singularis numeri, earundē in essentia unitas significaretur. Deinde & hoc sciendū, q̄ ut eius singulare מַלְאָכִים non tantum uero, æterno, & uni Deo, in tres tamē personas distincto, creatori cœli & terrę, uerum etiā alijs quoq̄ electijs Dñs gentium impiorū tribuitur, ut paulo superius exemplis demonstrauius, ita etiā hoc מַלְאָכִים nō tantū deo æterno & uero, uerum etiā Gentilijs fictis numinibus tribuitur. Tertio, nedū de deo uero uel ficto, sed præterea etiā de angelis, hominibus, uel in ministerio uerbi, uel in politia, alijsq̄ rebus & cultibus ordinatione Dei constitutis dicitur, sicut ordine deinceps scripturæ testimonijs clarum faciemus.

Primum de Deo uero & æterno, conditore cœli & terrę, ubi uerbū seu pronome est singularis numeri. Gen. 1. In principio creauit Deus cœlū & terrā. i. tres per song, quę sunt Deus unus. Et iterū: Et dixit Deus, fiat lux. Item & fecit Deus firmamentū. Item: Et dixit Deus, faciemus hominē in imagine iuxta similitudinē nostrā. Et cap. 2. Istę sunt generationes cœli & terrę cū crearentur ipsa in die, quo fecisset Iehoua Deus. cap. 3. Quoniā nouit Deus, q̄ eo die, quo comederitis ex eo statim aperientur oculi uestri, & eritis sicut Deus sciētes bonū & malū. cap. 17. Ut sit tibi in Deū, & semini tuo post te. Itē cap. 28. Et erit mihi Iehoua in Deū. Deut. 10. Quia Iehoua deus uester, est deus deorū, & sustentator sustentatorū. Iosue 24. Et steterūt corā Deo scilicet in Sichem, ubi erat arca Dei, & ad eam erat præsens. Exo. 4. Et accepit Moses baculū, baculū Dei in manū suam. Et iterum: Et abiens, obuiā uenit illi in mōte Dei &c. & cap. 8. Digitus dei est. Iosue 3. Et Niniue erat ciuitas Dei &c. sic uidelicet dicta, q̄ ut omnia regna, omnes urbes, omnes ubiujs gētium cœtus, ita hanc quoq̄ condidit, ordinar, & conseruat. Et quando nomini huic מַלְאָכִים epitheta scriptura tribuit, tum licet ea quoq̄ sint pluralis numeri, tamē uerbū seu pronome, quod predicatū loco ponitur, est singularis numeri, ut Deut. 5. Quæ unquā fuit caro, quę audiuit uocē מַלְאָכִים dei uiui, loquentis ē medio ignis, ut nos. Ier. 23. Et uos peruertistis uerba dei uiui, Iehoua exercitū, dei nostri. Iosue 24. מַלְאָכִים קִדְשֵׁי הוָיָה Quoniā deus sanctus ipse. Psal. 58. Vtiq̄ est deus iudex in terra. Excipitur unus locus, ubi uerbū quoq̄ est pluralis numeri, quo differētē tres illas in diuinitate personas, patrem, filium, & spiritū sanctum exprimeret, & eas quidem realiter distinctas esse declararet. Gen. 35. Et uocauit locū El Beth El, quia ibi reuelati sunt ad eum Deus. Secūdo, de dijs cōmentitijs, & plerunq̄ siue uerbū siue pronome est pluralis numeri. Exo. 18. Nūc cognoui q̄ magnus est Iehoua præ omnibus dijs. & cap. 20. Non sint tibi dii alij. Exo. 32. Surge, fac nobis qui eant ante faciē nostram. Deut. 4. Quę est gēs ad eō magna, ad quam dii sic appropinquāt, sicut Iehoua deus noster. Iere. 2. Num mutauit gens aliqua Deos, qui tamen non sunt dii. Legitur tamen semel cū uerbo singularis numeri Deut. 5. Nō sit tibi Deus alius, quanquā & id referre possis ad superiora. Tertio dicitur hoc nomine, maiestatis, potētia, potestates seu magistratus, eō quod ut Aposto-

אֲרִיִּים Arias cicut, & gregarius qui cornua habet prominētia, quibus iniuriā propulsat. Gen. 15. Et arietem triennem. Num. 28. Arias unus. Et hoc nomine dicitur etiā frons seu prominentia in ianua, quā alij superliminare, alij frontispiciū uocant. 1. Reg. 6. Frontispiciū, postes, pentagona. Et in statu regiminis אֲרִיִּים Num. 5. Præter arietem propiciationū. Leuit. 5. In ariete errat. Ezech. 31. Et tradā eum in manum arietis Gentiū. Gen. 14. Vtiq̄ ad arietē Paran, id est, frontispiciū, seu prominentiā seu promontoriū. Ezech. 40. Et ad frontispiciū atrij. Et pluraliter אֲרִיִּים Gen. 32. Et arietes uiginti. Exod. 25. Et pelles arietū rubricatas. Ezech. 49. Et fecit frontispicia sexaginta cubitorum. Et in statu regiminis אֲרִיִּים. Iere. 51. Arietes pecudum tuarum. 2. Reg. 24. Et arietes terrę, id est, potentes.

אֲרִיִּים Arias ferus seu syluestris, quem Latini ceruum uocāt. Deut. 14. Ceruus & caprea. Et cap. 15. Et sicut caprea, & sicut ceruus. Psal. 42. Quemadmodū ceruus desiderat ad fluenta aquarum. Et pluraliter אֲרִיִּים Cantic. 2. Vel hinnulo ceruorū. Thren. 1. Principes eius sicut cerui, qui nō inuenerūt pasua. Et in genere feminino אֲרִיִּים cerua. Gen. 49. Cerua dimissa. Et in statu regiminis אֲרִיִּים Psal. 22. Cerua auroræ. Cant. 5. Cerua amorū. Legitur etiā ista forma in statu absoluto. Ier. 14. Cerua peperit in agro. Et pluraliter אֲרִיִּים Psal. 18. Equauit pedes meos instar ceruarum.

אֲרִיִּים Potentia, quę se exerit. Psal. 88. Fui sicut uir, cui non est potentia.

אֲרִיִּים Potentia. Psal. 22. Et tu Iehoua non sis procul, potentia mea.

אֲרִיִּים Potens, penes quem est facultas faciendū aliquid, cuius potentia se latē extēdit & exerit. Ezech. 31. Tradam eum in manū potentis Gentium. Sumitur tamē sæpissime abstractiue pro potentia aliquid faciendū. Gen. 31. Est in potētia manus mea facere uobiscū malum. Prou. 3. Ne prohibeas bonū ab opus habente illo, cum fuerit in potētia manus tua faciendū. Mich. 2. Quādo est in potētia manus eorū. Nehe. 5. Et nō est in potētia manus nostra. Deinde per antonomasiam Deū significat, propterea q̄ Deus omnia potest, cui nihil est impossibile, sed eius potentia, potestas, maiestas & facultas extēdit se ad & super omnes creaturas, & à cuius maiestate & potentia dependent uniuersa in cœlo & in terra, quæ habent aliquam potentiam, potestatem, facultatem & uirtutem, & propter hæc dona & beneficia, quę ab ipso acceperūt & habent, ipsi tanquā iuramento astricti sunt illi præstare cultū & obediētiam, & gratitudinem. Gen. 14. Leuans manū meam ad Iehoua Deum excelsum, possessionē cœli & terrę. Exod. 6. In deo omnipotēte. Psal. 5. Quoniā non deus uolens improbatē tu es. Psal. 36. Montes dei. uocat autē illos prophetas mōtes dei, quos deus ipse ita cōdidit, & manus hominū non suggererūt, proinde non ruant, quemadmodū sæpe collabuntur montes seu ualla, quæ homines cōgesserunt. Sic eadem ratione Psal. 80. uocat cedros dei ingentes, quas ipse deus plātauit, & non homines. Sic Paulus 1. Thess. 4. Scribit archangelū tuba dei descendurum ē cœlo, quæ scilicet non manu hominis facta sit, &c. Item Psal. 86. Deus miserator & gratiofus. Iesaiā 7. Et uocabit nomen eius nobiscum deus. Idem cap. 9. Deus, præpotens &c. Iere. 32. Deus ille magnus, præpotens, Iehoua exercitū nomen eius. Psal. 82. Deus stat in cœtu deorum. Dan. 11. Et magnificabit se supra omnē deū, & contra deum deorū loquetur mirabilia. Hunc locū de Antichristo intelligens Paulus Apostolus pulchre explicat 2. Thess. 2. Atq̄ in statu regiminis & affixorū nihil mutat. Psal. 23. Deus meus deus meus, quare dereliquisti me. Et pluraliter אֲרִיִּים Psal. 29. Afferte ipsi Iehoua, filij potentū. Exod. 15. Quis sicut tu in dijs Iehoua. Et in statu regiminis אֲרִיִּים Ezech. 32. Loquetur illi potentes heroum de medio inferni. Nomen deriuatum à superiore אֲרִיִּים Atq̄ idem Hebreis est, quod Grecis θεός, & Latinis Deus, à Maiestate, & potētia, quam exerit & extendit quaq̄ locorum, & super omnes creaturas quæ sunt in cœlo & in terra, & habent aliquam potētiam & potestatem, facultatem & uirtutem, & propter hæc dona & beneficia quæ ab ipso acceperunt & habent, ipsi tanquam iuramento astricti sunt illi præstare cultum, obediētiam, timorem, fidem, inuocationem, & gratitudinem, & tribuere illi hunc honorem, quod inuocantes iuuare, defendere & aduersa declinare possit, qualem

uelut aquam bibit iniquitatē. Et uidetur Paulus reddidisse ad Titū 1. Et ad omne opus bonum & d'δ'ουμω, id est, reprobi seu inutiles.

In prima coniugatione legitur tantum in uoce passiuā אָלַף colligatus est; & de colligatione uerū uinculo linguā dicitur, ne quis expedite loqui possit: quare Hieronymus reddidit satis commode uerbo obmutuit, & significatione congruit cum uerbo אָלַף nisi q̄ ut forma, ita modo tantum significādi differant. Psal. 31. Colligentur labia falsitatis, id est obmutescant. Psal. 39. Obmutui silentio. Et mox iterū: Obmutui, non aperio os meum. Iesaiā 53. Et sicut ouis, quē corā tondentibus suis obmutuit. Ezech. 3. Et linguā tuam affigam palato tuo, & obmutesces. & cap. 24. Loqueris & non obmutescēs amplius. Daniel. 10. Posui faciem meam uersus terram & obmutui. In secunda coniugatione אָלַף colligauit in fascēs seu fasciculos. Et legitur tantum participiū praesentis temporis אָלַף. Gen. 37. Et ecce nos eramus colligantes fasciculos.

INDE NOMINA:

- אָלַף Ligatus, colligatus scilicet lingua, id est cuius lingua est ligata: nos uocamus talē, mutum. Psalm. 38. Et sicut mutus non aperiet os suum. Proverb. 31. Aperis os tuum pro colligato, id est muto. Iesaiā 35. Et tripudiabit lingua muti. Et pluraliter אָלַף Iesaiā 56. Omnes illi sunt canes muti, qui non ualent latrare. Habakuk 2. Ut facerent idola muta.
- אָלַף Colligatio, colligantia. Psal. 58. Nunquid uerē colligantia ut iustum loquamini, re etā iudicetis filij hominum. Psal. 56. De columba colligantia, id est mutitatis.
- אָלַף Colligatura, colligantia, fascis, fasciculus: translatio uulgaris, habet manipulus. Et in statu regiminis. Gen. 37. Et ecce stabat fasciculus meus. Et pluraliter אָלַף Gen. 37. Et ecce circumdabant fasciculi uestri, & curuabant se fasciculo meo. Psal. 126. Portantes fasciculos suos. Legitur etiam forma masculina אָלַף Gen. 37. Et ecce nos eramus fasciculantes fasciculos in medio agri.
- אָלַף Viduus, dicitur Hebraeis, quod colligatus sit, sileat, & non gaudeat uociferationibus, exultatione, tripudijs & canticis musicis. Iere. 51. Quoniam non est uiduus Israel a deo suo. legitur tamen in abstracto pro uiduitate, uiduitate. Iesaiā 47. Venient autem tibi duo ista subito in die una, sterilitas & uiduitas. Et in genere foemina אָלַף uidua. Gen. 38. Sede uidua in domo patris tui, donec grandescat Sella filius meus. Exod. 22. Omnem uiduam & pupillum non opprimeris. 1. Reg. 17. Ecce ibi erat mulier uidua. Iesaiā 47. Non sedebo uidua, nec experiar sterilitatem. Et pluraliter אָלַף Exod. 22. Et erunt uxores uestrae uiduae. Iob 22. Viduas dimisti ut uacuas. Psal. 68. Et iudex uiduarum. Et in statu regiminis ac affixorum אָלַף Ezech. 19. Et cognouit uiduas eorum.
- אָלַף Viduitas, uiduitas. atq; legitur in statu regiminis & affixorum אָלַף 2. Samuelis 20. Et erant conclusae usque ad diem mortis sue, uiduitate uite. Gen. 38. Et deponit uestes uiduitatis suae a se.
- אָלַף Quando Hebraeus sermo proprium alicuius personae, seu loci nomen exprimit non uult, tum utitur duabus illis uocibus אָלַף אָלַף ut Ruth 4. Et dixit diuerse, sede hic peloni almoni, id est, alicubi, seu aliquo. 1. Samu. 27. Sed & pueros instruxi ad locum peloni almoni, id est alicubi, uel in illum & illum locum. uide etiā in themate אָלַף.
- אָלַף Porticus, uestibulum, quod prostat & prominet, a maiestate: ideo arbitror cognitionem habere cum אָלַף & eius nomine אָלַף. 1. Reg. 6. Et porticus ē regione palatii domus. Psal. 73. Sed firmus ut porticus. Legitur etiam cum kybuz. 1. Reg. 7. Et porticum iudicij faciebat. Ezech. 40. Et mensus est uestibulum portae. Et iterum: iuxta portam introitus ante uestibulum portae anterioris. Et interdum legitur daggestato lamed: ut ibidem, Quod est iuxta uestibulum portae.
- אָלַף Fornices seu arcus super maiores portas, seu in ipsis porticibus, sustinentes pondus superliminarium. Ezech. 40. Et fornices circumquaq; Legitur etiam pluraliter in masculino genere אָלַף Ezech. 40. Et frontispicia eius & fornices eius.

Nomen

Ius Rom. 13. scribit, sint ordinatio Dei. Et Moses Deuter. 1. Dei sit, inquit, iudiciū, id est, potestas. Similiter Iosaphat rex Iehuda ad iudices dicat, Non hominis exercetis iudiciū, sed Iehoua. Sic legitur Iud. 21. Adducet eum sustinator eius ad Deos id est, potestates. cap. 22. Et ad potestates uenerit causa utriusq; & quē condēma uerint potestates, reddet duplū proximo suo. Et iterū: Potestatibus nō maledicēs. 1. Sam. 2. Si deliquerit uir in uirū, tūc patrociniabitur ei potestas. & cap. 28. Et dixit mulier ad Saul, potestates uidi ascēdentes de terra. Psal. 82. Deus cōstitutus in cœtu Dei, in medio potestatum iudicabit. Et iterum: Ego dixi potestates estis.

Quarto pro angelis. Psal. 138. Corā maiestatibus, seu potestatibus psallam tibi, id est, angelis. Hinc fortē accepta occasione אָלַף ad Hebræos reddidit etiā illud in Psal. 8. Minuisti eū paulo minus ab angelis &c. In statu regiminis אָלַף Gen. 24. Et adiurabo te per Iehoua deū cœli & terrae. Et iterū: Iehoua deus sustentator mei Abraham. cap. 28. Et Iehoua deus Abraham patris tui, & Deus Iacob. Exo. 3. Deus Izhak & deus Iacob. 1. Sam. 25. Benedictus Iehoua, deus Israel. Exo. 20. Nō facietis iuxta me deos argenti, aut deos auri. Similiter in statu affixorum. Deut. 4. Quoniam Iehoua deus tuus ignis absūmēs. 1. Reg. 8. Sit Iehoua deus noster nobiscū. Psal. 3. Salua me deus meus. Iesaiā 40. Verbum dei nostri cōsistet in aeternū. אָלַף Idolum aliqui a uanitate, alij a stultitia dicitū esse uolūt, Ego arbitror, q̄ ut Germani a Gott deriuant גֹּדֶזֶר, quo nomine idolū uocant, ita pphetæ ab אָלַף seu אָלַף quadā paronomasia fecerint אָלַף, id est, idolum, quod nomine & effectū de cultus referat quidem uerū deum, sed tamē reuera non sit Deus, sed sit quasi dicas אָלַף non Deus, umbra dei, neq; ullam potentiā habeat seu consolatio. nē seu opem ferre possit, quasi dicas Inops. Iob 13. Medici Idoli uniuersi uos, id est, sine ope. Iesaiā 10. Regna idoli. Iere. 14. Visionē falsitatis, & diuinationē, & idolum, & imposturā cordis sui, ipsi uaticinātur uobis. Zach. 11. O pastor, idolum. Et pluraliter אָלַף Leuit. 19. Non respiciatis ad idola. & cap. 26. Non facietis uobis idola. 1. Paral. 16. & Psal. 116. Quoniam omnes Dij populorū idola, Iehoua autē cœlos fecit. Habakuk 2. Ut faceret idola muta. In statu regiminis אָלַף Iesaiā 2. Abijciet homo idola argenti sui, & idola auri sui, quē fecit sibi ad adorandum. & cap. 19. Et mouebuntur idola Aegypti a facie eius. Et cum affixis. Iesaiā 10. Nōne sicut feci Samaritæ, & Idolis eius, sic faciam Ierusalim & idolis eius.

- אָלַף Si, istam quoq; particulam arbitror ad hoc Thema referēdum, eō q̄ sit extensiuā, & eius significatio expandat se ad sequentia. Eccl. 6. Et si uixerit mille annis duplī citer. Esther 7. Et si in seruos & ancillas uenderentur. Legitur tamē cōmutato dagges in Iod אָלַף Eccl. 4. Et si unus fuerit, qui ceciderit, quanquam dici possit, q̄ sint duæ dictionculæ distinctæ, ut sic legatur: At uae illi uni, qui cum ceciderit &c.
- אָלַף Nomen mensis, qui partim cum Iulio, partim cū Augusto coincidit, & quidē etymologia respōdere cum Latino uidetur. Nehe. 6. In uigesima & quinta Augusti.
- אָלַף Nomen fluij in Media. Et uerisimile est esse illum, qui a Geographis Eulæus dicitur, & Susianen ab Elymaide determinat. Dan. 8. Et eram in Susan castro, quod est in Elam prouincia, & uidebā in uisione, q̄ ego essem iuxta fluium Vlai. Habet fortasse nomen ab amplitudine, & extensione cursus sui.
- אָלַף Fortē, fortasse. Et non est dubitantis particula, sed bene omīnantis & sperantis, & cōmittentis aliquid meliori euentui. Gen. 18. Fortasse deficiēt quinquaginta iusti. Et iterū: Fortasse inueniētur ibi quadraginta. Iosue 9. Fortasse in medio mei habitas. 2. Reg. 19. & Iesaiā 27. Fortasse audiet Iehoua deus tuus uerba Rabfacc. Soph. 2. Quarite iustitiā, quærite humilitatē, fortē abscondimini in die iræ Iehoua. Lucas haud dubie hanc uocē reddidit Græcē ἰσχυρῶς. Actor. 8. Respice igitur ab ista maistia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui.

Legitur tantum in uoce passiuā אָלַף & duobus in locis, & significat esse reprobam propter infirmitatem, & uidetur congruere significatione cum uerbo אָלַף Psal. 14. & 53. Uniuersitas deflexit, & reprobi facti sunt.

Participium אָלַף Iob 15. Quanto magis abominabilis est, & reprobis uir, qui uelut

52
אלף

51
אלף

55
מלל

Legitur de isto themate tantum tertia persona praeteriti utriusque numeri & in utroque genere passivae uocis secundae coniugationis מלל quod autem initio attinet ad formam ipsius, arbitror esse compositum ex מלל & מלל & prioris habere significationem & eandem posteriori contrariam, ac significare excisionem rei uel eius rei uirtutem, ut sit amplius uacua & sterilis, nec ullam existentiam aut uim habeat. Vnde Interpretes uerterunt uerbis debilitandi & infirmadi. Iesaiæ 16. Quoniam ager Hesbon excisus est. Osee 4. Et excidetur omnis habitator in ea. Ioelis 1. Excisum est oleum. In genere foemino מלל. 1. Sam. 2. Insuper sterilis quae peperit septem, & aucta liberis excisa est. Iesaiæ 24. Excisus est, emarcuit orbis. Et mox iterum: Excisa est uitis. Iere. 15. Excisa est genitrix. Ioelis 1. Ficus excisa est. Et legitur semel simpliciter מלל Ezech. 16. Quam excisum est cor tuum. Et pluraliter מלל Iesaiæ 19. Et expandentes rete super faciem aquarum excisi sunt. Iere. 14. Porrae eius excisae sunt. Thren. 2. Et luxit antemurale & murus pariter excisae sunt.

Participium מלל Psal. 6. Gratius esto mihi, quia excidit ego. Nahum 1. Exciditur Bafan, & Carmelus atque germen Libani exciditur.

INDE NOMEN,

מלל Nehemiae 4. Quid excisi faciunt?

56
מלל

Congruentiam quandam habet cum מלל ut in eo uidebis. At in uoce actiua prima coniugationis non est usitatum, neque legitur in sacris literis, nisi in utroque participio & in infinitiuo. Ut מלל, fides, fidelis, curator, procurator, dispensator, oeconomicus, nutritius, cuius fidei infans seu puer alterius commissus est, eum ut fideliter curet, cuius fidei administrationi officium aliquod concessum & committendum est, à fide scilicet, quae in dispensatore potissimum spectari solet atque requiritur: quod & Diuus Paulus Apostolus significare, & data quasi opera hanc uocem Hebraeam explicare uoluit. 1. Corin. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, quod superest autem illud requiritur in dispensatoribus ut πιστός, id est, fidus aliquis reperitur, &c. Legitur singulariter in hac forma Num. 11. Nunquid ego in utero gestaui uniuersum hunc populum, uel genui eum, ut dicas mihi, gesta eum in sinu tuo, sicut gestat fidus lactentem, id est, qui nutrit lactentem, seu nutritius lactentis, pro quo Chaldaeus מלל Esther 2. Et ipse erat fides Hadassae, quae est Esther filia patris sui, quando nec ei pater esset, neque mater, id est, ipse erat dispensator, curator seu tutor Hadassae. Pluraliter מלל, fides, fidelis, id est, erant dispensatores, dispensatores, oeconomici. 2. Reg. 10. Et scribebat Iehu literas, & mittebat eas in Samariam ad principes Iezreel ad seniores & fideles Achab. Iesaiæ 49. Et reges erunt fideles tui. Et in genere foemino מלל. Ruth 4. Et accepit Naemi puerum & posuit eum in sinum suum, & facta est ei fides, id est, nutritrix. 2. Samuel. 4. Tollensque eum fida ipsius aufugit.

Participium praeteritum מלל. Thr. 4. Nutriti super purpura amplexi sunt stercola. Infinitiuus cum litera gerundina מלל Esther. 2. In nutriendo apud ipsum. i. quando nutritur ab ipso, licet possit esse nomen loco infinitiuo positum sicut infra.

In uoce passiva מלל, fides, fidele, firmum, uerum, certum, ratum, stabile fidei. Significat autem uel hominem, uel sermonem, uel rem aliquam consistere, permanere ac perseverare in sua fide, certitudine, ueritate, suo in foedere, statu seu loco. Psal. 76. Cor eorum non erat firmum erga illum, neque fideles fuerunt in pacto eius. Iesaiæ 7. Si non credideritis, etiam non credemini, id est, si non innitimini scilicet promissioni diuinae, etiam non credemini, id est, non sustentabimini, stabiliemini, confirmabimini, certum, stabile eritis. Item 2. Paral. 20. Credite in Iehoua deo uestro, & curabimini, eritis sub fide & tutela, suffulciemini, sustentabimini, id est, credite prophetis eius, & bene habebitis, pacem & tranquillam conscientiam & defensionem a deo. 1. Reg. 8. & 1. Paral. 17. Et nunc deus Israel, confirmetur, uerificetur, obsecro uerbum tuum, quod loquutus es seruo tuo Dauid patri meo. Gen. 42. Et fratrem uestrum minimum adducatis ad me, ut uerificentur uerba uestra, & non moriemini. 2. Sam. 7.

d Et

מלל Nomen pluralis numeri tantum pro מלל moenibus urbium. Iesaiæ 13. Respondebunt striges in moenibus eius. Ez. ech. 19. Et cognouit moenia eorum, & ciuitates eorum uastauit. Existimo quod propheta uoluerit uti data opera illa paronomasia, ironice & mimeticis.

53
מלל

Affueuit, addidit. Prover. 22. Ne forte affuescas uias eius. In secunda coniugatione מלל affuescit. Iob 35. Quia affuesciet iniquitas tua os tuum. Et cap. 33. Et affuesciam te sapientiam, id est, docebo te.

Participium praesens מלל Iob 35. Affuesciens nos praesumentis terrae. licet pro eo irregulariter sit scriptum מלל.

INDE NOMINA:

מלל Nomen participiale, mansuetus passiuè. Iere. 11. Ego autem uelut agnus mansuetus, qui ducitur ad mactandum, licet etiam pro boue accipi possit. Ego autem uelut agnus, aut bos, qui ducitur ad mactandum. Et pluraliter מלל Psal. 144. Bo ues nostri onusti. Deut. 7. Et mustum tuum & oleum tuum, foetum bouum tuorum. Sed quando actiuè accipitur, tum significat ducem, ductorem, qui ducit alios & praestit in gubernatione. Prover. 2. Quae derelinquit ducem iuuentutis suae. cap. 16. Et delator alienat ducem. Mich. 7. Ne confidatis in ductorem. Psal. 55. Sed tu uir ordinis mei, ductor meus. Huc respiciens Lucas Actor. 1. Vocat Iudam Iscarioth de quo iste planius loquitur ὁ δὲ δὴμος, id est, ducem. Nam is cum debebat esse dux itineris Iesu, accepto pretio iniquitatis commonstrat uiam Iudaeis, Iesum ut inueniant & comprehendant. Et pluraliter מלל Iere. 13. Et affuescisti eos contra te duces in caput. Et in statu regiminis מלל Gen. 33. Isti sunt duces filiorum Esau.

מלל

Boues ab affufectione seu mansuetudine. Psal. 8. Oues & boues. Prover. 14. Vbi non sunt boues, calcanda est munda. Iesaiæ 30. Boues & pulli asinorum colentes.

מלל

Et in distinctione מלל mille, numerus in unam summam ductus, uel quod millenarius numerus dux sit omnium inferiorum numerorum, & omnes alios numeros in se complectatur plenissimè. Gen. 20. Ecce dedi mille argenteos fratri tuo. Num. 31. Mille de tribu, mille de tribu, id est, de singulis tribubus mille. 1. Sam. 18. Et amouit eum Saul a se, & posuit eum principem millenarium. Et nota quod quando hoc nomen constituitur cum numeris monadicis includendo numerum denarium, tum ponitur in numero multitudinis. Et contra, quando constituitur cum numeralibus decadis ultra numerum denarium, tum scribitur singulariter. Exempli causa: Numeri 2. Centum mille, & octo mille, & sex millia. Item cap. 31. Ouitum sexcenta mille, & septuaginta mille, & quinque millia. Vbi utrunque legitur. Et in statu affixi. Iudic. 6. Ecce millenarius meus exhaustus est in Manasse. 1. Sam. 18. et 21. Percussit Saul in millenario suo, sed Dauid in decem millibus suis. In duali numero מלל duo millia. Numeri 35. Et latus meridionale duo millia in cubito. Exod. 38. Et duo millia, & quadringenti sicut. Iosue 3. Quasi duo millia cubitorum in mensura. Et pluraliter מלל Exod. 18. Et pones super eos principes millenariorum, & principes centenorum. & cap. 20. Et faciens pietatem in millia. Num. 31. A principibus millenariorum &c. Et in statu regiminis מלל Exod. 32. Quasi tria millia uirorum. Num. 11. Capita millium Israel. & cap. 10. Congregentur ad te principes, capita millium Israel. 1. Sam. 23. Et perscrutabor eum per omnia millia Iehuda. Mich. 5. Et tu Bethlehem Ephratha modicum ut sis in millibus Iehuda: ex te enim egredietur qui sit Dominator in Israel. Similiter habet in statu affixorum. 1. Sam. 10. Nunc igitur statuite uos coram Iehoua secundum tribus uestras, & secundum millia uestra.

מלל

Prima Alphabetica litera, sic dicta quod uel tanquam dux caeteras praecedat, uel quod millenarium numeri nota sit. Congruit significatione cum uerbo מלל nisi quod ut forma parum, ita modo tantum significandi inter se dissentiant: significat autem false dicere in aliquem, illicere uerbis, fugillare. Legitur tantum semel. Iudic. 16. Et factum est quod presuram faceret illis uerbis suis singulis diebus, & illiceret eum, ut ad breuiaretur anima eius ad mortem.

מלל

54
מלל

forti, quia mansuetus
anetes uel capi. Dux
fuit yugum.

Legitur

- אמון** Fides, fidelis, certus, peritus, & probatus, & nutritus in arte aliqua, Architectus, artifex. Proue. 8. Eram apud ipsum Architectus. Chaldaeus uertit אמון אמן Iere. 4. 6. Ecce ego uisitabo Architectum de No. & cap. 52. Et reliquum artificem.
- אמון** Artifex, peritus artis, uerus & certus in arte sua. Cant. 7. Opus manuum artificis.
- אמון** Veritas. Iesai. 2. 4. Consilia antiqua sunt fides ueritatis, id est, ipsissima ueritas, certissima ueritas.
- אמנות** Postes. 2. Reg. 18. In tempore illo detraxit Hiskia fores templi & postes, quos ipse obdlexerat. a firmitudine sicut אמנות de quo infra.
- אמון** Fides, fidelitas. Deut. 32. Quia natio peruersissima, filij in quibus non est fides. Paulus Apostolus imitatus hanc phrasin Eph. 2. & 5. item Colo. 3. uocat & interpretatur ὑποθηκάζοντες filios diffidētis, incredulitatis, inobediētis. Et pluraliter אמנות Prou. 20. Et uirum fidelitatis quis inueniet. Iesai. 26. Custodiens fidelitates seu ueritates, seu promissiones, seu seruans magnam fidem (quae est) cogitatio firma, & munies pace in te sperantem. Prouer. 14. Testis ueritatum.
- אמנות** Fideles, seruantes pactorum. Psal. 12. Quoniam diminuti sunt fideles a filiis hominum. Psal. 31. Fideles conseruat Iehoua. dicuntur autem isti hoc nomine qui fidunt & credunt, & alterius ueritati se associant. In statu regiminis אמנות 2. Samuel. 20. Ego una sum ex pacificis & fidelibus Israel.
- אמנות** Fides, ueritas, fidelitas, constantia. Neh. 9. Et in tota hac re percussimus fidē & scribimus, 1. pactum. & cap. 11. Quoniam praecipuum regis super eos, & fides, id est, administratio fidelis. Est & אמנות mons. Cant. 4. Respiciens de uertice Amana. Item fluuius in Syria. 2. Reg. 5.
- אמנות** Per syncopem nun pro אמנות. Vnde in statu affixorum accipit dagges ad indicandum defectum litterae, id est, certitudo, ueritas, simplicitas: & opponitur opinioni, falso, hypocrisis, mendacio, id est, opponitur propriis operibus quae non ex uero, recto & simplici corde fiunt. Deinde differt a nomine אמנות sicut differt opus uirtutum sum a uirtute, opus a uoluntate, qua profectum est. Significat itaque אמנות cordis assensum in alterius promissionem, seu ipsam persuasionem, sed אמנות respicit ipsum opus uoluntatis seu fidei. Gen. 24. Qui deduxit me in uia ueritatis, & cap. 32. Minor sum omnibus beneficij, & omni ueritate, quam fecisti cum seruo tuo. Psal. 19. Summa uerbi tui ueritas. Iesai. 61. Et dabo opus eorum in ueritate, id est, in certitudine. Eo respexit Paulus 1. Cor. 15. Et labor uester non erit inanis in Domino. Et in statu affixorum. Psal. 9. Scutum & parma ueritas eius. Iesai. 38. Non expectabunt descendentes in lacum ueritatem tuam.
- אמנות** Constantia, certitudo, ueritas, firmitas, fidelitas, id est, uirtus promissa seu pacta seruant. Et Latinis fides dicitur, quia fiat quod dicitur. Graecis πίστις. Et in statu affixorum אמנות significat firmam fidem, quae non est in opinione, sed in certitudine. Discrimen autem inter אמנות & אמנות uide in uoce אמנות. Nunc ad exempla. Exod. 17. Et fuit manibus eius fides, id est, firmitudo, uirtus sustentans usque ad occasum solis. Deut. 32. Deus fidei & non fraudis. 2. Reg. 20. Quonia in fide ipsi faciebant. 1. Par. 9. Quoniam sub fide erant quatuor fortium Ianitorum. Et mox iterum: Et Matthia erat in fide super ea, quae fiebant in sartagine. 2. Para. 19. Sic facietis in timore Iehoua in fide & corde perfecto. Psal. 119. Viam ueritatis elegi. Iesai. 11. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cingulum renuum eius. Iere. 7. Ablata est fides & excisa est ex ore ipsorum. In statu regiminis אמנות Iesai. 33. Et erit ueritas temporis tui fortitudo, salus. In statu affixorum. 1. Sam. 26. Et Iehoua reddet unicuique iustitiam suam, & fidem suam. 1. Para. 9. Quos constituit Dauid & Samuel Videns propter fidem eorum. Habakuk 2. Ecce contracta est, non est recta anima eius in eo, sed iustus fide sua uiuet. Et pluraliter אמנות Prouer. 14. Testis ueritatum. & cap. 20. Et uirum fidelitatum quis inueniet. Iesai. 26. Custodiens ueritates.
- אמנות** Veritas. Osee 5. In tribubus Israel manifestaui ueritatem tuam, pro quo Chaldaeus uertit אמנות אמנות Lucem, illuminationem, legem tuam.

Et confirmabitur domus tua & regnum tuum. Iesai. 60. Et filiae tuae ad latus confirmabuntur, id est educabuntur. Iere. 15. Quare perpetuo mihi es quasi fons mendacium, cuius aqua non fideles sunt, id est, perseverantes.

Participium praesens seu nome participiale אמנות fides, fidelis, uerax, seruans pacti. Deut. 7. Deus uerax, custodiens pactum. Sic Rom. 3. Deus uerax, omnis autem homo mendax. Nehe. 9. Et inuenisti cor eius fidele coram te, & percussisti cum eo pactum. ubi tamen אמנות legitur cum pathah. Num. 12. Seruus meus Moses qui in tota domo mea fidelis est. 1. Sam. 2. Et constitua mihi sacerdotem fidelem. Et mox iterum: Et aedificabo mihi domum fidelem, id est, certam, firmam. Iesai. 22. In loco fidei.

Et pluraliter אמנות Iesai. 8. Et adhuc mihi in testimonium testes fideles, id est, ueraces. Neh. 13. Quia fideles reieci sunt. Prou. 27. Fidelia uulnera amanti. Ies. 33. Aque eius fideles, id est permanentes. Psal. 111. Fidelia omnia mandata eius. Deut. 28. Infirmitates malas & fideles, id est, permanentes. Job 12. Qui auferit labium fide libus. In statu regiminis אמנות Psal. 101. Oculi mei ad fideles terrae. In foemino genere אמנות Psal. 78. Et non fidelis erga Deum spiritus eius. Iesai. 1. Ciuitas fidelis. Psal. 19. Testimonium Iehoua fidele. Item in alia forma אמנות Psal. 89. Et pactum meum fidele ipsi. Et pluraliter אמנות Deut. 28. Et plagas magnas, & fideles, id est, durabiles.

In tertia coniugatione אמנות sepenumero in scriptura sacra usu uenit, & Hebraeis uide ualeat, quod Graecis πίστις, & Latinis credidit, filius est, dictis fidē habuit, alterius uerbis seu promissionibus acquieuit, certo statuit esse uerū quod sibi dictum est, uerbis seu promissis innixus seu fulcitus est, persuasionē certam habuit de re aliqua, certus fuit de re aliqua in corde suo. Et ubique opponitur dubitationi, sicut ex subiectis scripturae testimonijs liquido constat. Variat autē in constructione & regimine.

Aliquoties absolute legitur. Job 9. Si clamauero & exaudierit, tamen non credo, quia aufcultauerit uocem meam. cap. 15. Non credit se posse fugere a tenebris. cap. 29. Etiam cum luderem apud eos, non tamen credebam seu confidebam. cap. 39. An credere ei potes, ut reddat semē tuum. Et iterum: Et non credit, quia uox cornu. Psal. 27. Utiq; credo uide re in bono Iehoua in terra uiuentium. Psal. 116. Credidi, ideo loquor. Thren. 4. Non crediderunt reges terrae. Aliquando constructum cū ablatiue mediante praepositione beth. Gen. 15. Credidit Abraham in Iehoua, & imputauit illud ei iustitiā. Exo. 14. Et timuit populus ipsum Iehoua, & credidit in Iehoua, & in Mose seruo eius. Et cap. 29. Ecce ego uenio ad te in densa nube, ut audiat populus me loquentem tibi, atq; etiā credat in te perpetuo. Deut. 28. Et non confides in uita tua, id est, non eris certus de uita tua. Job 15. Ecce in sanctis suis non confidit, id est, non innititur, siquidē ceteri non sunt mundi in oculis eius. cap. 24. Stabit & non confidet in uita. Mich. 7. Ne credatis in socio. 1. Sam. 27. Et credidit Achis in Dauide. Interdū constructum cū datiue mediante praepositione lamed. Exo. 4. Ecce non credent mihi. Deut. 9. Exacerbatis os Iehoua dei uestri, & non credidistis ei. 1. Reg. 10. Non credidi uerbis donec ueniret, & uideret oculi mei. Gen. 45. Sed uacillabat cor eius, quia non credebatur eis. Ex hoc loco clare apparet hoc uerbum significare motum cordis certo assentientem dictis, & esse contrarium dubitationi, sicut postea quando currus uidet, quos sibi Ioseph filius miserat, legitur reuixisse spiritus eius. Insuper semel legitur cum accusatiue constructum, mediante articulo הָ לִי. Et Sicho non assensit Israelem transire per terminum eius, id est, non accepit promissionem Israelis, non arbitratus est Israelem esse fidem ac seruantem promissionis in transeundo.

Participium praesens אמנות Iesai. 28. Quicquid credit non festinabit. hanc sententiam Paulus Rom. 10. allegans, uerbo πῶς οἰκισάτω, i. quicquid fidei, transtulit. i. quicumque fidee acciperit uerbum de misericordia Dei, omnibus promissa propter Christum, non trepidabit. Et pluraliter אמנות Deut. 1. In hoc non estis credentes in Iehoua.

INDE NOMINA;

- אמון** Fides, fidelis, &c. uide supra in participio primae coniugationis.
- אמנות** Fidi, Fideles. uide supra in prima coniugatione.

sibi angelis & potestatibus ac uirtutibus. Et Act. 2. Dextera enim dei exaltatus; & promissione spiritu sanctis accepta à patre effudit hoc; &c. Item cap. 5. Hūc principem & seruatorem deus exaltauit dextera sua. Est igitur sedere Christū ad dexterā patris aliud nihil, quā ipsū esse Patri parē omnipotētia, uirtute, dominatione, imperio, gloria, honore, & reliquis omnibus bonis ac donis diuinis & aternis.

דַּמְיָן Nomen adiectiuū masculini generis, dexter. Ezech. 4. Et dormies super latus tuū dextrū. Et in genere foeminae **דַּמְיָן** Leuit. 8. Et super pollicē manus eius dextrā. Est & familia primaria tribus Beniamin, unde erat natus Saul primus rex Hebraeorum. 1. Sam. 9. Et Beniamin minimo natu inter filios suos nomen Iacob indidit, filius dexteræ. Gen. 35.

דַּמְיָן Auster, plaga meridionalis, quod respicienti ad Orientem meridionalis plaga ad dextram sita sit, aliās **דַּמְיָן** quod ardore solis feriat, aliās **דַּמְיָן** ab altitudine dicta, quia altius sita, respectu terræ promissæ.

INDE VERBUM,

דַּמְיָן Tertiæ coniugationis. Gen. 13. Si ad sinistrā elegeris, ego dextrabo, id est, dextram occupabo. Iesaiæ 30. Hæc est uia, ambulate in ea, neq; declinetis ad dextrā, neq; ad sinistram. ubi loco Iod, habet literam aleph. Et 1. Paral. 12. Iacientes arcu, dextrates & sinistrantes, id est, utentes dextra & sinistra.

דַּמְיָן Mater, uel à naturali fidelitate, & summo fidei affectu erga liberos, uel quia mater est fidelis propagatrix specierū generis humani. Gen. 3. Et uocauit Adam nomen uxoris suæ Haura, eò qd ipsa sit mater omnis uiuentis. Iere. 15. Adduxi super matrem inuentutis uastatorem in meridie. ubi collectiuè positum est. ideo Chaldeus uertit **דַּמְיָן**. In statu affixorū trāsferat alterū punctulum in sequentē literā mem. Similiter in plurali. Exo. 20. Honora patrē tuum, & matrē tuā. Et pluraliter **דַּמְיָן** Thren. 2. Matribus suis dixerūt. & cap. 4. Matres nostrę sunt uiduę. Et sciendum est, quod ad alia quoq; trāsferatur. 2. Sam. 20. Ego sum una ex pacificis & fidelibus Israel, & tu quæris interficere ciuitatē & matrē in Israel, qd nimirum alię ciuitates & oppida tanquā filię ex ea sint natae, & fide eius nutritæ. Sic Ezech. 21. transfertur ad uiam: Stetit rex Babylonis in matre uia, in principio duarū uiarum. & quid matrem uia uocet, sequenti mox membro declarat, nempe principium uiarum, uiam scilicet generalem, quæ ex se duas alias speciales tanquam filias generat.

דַּמְיָן Familia, stirps quæ ab una matre propagata est: quanquam eius pluralia **דַּמְיָן** & **דַּמְיָן** sint tantum in usu, etsi masculinū frequentiore in usu sit. Num. 25. Et nomen mulieris Midianitidis interfectę erat Cozbi filia Zur, qui erat princeps familiarū, & domus patris in Midian. Gen. 25. Duodecim principes per familias suas. Psalm. 117. Laudate eum omnes familiae.

דַּמְיָן Per prothesin literæ lamed, sicut **דַּמְיָן** & **דַּמְיָן**, & **דַּמְיָן**, & **דַּמְיָן**, populus, communitas alicuius ciuitatis seu regionis, cognatione, legibus, alijsq; uinculis societatis colligatus. Gen. 25. Et populus populo præualebit. Proiu. 11. Prohibenti frumentū maledicet illi populus. cap. 14. Quādo non fuerit populus, consternatio est principis. Et in statu affixorū mutat holem in schurek, & fortificat literā mem. Ies. 51. Et populus meus auscultate. Et pluraliter **דַּמְיָן** Gen. 27. Et incuruent se tibi populi. Psalm. 2. Et populi meditabuntur frustra. Iesaiæ 55. Ecce testem populis dedit eum. & uidetur quoq; affinitatem habere cum themate **דַּמְיָן**.

דַּמְיָן Ancilla, famula, à fide seu fidelitate. Exo. 21. Si seruum petiuerit bos, uel ancillam. In statu affixi. 2. Sam. 14. Et dixit ancilla tua, lo quor nunc ad regē, si forte faciet rex uerbum ancillę suę, ubi de una eademq; foemina dicitur **דַּמְיָן** & **דַּמְיָן**. Et pluraliter **דַּמְיָן** Gen. 31. Et ingressus est tentorium duarum ancillarum, & non inuenit. Atq; in statu regiminis & affixorum **דַּמְיָן** 2. Samu. 6. In oculis ancillarum seruorum eius. Gen. 20. Et ancillæ eorum.

דַּמְיָן Cubitus à certitudine & firmitudine, cui innitimur: accipit quoq; pro mensura cubitali, quæ cōtinebat cōmuniter quinque palmos, id est, quinque quatuor digitos transuersos, Gen. 6. Fenestrā facies in arca, & ad cubitū consummabis eā. In statu

דַּמְיָן Fides, nutritio, cura. Esther 2. In nutrice apud ipsum. Licet etiā pro infiniti uo seu gerundio accipi possit. Est & particula affirmantis, uere, certē. Genes. 20. Atq; etiā uere forer mea, filia patris mei ipsa est.

דַּמְיָן Vere, profectō. Job 9. Certē noui, quod sic est. Iesaiæ 37. Vere Ichoua, perdidērunt reges Assur cunctas regiones. Legitur tamen sæpe in prima kybutz **דַּמְיָן** Gen. 18. Num etiā uere partam. 1. Reg. 8. Num uere habitabit Deus super terra. Psalm. 58. Num uere estis muti ut iustitiam loquamini.

דַּמְיָן Veritas. Iesaiæ 65. Benedicet in deo ueritatis, qui iurauerit, iurabit in deo ueritatis. Est & assensus, affirmantis, asseuerantis, approbantis particula, qua Hebræi cōmuniter utitur, uota, precatationes uel imprecationes, deuotiones approbantes: quasi dicas, sit ratū, uel fiat, id quod dictū aut auditū est. Et Græcū quoq; **ἀμην** à fide nomē habet. Deu. 27. Et dicat omnis populus, Amen. 1. Reg. 1. Et respondens Beneiah filius Iehoiada regi, dixitq; Amen. Sic quoq; dicat Iehoua deus sustentatoris mei regis. 1. Par. 6. Et dicat omnis populus, Amen. Ier. 11. Ut stabilitam iuramentum, quod iurauit patribus uestris ut dem illis terrā fluētē lacte & melle, sicut hodierno die est, & respondendo dixi, Amen Iehoua, i. sit ita. cap. 28. Et dixit Ieremias propheta, Amen, sic faciat Iehoua. Itē geminatur interdū, quæ geminatio cōfirmationē seu approbationē in tēdit. Num. 5. Et dicat mulier Amē, Amen, id est, fiat, fiat. Nehe. 8. Et benedixit Ezra ipsum Iehoua deū magnū: & respondit omnis populus, Amē, Amen, cum euatione manuū suarum. Et Paulus Apostolus 2. Cor. 1. usus est hæc uoce. Quotquot enim sunt promissiones Dei per ipsum sunt ueræ etiā, & per ipsum Amen deo ad gloriā, id est, omnia sunt certa & rata, quæ Deus pollicitus est. Item Apoc. 1. Ecce sum uiuens in secula seculorū, Amen. & cap. 3. Amen testis fidelis & uerus, &c. Et cap. 7. Et procubuerūt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt deum dicentes, Amen, benedictio & claritas & sapientia, &c. ubi apparet nominaliter esse positum, id est, ueritas, benedictio, sicut Iesaiæ 65. scribitur.

דַּמְיָן Dextera nomen substantiuū, sic dicta qd in dextera sita est uirtus & potentia ac firmitudo: quare dextera accipitur & apprehenduntur res nobis proposite seu oblatae. Deinde quia dextera fidei ac ueritati cōsecrata est, unde & ueteres per dexterā tanquā fidei sedem & uirtutis ministrā iurabant. Insuper quia Iesaiæ 30. ubi uerbaliter legitur, recipit loco Iod literā aleph suā primitiuā. Vsurpatur autē de multis uarijsq; corporis partibus, quæ à dextris & ad dexterā partem sitæ sunt, atq; adeo etiā pro meridie seu plaga meridionali accipitur, qd Orientē respicienti ea plaga à dextris sit. Gene. 24. Ut me uertā siue ad dextrā siue ad sinistrā. Ezech. 1. Et facies leonis ad dextrā. Psalm. 89. Septentrionē & Meridiē tu creasti. In statu regiminis & affixorū **דַּמְיָן**. 2. Sam. 20. Et apprehendit manu dextera Iob barbā Amasæ. Psalm. 144. Quotū qd loquitur uanitatē, & dextera eorū, dextera falsitatis. ubi pro operibus sumitur quæ dextera sūt. Psalm. 109. Iehoua stabit ad dextrā egeno. Ies. 41. Sustētari te dextera iustitię meę. Et ut aliās sæpe dextera pro potentia & uirtute sed tamē humana, id est, terminabili & finiēda, ita maxime cū Deo, qui æternus, immēsus, & infinitus est attribuitur, uirtutē & potentia immēsam & infinitam Dei significat. Psalm. 77. Et dixi, infirmitas mea hæc est, sed multū mutare potest dextera Excelsi. Psa. 110. Sede ad dexterā meam. Ies. 48. Et dextera mea palmo mensa est coelos. ubi sanē pro immensa uirtute & potētia accipitur. Id quod Christus Lucę 22. cū inquit, Ex hoc tēpore erit filius hominis sedēs à dextris uirtutis dei. data opera apposito uirtutis uocabulo exponere uoluit. Et Diuus Paulus aliquoties periphrafi exprimere studuit ut Eph. 1. Cū suscitaret eum ex mortuis, & sedere fecit eum ad dexterā suam in cœlestibus sup omnē principatū, ac potestatē, & uirtutē & dominū, & omne nomen quod nominatur nō solū in seculo hoc, uerū etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedes illius, & eū dedit caput super omnia ipsi Ecclesię, quæ est corpus ipseus, cōplementū eius, qui omnia in omnibus adimplet. Et ad Philip. 3. Omnis lingua confitebitur qd dominus sit Iesus Christus ad gloriā dei patris. Similiter Petrus 1. epist. 3. Per resurrectionē Iesu Christi, qui est ad dexterā dei profectus in cœlum subiecit sibi

est exclusua, nisi. Gen. 32. Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Iesaiæ 42. Quis est cæcus nisi seruus meus. Esther 2. Non ingrediebatur ultra ad regem, nisi benedictum haberet in ea rex. Sin autem præcesserit eam **רַךְ** tum ualet, usq; quoad, donec. Gen. 24. Non comedam donec loquar uerba mea. Iesaiæ 30. Fugietis, donec relicti fueritis, quasi malus nauis. tamen præcedit eam aliquando hæc duæ uoculæ **אָם אָשָׁר רַךְ**. Iesaiæ 6. Donec diruentur ciuitates siue habitatores.

עֲוֹן Significat gñaliter aliqd in corpore, uel actione uitæ, qd incurrit in reprehensionē, & semper in malū accipit: quare alij pro macula, alij pro fordibus, alij p uitio uerterunt. Arbitror aut habere cognationē cū **חַטָּא**, & aliquid certi uitij eo significari. Valde est uisitatū in Chaldea lingua, in qua opponitur nomini Hebreo **עֲוֹן**, & uerisimile est inde fluxisse Græcū **μαῖος**. L. cui. 21. Omnis uir, in quo est eiusmodi, nō ap propinquet, ut si est cæcus, aut claudus, aut mōstruosus, aut excessiuus, aut in quo est fractura pedis, uel fractura manus, aut gibbus, aut pellucula, seu cōsulio in oculis, aut scabies, aut impetigo, aut cōtussio testiculi. & ca. 22. In boue aut oue integrū erit gratū, omne eiusmodi nō sit in eo, cecū aut fractū, & c. Et cap. 24. Et uir qui dedit aliquid in populari suo, quēadmodū ipse fecit, ita fiat ei, fractura pro fractura, oculus pro oculo, dens pro dēte, quēadmodū dedit eiusmodi in homine, sic dabitur ei. Deut. 15. Quod si eiusmodi fuerit in eo claudū, aut cecū, omne eiusmodi malū, nō sacrificabis illud Iehoua deo tuo. & ca. 17. Nō sacrificabis ipsi Iehoua deo tuo bouē aut pecus, in quo est eiusmodi omnis res mala, & c. 2. Sam. 14. Et ut Abfolom nō fuit uir pulchrior in uniuerso Israēl, laudādus magis à plāta pedis sui, usq; ad uerticē sum, nō fuit aliquid in eo. Can. 4. Totā tu pulchra es amica mea, & aliquid nō est in te. Prou. 11. Tūc enim eleuabis faciē tuā sine aliquo, s. uituperio. Et legitur bis in seraliter aleph quiescēte **עָוֹן**. Job 31. Et nū manibus meis adhæsit aliquid, i. uitij. Dan. 1. Pueros in quibus nō esset omne aliquid scilicet uitij. Et cū affixis manet inuariatū. Deut. 32. Qui perditē egit cōtra ipsum, nō sunt filij ipsius, aliquid ipsorū. Prou. 9. Qui castigat derisorē acquirit sibi ignominia, & arguens reprobū, aliquid illius. Et in forma fœminæ **עָוֹן** Num. 22. Num potero loqui quicquā. Deut. 13. Non adhærebit manui tuæ quicquam. Iudic. 4. Quicquam nō erat in manu illius. 1. Reg. 10. Non reputabatur in diebus Salomonis quicquam, seu pro aliquo.

עָרַךְ s. fuit, surrectus fuit, strenuus fuit, **אֲפִרְיָחִיג**, **וְהֶעֱפֵי** sein, erecto esse uel corpore, uel animo & uirtute. Et opponitur uerbis **עָרַךְ** & **עָרַךְ**. Et in prima coniugatione nō est in frequētī usū. 2. Sam. 22. Ps. 18. & 142. Quoniā erecti sunt plures quā ego. Ge. 25. Et popul⁹ populo erectior erit. 2. Par. 13. Et erecti sunt filij Iehuda.

Participiū præteritū, seu potius nomen participiale **עָרַךְ** Zach. 6. Et in quadri ga quarta equi maculosi & erecti. In secūda cōiugatione **עָרַךְ** & sit transitiuum. Job 4. Genua inclināta surrexisti. Ies. 35. Et genua labātia surrigite. & cap. 41. Ego erexi te, & adiuui te. Prou. 8. Cū surrigeres nubes supernē. ca. 31. Et surrigit brachia sua. Psal. 89. Et brachiū meū surriget eū. Psal. 80. Dextera tua sit super filiū hominis, quē surrexisti tibi. Amos 2. Et fortis nō surriget uirtutē suam. Nahum 2. Apprehēde lumbos, surrige uirtutē uehementer. 2. Para. 24. Et cōstituerunt domū dei super dispositione sua, & surrexerūt eam. 2. Paral. 11. Et confirmauerunt regnū Iehuda, & surrexerūt filiū Ieroboam. Deut. 2. Et erexit cor eius. cap. 15. Nō surrigas cor tuum, id est, facias rigescere. Ies. 44. Et erexit sibi inter ligna syluæ, i. firmiter decreuit.

Participiū præsens **עָרַךְ**. Prou. 24. Et uir scientiæ surrigit uirtutem. In tertia coniugatione **עָרַךְ**. Deut. 3. Confirma eum, & surrige eum. Psal. 27. Esto confirmatus, & surrigatur cor tuum. Job 16. Surrigerem uos ore meo.

In quarta coniugatione **עָרַךְ**. 1. Reg. 12. Rex uero Rechabeam surrexit se, ut ascenderet in currum. 2. Para. 13. Et congregati sunt ad eum omnes homines uani, filij Beliaal, & surrexerunt se contra Rechabeam.

Participiū fœminini generis **עָרַךְ** Ruth 1. Et uidit qd surrexisset se ad eundū secum.

INDE NOMINA:

עָרַךְ Surrectus, strenuus. Job 9. Sapiēs corde, & surrectus uirtute. Et mox iterum: Si ad d. 4 uir-

regiminis **עָרַךְ** Deut. 3. Nouē cubiti lōgītudo eius, & quatuor cubiti latitudo eius, iuxta cubitū uiri. 2. Sa. 8. Et David tulit frenū cubiti de manu Philistinorū, i. dominū, gubernationē. Et qd Chronographus reddidit 1. Par. 18. Gad & uiculos eius. alij sic interpretātur: Tulit frenū tributū de manu Philistinorū. quod tributū aliqd certū & demensū hoc nomine significet. Ier. 51. Habitasti ad aquas multas, multos habēs thesauros, uenit finis tuus mēsurā seu tributū rapinę tuæ, i. tu rursus rapieris, eadē mēsurā tibi remetietur. Legitur quoq; in duali numero **עָרַךְ**. Exo. 25. Et faciēt arcā de lignis Sittim, cuius lōgītudo sit duorū cubitorū cū dimidiō. In plurali **עָרַךְ** Deut. 3. Nouē cubiti lōgītudo eius, & quatuor cubiti latitudo eius. Significat quoq; postes à fortitudine, & qbus certō innuntur superliminaria. Ies. 6. Et cū moti sunt postes superliminariū à uoce clamātis. Atq; hic uelim ut studiosus diligenter illa consideret, quæ supra sunt dicta circa uocem **עָרַךְ**: ex eo enim loco facile cognoscere poterit esse uera, quæ de similitudine significationis diximus.

עָרַךְ Si, an, uerē, certē, nō, nequaquā. Et est particula certō aliquid determinās, siue affirmatiuē, siue negatiuē. Estq; interdū qualitatis, interdū tēporis. Ge. 47. Nihil est reliquū corā Sustētatore meo, nisi certē corpus nostrū, & terra nostra. Ex. 1. Si masculus fuerit, interficite: si fœmina, reseruate. Leui. 1. Si holo caustū fuerit eius oblatio. Prou. 3. Si cubaueris nō pauebis. Ies. 4. Si lauauerit Iehoua fordes. Osee 12. Si in Gilead est idololatria. In præcedētib. duobus locis accipit affirmatiuē: Si quidē, quia: quemadmodum & Paulus hac uoce usus est Act. 26. Nihil aliud dicens, qd ea quæ propheta prædixerūt futura esse & Moses, si passurus fuerit Christus, si primus ex resurrectione mortuorū lumen annunciaturus sit populo & gentibus, id est, quia, quod. Item optātis particula, Vtinā: seu affirmātis, haud dubie. Psal. 139. Si occides deus improbū, utri sanguinū discēdit ad me, i. utinā occideres deus improbum: uel, haud dubie occides deus improbū. Itē in interrogatiua oratiōe etiā affirmatiōe importat. Amos 3. Si erit malū & Iehoua non fecerit, i. nō est malū, nullū est malū, nequaquā est malū aliquod. Iud. 9. An ut dominetur uobis uir unus. Prou. 3. Certe ipse illusoribus illudet. Ge. 47. Nō celabimus à Sustētatore meo, qd uerō cōsumptū est argentū. Ps. 63. Vere recordor tui super stratu meo. Sic etiā ea Christus usus est. Lucæ 12. Et quid uolo, si iam accēsus est, i. certe iam accēsus est. Et quādo in uersu aliquo ponitur, qui duas diuersas sentētias continet, tū ualeat disjunctiua, aut, siue, uel. 2. Sam. 15. Siue ad uitā, siue ad mortē. Eccl. 12. Siue bonū, siue malū. Porro in iuramentis & obligationibus uim habet negatiuā. 1. Reg. 1. Iuret mihi hodie rex Salomō, si interficiet seruū suū gladio. Psal. 89. Semel iurauit in sancto meo, si David mētīar. Psal. 95. Iurauit in ira mea, si introibūt in requiē meam. Ier. 38. Uirū Deus, si interficiā te. Ezech. 33. Uiruo ego ait Iehoua deus si complacitū est mihi in morte improbi. Sic Christus usus est Mar. 8. Amē dico uobis, si dabitur generatio ni huic signū. Econtra uero si habuerit sequentē particulam negatiuā **עָרַךְ**, tum accipiēda est affirmatiuē. Ies. 5. In auribus Iehoua exercitū, si nō domus multæ in solitudinē redigentur. cap. 14. Iurauit Iehoua exercitū dicens, si non, ut putaui sic futurū est. Ier. 49. Audite consiliū Iehoua, qd cōsultauit cōtra habitatores Themā, si nō traxerint eos paruuli gregis, si non posuerint super eos tuguria sua. Ezech. 35. Si nō tū sanguinē oderis, sanguis etiā sequetur te. Psal. 131. Si nō æquiparatus, & cōpescui animā meam, & c. Præterea si in oratiōe negatiua in altero mēbro sequitur **עָרַךְ** tū ualet neq; uel aut. Iesaiæ 49. Nūquid auferetur à forti rapina, et si captura iusto eripietur. Prou. 27. Quoniā nō in aternū thesaurus, et si corona in generationem & generationē, i. neq;. Verū aliās ualet et si, aut si, quod si, si autē. 2. Sam. 24. An uis ut uentat tibi septē anni famis in terra, aut si tribus mēlibus fuga tibi ab hostibus tuis. At quando habuerit præpositū He, tum est quasi uisitatū an, num, nunquid, utrum. Exod. 16. Vtrum ambulet in lege mea, an non. & cap. 17. An deus in nobis sit, necne. Num. 17. Nunquid consumendū sumus. Si uero præcesserit particula **עָרַךְ** tum est aut aduersatiua, at, sed, uerū: ut Psal. 1. Sed in lege ipsius Iehoua uoluntas eius. Et mox iterum: Sed sicut palea quam propellit uētus, & c. aut est

nunc colligar una dieru in manu Saulis. Vel cu nomine d: sed preposita litera beth. Gen. 17. Et dixit in corde suo Laba. Psal. 4. Dicite in corde uestro & tacete. Psa. 14. Ait fatuus in corde suo, non est deus. Eccl. 2. Dixi ego in corde meo, ueni nunc. Sic Lucae 17. Legitur, Videns autem Pharisaeus, qui uocauerat, ait intra se dicens, &c.

Quarto, attribuitur etia rei inanimata. Prou. 30. Et ignis non dicit, sufficit. Ies. 23. Et dixit mare, praesidiu maris, ubi de Tyro intelligitur. 2. Sam. 11. Et scripsit in epistola, quae dicebat, constitute Uriam. 2. Reg. 10. Et scripsit ad eos altera epistola, quae dicebat. 2. Para. 2. Et dixit Hiram rex Tyri in scriptura dicendo. Quinto, quando deo attribuitur, tum obtinet eandem in constructione rationem. Gen. 1. Et dixit Deus, fiat lux. Psal. 33. Ipse dixit & factum est, ipse praecipit & exiit. Psal. 2. Iehoua dixit ad me, filius meus es tu &c. 1. Sam. 16. Quonia Iehoua dixit ei, maledic Dauidi Psal. 81. Ego dixi, dii estis. Veru qd ad significatione attinet, fortius quidam significat, simulatq; includit mandatu seu ordinationem, ut in precedentibus exemplis patet. Ceteru significationem similem habet, ac si de homine dicatur. Ge. 21. Visitauit autem Iehoua Saram sicut dixerat. Gen. 9. Et dixit deus ad Noah. Iong. 2. Et dixit Iehoua pisci, i. suscitauit in ipso uoluntatem. In uoce passiuu dicitur Dan. 9. Visio uespertina & matutina, quae dicta est, ueritas est. Gen. 22. Et uocauit Abrahā nomē loci illius, Iehoua uidebit, quo dicitur hodie, in mote Iehoua apparebit.

In tertia coniugatione dicitur constructur cum accusatiuo mediante articulo, id est, praedicaui. euexit sermone, seu laudibus. Deut. 26. Ipsum Iehoua praedicaui hodie, quod sit deus tuus, & ambules in uisjs eius. Et mox iteru: Iehoua quocq; praedicaui te hodie, ut sis populus ei peculiaris.

In quarta coniugatione dicitur Eructando loquentur uetera, praedicaui omnia opera iniquitatis. Et Iesaiā 61. legitur aleph in iod commutatum. Et in gloria eorum praedicaui, id est gloriabimini.

INDE NOMINA:

Dictum, sermo, pronunciatum, promissio. Iob 22. Et determinabis dictum, & confirmabitur tibi. Psal. 19. Dies diei eructat sermonē. Et mox iterum: Non est sermo, neq; idiomata, quoru sonus non audiat. Psal. 68. Iehoua dabit sermonē, euangelizantium exercitū magnum. Psa. 77. Aut finem habebit sermo in generationem & generationem. Isto etiam nomine filius dei dicitur, sicut & Ioannes Euangelista eum uocat λόγος, ex aeterna mente patris cogitādo nascitur, & per eū pater dicit de creatum & totū ordinem creationis & reparationis hominū, & profert Euāgelium ex sinu aeterni patris, quo colligit sibi ecclesiam, & monstrat patrē, confirmat euāgelium, mouet corda, consolatur & uiuificat corda hominū, dans in illa spiritū sanctum. Et quanquā multi alij existimēt nomine dicitur filii Dei, tamē significatio illius ipsius aduersatur q; rem seu rerum ordinē potius significet quā sermonem. Deinde Moses in descriptione creatiois non uerbo dicitur, sed dicitur est usus. Gen. 1. Et dixit Deus, fiat lux, &c. Constat autē ex Ioanne Euangelista, q; ille sermo quo creata sunt omnia, sit deus. Et Deus, inquit, erat ille sermo. Et q; λόγος, sermo ille factus est caro: quare ista tria inde colliges dicitur sermonē, sermonem autem, quo condita sunt omnia, esse Deum, Deum autem illum, id est, secundam illam personam quae est filius dei, factum carnem, hoc est assumpsisse naturam humanam.

Sermo. Et cum affixo. Iob 20. Et haereditas sermonis eius a Deo. Et pluraliter Prouerb. 19. Et qui seclatur sermones, non euenient. cap. 22. Ut ostenderem tibi certitudinem sermonum ueritatis, & ut responderes sermones uere ijs, qui mittunt te. In statu regiminis Gen. 49. Qui dat sermones elegantia. Num. 24. Ait audiens sermones Dei. Prouerb. 1. Ut intelligantur sermones prudentia. In statu affixorū retinet hateph pathah & cametz ut in statu absoluto. Iud. 5. Quin & ipse reddebat sermones suos sibi. Iob 22. Et pone sermones eius in corde tuo. Psal. 5. Sermones meos audi. Prouerb. 1. In ciuitate sermones suos dicit. Et in forma foeminea quod in statu regiminis legitur. Psal. 18. Sermo ipsius Iehoua igne probatus. In statu affixorū. Gen. 4. Percipite sermonē meum. Deut. 32. Fluit ut

uirtutem, ecce ipse surrectus est. Iesaiā 40. Surrectus uirtute. Amos 2. Et surrectus corde suo inter heroes. Et sine iod dicitur Iesaiā 28. Ecce pertinax & surrectus a Iehoua. Legitur tamē semel adiectiue 2. Sam. 15. Et facta est liga surrecta.

עָרַבְתִּי
עָרַבְתִּי
עָרַבְתִּי
58

Surrectio, erectio. Iob 17. Qui mundus est manibus, addet erectionem.

Erectio, surrectio. Zach. 12. Et dicent duces Iehuda in corde suo, erectio sunt mihi habitatores Ierusalem in Iehoua.

Surrecti, nomen pluralis numeri tantum. Iob 36. Omnes surrecti uirtute.

Surrecti, erecti. Zachariae 6. Et in quadriga quarta equi maculosi, & surrecti.

Hebraeis idē significat, quod Latinis uerbū dicere cū suis cōpositis, addicere, cōdicere, edicere, praedicere, praedicare, efferre, pferre, effari, enarrare. Et Germanis sagen, zusage, aus sagen, &c. Et Graecis λέγειν. Et significat actū dicendi, sicut dicitur notari seu causa, seu negotij, seu historiae aut rei gestae dispositionē. Absolutē. Ge. 20. Nonne ipse dixit, soror mea est: & ipsa quocq; dixit, frater meus est. Gen. 41. Et ceperūt anni famis uenire quemadmodū praedixerat Ioseph. Ex. 18. Et fecit quicquid dixit. Ge. 24. At ille dixit nō comedā, donec loquutus fuero uerba mea: qui dixit loquere. Exo. 10. Et dixit Moses, sicut loquutus es non adiciā amplius uideri facie tuam. cap. 20. Et dixerūt, loqueretur nobiscū. Num. 17. Et loquutus est Iehoua ad Mosē dicēs, loquere ad filios Israel. Ex his iam adductis exemplis utriusq; significatio, atq; etiā differentia cognosci potest, q; nimirū ut Latinis differunt dicere & loqui, & Germanis sagen und reden, ita quocq; Hebraeis dicitur & dicitur. Porro quod ad regimen attinet, scias q; multoties constructur cum datiuo mediante articulo Iohamed. Gen. 22. Et surrexit & abiit in locū, quem dixerat ei. Exod. 17. Et fecit Iosua, sicut dixit ei Moses. Vel cū accusatiuo mediante praepositione dicitur Exod. 16. Dic ad uniuersam congregationē filiorū Israel. Num. 22. Quicquid dixerit ad me, faciam. Vel cū h, & idē ualeat quod De. Ier. 34. Et dixit Iehoua super te, non morieris in gladio. Ezech. 26. Eō q; dixit Tyrus super Ierusalem, ecce destructa est.

Vel cū accusatiuo, sine tamen articulo dicitur Ies. 3. Praedicate iustū quādo bonus: i. laudibus euehite. Obseruabis etiā insuper, q; quādo hoc uerbū in una ac eadem sententiā mox geminat, tū illa geminatio singularē animi affectū denorat, neq; imaginis prius positū pro ut multū temere unū pro alio positū opinatur. Gen. 21. Et dixit Abimelech & Phicol dux exercitus ad Abrahā, dicēdo, & cap. 22. Et dixit ad eū Abrahā, & dixit, ecce ego. et mox iterū: Et dixit Ishack ad Abrahā patrē suū, & dixit, pater mi, &c. cap. 27. Et Rebecca dixit ad Iacob filiū suū dicēdo, ecce audi uī patrē tuū loquentē ad Esau fratrem tuū, dicēdo. 2. Sam. 17. Et dixit Absalom ad ipsum dicēdo, iuxta uerbum hoc loquutus est Achitophel, an faciemus uerbū eius siue nō, tu loquere. Ier. 27. Ne audiat uerba prophetarū, qui dicūt ad uos dicēdo. Et cap. 29. Et ad Samaia dices dicendo. Et semel de Deo 2. Sam. 3. Quonia Iehoua dixit ad Dauid, dicēdo. Secūdo & hoc obseruabis, q; quādo, uel de loco, uel de re aliqua alia dicitur mediante relatiuo siue expresso, siue subintellecto, tū idē Hebraeis ualeat, qd Latinis uerbū addicere, condicere, siue promittere. Nu. 10. Nos proficiscemur ad locū quē condixit Iehoua. Exo. 32. Omnē terrā hanc, quam condixi, dabo femini tuo. 2. Paral. 2. Oletū & uinū, quae cōdixerat sustentator meus, ut mitteret seruis suis. 1. Reg. 11. Et dedit ei domū & panem (quae) condixerat ei. Psal. 106. Nō deleuerunt populos, quos addixerat eis Iehoua. Et cum h eadē phrasī, tamen in malam partē sumitur. 1. Sam. 30. Et Dauid angebatur uehemētē, q; populus condixerat lapidare eum. Tertio quandoq; cordi attribuitur, & hoc trifariam, uel simpliciter sine cordis appellatione, & tum significat constituere animo, cogitare seu decernere apud se. Exod. 2. Num occidere tu me dicis, sicut & occidisti Aegyptium. Psal. 30. Ego dixi in prosperitate mea, non mouebor unquam. 2. Paral. 2. Et dixit Salomo aedificare domum pro nomine Iehoua, id est decreuit, constituit. Vel cū nomine dicitur & praepositione dicitur. 1. Sam. 27. Et dixit Dauid ad cor suum,

malū improborū. Psal. 118. Obsecro Iehoua, salua obsecro, obsecro Iehoua prospere age obsecro. Ex ipso loco perspicuum est eiusdem esse significationis נָסַח & נָסַח & differre tantū positione, nempe נָסַח sit praepositiva, at נָסַח postpositiva. Deinde interdum est adhortātis, quādo scilicet nō inferioris ad superiorē, sed uel ad semetipsum, uel ad aliū aequalem, ad aliquid operis faciendū. Gen. 18. Ecce eia coepi loqui. Exo. 11. Loquere eia ad aures populi. Cāt. 3. Surgā eia, et circuibō in ciuitate.

60

Legitur tantū in uoce passiuā, significatione neutrali נָסַח ingemuit, gemuit intra se, suspirauit, inspirauit, suspiria traxit, seu suspiria alternauit seu reci, peauit: & cognationē habere uidetur significatione cū uerbis נָסַח & נָסַח nisi qd ut forma, ita modo significandi uariant. Et ut cheth litera est mollior, quā kuph, ita molliorem quoq; illo habet modū significandi. Ioel. 1. Quantum ingemuit iumentum. Iesaiā 24. Ingemuerūt omnes læti corde. Ezech. 21. Et tu fili hominis ingemisce. cap. 22. Ingemisce in oculis eorum. Exod. 2. Et ingemuerunt filij Israel.

Participium praesens נָסַח Ezech. 2. Propter quid tu ingemiscis. Et pluraliter נָסַח Thren. 1. Sacerdotes eius ingemiscūt. Ezech. 9. Super frontes uirorum ingemiscuntium & gementium. Et in genere foeminino נָסַח Thren. 1. Etiam ipsa ingemiscit. Et mox iterum: Audiuerunt quod ingemisco ego.

INDE NOMINA:

נָסַח Gemitus. Iesaiā 35. Et fugient molestia & gemitus. Psal. 31. Et amici mei in gemitu. Et cū affixis. Psal. 38. Et gemitus meus abs te non est absconditus. Psal. 102. Propter uocē gemitus mei adhaesit os meū carni meae. Ies. 21. Oem gemitū eius cessare feci. Et pluraliter נָסַח. Et cum affixo נָסַח Thren. 1. Quia multi sunt gemitus mei.

נָסַח Pronomē prime personae, pluralis numeri utriusq; generis, quod de se, non de alijs personis dicit, & importat secū quēdam gemitum. Gen. 42. Fratres nos. Iesaiā 20. Et quomodo euademus nos, nos enim improbe egimus. Legitur etiam per aphe-resin נָסַח Gen. 42. Omnes nos filij uiri unius nos. Thre. 3. Nos praeuaricati sumus. Eius singularia sunt נָסַח & נָסַח.

61

Amullis, regula, perpendiculum, quo utuntur caementarij in extruendis muris. Amos 7. Et ecce sustentator constitutus super muro perpendiculi, & in manu eius perpendiculum &c. Forte deriuatum est a uerbo נָסַח.

62

Coegit, uim intulit, compulsi, impetum fecit, conculcauit, stragem fecit qualis fieri solet in praelio, & uidetur cognationē quādam habere cum נָסַח & נָסַח. Legitur de isto uerbo participium praesens נָסַח. Esther 1. Et compositio iuxta mādatum, nec erat cogens, i. qui cogeret: cogunt autem qui sunt uiribus superiores. Porro in lingua Chaldaica ualde est in hac significatione usitatum, ideo arbitror esse uerbum peregrinum.

INDE NOMEN:

נָסַח Literarū facta metathesi cōculcatio, strages, i. uis, uiolētia lethalis et mortifera. Ge. 42. Ne accadat ei uiolētia. Et iterū: Ne accadat ei uiolētia in uia. Exo. 21. Et si rixatur uiri, & percusserint mulierē grauidā, ut egrediatur nati eius, & non fuerit uiolētia scilicet lethalis. Et mox iterū: Si uero uiolētia facta fuerit, dabis animā pro anima. Significat flare naribus, ut solent irati: propterea uerbo irascendi Hieronymus uertit. Et generali significatione congruit cum uerbis נָסַח & נָסַח constructur autem cum praepositione beth אנשחאuber. Iesaiā 12. Quia ira commotus es in me. 1. Reg. 9. & 2. Paral. 6. Et ira commotus fueris in eos. Esdrae 9. An ira commoueberis in nos. Et absolute. Psal. 2. Osculamini filium, ne quando ira commoueat, & auferamini uia. Psal. 79. Viquequo ira commoueberis perpetuo.

63

In quarta coniugatione נָסַח Deut. 1. Etiam in me ira commotus fuit Iehoua propter uos. 2. Reg. 17. Ira commotus fuit Iehoua ualde in Israel.

INDE NOMINA:

נָסַח Quasi נָסַח nasus sic dictus, qd flatur per eum: quanquā saepius pars pro toto, nasus pro tota facie accipitur. Psal. 115. Nasus ipsis & nō olfaciūt. Prouerb. 30. Et emungens nasum, elicit sanguinem. Et in statu affixorum mutat cametz in pathah, & forti-

ut ros sermo meus. Psal. 147. Qui mittit sermonē suum super terrā. Et pluraliter נָסַח Psal. 12. Sermones ipsius Iehoua, sermones mundi. ubi simul etiam נָסַח in statu regimini ponitur.

נָסַח

נָסַח Dictum, edictum, pronunciatum. Esther 1. Ed qd non fecit edictum regis Assueri. נָסַח Ramus ex caudice prognatus, Verber: quod ut sermo ex corde, ita ipsum ex radice arboris nascitur. Sicut נָסַח uerbū cōmune est ori & fonti. Iesaiā 17. Relinquetur in ea racematio, sicut in excussione oleae, duae aut tres baccae in cacumine rami. Et mox iterū: In die illa erūt ciuitates praesidij ei, sicut derelictio uirgulti & rami, &c. Vide in radice נָסַח.

59

In prima coniugatione neutrum est, & significat affici seu impelli aliqua graui de causa seu necessitate ad luctū, & differt modo tantū significandi ab נָסַח: nam hoc significationem habet cōtrariam uoci נָסַח quod concupiscentiā significat, qua quis ad uoluptates fertur & impellitur. Iesaiā 3. Dolebunt & lugebunt portae eius. Et cap. 19. Dolebunt piscatores & lugebunt.

In secūda cōiugatione נָסַח fit transitū, impulit, cōpulsi, adegit. Exo. 21. Quādo aut ipsi nō struxit insidias, sed Iehoua impulit in manū eius. In uoce passiuā נָסַח Psal. 91. Nō impetu uehetur ad te malū. Prou. 12. Nō inferetur uī iusto uillū damni.

In quarta cōiugatione legitur tantum participium praesens נָסַח 2. Reg. 5. Quapropter cognoscite & uidete, quomodo ipse seipsum impellit contra me.

INDE NOMINA, ET ALIAE PARTICVLAE:

נָסַח Causa motiua, seu impulsio, ad aliquid agendum. Iud. 14. Pater eius & mater eius non sciebant, qd a Iehoua esset, quodq; causam ipse quaereret de Philistim.

נָסַח

נָסַח Iesaiā 29. Et erit impulsio & impulsio. Sic Thren. 2. Et multiplicauit in filia Iehuda impetum & impetum. Ista autē ingeminatio importat distributiō-

nem. hinc inde necessitas, seu impulsio. Nauis magna & marina sic dicta, qd impetu tam remigum, quam uētorum impellitur ac fertur. 1. Reg. 9. Et uenit nauis Tharsis portans aurum. Iesaiā 33. Non tran-

נָסַח

sibit nauis remigum. Et in genere foeminino, Nauis. Prouerb. 30. Via nauis in corde maris. Ionā 1. Et inueni nauem euntem in Tharsis. Et pluraliter נָסַח Gene. 49. Et ipse iuxta portum nauium habitabit. Ezech. 27. Et descendent de nauibus suis.

נָסַח

Ego, pronomen, & particula, quae emphasis gratia praepōnitur: addit enim quādam energiā & uim. Gen. 15. Ego Iehoua, qui eduxi te de Vr Chaldaeorū. Psal. 80. Ego primogenitum dabo eum. Interdū tamen interfert literā eaph נָסַח Ego. Gen. 31. Video ego faciem patris uestri. Iud. 17. Leuita ego. 2. Samu. 3. Num caput cantis ego. Iob 33. Integer ego. Et pluraliter נָסַח nos, de quo in themate נָסַח.

נָסַח

Notat quoq; affectū seu impetū, & est particula aduerbialis, uel loci: ut 1. Sam. 10. Et dixit patruus Saul ad eū, quo ambulastis? Et in cōpositione נָסַח 2. Reg. 4. Vnde Gehazi: Vel est tēporis. Iob 8. Viquequo loqueris uerba ista. Vel cum he para-gogico נָסַח Psal. 139. Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiā? Cant. 5. Quo abijt dilectus tuus. Deute. 1. Quo nos ascendimus. 2. Sam. 2. Quo ascendā? Iosue 2. Non noui quo iuerint uiri. 1. Reg. 2. Et non egredieris huc atq; illuc. ubi repetitum est seu geminatum. Item temporis נָסַח Exod. 17. Viquequo recusatis seruare praepcepta mea. Psal. 13. Viquequo abscondis faciem tuam a me.

נָסַח

Notat quoq; affectū seu motū animi, & est exclamātis. Ex. 32. O peccauit populus iste. Ps. 116. O Iehoua libera animā meā. Et mox iterū: O Iehoua, qa ego seruus tuus.

נָסַח

Similiter affectū animi significat, & nō differt significatione a particula נָסַח nisi positione. Psal. 118. Obsecro Iehoua saluum me fac, obsecro Iehoua bene prosperare. נָסַח Per aphe-resin aleph, & similiter motum animi significat, quo desiderij cordis nō stri indicamus erga superiorem, eum ut flectamus, estq; obsecrantis, ut נָסַח Gen. 18. Ne obsecro irascatur Sustentator meus. Num. 12. Ne obsecro ponas super nos erratum. Et iterum: Deus obsecro, sana obsecro eam. Psal. 7. Diminuat obsecro malum

Ignis, per syncopen literę nun, q̄ res insanabiliter deuoret, ideo illi tribuitur uerbū **נֹכַח** absumpsit. Sed de hoc in suo loco.

נֹכַח Homo miser, mortalis, desperatē perditus. Et si alij à themate **נֹכַח** deducūt, quod obliuionis significationem habere asserunt, quasi dicas obliuiosus, seu cuius cito fit obliuio, ē quorum numero quoq̄ est Eusebius Pamph. in præparatione Euangelica, citans pro confirmatione sententię suę illud Psalmi, Quid est homo, q̄ memores eius. quasi dicat, Quid est ille oblitus seu obliuiosus, q̄ memor es eius &c. Deinde nonnulli alij à forma **נֹכַח** deriuant, quibus non multum refragor, q̄ ad significationem attinet, q̄ utrūq̄ principaliter obrui malis significet, tamen cenleo à forma **נֹכַח** commodius deriuari. Et ut **נֹכַח** initio homo est dictus ab humo unde sumptus est, ita hoc nomen postea ab ærumnis & miserijs indeptus est, quibus fuit propter inobedientiã mox obrutus, malis scilicet, nec per naturã neq̄ per medicinã curabilibus. Atque hoc discrimen ideo huc referre uolui, ut creationē à miseria sciungas, nec hominem initio, ita esse conditū cogites. Iob 5. Ecce beatus homo, quem corripit deus. cap. 7. Quid est homo q̄ magnificas eum. cap. 10. Nūquid sicut dies hominis, dies tui. Itē cap. 25. Quanto minus homo, qui uermis est. Psal. 8. Quid est homo, q̄ memor es eius. Ps. 144. Iehoua quid est homo, q̄ agnoscis eū, & filius mortalis q̄ reputas eum. Psal. 9. Iehoua, ne præualeat homo. Et ibidem iterum: Constitue Iehoua legislatorem illis ut cognoscant gentes, q̄ homo sint. Psal. 10. Ne addat amplius tyrannidē exercere homo de terra. Psal. 73. In miseria hominis non sunt illi. Psal. 90. Reducit hominem ad contritionem. Psal. 104. Vinum lætificat cor hominis, id est, ærumnosi, & panis cor hominis sustētat. Iesaiã 13. Et pretiosiore reddã hominē, q̄ oprimum aurum. cap. 51. Ne timeas opprobriū hominis. Et ibidem iterum: Quis es tu, qui times ab homine. In aliquot tamē locis per catachresin mitius accipitur pro homine. Iesaiã 8. Accipe uolumen magnū, & scribe super eo stylo hominis. Iesaiã 13. Omne cor hominis liquecet. Iere. 17. Nec tū diem hominis desiderauit. Vbi tamen in aliquibus libris impressis legitur **נֹכַח**.

Et collectiue pro genere humano. Deut. 32. Dixi quiescere faciã ex homine me moriã eorum. Et pluraliter in statu absoluto genere masculino, quo tamen sæpe sexus muliebri continetur. **נֹכַח**. 1. Sam. 17. Dauid erat filius uiri Ephraheci de Bethlehem Iehuda, cuius nomē erat Isai, qui octo habebat filios, & erat uir ille in diebus Saul, senex uenerat inter uiros, id est, morbidos propter atarē. Ezech. 24. Et panem afflictorum non comedes. 2. Sam. 7. Et castigabo eum cum uirga uiro-rū, id est, senū, qui liberos mitius castigant. Item pro hominibus utriusq̄ sexus. Iud. 9. Nunquid deseram mustum meum, quo lætifico deos & homines. Iesaiã 2. Et deprimetur altitudo hominum. Iob 1. Cum traderet sopor homines. Sæpissime tamē generaliter pro hominibus usurpatur masculini generis, pro **נֹכַח** q̄ raro in usu est, ac si descēderet ab **נֹכַח** nomine singularis numeri. Gen. 12. Et madauit de eo uiris, qui dimitteret eū. Gen. 13. Dixit autē Abrã ad Loth, uiri fratres sumus. Deut. 31. Congregabit populū, uiros & mulieres, & paruulos. Accipitur semel pro denominatiuo. 1. Sam. 1. Si dederis ancillã tuã semen uiro-rū, id est, uirilicatis, semē uirile. Est & hoc obseruandū, q̄ angeli habitu uirili apparentes, & inter quos etiã filius Dei, uocantur hoc nomine. Gen. 18. Et Abraham sustollēs oculos suos uidit, & ecce tres uiri stabant iuxta eum &c. Atq̄ in statu regiminis & affixorū **נֹכַח** Gen. 6. Hi erant heroes, qui ab olim uiri nominis. cap. 17. Omnē masculinum inter uiros domus Abrahę, id est, uiros bellicosos. 1. Sam. 23. Et abiit Dauid & uiri eius in Keil. In plurali numero statu absoluto genere fœminino, abijctur de masculino plurali prima substantialis **נֹכַח** mulieres. Num. 31. Et omnem paruulam inter mulieres. Deut. 21. Si fuerint alicui uiro duę mulieres seu uxores. Iesaiã 4. Apprehendent septem mulieres unum uirū. Iere. 29. Accipite filijs uestris uxores, & filias uestras date uiris. Et per prosopopœiam dicitur hoc nomine maiores urbes, sicut minorã oppida uocatur filia. Iesaiã 32. Mulieres quietę surgite, audite uocem meam, & filia securę percipite sermonē meū. Et in statu regiminis

fortificat literam pe, ad indicandum defectum literę nun radicalis. Gen. 3. In sudore nali tui comedes panem tuum. Num. 11. Donec egrediatur de naso uestro. Gen. 24. Et posui monile super nasum eius. Prou. 11. Monile aureum in naso suis. Et sæpissime accipitur pro flatu seu sufflatione nasi, quæ fit in ira hominis aut animalis iracundi, id est, pro ira qua nares sufflantur. Et arbitror illi responderi Græcū **θυμός**, quod proprie impetum animi concitati significat. Prouer. 21. Mūnus in abscondito coarctet iram. Et in statu regiminis **נֹכַח** Gen. 27. Donec auertatur ira fratris tui. Deut. 7. Exardescet ira ipsius Iehoua in uos. Habakuk 3. Nū in fluminibus ira tua. Psal. 90. Quis nouit potentiam irę tuę. Et habet dualem numerum **נֹכַח** nasus à drabus naribus quas habet, in quibus inspirat & respirat, inflat & efflat, Et deinde per metalepsin pro ira usurpatur. Gene. 19. Et prostrauit se naso in terram. cap. 42. Et prostrauit ei nasum in terram. Ezech. 23. Nasum tuum, & aures tuas abscondet. 1. Sam. 1. Et Hannã dedit partē unam irarum. i. iratus seu tristis. Psal. 86. Et longus irarum. Prou. 14. Breuis irarum faciet stultitiã. & cap. 30. Et emungens iras, elicit rixas. In statu regiminis & affixorum **נֹכַח** 1. Sam. 25. Et procidit in naso Dauidis super faciem suã. 2. Sam. 14. Et prostrauit se super nasum suum. Thren. 4. Spiritus narium nostrarū, unctus ipsius Iehoua captus est, id est, uita, recreatio nostra.

נֹכַח Vide in **נֹכַח**.

נֹכַח Nomen auis in lege Mosi ad uescendum Iudeis uetite. Et interpretes multū uariāt transferendo. Chaldaeus **נֹכַח**, id est, miluū, alij palumbem syluestrem, alij picum, alij ardeam, alij graculum, alij upupam transtulerūt. Hieronymus **καρδαίου** uertit. Ego illis athenior qui Otum esse dicit. Est autem Otus Aristoteli lib. 8. cap. 12. De historia animalium, noctuæ similis, pinnulis circiter aures eminentibus præditus, unde nomen accepit, quasi auritum dicas, nonnulli ululam eum appellant, alij A-sionem, blatero hic est & hallucinator & planipes, saltantes enim imitatur, capitur intentus in altero aucupe, altero circumeunte ut noctua. Hęc ille. Germani uocamus **Aurhan**, & nunc principibus in delicijs habetur. Leuit. 11. & Deut. 14.

64 **נֹכַח**

Vt uoce, ita significatione cognationem habet cū uerbo **נֹכַח**, nisi q̄ ut literam pronunciatione duriores, ita modum significandi habeat duriores. Cõgruit etiam significatione cum uerbo **נֹכַח** in uersione tantum facta literarū, significat autem genere, & Germani etiam suum inde mutuati sunt **aunchez**. Iere. 51. In omni terra eius gemet uulneratus. Ezech. 26. Cum gemuerit uulneratus. In uoce passiuã **נֹכַח** Ezech. 24. Geme, sile, mortuis luctum ne facias.

Participium **נֹכַח** Ezech. 9. Super frōtes uiro-rum in gemiscentiū & gementiū.

INDE NOMEN,

נֹכַח Gemitus. Malach. 2. Fletus & gemitus. Et in statu regiminis **נֹכַח** Psal. 12. Propter gemitum in opum nunc surgã. Psal. 79. Veniat in conspectū tuum gemitus uincti. Hinc nomen hoc cuidam reptili est inditū à gemitu, quem edit, ideo Græcis **Βοά**, Germanis cognata uoce **vnck** dicitur, eius fit mentio Leuit. 11.

65 **נֹכַח**

In hac forma legitur in prima coniugatione actiue uocis tantum in participio præteriti temporis, & significatione conuenit cū uerbis **נֹכַח** & uir **נֹכַח** alijsq̄ consimilibus, quæ in forma **נֹכַח** commemorata sunt. Significat autē personam uel rem malo adeo obruram esse, ut desperatum sit de incolumitate ipsius, qualiscunq̄ ea tandem sit. In masculino genere **נֹכַח** legitur. Iob 34. Desperata est sagitta mea, id est, incurabilis. Iere. 17. Peruersum est cor supra omnia, atq̄ desperatū, quis cognoscet illud. Paulus Rom. 2. has duas uoces Græcè reddidit: **κακή δὲ τὴν σκληρότητα σου καὶ ἀμετανόητον κατὰ φύσιν**, id est, iuxta duritiã tuã & cor pœnitentia nescium, colligis tibi iram in die irę, &c. In genere fœminino **נֹכַח** Iere. 15. Factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperata, id est, incurabilis. Mich. 1. Quia desperata est plaga eius.

In uoce passiuã **נֹכַח** 2. Sam. 12. Et percussit Iehoua filiū, quem pepererat uxor Vriã ipsi Dauidi & desperatus est. Iesaiã 17. Recedet messis in die hereditatis & sicut dolor desperatus.

raliter sed tamen irregulariter. Iesaię 62. Collectores eius comedent illud.
 In uoce passiuua אסף Iesaię 24. Et colligentur collectione sicut uinctus super car
 cere. Iesaię 32. Et colligetur p̄da uestra collectione bruchorum. Zach. 14. Et col
 ligetur facultas gentium.
 In quarta coniugatione אסף Deut. 33. Et fuit in Iesyrum rex, cum colligeren
 tur capita populi.

INDE NOMINA:

אסף Collectio. Iesaię 32. Et collectio frugum non ueniet. Et iterum: Et colligitur p̄da
 uestra sicut collectio locustarum. Et pluraliter אספתי Mich. 7. Heu mihi, quia fa
 ctus sum tanquam collectiones sicuum.

אספתי Collectio. Exod. 34. Et festum collectionis in reuolutione anni. Et in genere fo
 minino אספת Iesaię 24. Et colligentur collectione uelut uinctus.

אספתי Geminata & media & ultima in modum אסף id est collectio magna & nume
 rosa, uulgo collectum, turba collecta. Chaldeus quoque reddidit uoce geminata
 אספתי nam geminatio auget significationem. Num. 11. Vulgus collectus, quod
 erat in medio eorum. Et pro hoc nomine usus est Moses uoce אסף Exod. 12.

אסף Ligauit, obligauit, uinctiuit, constrinxit, cohercuit, congruit significatione cum
 uerbis אסף & אסף nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uari
 ent, & differt a uerbis אסף & אסף. Genes. 42. Et ligauit eum in oculis eorum.
 & cap. 46. Et ligauit Ioseph currum suum. Exod. 14. Et ligauit currum suum. 1. Sa
 muelis 6. Et ligabitis uaccas in plaustris. 1. Reg. 20. Quis ligabit praelium. 2. Paralip.
 13. Et ligauit Abia praelium, id est currus ad praelium. Psal. 118. Ligate festum frondi
 bus usque ad cornua altaris. Iob 12. Cingulum regum aperit, & ligat cingulum in lum
 bos eorum. Psal. 105. Ad erudiendum principes eius secundum animum suum, se
 nesque eius redderet sapientes. ubi aleph scriptum est pro iod. Similiter Osee 10. Et
 congregabuntur super eos populi ut castigent eos duas iniquitates eius, id est duos
 uitulos. Et secundum, quod quando cum אסף construitur, significat constringe
 re, obstringere, obligare, deuincire se. Num. 30. Et mulier si uouerit uotum ipsi Ie
 houa, & obligauerit obligationem in domo patris sui, in uirginitate sua, & audiue
 rit pater eius uotum eius, & obligationem eius, qua obligauit se super anima sua, &c.

אסף Participium praesens אסף Gen. 49. Ligans ad uitam pullum suum, ubi Iod est pa
 ralogicum, sicut mox in אסף facitque ex illis Epithera.

אסף Participium praeteritum אסף Gen. 40. Vbi Ioseph uinctus erat compedibus.

אסף Et pluraliter אסף Gen. 39. Vbi uincti regis uincti erant. Iudicum 16. Et mole
 bat in domo uinctorum. Nehem. 4. Gladio suo accincti erant super lumbis suis.
 Psal. 146. Iehoua soluit uinctos. Est & nomen concretum de quo paulo inferius.

אסף Et in genere foeminino אסף 2. Sam. 7. Manus tuae non sunt ligatae.

אסף In uoce passiuua אסף Gen. 42. Et uos in terra uinctimini. Et mox iterum, frater
 uester unus uinctiatur in domo custodiae. Iud. 15. Et in quo ligeris.

אסף In secunda coniugatione uoce passiuua אסף Iesaię 22. Omnes qui in te sunt, uin
 cti sunt pariter.

INDE NOMINA:

אסף Uinctus, ligatus. Iesaię 24. Et congregabuntur congregatione uinctus super ci
 sterne. ubi singulare ponitur collectiue. Similiter cap. 42. Ad educendum e cla
 stro uinctum.

אסף Uinctus, ligatus. Psal. 79. Veniat in conspectum tuum gemitus uincti. Psal. 102. Ut
 audiat gemitum iusti. Iesaię 10. Absque me corruit inter uinctum, collectiue. Et plu
 raliter אסף Gen. 39. Et tradidit praefectus carceris in manum Ioseph omnes uin
 ctos. Iob 3. Simul uincti tranquillitate fruuntur. Psal. 68. Ipse educit uinctos in com
 pedibus. In statu regiminis אסף Genes. 39. Quo uincti regis uincti erant. Psal
 mo 107. Constricti in carcere & ferro. Threnorum 3. Ut conterat sub pedibus suis
 uinctos terrae.

אסף Obligatio, obstrictio. Num. 30. Aut iurauerit iuramentum ad obligandum obliga
 tionem

אסף Genes. 4. Audite uocem meam uxores Lamech.
 אסף Legitur tantum pluraliter אסף pro quo Chaldaeus transulit אסף & signifi
 cat repositoria, horrea, in quae colliguntur omnis generis fruges & fructus. Deu
 ter. 28. Mandabit Iehoua benedictionem in horreis tuis. Prouerb. 3. Et implebun
 tur horrea tua satietate.

אסף Idem Hebraeis significat, quod Latinis uerbum colligo, & ut Latinis colligere,
 in unum redigere, interdum etiam carptim auferre significat, sicut ex hoc Luci
 lij uersu constat, Ruis huc, & colligis omnia furtim: ita quoque Hebraeis uerbum
 אסף similiter nunc pro in unum colligere seu contrahere, nunc pro auferre, abstra
 here seu distrahere usurpatur, id quod partim ex constructione, partim ex circum
 stantijs facile deprehendes. Et ut forma parum, ita modo tantum significandi dif
 fert a uerbis אסף & אסף construitur autem perpetuo cum accusatiuo uel median
 te אסף uel absque eo. Et in prima coniugatione uoce actiua futurum in prima sylla
 ba habet uel sa gol, uel holem. Num. 11. Et qui parum collegit, Homer. Prouerb.
 30. Quis collegit uentum manibus suis. Gen. 6. Sume tibi de omni cibo, qui come
 ditur, & collige ad te ut sit tibi in cibum. Deut. 22. Colliges eum intra domum tua.
 Iosue 20. Et colligent eum in ciuitate. Gen. 29. Et collegit Laban omnes uiros. Nu
 meri 11. Collige mihi lxx. uiros de senioribus Israel. Gen. 49. Et collegit pedes su
 os in lectum, id est, contraxit. 1. Sam. 14. Collige manum tuam. Num. 11. Et colle
 gerunt coturnices. & cap. 19. Et collegit uir mundus cineres uaccae. Exo. 23. Et colli
 ges prouentum eius. Gen. 42. Et collegit eos in custodiam tribus diebus. Psal. 27. Pa
 ter meus & mater mea dereliquerunt me, & Iehoua collegit me. Mich. 4. Colligam
 claudum & eiecum congregabo. Sequuntur exempla alterius modi significandi, quae
 carptim auferre accipitur אסף Genes. 30. Collegit deus opprobrium no
 strum. Psal. 26. Ne colligas cum erroneis animam meam. Iob 27. Dives quando oc
 cubuerit, nihil colliget secum. Psal. 85. Collegisti omnem indignationem tuam. 2. Reg. 5.
 Ut colligas eum a lepra sua. Et mox iterum: Et colliget lepram. Psal. 104. Colligis
 spiritum eorum, & expirant. Iob 2. Et stellae collegerunt splendorem suum, id est,
 retraxerunt. Iud. 18. Et colligas animam tuam, & animam domus tuae, id est, amittas.

אסף Participium praesens אסף Num. 19. Et abluet qui colligit cinerem uaccae. Psal. 39.
 Coaceruat & nescit cui colligit ea.

אסף Participium praeteritum אסף 1. Paral. 26. Et pro filiis eius domus collectorum seu
 collegatorum, id est, concilij, collegij. Et mox iterum: Et de collegijs hinc. Et in
 statu regiminis אסף Ezech. 34. Et non erunt amplius collecti famis. Et in gene
 re foeminino אסף Ecclef. 12. Magistri collegiorum.

אסף In uoce passiuua אסף Num. 27. Colligeris ad populum tuum etiam tu, quem ad
 modum collectus est Aaron frater tuus. Gen. 49. Collectus est ad populum suum.
 Gen. 29. Collecti sunt illuc omnes greges. Leuit. 26. Et quando collecti fueritis ad
 ciuitates uestras. Num. 12. Excludatur septem diebus extra castra, postea colliga
 tur. Et mox iterum: Et populus non perrexit donec colligeretur Miriam. Iob 26.
 Dives decumbet, & non colligetur. Sequuntur nunc exempla alterius modi
 significandi. Iesaię 16. Colligetur gaudium & exultatio de Carmelo. Iesaię 57. An
 te malum colligitur iustus. cap. 60. Non occidet amplius sol tuus, & luna tua non
 colligetur.

אסף Participium praesens אסף Genes. 49. Ego colligor ad populum meum, sepelite
 me iuxta patres meos. Et pluraliter אסף 1. Sam. 13. Et Philisthaei colligebantur
 in Michmas. Iesaię 13. Sonitus irruptionis regnorum gentium collectorum. Ie
 saiaę 57. Viri beneficentiae colliguntur, & nemo considerat.

אסף In secunda coniugatione legitur tantum participium praesens אסף Num. 10.
 Et proficisceretur uexillum castrorum filiorum Dan colligens ad se castra omnia, per
 exercitus eorum Iosue 6. Et collector ibat post arcam. Iudicum 9. Nec erat uir col
 ligens eos in domum. Iesaię 52. Et collector uester deus Israel, ubi Propheta alludit
 ad locum Num. 10. Iere. 9. Quasi manipulus post messorum & non collector. Et plu
 raliter

militia, & cultu, ut bellatori thorax. Erant autem duo genera, alterum erat, quo summus sacerdos tantum induebatur, quod ita describitur Exod. 28. Et faciant Ephod ex auro, hyacintho & purpura, cocco bis tincto, & bysso retorta, factura polymite, duo humeri confociationes erunt illi in duabus extremitatibus eius etiam confociatio, & accipies duos lapides Onychinos, & sculpes in eos nomina filiorum Israel, & pones duos illos lapides super humeros Ephod, &c. 1. Samuelis 2. Eligendo eum ex omnibus baculis Israel mihi in sacerdotem, ut offerret super altare meum & adoleret incensum, & portaret Ephod coram me. & cap. 14. Erat sacerdos ipsius Iehoua in Silo portans Ephod. Et cap. 23. Et dixit ad Abiathar sacerdotem, applica Ephod. & cap. 30. Et dixit David ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech, applica nunc mihi Ephod, & attulit Abiathar Ephod ad David, & interrogavit in Iehoua dicens, persequarne incursores istos &c. Alterum Ephod ex lino factum, & illud gestabant omnes alij sacerdotes & Leuitae ac reges, quando ministrabant, quia in militia illa sua erat illis etiam thoracis loco. 1. Samuelis 2. Et Samuel ministrabat coram Iehoua accinctus Ephod lineo. & cap. 22. Et interfecit in die illa octoginta quinque viros portantes Ephod lineum. 2. Samuelis 6. Et David accinctus erat Ephod lineo, ac David totaque domus Israel adducebant arcum Iehoua.

אֶפְרוֹד Et in statu regiminis אֶפְרוֹד operimentum. Iesaiæ 30. Et operietis operimentum argenti tui & operimentum fusilis auri tui. Et cum affixis. Exod. 28. & 39. Et artificiosum operimenti eius, quod est super illo, sicut factura eius ex illo erit, ex auro, hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta.

אֶפְרוֹדִים Tectorium, operimentum pretiosum, aulaeum, quod constrangebatur, & arbitrator esse Chaldaeum. Dan. 11. Et inferet tentoria aulae sui inter maria. Et Iere. 43. uertit Chaldaeus paraphraestes nomine אֶפְרוֹד id est aulaeum.

אֶפְרוֹדִים Coxit, scilicet in furno panes. Et conuenit generali significatione cum verbis אֶפְרוֹד & אֶפְרוֹד quae aestuatione simul important, nisi quod ut forma, ita modo tantum significandi inter se uariant. Iesaiæ 44. Et coquet panem. Leuit. 24. Et coques eam. Et mox iterum, Atque etiam coxi iuxta prunas panem. Exod. 16. Quod cocturi estis, coquite.

Participium praesens masculini generis, seu potius nomen participiale אֶפְרוֹד pistor. Gen. 40. Factura pistoris. Osee 7. Quasi clybanus incensus a pistore. Et pluraliter אֶפְרוֹדִים Gen. 40. Et uidit princeps pistorum. Et in genere foeminiuo אֶפְרוֹדִים. 1. Samuelis 8. Et in pistices. In uoce passiuua אֶפְרוֹד coctus est. Leuit. 6. Non coqueatur fermentum. Leuit. 23. Non fermento coquentur.

INDE NOMINA:

אֶפְרוֹד Pistor, de hoc in participio.

אֶפְרוֹדִים Coctio, coctura. Leuit. 2. Cocturam furni.

אֶפְרוֹדִים Nomen pluralis numeri tantum. Leuit. 6. Coctiones oblationis.

אֶפְרוֹדִים Nomen mensurae frumentariae, id est, aridorum, quae scilicet coquuntur in fornace. Licebit uertere Modium. Exo. 16. Et Homer decima pars Epha, id est, modij. Deut. 25. Non sit in domo tua Epha & Epha, id est, diuersi modij, magnus scilicet & paruus. In statu regiminis אֶפְרוֹד. 1. Sam. 17. Modium polentae huius. Legitur tamen semel אֶפְרוֹד inuariatum in statu regiminis. Ruth 2. Quasi modium hordei.

אֶפְרוֹדִים & אֶפְרוֹד Vide in themate אֶפְרוֹד.

אֶפְרוֹדִים Caliginosus, nomen adiectiuum. Amos 5. Et caliginosus, & non splendor illi.

Caligo, obscuritas, & modo tantum significandi differt a nomine אֶפְרוֹד. Iob 3. Noctem ipsam accipiat caligo. & cap. 10. Sicut caligo. & cap. 30. Expectabam lucem, & uenit caligo. Psal. 111. Ut iaculetur in caligine rectos corde. Psal. 91. A peste, quae in caligine ambulabit. Et in genere foeminiuo אֶפְרוֹדִים Exod. 10. Et facta est tene-

tionem super anima sua. Et mox iterum: Et omnis obligatio, quam obligauit.

אֶפְרוֹדִים Prohibitio, edictum, quo subditi obligantur. Dan. 6. Loquuti sunt regi super edicto. Obligatio, idem significat quod אֶפְרוֹד Num. 30. Et si pater eius audiuit uotum eius, & obligationem eius. Et pluraliter אֶפְרוֹדִים forma masculina. Numeri 30. Et obligationes eius.

אֶפְרוֹדִים Vinculum. Iere. 37. Et posuerunt eum in domum uinculi.

אֶפְרוֹדִים Vincula. Iudic. 15. Et dissoluta sunt uincula eius, a manibus ipsius. Eccl. 7. Et uincula manus eius.

אֶפְרוֹדִים Nasus, ira, uide in themate suo אֶפְרוֹד.

אֶפְרוֹדִים

Viuenti, seu status, seu alio impetu circumuoluit, circumrotauit. Et conuenit significatione cum uerbis אֶפְרוֹד & אֶפְרוֹד nisi quod ut forma, ita modo tantum significandi inter se dissentiant. 2. Sam. 22. Circumrotarunt me procelle mortis. & Psal. 118. ubi idem uersus repetitur, Circumuoluerunt me laquei mortis. Psal. 40. Circumrotarunt super me mala. Iona 1. Inuoluerunt me aquae usque ad animam.

INDE NOMINA:

אֶפְרוֹדִים Rota, quae impetu circumuoluitur, sed de hoc in themate אֶפְרוֹד.

אֶפְרוֹדִים Particula indeclinabilis, quae impetum animi notat, & exponi debet secundum loci & sententiae congruentiam. Est enim difficile huiusmodi affectus animi uocibus aptis exprimere: quidam hanc particulam augmentatiuam uocant, & exponunt etiam, quocumque. Gen. 3. Et dixit serpens ad mulierem, Etiam quod dixit Deus, non comedetis ex ullo ligno horti. Vbi notabis quod accentibus diuersis ab inuicem illae duae uoculae אֶפְרוֹד & אֶפְרוֹד distinctae sint, nec coharent, sicut alibi quocumque quando augmentum importat. Leuit. 26. Ego quocumque haec faciam uobis. Et mox iterum: Et ambulabo etiam ego uobiscum. Gen. 18. Num etiam disperdes iustum cum improbo. 2. Samuelis 20. Et uenerunt quocumque post eum. Psal. 96. Dicite in Gentibus, Iehoua regnat, etiam firmabitur orbis ne commoueatur. Psal. 138. Super etiam inimicos meos extendes manum tuam. Psal. 116. Etiam caro mea requiescet tuto. Et in sententijs in quibus fit rerum inter se collatio, tum in sententia affirmatiua ualet, idem quod quanto magis, uel multo magis: ut Iob 4. Multo magis habitantes domos lutae. Et in sententia negatiua ualet multo minus: ut Ezech. 15. Ecce cum illud esset integrum non fiebat pro opere, quanto minus cum ignis deuorauit ipsum, & combustum est, fiet ex eo opus? Et obserua quod haec uocula in compositione cum אֶפְרוֹד sic אֶפְרוֹד, extra tamen rerum collationem ualet eod quod. Prouerb. 21. Sacrificium improborum est abominatio, eod quod in scelere adducunt illud. Sed in sententia in qua fit rerum collatio in oratione affirmatiua ualet quanto magis, multo magis. Prouerb. 11. Si iusto in terra reddetur, quanto magis improbo, & erranti. cap. 15. Infernus & perditio coram Iehoua, quanto magis corda filiorum hominis. 1. Samu. 21. Tamen multo magis dies iste sanctificabitur propter uos. Rursus uero in oratione negatiua ualet multo minus. Prouerb. 17. Non pulchrum est stulto labium excellentiae, multo minus principij labium mendacij.

אֶפְרוֹדִים

Supertexit, superinduit, seu superinduxit, operuit adstringendo. Exod. 29. Et accipies uestes & indues Aaronem, scilicet tunicam & superum & ipsius Ephod, & Ephod, & rationale, & superindues ei cum artificioso ipsum Ephod, & pones Tiaram super caput eius, & laminam sanctitatis super Tiaram. Leuit. 8. Et apposuit super eum tunicam, & cinxit eum baltheo, & induit eum suparo, & superinduit super eum Ephod, & cinxit eum cum artificioso ipsius Ephod, & superastrinxit illum cum eo. Vocat autem Artificiosum, astrictorium seu cingulum, quod eiusdem erat materiae, & eodem artificio factum, & alia אֶפְרוֹדִים Moses appellat.

INDE NOMINA:

אֶפְרוֹדִים Vestimenti genus, quod superinduebatur uestibus interioribus. Septuaginta uerterunt επρωμιδα, id est superhumerale, tegebat enim humeros & thoracem, & interiores uestes eo recta ad corpus constrangebatur, eratque sacerdoti in spiritali sua militia,

צדק Vide in themate צדק.

74 צדק

Legitur in hac forma tantum in quarta coniugatione צדקת, id est, coegit, seu compulsiu se ad aliquid, uel faciendum, uel omittendum, compressit, cohercuit se. Et uidetur quandam habere cognationem significatione cum uerbis צדקת & צדקת nisi quod ut forma, ita modo tantum significandi differant. 1. Samuelis 13. Et cum faciem ipsius lehoua exorare non potuissim, compulsiu obtuli hoc locaustum. Genesis 43. Et lauit, & egressus continuit se. Esther 5. Continui se Haman, & ingressus domum suam milit, &c. Iesaiæ 42. Tacui iam olim, obmutui, continui me. & cap. 63. Et uiscera misericordiae tuae erga me continuerunt se. & cap. 67. Nunquid super his continebis te lehoua, tacebis & affliges nos tam uehementer?

INDE NOMEN:

צדק Singulariter legitur semel in statu regiminis, & in abstracto, uis, uolentia, rapiditas, cursus, fluxus, impetus. Iob 6. Velut impetus fluuiorum pertranscunt. Et pluraliter צדקות Legitur semper in concreto, & est tam reale, quam personale. Psal. 127. Sicut flumina in meridie. Usurpatur tamen sicut צדק interdum pro continente; id est, pro alueo, in quo fluuius delabitur. Ezechielis sexto, Sic dixit Sustentator lehoua montibus & collibus, alueis & uallibus. Et cap. 32. Et aluei implebuntur tecum. Item ubi est personale. Iob duodecimo, Et cingulum uiolentium laxat. In statu regiminis צדקות. 2. Samuelis 22. & Psal. 18. Et uisi fluxus maris. Iob 40. Ossa eius fluxus aris. Psal. 42. Sicut ceruus glocitat ad fluxus aquarum. Item pro continente. Ezech. 31. Et contractae sunt frondes eius in omnibus alueis terre. Iob 41. Et omnes aluei lehoua manabant aquis. Et personaliter. Iob 41. Superbia uiolentium, clypei. Et in statu affixorum. Iesaiæ 8. Et transcendet super omnes alueos eius, & transibit omnia littora eius. Ezech. 35. Et ualles tuas & alueos tuos occisis gladio.

צדק Cinis, puluis in quem materia usta redigitur, & contrariam habet significationem a uerbo suo צדק: nam cinis prohibet fructificationem & fecunditatem, & inducit sterilitatem ac tristitiam. Differt autem ab צדק quod puluerem terrae significat non adustum igni. 2. Samuelis 13. Et accepit Thamar cinerem super caput suum. Num. 19. Colliget autem uir mundus cinerem uaccæ. Genes. 18. Et sum puluis & cinis. Danielis 9. Ut peterem oratione, & obsecrationibus in ieiunio & sacco & cinere. Ionæ 3. Et operuit sacco & sedit in cinere. Porro bis legitur in forma צדקת. 1. Reg. 20. Et nudauit se, cum cinere super facie sua, id est, exiit uestem honorationem, quam ut Propheta gestabat, & sparsit super faciem suam cinerem, ne agnosceretur a rege. Et mox iterum: Et remouit cinerem ab oculis suis. Est autem cinis significatio mœroris & luctus.

75 צדקת

Filius Iectan, qui fuit nepos ipsius Sem, fratrem habuit Hauila, atque isti duo fratres incoluerunt Indiae regiones ad Gangem fluuium, quae ipsorum nominibus appellatae, atri fuerunt & lapidum pretiosorum ditissimae. Sicut de Hauila extat testimonium Genes. 2. Nomen unius fluuii Pischon, & ipse est qui circumit totam terram Hauila, ubi est aurum, & aurum terrae illius est optimum. Deinde auri in Ophir mentio fit cum alibi saepius, tum 1. Reg. 9. in haec uerba: Et misit Hiram in classe illa seruos suos, uiros nauticos, & gnaros maris cum seruis Salomonis in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum uiginti talentorum detulerunt ad regem Salomonem &c. Nostri autem aurum Ophir, corrupto uocabulo appellant Obrizum quasi Ophiritum. Inde absolute pro auro obrizo nomen regionis figurate legitur. Iob 22. Et pones sicut puluerem aurum, & ut silicem fluuiorum Ophir, de quo in nominibus צדקת & צדקת.

76 צדקת

Habet significatione cognatione cum uerbis צדקת & צדקת nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant: significat enim adseruare, seruare apud se, eripere. Gen. 27. Nonne adseruasti mihi benedictionem. Num. 11. Et adseruabo de

bra caliginis. Deut. 28. Quemadmodum palpat caecus in caligine. Proverb. 4. Vir improborum in caligine. Iere. 23. Sicut lubricitas in caligine. Et cum affixo. Iesaiæ 58. Et caligo tua erit sicut meridies. Et pluraliter צדקות Iesaiæ 59. In caliginibus ambulamus, id est, multa caligine. Et transposito punctulo צדקות Exo. 9. Quia caligines ipsa, scilicet serotina. Et forma notat differre modo significandi a superiore, quod non sit qualitatibus, sed temporis.

צדקות

Caligo. Iosue 24. Et posuit caliginem inter ipsos & inter Aegyptios. Et in genere foeminino.

צדקות

Caligo. Iere. 2. Aut terra caliginis.

צדקות

Rota: uide thema eius צדקת.

73 צדקת

Absumptum est, terminatum, finitum est, desijt, cessauit, ut amplius rei nihil superlit: congruit significatione cum uerbis צדקת & צדקת nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se dissentiant. Genes. 47. Quare morimur coram te, cum defecerit argentum. Et mox iterum: Si defecerit argentum. Psal. 77. Num cessauit perpetuo beneficentia eius. Iesaiæ 16. Quoniam defecit emunctor. Iesaiæ 29. Defecit praualidus.

INDE NOMINA:

צדקות

Defectus, cessatio, finis, terminus ultra quem nihil eius amplius superest: quantum singulariter in lingua Latina commodius ueri non possit, nisi pro particula exclusiua, seu determinatiua, quae tamen secundum circumstantias in oratione, & constructione cum alijs particulis modum significandi uariat, sicut ex subiectis exemplis cognoscere licebit. Primo, seorsum & absolute idem ualet quod exclusiua particula, nisi, solum, tantum, solummodo, tantummodo. Num. 22. Vade cum uiris, & tantum uerbum, quod loquar ad te, illud loquaris. cap. 23. Nisi patrem eius uideas. Deut. 32. Et solum conclusus & derelictus. 2. Regum. 14. Solummodo claudus & derelictus. Iesaiæ 45. Et non amplius nisi Deus. cap. 46. Quoniam ego Deus & non est amplius deus. Secundo, nihil, nihilum. Iesaiæ 41. Nihilum sunt instituta eorum. Et ibidem mox iterum: Ut cognoscant ab ortu solis, & a uespera, quod nihilum sit praeter me.

צדקות

An nemo. 2. Samuelis 9. An nemo amplius de domo Saulis?

צדקות

In non, id est, sine, absque. Iob 7. Dies mei leuiore radio textoris, & consumuntur absque spe. Proverbiorum 14. Et absque populo metus principis. cap. 26. Et absque lignis extinguitur ignis. Iesaiæ 52. Et Assur in non iniuria affectus eum, id est, absque causa. Danielis 8. Et absque manu confringetur.

צדקות

Iesaiæ 41. Erunt quasi nihilum uiri belli tui.

צדקות

Iesaiæ 40. Plusquam nihilum & inane reputabimur ab eo.

צדקות

Iesaiæ 5. Vae qui coniungunt domum domui, & agrum agro, donec nihilum.

צדקות

Nisi quod. Num. 13. Nisi quod ualidus est populus. Deut. 15. Nisi quod non erit in te egenus. 2. Samuelis 12. Nisi quod occasione dedisti conuiciandi. Amos 9. Nisi quod non delendo delebo domum Iacob.

Et in distinctione sententiae צדקות Ies. 34. Et omnes principes eius erunt nihilum. Ezech. 6. Est adhuc aliquis tecum & dicit ille, nemo. Et in statu affixi mutat prius sagol in pathah, & alterum in seua. Iesaiæ 47. & Zophonias 2. Haec ciuitas, quae dicit in corde suo, Ego, praeter me non est ultra. Et sequente alio pronomine separato. Iesaiæ 54. Ecce congregando congregabit se absque me. Et in forma dualis numeri צדקות, id est, termini duo. Vocant autem Hebraei hoc nomine talos duos, eo quod crurum sunt termini. Ezech. 47. Et traduxit me per aquas, aquas talorum, scilicet profunditate. Et in statu affixorum צדקות termini, fines ultra quos nihil eius est amplius. 1. Samuelis 2. Iehoua iudicabit terminos terrae. Psal. 67. Et timebunt eum omnes termini terrae.

uenerat illi. Et pluraliter אֲרֵי יֶרֶם Iere.9. Quis dabit mihi in deserto diuersorium uiatorum.

INDE NOMINA:

אֲרֵי Semita quae longa est & protensa, sed non lata, qua pedites migrare solent. Et transfertur quoque ad morem & consuetudinem, longo tempore tritam & introductam, item ad conuersionem. Iob 16. Et semita non reuertar, qua abibo. Psal. 16. Cognoscere fac me semitam uiae. Gen. 18. Cessauerat esse Sarę semita secundum mulieres. Iob 22. Num uiam seculi custodis, quam calcauerunt homines iniquitatum. & cap. 34. Quonia opus hominis persoluet ei, iuxta uiam utri faciet inuenire eum.

In statu affixorum mutat holem in hatephcemetz. Iob 19. Viam meam sepiuit ut non transgrediar. Psal. 44. Neque declines gressus meos a semita tua. Psal. 119. In quo mundabit puer semitam suam. Et pluraliter אֲרֵי Iudic. 5. In diebus lael cessauerunt semitae & ambulantes in semitis in uis, abierunt per semitas obliquas. In statu regiminis & affixorum אֲרֵי Iob 6. Recedent per itinera uiae ipsorum. Iob 8. Sic sunt semitae omnium obliuiscientium dei. Psal. 25. Omnes semitae lehoua beneuolentia & ueritas. Iob 13. Et custodis omnes uias meas.

אֲרֵי Viatorium, id est, turba uiatorum, comitatus. In statu regiminis אֲרֵי Gen. 37. Et ecce comitatus Ismaelitarum uenit.

אֲרֵי Consuetum, usitatum demensum scilicet cibi. Iere. 40. Et dedit ei magister macellariorum consuetum, & honorarium. Et in statu regiminis אֲרֵי Iere. 52. Et consuetum eius consuetum continui datum est ei a rege. Prouerb. 15. Melius est consuetum herbe, & dilectio tibi.

85 אֲרֵי Prolongatum est, progressum est, promotum est, productum est. Et ut affinitate literarum, ita significatione congruit cum uerbo אָרַח, nisi quod modo significandi differat. Gen. 26. Et factum est cum prolongati sunt ei ibi dies. Ezech. 12. Et prolongabitur dies & auferetur omnis uisio. & cap. 31. Et prolongati sunt rami eius.

In tertia coniugatione אֲרֵי Prou. 19. Intelligentia hominis prolongauit iram suam, id est, poenam seu uindictam. Psal. 129. Prolongauerunt oppressionem suam. Deut. 22. Et prolongabit dies. 1. Reg. 3. Et prolongabo dies tuos. Deut. 5. Et prolongabitis dies super terra. Iesaja 54. Prolonga funes tuos. & cap. 48. Prolongabo iram meam. Prou. 28. Odiens auaritiam prolongabit dies. Deut. 4. Et prolongabis dies. Deut. 30. Non prolongabis dies. Num. 9. Et in prolongando nubem supra tentorium.

Participium praesens אֲרֵי Eccle. 7. Et est improbus prolongans in malitia sua. & cap. 8. Et prolongans ei.

INDE NOMINA:

אֲרֵי Longus. Psal. 86. Longus irarum, id est, tardus ad poenam seu uindictam. Ezech. 16. Aquila grandis, longa alarum. Et cum lamed transit in naturam abstracti. Iere. 15. Ne in longitudine irae tuae tollas me.

אֲרֵי Longitudo. Exod. 27. Quinque cubitorum erat longitudo. Gen. 6. Trecentorum cubitorum longitudo arcae. Prou. 3. Quia longitudo dierum. Et in statu affixorum mutat holem in hatephcemetz. Genes. 13. In longitudinem eius. Exod. 28. Palmus erit longitudo eius.

אֲרֵי Nomen adiectiuum generis foeminitati. 2. Sam. 3. Et fuit bellum longum. Iob 11. Longior est, quam terra mensura eius. 2. Paralip. 24. Et impositum est longum operi manuum ipsorum, id est, cementatio, curatio, & translaticiuum nomen a Chirurgis sumptum, qui ex arte sua emplastra sic uocant. Item Nehemie 4. Quia superimpositum est longum muris Ierusalem. Iere. 29. Longum est, adifficate domos, id est, cementum, quo conglutinantur muri. & cap. 30. Ecce ego superimponam ei longum & medicinam. Et in statu regiminis אֲרֵי Iere. 8. Quare non superimpositum est longum filie populi mei. Et cum affixo. Ies. 48. Et longum tuum festinanter germinabit.

86 אֲרֵי Filius fuit Sem, nepos Noach. Gen. 10. A quo tota terra Armenia nomen sortita est. Et si etymologia spectaueris, a situ altitudine nomen existere certum est. Equidem omnium in toto terrarum orbe Armeniam cellissimam esse, uel eo scripturae testimonio

2. Regum 23. Quae mulieres texebant tibi domos pro luco.

INDE NOMEN,

Nomen usitatum in scriptis Rabinorum pro declaratione alicuius rei. פֶּטֵר Fœtuit. Et cognationem quandam habet cum uerbo פֶּטֵר & פֶּטֵר, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se dissentiat. Exod. 7. Et piscis in flumine mo- rietur, & fœtebit flumē. Exod. 8. Et fœtuit terra. cap. 16. Atq; produxit uermes, & fœtuit. Iesaiæ 20. Pono flumina in desertum, ut fœteat piscis eorum absq; aqua, moriaturq; siti. In uoce passiuua פֶּטֵר 1. Sam. 13. Vnde fœtidus factus est Israel coram Philisthæis. 2. Sam. 10. Et uidentes filij Ammon q; fœtidi facti essent coram Dauide, id est male audirēt, odor famæ ipsorum esset malus, facti essent odibiles. Et semel cum פֶּטֵר articulo accusatiui constructum transitiuē accipitur. 2. Samuelis 16. Et audiet uniuersus Israel quod fœtere fecisti patrem tuum.

111 פֶּטֵר

In tertia coniugatione פֶּטֵר quando post se regit casum, sumitur transitiuē, pro fœtere fecit. Gen. 34. Turbaltis me eò quod fœtere fecistis me corā habitato- re terræ. Prouerbio. 13. Et improbus fœtidum se facit & pudefit. Eccles. 10. Musca mortua fœtere facit unguentum pigmentarij. At quando ponitur absolute, tum usurpatur neutraliter. Exod. 16. Et non fœtuit, nec uermis fuit in eo. 2. Sam. 27. Et credidit Achis ipsi Dauide dicens, fœtendo fœtuit coram populo suo. Psal. 38. Fœ- tuerunt & contabuerunt liuores mei.

In quarta coniugatione פֶּטֵר 1. Paral. 19. Videntes filij Ammon quod fœ- tidifacit essent apud Dauidem.

INDE NOMINA:

פֶּטֵר Fœtor. Iesaiæ 34. Et ex cadaueribus eorum ascendet fœtor eorum. Ioelis 2. Et ascē- det fœtor eius. Et accipitur pro fructu fœtido, id est, palato & olfactui ingrato & odioso, quicq; fastidium & nauseam parit, quem lolium aut zizaniam uertere lice- bit. Iob 31. Pro tritico egredietur carduus, & pro hordeo lolium.

פֶּטֵר

לברר Accersito Iamed. Psa. 4. Quoniam tu Iehoua solus confidenter habitare facies me. Et aduerbialiter. Mich. 7. Cohabitanter solitarii.

לבר Et in distinctione לבר sine affixo accipitur sapissime pro particula exclusiua, praeter, praeterquam, seorsum: & congruit significatione cum uerbo לבר. Deut. 18. Praeter pretia eius. 1. Reg. 5. Praeter principes, qui stabant. Zach. 12. Et planget terra cognationes seorsum, cognationes domus Dauid seorsum. Et in statu affixorum fortificat daleth cum dagges, & ponitur nominaliter. Gen. 2. Non est bonum, ut sit homo solus ipse. & cap. 4. 2. Solus ipse remansit. Exod. 18. Quare tu sedes solus tu. 2. Sam. 10. Soli erant in agro. 1. Reg. 8. Tu nosti solus tu cor omnium filiorum hominis. 1. Reg. 19. Remansi ego, solus ego. Psa. 51. Tibi, soli tibi deliqui & malum in oculis tuis feci. Psa. 71. Commemorabo iustitiam tuam, solam tuam. Prou. 5. Sint tibi, soli tibi, & non alienis tecum. Obtinet autem in eiusmodi locis ubi geminatur pronomen emphasin cum epitali, qua Latini exprimere solent interfecto uerbo in qua, uidelicet ita, Tibi, soli tibi, in qua, deliqui, id est, coram te solum sum peccator, &c.

מלבר Particula exclusiua, praeter, praeterquam. Gen. 4. 6. Praeter uxores eorum. Leuit. 23. Praeter dona uestra. Num. 28. Praeter holocaustum matutinum. Et cum affixis fortificat litteram daleth. Deut. 4. Non est amplius praeter ipsum.

בורר Apparet participium esse praesentis temporis primae coniugationis, & tamen significatione est nomen, solus, solitarius. Psa. 102. Sicut auis solitaria super recto, id est, uidua. Iesaiæ 14. Et non est solitarius in constitutis meis, id est, unus. Osee 8. Fera solitaria sibi.

115 בורל

In prima coniugatione legitur tantum in uoce passiuua בורל & significat personam, seu rem omnino & singulariter ab alia persona seu re diuidi, quo cuique id fiat modo, ne amplius sint una res coniuncta. Licebit igitur uertere uerbo, uel diuidendi, uel discernendi, uel distinguendi, uel separandi secundum qualitatem rei siue personae, de qua dicitur. Et congruit significatione cum nominibus ברל & לבר. Eisd. 9. Non separati sunt populus Israel & sacerdotes & Leuitae a populis terrarum. & cap. 10. Et ipse separaretur ab ecclesia transmigrationis. 1. Paral. 12. Et de Gaddi segregati sunt ad Dauid in praesidium deserti.

Participium בורל Eisd. 6. Et omnis separatus ab immunditia gentium terrae. In tertia coniugatione ברל diuisit, separauit, discreuit, segregauit, distinxit seorsum ab alia re, ne sint amplius coniunctae. Num. 16. Separauit deus Israel uos a cetero Israel. Gen. 1. Et distinxit deus inter lucem & inter obscuritatem. Leuit. 1. Et findet eum ab aliis eius, sed non diuidet. ubi differentia conspicua habetur inter ברל & שפס Deut. 4. Tunc separauit Moses tres ciuitates trans Iordanem ad ortum fluis. Leuit. 10. Ad discernendum inter sanctum, & inter prophanum. Iesaiæ 56. Separando separabit me Iehoua a populo suo.

Participium praesens ברל Gene. 1. Fiat expansio in medio aquarum, & sit distinguens inter aquas ad aquas. Et pluraliter בורלים Iesaiæ 59. Sed iniquitates uestrae separant inter uos, & inter deum uestrum.

INDE NOMINA:

ברל Portio, portiuicula, particula. Amos 3. Vel particulam auris. בריל Stannum, quod in fornace ignis separatum est, & primo fluxit de argento. Num. 31. Stannum & plumbum. Ezech. 22. Omnes ipsi sunt aes, & stannum, ferrum & plumbum. Et pluraliter in statu affixi. Iesaiæ 1. Et auferam omnia stanna tua.

מברלות

Nomen pluralis numeri. Iosue 6. Et ciuitates separatae pro filiis Ephraim:

116 ברק

Instaurauit, refarciuit, reintegrauit. Et ut litterarum tantum transpositione, ita quoque modo tantum significandi uariat a uerbo ברק, habetque etiam cognationem cum ברק 2. Paral. 34. Ad confirmandum, & ad farciendum.

INDE NOMEN,

ברק Sarcatura, id est, rima seu ruptura farcienda, & ponitur ubique collectiue. 2. Reg. 12. Non confirmauerunt sacerdotes sarcaturam domus. Et iterum: Et ipsi confirmant

g sarcatu

Et lauabitis uestimenta uestra. Ezech. 44. Exuent uestimenta sua. Legitur tamen forma foeminea בוררה qd' in statu regiminis habet בוררה. Psa. 45. Myrrha & aloes & cassia omnia uestimenta tua.

בוררה Nomen uerbale foeminini generis. Iere. 3. Et uidit excuratrix soror eius Iehuda. בורר Aroma, odorum: uide infra suo in loco.

114 בור

Seorsum aliquid singulare excogitauit, seu effinxit, atque modo tantum significandi differt a uerbis בורר & בור. 1. Regum 12. Et obtulit super altare, quod fecerat in Bethel in decimaquinta die, in mense octauo, in mense quem singulariter excogitauerat in corde suo.

Participium praesens בורר Nehe. 6. Non est factum secundum uerba ista, quae tu dicis, quoniam ex corde tuo excogitas ea.

בראי Nomen, quo Hebraeorum magistrum in sua lingua uulgari mendacem uocant, id est qui ipse aliquid excogitat & loquitur.

בר Species quaedam singularis lini candidissimi, quod seorsum caule seu uerete, excrescit in logum. Eiusque usus tantum fuit in sacris uestibus, unde uerisimile est illud esse de quo Plinius naturalis suae historiae li. 19. cap. 1. in haec uerba scribit: Superior pars Aegypti in Arabiam uergens gignit fruticem quem alij Gossopion, plures Zylon, & ideo lina inde facta Xylina, paruus est, similemque barbatae nucis deserti fructui, cuius in exteriori bombice lanugo netur. Nec ulla sunt eis in candore molliciae praeferenda, uestes in sacerdotibus Aegypti gratissime &c. Haec ideo referre uoluit, quod alia lini species sit quae Hebraeis בורר dicitur, cuius usus in prophanis tantum fuit uestibus. Sed de illo uideamus aliquot exempla. Exod. 28. Et fac subligacula lini. Leuit. 6. Et induet sacerdos uestitum lini, & subligacula lini induet super carnem suam. & cap. 16. Et cum baltho lini cingetur, & cum uita lini amictetur. 1. Sam. 2. Et puer erat accinctus humerali lini. 1. Samue. 22. Et occidit in die illo octogintaquingentos uiros portantes Ephod lini. 1. Sam. 16. Et Dauid erat accinctus Ephod lini. Et pluraliter בורים Ezech. 9. & Dan. 9. & 12. Et uir unus erat in medio eorum indutus lineis. Deinde quadam transumptione ad alias res seu personas corporales similes transfertur, quae seorsum sole aliquid sustentant & portant, ut sunt ueretes, rami, magistratus tam politici, quam ecclesiastici. Exo. 25. Et introduces ueretes in circulos. Et mox iterum: In circulis arcae erunt ueretes. Ezech. 17. Et facta est uitis que fecit ueretes & emisit flores, id est, palmites instar uereticum, qui gestant flores & fructus. Iesaiæ 44. Labefacta signa uereticum, id est, sacerdotum, seu prophetarum, qui ceu ueretes portant onera populi. Similiter Iere. 50. Gladius ad ueretes, & stultescunt. Et in statu regiminis בורי Exod. 25. Et facies ueretes lignorum Schittim. Iob 18. Et deuorauit ueretes cutis eius, deuorabit ueretes eius primo-genitus mortis, id est, neruos & ossa quibus cutis sustentatur. Et in statu affixorum, Exod. 27. Et introducetur ueretes eius in circulos, & erunt ueretes in duobus lateribus altaris ad portandum illud. Ezech. 19. Et egressus est ignis de baculo uereticum eius, id est, ramorum eius. Iob 11. Ueretes tuos homines tacebunt, id est, potentiam uerborum tuorum. & cap. 41. Non tacebo ueretes eius, id est, potentiam. Iesaiæ 16. Et furor eius audiimus, sed non sic robora eius, id est, facta fortia. Sic Iere. 48. Et noui ait Iehoua, furorem eius, sed non ita fortia eius scilicet facta. Osee 11. Irruet gladius in ciuitates eius, & consummabit ueretes eius, id est, optimates eius.

de lino uide quam plurima.

בר Et in distinctione sententiae בר, solus, solitarius, singularis. Exo. 30. Solum cum solo erit uel sic, singulum cum singulo erit, id est, tantum de uno, quantum de alio.

ברר Solus, solitarius. Deut. 32. Iehoua solus ducebat illum, & non erat cum eo deus nullus. Et cap. 33. Et cohabitauit Israel confidenter solus. Leuit. 13. Ipse solus habitabit extra castra. Iesaiæ 27. Quia ciuitas munita erit solitaria. Est autem interdum non esse tantum solum seu solitarium in loco, uerumetiam desertum & uiduum consolatione. Thre. 1. Quomodo seder sola ciuitas. Similiter cap. 3. Sedebit solus, & tacebit. Et cum uerbo constructum aduerbiafit. Iere. 49. Solitarii cohabitabit.

לברר

tili & in animali, & in calcatili. & cap. 47. Nō celabimus à sustentatore meo, quod consumptum est argentū & acquisitio animalis apud Sustētatorem meum. Deut. 14. Hoc est animal, quod comedetis, bouem, ouem, agnos, & uocul caprarum, ceruum & capream, &c. 1. Reg. 4. Et loquutus est de animali & uolucris, & de calcatili, & de piscibus, &c. Psalm. 36. Hominem & animal seruabis Iehoua. Proverb. 30. Leo praeualidissimus in animali. Similiter seru particula uniuersali לְ omnia animalia tam domestica, quam agrestia significantur. Gen. 8. Et omne animal, quod est cum ipso in arca. Exod. 22. Si dederit uir sodali suo asinū uel bouem, uel ouem, uel omne animal ad custodiendum, id est, quodcunque animal. Leu. 18. Et cum omni animali non dabis cōcubitum tuum. Deut. 4. Similitudinem omnis animalis, quod est in terra, &c. At quando iuxta illud in textu expressē ponitur נָח, tum semper pro animalibus domesticis accipiendum est, quæ ratione carent, & hominum arbitrio reguntur, illisq; in multiplices usus inseruiunt, nec tamen sunt aut uolatilia cœli, aut reptilia terræ. Et tum iumentum interpretabimur. Gen. 1. Producat terra animam uitæ iuxta speciem suam, iumentum & motabile & bestiam terræ iuxta speciem suam. Et mox iterum: Et fecit deus bestiam terræ iuxta speciem suam & iumentum iuxta speciem suam, & calcatile terræ iuxta speciem suam. cap. 3. Et dixit Iehoua deus ad serpentem, quia fecisti hoc, maledictus tu præ omni iumento, & præ omni bestia agri, super pectore tuo gradieris, &c. Ex hoc loco perspicuum est serpentem, ut cætera animalia, erecto corpore fuisse conditum. Deinde restringunt etiam alia attributa, aliæ circumstantiæ ad iumentorū tantum significationem. Exod. 12. Et percutiā omne primogenitum in terra Ægypti ab homine usq; ad iumentum. & cap. 13. Omne primogenitum in homine & iumento mihi est. Leui. 1. Homo si obtulerit ex uobis oblationem ipsi Iehoua de iumento, de bobus, uel de ouibus offeretis oblationem uestram. & cap. 7. Omnis comedens adipem de iumento. cap. 24. Percutiens iumentum, soluat illud, & percutiens hominem moriatur. Deut. 2. Tantū iumentū diripimus nobis. Neh. 3. Et iumentum non erat mecū, nisi iumentū quo ego uehebar. Et in statu regiminis נָחָה & eandem significandi rationem obtinet, quam in statu absoluto. Deut. 18. Et erit cadauer tuum in cibum omni uolatili cœlorum, & animali terræ. 1. Samuel. 17. Et dabo carnem uolatili cœlorum, & animali agri. Num. 3. Et iumentum Leuitarū pro omni primogenito in iumento filiorum Israhel. Porro in statu affixorū seruat seua, & zere mutat in sagol, & perpetuo pro iumentis accipitur, quæ in nostra sunt potestate & gubernatione. Genes. 34. Et omnia iumenta eorum nōne nostra sunt. & cap. 36. Omnem acquisitionem suam, & omne iumentum suum. Exod. 20. Seruus tuus & ancilla tua, & iumentū tuum. Num. 32. Et acquisitio nostra, & omne iumentum nostrum. Et pluraliter in statu absoluto נָחָה Deut. 32. Et dentem animalium mittam in eos. Iob 12. Et quidem interroga nunc animalia. Psalm. 49. Similis factus sum sicut animalia quæ extinguuntur. Psalm. 73. Iumēta sum apud te. Iob 40. Ecce nunc Behemoth quem fecisti tecum, foenum sicut bos comedet. Et in statu regiminis נָחָה Iob 37. Docet nos præ animalibus terræ. Psalm. 8. Insuper etiam animalia agri: Iesaiæ 30. Onus animalium austru. Mich. 5. Quali leo inter animalia syluæ.

121 נָחָה

122 נָחָה

123 נָחָה

Pollex, id est, maximus digitorum uel in manibus uel in pedibus. Exod. 29. Et super pollicem manus ipsorum dextræ, & super pollicem pedis eorum dextræ. Et pluraliter irregulariter נָחָה. Iudic. 1. Et absciderunt pollices manuum eius, & pedum eius. Congruit ut forma, ita significatione cum uerbo נָח quod euacuare significat. Vnde hoc nomen significat quoq; talem bullā seu pustulā, quæ intus uacua est à purulētia. Et legitur semel Leu. 13. Pustula est quæ germinauit, windbocken. Congruit significatione cum uerbo נָחָה & significat explendescere, emicare, extare clarè & perspicuè. Inde nomen adiectiuū נָחָה, emicans, extans. Iob 36. Nunc non uident lucem emicantem, quæ est in nubibus.

nota

117 נָחָה

118 נָחָה

119 נָחָה

factura. Et cum affixo mutat priorē uocem in hirik, alteram in seua. Ezech. 27. Instaurantes facturam tuam.

Inane, uacuum, uacuitas, & contrariam habet à uerbo suo נָחָה significationem, sicut & נָחָה habet à uerbo suo נָחָה significationem. Atq; tribus tantum in locis scripturæ legitur, & in iisdem semper iunctum nomini נָחָה Gen. 1. Terra autem erat inordinatio & uacuitas. ubi Chaldaeus recte uertit נָחָה Iesaiæ 34. Extendet super eam funiculum inordinationis & lapillum euacuationis. Ier. 4. Vidi terram, & ecce inordinatio & uacuitas. habet autem cognationem cum nomine נָחָה, de quo in themate נָחָה.

Nomē lapidis pretiosi, quem alij smaragdum, alij parium, alij porphyrium esse uolunt. Videtur tamen genus quoddam esse marmoris. Legitur tantum semel Esther 1. Super pauimento parij.

In prima coniugatione legitur tantum in uoce passiuua נָחָה id est, subito terrore percussus est. Importat cum passione celeritatem temporis & præcipitātiā: habet significatione congruentiam cum uerbo נָחָה, quod subitam euanescentiā significat, & discrepantiā ratione temporis & modi significadi cum uerbis נָחָה נָחָה & נָחָה quæ protractionem quandam temporis important. 1. Sam. 28. Et uidit q; subito terrore percussus esset uehementer. Exod. 15. Tunc subito terrore percussus sunt principes Edom. Iob 4. Pertigit ad te, & subito terrore percussus es.

Participium נָחָה Prou. 28. Præceptum est ad diuitias uir mali oculi. Eius foeminarum נָחָה Zophoniz 1. Consummationem etiam præcipitem faciet cum omnibus habitatoribus terræ.

In secunda coniugatione נָחָה terruit subito, præcipitauit terribiliter, accelerauit. Importat cum actione celeritatem. Psalm. 2. Et in furore suo perterrebit eos. Psalm. 83. Et in turbine perterrebit eos, seu ex improuiso præcipitabis eos. 2. Para. 32. Ad perterrefaciendum eos, ut capiant ciuitatem. 2. Para. 35. Et deus dixit ad prophanum me, id est, ut properarem. Esther 2. Et accelerauit mūdificationem eius, id est, subito curauit eam mundari.

Participium præfens נָחָה Eisd. 4. Et festinare facientes eos ad ædificandum.

Participium præteritū pluralis masculini generis נָחָה Esther 8. Egressi sunt præcipitati in uerbo regis, id est, præcipites. Eius foemininum נָחָה Prou. 20. Hereditas præcipitata statim in principio.

In tertia coniugatione נָחָה Iob 23. Omnipotens terruit me. Esther 6. Et festinauerunt introducere ipsum Haman ad conuiuium. 2. Paral. 26. Et ecce ipse erat leprosus factus in fronte, & fecerunt festinare eum inde, id est, præcipitanter eum amoliti sunt.

INDE NOMINA:

נָחָה

נָחָה

120 נָחָה

Celeritas, præcipitantiā. Leuit. 26. Et uisitabo super uos terrorem. Chaldaeus uertit נָחָה. Psalm. 78. Ipse consumpsit dies eorum in uanitate, & annos eorum in præcipitantiā. Et pluraliter נָחָה Iere. 15. Feci cadere subito hostem & terrores.

Per metathesin literarum, terror subitus. Iesaiæ 17. In tempore uestro pertino, & ecce terror. Et pluraliter נָחָה & collectiuè ponitur cum uerbo singularis numeri. Iob 18. Circumcirca perturbauerunt eum terrores subiti. Et mox iterum: Adducet eum ad regem terrorem. Iob 27. Apprehendet eum terror subitus, uelut aquæ. Psalm. 73. Absumpti sunt à terroribus. Et in statu regiminis sequēte genitiuo נָחָה Iob 24. Sentiet enim terrores umbræ mortis.

Nomen collectiuum, quo absolute posito sine adiuncto נָחָה aut aliqua alia restrictione, generaliter dicuntur omnia animalia siue cicura sint, siue fera & agrestia, quæ pedibus rectè gradiuntur super terra, & neq; uolant neq; repunt. Gen. 1. Et dominantur in piscis maris, & in uolatile cœli, & in animal, & in omnem terram, & in omne calcatile, quod calcat super terra. Et cap. 6. Delebo hominem quem creauit à superficie humi, ab homine usq; ad animal, usq; ad calcatile & usq; ad uolatile cœli. cap. 8. Omne uiuum quod est tecum de omni carne in uolati

tur, & macet, & perdat. Ego ueni ut uitam habeant & abundantius habeant, &c.

Quinto, cum beth in alia phrasi. Num. 31. Omnis res quæ uenit in igne, traduce tis per ignem, id est, quæ examinatur igne & igne ferre potest. Psal. 66. Venimus in igne, & in aqua, id est, pertulimus ignem & aquam, æstum & frigora. 1. Sam. 23. Et prohibuit te Iehoua ne uenires in sanguinibus, id est, ne funderes sanguines, ne fieres reus sanguinis. Cæterum si præcedit nomen, tum dicitur sine figura. Ies. 66. Iehoua in igne ueniet & quasi turbo quadrigæ eius. Sexto, quando cum beth & nomine בְּרַחֲבֵי cōstruitur, tum quoq; habet peculiarem phrasin. Gen. 18. Abrahā autem & Sara erant senes, ueneruntq; in dies. Gen. 24. At Abraham erat senex, ueneratq; in dies. Iosue 13. Et Iosua erat senex, & uenit in dies. 1. Reg. 1. Rex Dauid erat senex, uenitq; in dies. Hac phrasi Lucas etiam delectatus cap. 1. Et ambo processissent in dies, id est, essent prouectæ ætatis. Item cap. 2. Et erat Hāna prophetissa, hæc processerat in dies multos, id est, in multam ætatem. Simili phrasi legitur etiam uenisse בְּרַחֲבֵי, id est, in uiros. 1. Sam. 17. Et erat uir ille in diebus Saul, senex, ueneratq; in uiros, scilicet propter senium morbidos, & incommodis senectutis oppressos. Septimo, cum בְּרַחֲבֵי constructum habet etiā singularē phrasin. Gen. 38. Veniet pro mercede mea coram facie tua. Item Exod. 22. Si conductum fuerit, uenit pro mercede sua.

Octauo, quando de domo, uel arca, uel portis, aut ianua, uel ciuitate, quæ clauduntur, alijsuē recessibus dicitur, tum significat intrare, ingredi. Psal. 24. Eleuare portæ capita uestra, & ingredietur rex gloriæ. Ies. 26. Aperite portas, & ingredietur gens iusta. Et sic sæpe interponit בְּרַחֲבֵי Gene. 7. Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam. cap. 18. Et declinantes ingressi sunt in domum filius. Sæpe etiam cum beth. Gen. 19. Et ingressi sunt in umbram tigni mei. 2. Reg. 9. Et Iehu ingressus per portam, dicit illa. Ierem. 22. Et ingredientur per portas reges. Iere. 4. Ingridientur in condensa, & in petras ascendent. Nono, quando de ingressu uiri ad mulierem aliquam dicitur, tum honestē coniunctionem uiri & mulieris, congreddi seu coire cum muliere significat, & construitur cum בְּרַחֲבֵי Gen. 6. Et postq; ingressi sunt filij dei ad filios hominis & genuissent eis. cap. 16. Et ingressus est ad Hagar, & imprægnata est. cap. 29. Da uxore meam, quoniā dies mei impleti sunt ut ingrediar ad eam. Gen. 38. Ingredere ad uxorem fratris tui, & duc eam uxore. Psal. 50. Quādo ingressus esset ad Bathseba. Et semel legitur cum בְּרַחֲבֵי Gen. 19. Dixit primogenita ad minorem, pater noster est senex, & uir nō est in terra, qui ingrediatu seu ueniat super nos iuxta morem uniuersæ terre. Et credo uoluisse reuerentius, quā uulgaris modus loquendi erat, illam cōgressionem uoluisse significare. Est enim honestius dicere uenire sup mulierē, quā uenire in mulierē, & eā inire. Decimo, quando post se regit accusatiuū, uel affixū, tum usurpatur actiue: ut Psal. 36. Ne inuadat me pes superbiæ, & manus improborū ne pellat me.

Participiū præfens masculini generis בְּרַחֲבֵי Gen. 23. Et accepit ex eo, quod ueniebat in manū suam. Eccl. 1. Generatio abit, & generatio uenit. Et pluraliter בְּרַחֲבֵי 2. Reg. 3. Aquæ ueniunt de uia Ædom. In statu regiminum & affixorum בְּרַחֲבֵי Gen. 23. Corā omnibus ingredietibus portam. In genere fœminino בְּרַחֲבֵי Gen. 29. Et ecce Rachel filia uox ueniebat. & cap. 46. Omnis anima, quæ ingrediebatur de Iacob. Ierem. 10. Vox auditus ecce uenit. Et pluraliter בְּרַחֲבֵי Gen. 41. Ecce septem anni ueniunt.

In uoce passiuua בְּרַחֲבֵי & generaliter significat rem quæ uetura erat, alijs prædicere seu denūciare, aut prophetias de Christo ueturo & eius regno enarrare, uaticinari, prophetare. Iere. 25. Quicquid scriptū est in libro isto, & quod pphetauit Ieremias cōtra omnes Gentes. ca. 29. Pro eo qd' pphetauit uobis Semaia. Ier. 2. Et prophetae prophetauerūt in Baal. Iosue 3. Et prophetauerunt filij uestri, & filia uestræ, &c.

Participiū præfens בְּרַחֲבֵי Iere. 20. Et audiuit Pashur Ieremiam prophetantē uerba ista. 1. Sam. 10. Et factū est, ut omnes qui Saulem norāt ab heri & nudius tertius uiderentq; & ecce cum prophetis prophetabat. 1. Paral. 25. Sub manu Asaph, qui prophetabat iuxta regem. Et mox iterum: Qui prophetabat cū cithara. Et plu-

בְּרַחֲבֵי Eminentia, emicantia. Leuit. 13. Vel eminentia. Et mox iterū: Aut si eminentia alba est, in cute carnis eius. Et iterū: Eminentia alba subrubicūda. Et in distinctione sententiæ בְּרַחֲבֵי Leuit. 18. Et de scabiē & de eminentia. Et pluraliter בְּרַחֲבֵי Ibidem, Si fuerit in cute carnis eorum eminentia, & eminentia inquam, alba. Verisimile est congruentiam etiam habere cum בְּרַחֲבֵי & בְּרַחֲבֵי.

124

Licet in præterito in omnibus personis legatur abiecta litera uau, & subscripto cametz בָּ, habetq; cognationē significatione cū בָּבָא גְבַא יָבֵיב אָבִיב גִּבִּיב אָבִיב אָבִיב אָבִיב nisi quod ut forma literarū, ita modo tantū significadi inter se uariant. Significat autē generaliter uenire ad, uel in locū neutraliter, diciturq; tam de affirmatis q̄ de inanimatis. Gen. 6. Venit finis uniuersæ carnis ante me. cap. 14. Quarto decimo anno uenit Kedor Laomer. cap. 27. Venit frater tuus. cap. 43. Argentū uenit ad nos. 1. Sam. 4. Nam arca Iehoua uenerat ad castra. Psal. 44. Omne hoc usum uenit nobis. Irē de sole quoq; dicitur quādo ingreditur terras: Latini dicunt occidere. Gene. 28. Quia ingressus erat sol. Mich. 3. Ingridietur sol super prophetis illis. Et Ies. 66. ponitur cū eclipsi nominis: Veniet (tempus) ad colligendū omnes gentes. Legitur tamen tertia persona præteriti temporis pluralis numeri cum holem בָּאָרָא pro בָּאָרָא. Iere. 27. Vt nō ueniant uasa. 1. Sam. 25. Nisi festinasses, uenisses in occursum meum. ubi scribitur uerbum בָּאָרָא compositum ex secunda futuri fœminina בָּאָרָא & ex בָּאָרָא secunda persona præteriti. Secundo, quando construitur cum nomine בְּרַחֲבֵי, uel nomine proprio regionis, uel urbis, tum illa nomina assumunt à tergo litteram he paragogicā, nisi illis nominibus antepnatur uel בָּאָרָא uel בָּאָרָא uel בָּאָרָא: exēpli gratia, Gen. 12. Et uenerūt in terram Canaan. Item ibidem iterum: Cum uenisset Abram in Ægyptum. Gen. 19. Et Lot uenit in Zeir. Tertio, quando construitur in oratione cum uerbo בָּאָרָא, tum illis uerbis significatur opera fieri uocationis eius hominis, de quo dicitur, foris & domi. Deut. 31. Et dixit ad eos, filius sum centum annorū & uiginti hodie, nec possum amplius egredi & ingredi. Iosue 14. Quia le tunc fuit robur, tale robur nunc quoq; est ad bellum, ad egrediendum, & ad ingrediendū. 1. Sam. 18. Et cōstituit eū principē super mille, & egrediebatur & ingrediebatur coram populo. 1. Reg. 3. Et nunc Iehoua deus tu constituit me regē pro Dauide patre meo, & ego sum puer paruus, nec scio egredi & ingredi. 2. Reg. 11. Eritis cum rege egrediēdo & ingrediēdo ipsum. 2. Reg. 19. Sedere tuum, & egredi tuum, & ingredi tuum noui. Psal. 101. Iehoua custodiāt egredi tuū & ingredi tuum. Et Ies. 66. non temere hæc duo uerba inuertuntur, ubi sic legitur: Vt ueniat omnis caro, & adoret coram me Iehoua, & egrediētur, & uidebunt cadauera uiuorum. Sic Christus quoq; est usus Iohannis 10. Ego sum ostium, per me si quis introierit, seruabitur, & ingredietur & egrediētur, & pascua inueniet, &c. Quarto,

quando cōstruitur cum præpositione beth, & dicitur de introitu בְּרַחֲבֵי uel בְּרַחֲבֵי congregationis uel consilij, tū significat uti iure, magistratu, administratione eius congregationis uel consilij. Similiter quando cum בְּרַחֲבֵי construitur. Deut. 23. Spurius non ingredietur in Ecclesia Iehoua, nec ingredietur Ammonites & Moabites. Ies. 52. Non ingredietur in te (Ierusalem) amplius preputiatus & immundus. Gene. 49. In consilium ipsum non ingredietur anima mea. Prou. 23. Et in agrum pillorum nō ingredieris, id est, non ulurpes tibi ius. Deut. 23. Si ueneris in segetem proximi tui, decerpes spicas manu tua, &c. Psal. 26. Nō sedi cum uiris uanitatis, & cum tectis non ingressus sum. Aliquoties tamen absolute legitur pro fungi officio, ad quod uenit, & simul etiam esse efficacem. Psal. 22. Venient & annūciabunt iustitiam eius. Psal. 71. Ingridiar in potentis sustentatoris Iehoua, & prædicabo iustitiam tuā solam tuā. Prou. 26. Sic maledictio immerita nō ueniet, id est, non pene trahit, nec erit efficax. Sic etiam in nouo Testamento sæpe usurpatur: ut Ioan. 1. In sua uenit, & sui eum non receperunt. 1. cap. 5. Hic est qui uenit per aquā & sanguinem, Iesus Christus. Item 1. Io. 3. Qui cōfiteatur Christū Iesum in carne uenisse, id est, opus redēptionis, sanctificationis, iustificationis, in carne effecisse. Io. 10. Quotquot ante me uenerūt, fures sunt, & latrones. Item mox iterū: Fur nō uenit nisi ut fure-

uentum, scilicet habebit. In statu regiminis **הַבְּרִיאָה** Num. 18. Reputabitur Leuitis ac si esset prouentus arcae, & prouentus torcularis. Deut. 14. Decimando decimabis omnem prouentum seminis tui, quem profert ager singulis annis. 2. Paralip. 32. Et repositoria pro prouentu frumenti. In statu affixorum **הַבְּרִיאָה** Leuit. 25. Sed & iumento tuo, & bestia: quae est in terra tua, erit omnis prouentus eius ad absumendum. Et pluraliter **הַבְּרִיאָה** Prouerb. 14. Et abundantia prouentuum in uirtute bouis. In alijs locis omnibus ultimum uau pluralis numeri abiectum est. Genes. 47. Et erit in prouentibus, & dabitis quintam Pharaoni. Leui. 25. Iuxta numerum annorum prouentus uendet tibi. Et iterum: Quoniam numerum prouentuum uendet tibi. Deut. 33. Et propter suauitatem prouentuum solis, & propter efflorescentiam lunationum. Iere. 2. Confusi sunt a prouentibus uestris.

נְבִיאָה Yates, propheta, & proprie talis est persona, quae immediate a Deo est excitata, ut quod ei diuinitus uel in somnis, uel in uisione, uel ab angelo, uel in uerbo reuelatum est, uenturum seu faciendum alijs denunciet. Et magna semper fuit prophetarum modo in ecclesia dei, uerum etiam apud gentes gloria & reuerentia, quia Deus eiusmodi personam subinde nouis signis, & stupendis factis inclarificare uoluit & ornauit, quibus uocatio ipsius & uerbum confirmarentur. Et in populo dei prisca appellatione dictus est **נְבִיאָה** uidens, item alias **נְבִיאָה**, alias **נְבִיאָה** uir dei. 1. Sam. 9. Ecce inuenta est in manu mea quarta pars sicuti argentum, quam dabo uiro dei, ut annunciet nobis uiam nostram. Olim enim in Israel sic dicebat aliquis cum iret interrogare deum, uenite & ibimus ad **נְבִיאָה** uidentem: nam qui hodie **נְבִיאָה** uocatur, antea uocabatur uidens. 1. Paralip. 29. Sed res gestae Dauidis priores & posteriores scriptae sunt in sermonibus Samuelis **נְבִיאָה** uidentis & in sermonibus Nathan **נְבִיאָה** prophetae, & in sermonibus Gad **נְבִיאָה** prauidentis. Iudic. 6. Misit Iehoua uirum prophetam ad filios Israel, qui dixit illis, &c. 1. Sam. 3. Et nouit uniuersus Israel a Dan usque ad Beersaba quod fidelis Samuel esset pro propheta Iehoua, & adiecit Iehoua apparere in Silo, quoniam uisus est Iehoua Samueli in Silo in uerbo Iehoua. 1. Reg. 19. Elissam filium Sephar ex Abel Mehola unges in prophetam pro te. Amos 7. Non sum propheta, neque filius prophetae. Differt autem propheta a sacerdote, quod d praedicaret uentura, aut fungeretur officio concionatoris, sed sacerdos sacris praesesset in templo, non aliter atque apud nos nunc Euangelista seu concionator a pastore, qui simul etiam sacramenta administrat. Propheta erat etiam ex alijs tribubus, sacerdos tantum ex tribu Leui. Propheta clarebat miraculis, quibus fidem faciebat se a Deo uocatum, sacerdos non opus habebat miraculis, & poterat errare. Item Iere. 6. A propheta usque ad sacerdotem, quilibet facit mendacium. Genes. 20. Et dixit deus per somnium ad Abimelech, &c. restitue uxorem uiro: est enim propheta, & intercedet pro te, ut uiuas. Deinde scriptura etiam discrimen facit inter Mosen & alios prophetas, qui typus erat Christi, sicut existis locis manifestum est. Num. 12. Si fuerit propheta ipsius Iehoua uobiscum in uisione cognoscat, in somnio loquar cum eo, sed non ita seruus meus Moses, qui in uniuersa domo mea fidelis est, ore ad os loquar cum eo, & uisione, & non in aenigmatibus, & in similitudine Iehoua uidebit. Deut. 34. Non surrexit propheta amplius in Israel sicut Moses, quem nouisset Iehoua facie ad faciem, secundum omnia signa & prodigia, propter quae misit illum Iehoua, ut faceret in terra Aegypti. Et sic Christus uenturus in Mose quoque per excellentiam dicitur, eo quod ipse debebat arcanum aeterni patris consilium ex sinu ipsius depromere. Deut. 18. Prophetam suscitabo uobis e medio fratrum suorum sicut te, ponamque uerba mea in ore eius, & loquetur ad eos quaecumque mandauero ei, &c. Est praeterea propheta abusu dictus interpres interpretatus diuinae. Exod. 7. Ecce dedi te deum Pharaoni, & Aaron erit propheta tuus. Postremo & hoc tamen obseruandum, quod etsi hac prophetae appellatio proprie huic tantum personae competit, quae a deo est excitata, & errare non possit, tamen istum titulum, & officium etiam alij falso sibi usurparunt, qui neque a Deo sunt excitati, sed ex corde suo somnia comminiscuntur, ut a fide in Christum, & uerbo &

taliter **נְבִיאָה** 1. Reg. 22. Omnes prophetae prophetant sic. 1. Paral. 25. Et segregauit Dauid & principes militiae in ministerium filios Afaph & Heman & Ieduthum qui prophetabant cum citharis, nablis, & cymbalis. Et in statu regiminis **נְבִיאָה** Ier. 25. Et sunt prophetae prophetantes mendacium.

In tertia coniugatione **נְבִיאָה** personam seu rem uenire fecit, id est, adduxit, intulit, seu introduxit: & est semper transitiuum. Gen. 39. Et adduxit nobis uirum ad iludendum nobis. Deut. 9. Introduxit me Iehoua ad possidendum terram. Gen. 31. Laceratum non attuli ad te.

Participium praesens **נְבִיאָה** Leuit. 18. Adduco uos huc, ubi ponitur sine littera **נְבִיאָה** 2. Sam. 5. Sed & heri & nudius tertius, cum Saul esset rex noster, tu fuisti educator & introductor Israelis. Et pluraliter **נְבִיאָה** 1. Reg. 10. Et ipsi deferebant quisque munus suum.

Participium praeteritum **נְבִיאָה** 2. Reg. 12. De argento illato in domum Iehoua. Et pluraliter **נְבִיאָה** Ge. 43. Introducti sumus. Et in genere foeminino **נְבִיאָה** Psal. 45. Socias eius adducuntur tibi.

In uoce passiuua **נְבִיאָה** Exo. 27. Et introducetur cum uectibus in circulos. Leuit. 10. Ecce non est illatus sanguis eius intra sanctum. Legitur etiam cum **נְבִיאָה** Gen. 33. Accipe queso benedictionem, quae illata est tibi. Ezech. 40. Adducta es huc.

In quarta coniugatione **נְבִיאָה** & quod tam ad formam **נְבִיאָה** ad significationem attinet, a passiuua uoce primae coniugationis nihil discrepat. 1. Reg. 22. Et dixit rex Israel ad Iosaphat, est adhuc uir unus, ut interrogas ipsum Iehoua per ipsum, sed ego odi eum, quia non prophetabit super me bonum, sed malum. 1. Sam. 10. Et descendet super te spiritus Iehoua, & prophetabis cum eis. Num. 11. Et factum est cum proficeret super eos spiritus tuus, statim prophetauerunt. 1. Sam. 18. Et demittebat se super eum spiritus malus, & prophetabat in medio domus, & Dauid psallebat manu. 1. Sam. 10. Cessauit propheta, & uenit in Excelsum, ubi ponitur infinitiuus more uerborum in he exeuntium.

Participium praesens **נְבִיאָה** Iere. 26. Fuit uir prophetas in nomine Iehoua. Et pluraliter **נְבִיאָה** Num. 11. Eldat & Medad prophetant in castris. Et in genere foeminino **נְבִיאָה** Ezech. 13. Pone faciem ad filias populi tui, quae prophetant ex corde suo. Hic obseruabis quod **נְבִיאָה** scriptum est pro infinitiuo, hoc est, mempro he, & terminatio more uerborum in he terminantium. 1. Samuelis 10. Et compleuit prophetare.

INDE NOMINA:

- נְבִיאָה** Introitus: quanquam existimem esse infinitiuum primae coniugationis. Gene. 24. Et Izhak ueniebat ad introitum putei. 2. Reg. 13. Ab introitu domus Iehoua. Psal. 121. Iehoua custodiat exitum tuum, & introitum tuum.
- נְבִיאָה** Auentus, introitus. 2. Reg. 13. Et latrunculi Moab uenerunt in terram aduentu anni, seu ingressu anni.
- נְבִיאָה** Introitus. Ezech. 18. Et ecce ab aquilone iuxta portam altaris erat simulachrum illud amulationis in introitu.
- נְבִיאָה** Ingressus, introitus. 1. Paral. 9. Custodes introitus. Ezech. 46. Et introduxit me per introitum, qui erat ad latum. Et in statu regiminis **נְבִיאָה** 2. Reg. 16. Et introitum regis extrinsecum. 1. Paral. 4. Et abierunt ad introitum Gedor. Prou. 8. Ad introitum sanuarum clamitat. Et quando de sole dicitur, tum significat eam caeli partem, ubi sol terras tanquam in thalamum suum ingreditur, quam Latini occasum uocant. Deut. 11. Post uiam ingressus solis. Zach. 8. A terra Orientis, & a terra ingressus solis. Similiter cum affixis. Psal. 50. Ab ortu solis usque ad ingressum eius. Psal. 104. Sol nouit ingressum suum. Malach. 1. Ab ortu solis usque ad ingressum eius, id est, ubi terras ingreditur & absconditur.
- נְבִיאָה** Prouentus, einfomen. Et est nomen generale ad omnia esculenta, quae terra producit in singulos annos futuros, sicut **נְבִיאָה** reditum significat praeteriti anni. Psal. 107. Seminant agros, & plantant uineas, faciuntque fructum prouentus. Eccl. 5. Qui amat argentum & satiatur argento, & quicumque oblectatur in multitudine, non prouentum

culcauerunt sanctuariū tuum. Iere. 12. Conculcauerunt portionem meam. Amos 5. Ideo propter calcare uos super exhaustum, id est, propterea q̄ conculcatis uos super exhaustum. & scriptum est sin pro samech.

In tertia coniugatione legitur participium präteritū masculini generis בורקס le faix 14. Sicut cadauer conculcatum. In quarta coniugatione legitur participium generis foeminiini בורקסה Ezec. 16. Et cum transirem uidi te cōculcatam in sanguinibus tuis. Et mox iterū: Cū esses nuda & turpis cōculcata in sanguine tuo.

INDE NOMINA:

אבוס Calcanda, id est, praesepe ad quod animalia calcant: uide suo in loco.
מבוסח Nomen participiale, conculcatio. Ies. 18. Gentem perpendiculari & conculcationis. Et cap. 22. Quia dies tumultus & conculcationis.

מבוסחה Conculcatio, oppressio, casus. 2. Paralip. 22. Et à deo factum est, casus cum Achaziah, ut ueniret ad Ioram.

129 בורח Byssus. Est autē byssus genus subtilissimi & cādidissimi lini nascēs in Palaestina in folliculis, ut sunt papauerū folliculi, inde fit candidissima linea uestis, quae nō consumitur igni, sed purgatur flammis, ac hodie Venetis nota est. Et Chaldeus Exo. 28. Hebraeum בור per בורח interpretatur. Scribitur 1. Paral. 15. Et David erat amictus pallio byssi. 2. Paral. 2. In bysso & cocino. & cap. seq. Et fecit uelū ex hyacintho, purpura, & cocco & bysso. Esth. 1. Et hyacinthinū erat cōplexū funibus byssi.

130 בורח Vacuauit, euacuauit: congruit significatione cum uerbis בורח & בורח & Latino uacuo. Legitur in prima coniugatione actiuae uocis tantum participium präteriti temporis generis foeminiini בורחה Nahum 2. Euacuata est. In uoce passiuua בורחה Iesaiā 24. Euacuando euacuabatur terra.

In secunda coniugatione בורחה Iere. 51. Et mittam in Babylonem uentilatores, & uentilabunt eam, & euacuabunt terram eius. Sic in uoce eius passiuua בורחה. Osee 10. Vitis euacuata.

INDE NOMEN,

מבוחה Generis foeminiini, uacua. Nahum 2. Euacuata est & est uacua.

131 בורח Fouea excisa, ut in ea uel aqua plurialis colligatur, & tum cisterna dicitur, uel captiuū detineatur. Quare differt à בורח, id est, puteus, qui etsi fouea quoq̄ sit, tamē de eiusmodi tantū dicitur, quae aquas habet scaturientes & uiuas, uel bitumē scaturiens. Gen. 37. Coniecerunt eum in cisternā. Et mox iterū: Et cisterna erat uacua, & non erat aqua in ea. Exod. 21. Si aperuerit aliquis cisternam, aut si exciderit quis cisternā, & non operuerit eam. Leuit. 11. Sed fons, & cisterna collectio aquarū erit munda. Iesaiā 51. Respiciate ad petram unde excisi estis, & ad caueam cisternae, qua eruti estis. Exo. 12. Usq̄ ad primo genitū captiuū, qui est in domo foueae. Psal. 7. Foueam excidit & infodit eam. Psal. 28. Assimilatus sum cum descendentibus foueam. Porro בורח prouerbialiter usurpant Iudaei pro eo quod Graeci dicunt εὐχάλα & Latini ad malam crucem, seu ad scalas Gemonias. Et Germani corruptis uerbis lordebor. Iesaiā 14. Descendentes ad lapides foueae. Prouerb. 28. Homo obnoxius fusi sanguinis ad foueam usq̄ fugiet; & illa non sustinebit illum. Iere. 37. Et uenit Ieremias ad domū foueae. & cap. 38. Et acceperūt Ieremiam & conecerūt eum in foueam. Zach. 9. Demisisti uinctos tuos de fouea, in qua non est aqua. Et semel cū aleph pro uau בורח 2. Sam. 23. Et percussit leonē in medio foueae in domo niuis. Legitur etiam cum he motum ad locum denotante בורחה Gene. 37. Et coniecerunt eum in cisternam. In statu affixorū manet inuariatū. Prou. 5. Bibe aquas cisterna tua, & fluente ē medio putei tui. Ibi habetur differentia inter hanc duo nomina. Item Ies. 36. Et bibent quisq̄ aquas cisternae suae. Et pluraliter בורחה Genes. 37. Et conijciamus eum in unam cisternarum. Deut. 6. Et cisternas excisas, quas non excidistis. 1. Sam. 13. In praeceptis & in foueis.

132 בורח Ut uerbum בורח de corporali pedum conculcatione dicitur, ita בורח similiter ut בורח ad animum & spiritū transfertur, quādo in ipso periculo seu malo deijcitur, con

con

uero cultu Dei ad Baalim & commentitia numina adducant, quorum saepe in scriptura fit mentio. Deut. 31. Si surrexerit in medio tui propheta, aut somnator somnii, &c. Et pluraliter בורח 1. Sam. 28. Et non respondit ei Iehoua, neq̄ per somnia, neq̄ per Urim, neq̄ per prophetas. Num. 11. Utinā uniuersus populus Iehoua essent prophetae. 2. Reg. 23. Et cunctis habitatoribus Ierusalem cum eo, & sacerdotibus & prophetis, &c. 1. Sam. 10. Occurres cōtū prophetarum. Et ibidē iterum: Num & Saul inter prophetas. 1. Reg. 18. Et accepit Obadiahu centum prophetas & occultauit eos. 2. Reg. 2. Et egressi sunt filij prophetarum, qui erant in Bethel ad Elissam. Et mox iterum: Et quinquaginta uiri de filijs prophetarum. Et in statu regiminis בורח 1. Reg. 18. Et prophetas Baal, & prophetas lucorum. Threnor. 2. Etiam prophetae eius non inuenerunt uisionem à Iehoua. 1. Reg. 22. Et ero spiritus mēdax in ore omnium prophetarum. Et in genere foeminiini בורחה prophetes, prophetissa. Exo. 15. Et accepit Miriam prophetissa soror Aaronis tympanum. Iudic. 4. Debora mulier prophetissa uxor Lapidis ipsa iudicabat eo tempore Irael. Neh. 6. Sed & Noadiah prophetissa & reliquorum prophetarum, quanquam multi uelint Noada nomen esse proprium uiri.

נבוחה Vaticinium, prophetia. Nehe. 6. Quia prophetiam loquebatur super me. 2. Paral. 15. Et propheta Hoded propheta. ubi ponitur pro בורחה sicut legitur cap. 9. Et in propheta Achijahu Silonita.

125 בורח Abiecit animo conculcandum, cōculcauit animo, ex alto despexit, indignatus est alicui, id est, non existimauit dignum, dedignatus est. Et congruit significatione cū uerbis בורח & בורח nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se dissentiant. Et plerunq̄ construitur cum datiuo mediante articulo lamed, 2. Reg. 29. Indignata est tibi, subsannauit te uirgo filia Zion. Prouer. 23. Quoniam indignabitur intellectū dictorum tuorum. Et semel cum accusatiuo. Prouer. 11. Sapientiam & disciplinam stulti dedignantur.

Participium praesens בורח Prouer. 11. Indignans proximo deficiens est corde. & cap. 13. Qui indignatur uerbo, dolorem infert sibi.

INDE NOMEN,

119 Dedignatio, despectus, despectio. Gen. 38. Ne quādo simus in despectione. Iob 12. Fax despectionis cogitationibus securi. Et mox iterum, & Psal. 107. Effundit dignationē seu despectionem super principes. & cap. 31. Aur despectus familiarum prostrauit me. Psal. 31. In superbia & despectione. Prou. 19. Vbi ingreditur improbus, ingreditur etiam despectio. Et in forma foeminiina: בורחה. Neh. 4. Audi deus noster, quoniam facti sumus despectio.

126 בורח Tantum uisitatū est in passiuua uoce primae coniugationis בורחה & significat distrahī, diuagari: significatione cōgruit cū uerbis בורחה בורחה בורחה בורחה nisi q̄ ut forma, ita modo significandi inter se uariēt. Ioel. 1. Distracti sunt greges armentorū. Participium präteritum בורחה Exod. 14. Distracti sunt in terra. Et in genere foeminiini בורחה Elther 3. Et ciuitas Susān distracta.

INDE NOMEN,

מבוחה Distractio. Iesaiā 22. Quoniam dies tumultus & conculcationis, & distractionis Iehoua dei exercituum. Et cum affixo. Mich. 7. Nunc erit distractio eorum.

127 בורח Eiusdem cum בורח significationis: legitur semel in tertia coniugatione Iesaiā 64. Et emarcuimus tanquam folium, omnes nos.

128 בורח Calcauit, conculcauit pedibus, pessum dedit: congruit significatione cū uerbis בורח & בורח nisi q̄ ut forma, ita modo tantū significandi inter se differant. Psal. 44. Et ipse conculcabit aduersarios nostros. Prou. 27. Anima satura cōculcat fauē. Ies. 14. In terra mea & super montibus meis cōculcabo eum. & cap. 63. Cōculcabo populos in ira mea. Participium praesens בורחה & habet holem pro cametz. Ezech. 10. Et erunt quasi fortes conculcantes in lutum platearum in bello. In secunda coniugatione בורחה fortiter cōculcauit. Ies. 63. Aduersarij nostri conculca-

conculca-

direptoribus. Et cum affixo. Et fors diripientibus nos.

Participiū präteritum דירי. Iesaiā 42. Et ipse populus direptus & conculcatus. In uoce passiuā דירי Iesaiā 24. Diripiēdo diripietur. Amos 3. Et diripiētur palatia tua. In secunda coniugatione uocis passiuā legitur semel דיר, Ieremiā 5. Et diripientur.

INDE NOMINA:

13 Direptio, quæ sit conculcatione & cum despectu direpti. Num. 14. Paruuli nostri fierent in direptionem. 2. Reg. 21. Et erunt in direptionem. Iesaiā 10. Et ad diripiendum direptionem. Et cap. 42. Fuerunt in direptionem. Ier. 15. Substantiam tuam & thesauros tuos in direptionem dabo. Ezech. 34. Et nō erunt amplius direptio genitibus. Et in distinctione דיר Num. 31. Et fuit abductio ultra direptionem. Iesaiā 8. Festina direptionem.

14 Direptio. 2. Par. 25. Et diripuerunt direptionem magnam. 2. Para. 28. Captiuitatem & direptionem coram principibus. Dan. 11. Direptionem & spoliū.

15 Nomen collectiuum, de quo suo in loco.

vel festina, sicut dicitur in Iesaiā 8.

134

דיר

Diripuit conculcatione, & pulsatione seu cōmissione rei quæ diripitur: & congruit significandi cum uerbis דיר ביש ביש ביש ביש nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se discrepant legitur tantum semel Iesaiā 19. Cuius diripuerunt flumina terram eius.

135

דיר

Abiecit animo conculcandum, conculcauit animo, id est, despexit ex alto, & alto supercilio dedignatus est, indignatus est alicui, id est, non existimauit eum dignum: & cōgruit significatiōe cum uerbis דיר ביש & דיר ביש ביש nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se tantum uariant: at cum דיר non tantum significatiōe, uerū etiam modo significandi & constructione congruit: construitur enim cum datiuo mediante articulo lamed, & cum accusatiuo mediante articulo ה. 2. Sam. 6. Et indignabatur ei in corde suo. Num. 15. Nam uerbum dei dedignatus est, & mandatum eius labefactauit. Psal. 22. Quia non despexit, neq; execratus est oppressionem oppressi. Psal. 69. Et uinctos suos non despexit. Ezech. 17. Despexit iumentum ut labefactaret pactum. Genes. 25. Et despexit Esau primogenituram. 1. Sam. 10. Et despexerunt eum, neq; attulerunt ei munus. 1. Sam. 17. Et uidit Dauid & despexit eum. Psal. 51. Cor contritum & confusum deus non despiciet.

Construitur semel cum על Nehe. 2. Subsannauerūt super nos, & indignati sunt super nos. Quarto, cum nomine עינים Esther 3. Et despexit in oculis suis mittere manum in Mardocheum solum, id est, indignum uidebatur.

Participiū præfens דיר Prover. 15. Stultus homo despicit matrem suam. cap. 19. Despicens uias suas, morietur. Et pluraliter דירי. 2. Paral. 36. Et erant contumeliosi in legatos dei, & despiciēbant uerba eius. Et in statu regiminis. 1. Sam. 2. Et despicientes me leues erunt. Malach. 1. Despectores nominis mei.

Participiū präteritum masculini generis דיר Iere. 49. Despectum inter homines. Abd. 1. Despectus tu uehementer. Psal. 22. Opprobriū hominum, & despectus populo. uel ut sit nomen uerbale, Despectio populi. Et in genere foeminiño דירי Ecclē. 9. Et sapientia pauperis despecta est. In uoce passiuā legitur participiū masculini generis דירי Psal. 15. Despectus in oculis suis. Psal. 119. Modicus ego, & despectus. Iesaiā 53. Despectus, & cessatio uirorum. Dan. 9. Et stabit in loco eius despectus. Et pluraliter דירי Malac. 2. Dedi uos despectos.

In tertia coniugatione דירי Esther 1. Et egredietur factū reginæ ad omnes mulieres, ut despiciant maritos suos in oculis suis.

INDE NOMINA:

16 Despectus, indignatio, sicut אר נא nomen דיר Zach. 4. Quæ est indignatio diei exiguarum, scilicet rerum.

17 Despectus, despectio, indignatio. Esther 1. Et erit plus satis indignationis, & iræ. Despe

consternatur, & cōculcatur, ut homo pudore rigescat, fiatq; aridus & pallidus, foeteat ac pudefiat: sicut ex דיר & דיר intelligi potest, & ex Deu. 34. Neq; fugit uitor eius. Vnde etiam cognationem quandam significatione habet cum uerbis דיר & דיר nisi quod ut forma parum, ita modo tantum significandi inter se differant. Et quia in lingua Latina simile non habetur, quod illi respōdeat, cogit necessitas exponere uerbo pudeferi. Coniugatur autem in prima coniugatione irregulariter: seruat enim in präterito holem, & futurum habet in prima zere loco cametz. Iere. 48. Quomodo uerit ceruicem Moab, pudefactus est. & cap. 50. Pudefacta est mater uestra ualde. Psal. 22. In te confisi sunt, & non pudefacti sunt. Esd. 9. Quoniā pudore affectus sum petere à rege exercitum & equites, id est, ueritus sum. Et iterum: Et dixi, pudore afficior & erubescō leuare faciem meā ad te Deus meus. 2. Reg. 19. Et habitatores eorum abbreviati manu consternabuntur & pudore afficientur, erunt uelut gramē agri & olus germinis, &c. Iob 19. Non pudore affecti estis, quod ignotos feceritis uos mihi. Psal. 6. Pudefient & perterrebuntur uehementer omnes inimici mei, auersi pudefient subitō.

Participiū præfens דיר Ezech. 32. A fortitudine pudefacti sunt. In secunda coniugatione דיר rigit, substitit. Exo. 32. Et uidit populus, quod substitisset Moses descendere de monte. Iud 5. Quare substitit currus eius uenire. In tertia coniugatione דיר pudefecit, pudore affecti. Psal. 44. Et ofores nostros pudefecisti. Psal. 53. Pudefecisti, quia deus reiecit eos. Psal. 119. Iehoua ne pudefacias me. Psal. 14. Consiliū afflicti pudefecisti, quia Iehoua tutela eius est. Participiū præfens, quod tamen sæpe uice nominis usurpatur דיר Prover. 10. Dormit tempore messis pudendus. cap. 17. Seruus prudens dominabitur in filium pudendum, id est, ignaum, rigidum, & qui substitit. cap. 29. Et puer dimissus pudendus est matri suæ. Et in genere foeminiño דיר Prover. 12. Et quasi putredo in ossibus eius est pudenda.

In quarta coniugatione דיר Gen. 2. Et erant ambo illi nudi, Adam & uxor eius, neq; pudebant se.

INDE NOMINA:

18 Pudor. Iud. 4. Et expectauerunt usq; ad pudorem. 2. Reg. 2. Et insisterunt in eo usq; ad pudorem. 2. Reg. 8. Statuitq; illo faciem suam, & posuit ad pudorē usq; & fleuit uir dei. Et in forma foeminae דיר Ezech. 7. Et in omnibus faciebus erit pudor.

19 Pudor. Psal. 89. Operuisti super eum pudorem. Abd. 1. Propter iniuriam fratris tui Iacob operiet te pudor. Mich. 7. Et operiet eam pudor.

20 Pudor. Psal. 35. Induantur pudore & ignominia. Sic quoque in statu regiminis. 2. Para. 32. Et reuersus est cum pudore faciei in terram suam. Esd. 9. Et in despectio-nem & in pudorem faciei. Dan. 9. Nobis autem pudor facierum. Cum affixis murtat holem in hatephcametz. 1. Sam. 20. Nonne scio, qd eligis tu filium Isai in pudorem tui, &c. Psal. 69. Tu nosti opprobrium & pudorem mei. Ierem. 3. Nos iacemus in pudorem nostri.

21 Pudenda, uerenda. Et cum affixo. Deut. 25. Et apprehenderit pudenda eius.

22 Pudor. Osee 10. Pudor Ephraim corripiet.

133

דיר

Reddidit aliquid despicabile, abiectū, & uile, quod sit cū proculcando diripitur. Vnde licebit uerbo diripiendi uertere, atq; de direptione multiplicium rerum dicitur, ut hominū, pecorum, ciuitatū, palatiorum, castrorū, thesaurorū, aurī, argenti, aliarumq; rerum. Et congruit significatiōe cū uerbis דיר ביש ביש ביש ביש nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Num. 31. Et omnia pecora eorum, & omnem substantiam eorū diripuerunt. Gen. 34. Et diripuerunt ciuitatē. Et mox iterum: Et omnes paruulos eorum, & mulieres eorum captiuaerūt & diripuerunt. 1. Samu. 14. Descendemus post Philisthaeos noctu, & diripiemus in eis usq; ad lucem matutinam. Nahum 2. Diripite argentum & diripite aurum.

Participiū præfens דיר 2. Paral. 20. Diripientes spoliū. Iesaiā 42. Et Israel diripito-

gerenda siue domi, siue militia. Cant. 5. Electus ut cedri. Deut. 32. Tam electum, q̄ uirginem, id est, iuuenem. 2. Sam. 6. Et collegit porro Dauid omnem electum in Israhel. Et pluraliter in statu regiminis בְּחַרְיִי 1. Sam. 26. Tria millia uirorū electorum Israhel. 2. Sam. 10. Et elegit ex omnibus electis Israhel. Et quando pluraliter cū affixō singulari reciproco ponitur, tum est temporis, id est, iuuentus. Num. 11. Et respondit Iosua filius Nun minister Mōsi, quem elegerat a iuuentute eius.

בְּחַרְיִי Electus, id est iuuenis: & est usitatum in plurali בְּחַרְיִים Iud. 14. Sic faciunt iuuenes. Psalm. 148. Iuuenes atq; etiam uirgines. Iesaię 13. Non educaui iuuenes. Item בְּחַרְיִים Ier. 31. Et iuuenes & senes. Et in statu regiminis בְּחַרְיִי Psalm. 78. Et iuuenes Israhel curuare fecit. Ezech. 23. Iuuenes desiderij, & cap. 30. Iuuenes concupiscentię. Similiter in statu affixorum. 2. Paral. 36. Et occidit iuuenes eorum gladio. Iesaię 9. Super iuuenibus eius nō lætabitur Iehoua. Ioel. 2. Iuuenes uestri uisiones uidebūt. Item cum kybutz. 2. Reg. 8. Et iuuenes eorum gladio occides.

בְּחַרְיָה In forma pluralis numeri, iuuentus. Ecclesiast. 12. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuę.

בְּחַרְיָה Nomē uerbale, electus. Et in statu regiminis ac affixorum בְּחַרְיִי 2. Samuelis 21. In Gibbeath Saulis electi Iehoua. Psalm. 107. Nisi Moses electus eius stetit in ruptura. Et in plurali nihil uariat. Psalm. 105. Electi tui. Psalm. 106. Electi mei. Iesaię 42. Electi eius.

בְּחַרְיָה Et in statu regiminis בְּחַרְיִי electio seu electum. Gen. 23. In electione sepulchrorū nostrorum sepeli mortuum tuum. Ier. 48. Et electio iuuenum eius descēderunt. Ezech. 23. Electionem filiorum Assur. Et pluraliter בְּחַרְיִים Dan. 12. Et populus electionū eius.

בְּחַרְיָה Inconsideratē pronunciauit, temere effudit, deblaterauit: & dicitur de pronunciatione siue bona siue mala. Leuit. 5. Aut si anima iurauerit pronuncians malefacere uel benefacere, quacunq; in re protulerit homo cum iuramento. Psalm. 106. Quod proferrer labijs suis. Participium præsens cum he pro alyph בְּחַרְיָה Prouerb. 12. Pronuncians, est uelut confossiones gladij.

INDE NOMEN,

בְּחַרְיָה Enūciatio, pronunciatum. Num. 30. Aut enūciatio labiorum eius, qua obligauit se super anima sua.

בְּחַרְיָה Confidit, fiduciam habuit seu collocauit, confidens fuit, & per metalepsim audax & securus fuit, eod quod confidentiam sequitur securitas, & opponitur pusillanimitati, dubitationi, & timori seu trepidationi: significat enim se firmiter inniti. Absolutē. Iesaię 12. Ecce deus salus mea confidam, & non formidabo. In regimine autem trifariam construitur. Primo, cum ablatiuo mediante præpositione beth. Psalm. 13. Ego autem in misericordia tua confidi. Psalm. 28. In ipso confidit cor meum. Ier. 17. Maledictus, qui confidet in homine. 2. Reg. 18. In Iehoua deo Israhel confidit. Psalm. 112. Paratum est cor eius confidere in Iehoua. Secundo, aliquid quando construitur cum בְּ ad, in, erga, importans motum ad personam seu locum. Iudic. 20. Quoniam confidebant in loca insidiarum. Psalm. 4. Sacrificate sacrificia iustitię, & confidite in Iehoua. Psalm. 31. Ego autem in Iehoua confidi. Prouerb. 3. Confide in Iehoua toto corde tuo. Tertio, construitur cum בְּ 2. Reg. 18. & Iesaię 36. Super quo confidisti, quod rebellis es contra me. Iesaię 36. Confidisti super baculo arundineo. Psalm. 31. Ego autem confidi super te Iehoua.

Participium præsens בְּחַרְיָה uel etiam sine uau, absolutē confidens, securus. Iud. 38. Et uiderunt populum in ea sedentem secūre iuxta morem Zidoniorū tranquillū & securū. Prou. 14. Sapiens est timidior, & declinat a malo, sed inconsideratus transit & est securus. Et cū beth. Deut. 28. Et munitiones in quibus tu confidis. Psalm. 12. Quoniam rex confidit in Iehoua. Et pluraliter בְּחַרְיִים 2. Reg. 18. Sic Pharao rex Aegypti confidentibus super ipso. Psalm. 49. Qui confidunt super substantiā suā. Psalm. 125. Qui confidunt in Iehoua. In genere fœminino בְּחַרְיָה. Ierem. 49. Quæ

Quæ

בְּחַרְיָה Despectio, abiectio. 1. Sam. 15. Sed quodcūq; opus despectum & languidum, hoc ipsum deuouerunt.

בְּחַרְיָה Fulgur: quidam idem significare autumant quod בְּחַרְיָה eod quod medię literę sint eiusdem instrumenti, & commutabiles: potest etiam cognationem habere cum nomine זְרַיִם Ezech. 1. Et animalia ibant, & redibant secundū aspectū fulguris.

בְּחַרְיָה Nomen ciuitatis in terra Canaan. Iudic. 1. Et percussit eos in Bezek. Et in distinctione sententię בְּחַרְיָה 1. Sam. 11. Et recensuit eos in Bezek.

בְּחַרְיָה Distraxit. Et congruit significatione cum uerbis בְּחַרְיָה בְּחַרְיָה Psalm. 68. Distraxit populos, qui prælia cupiunt. Danielis 11. Prædam & spoliū & substantiam inter ipsos distrahet.

INDE NOMEN,

בְּחַרְיָה Leopardus, de hoc suo in loco.

בְּחַרְיָה Abhorruit. Et uidetur cognationē habere significatione cum uerbo בְּחַל. Item cum uerbo חָלל. Item literarum transpositione cum חָל in altero eius modo significandi. Et legitur semel tantum. Zachar. 11. Atq; etiam anima eorū abhorruit erga me: uel ita, Atque etiam anima ipsorum dissoluitur, seu dolore afficitur erga me.

בְּחַרְיָה Probauit, examinauit, explorauit. Iob 23. Probauit me, sicut aurum exibo. Psalm. 17. Probasti cor meum. Malach. 3. Probauerunt deum. Iob 34. Quia auris dicta probabit. Psalm. 11. Iehoua iustum probabit. Psa. 81. Probabam te apud aquas conuentionis. Zach. 13. Probabo eos secundū probare aurū, id est, sicut probatur aurū.

Participium præsens בְּחַרְיָה Psalm. 7. Et probans corda, & renes deus iustus. Ierem. 17. Probans renes.

In uoce passiuā בְּחַרְיָה Iob 34. Probetur Iob. Gen. 42. Et probabuntur uerba uestra. Et mox iterum: In hoc probemini.

INDE NOMINA:

בְּחַרְיָה Probator. Iere. 6. Probatorem posui te in populo meo.

בְּחַרְיָה Probatio. Iesaię 28. Fundabo in Zion lapidem probationis. Ezech. 21. Quia probatio, sed quid, si etiam uirga reijciens non erit.

בְּחַרְיָה Vallum, munitio, quæ probata est cōtra oppugnationem obsidentium. Iesaię 32. Clausa & munitio facta est in cavernam.

בְּחַרְיָה Munitiones, quæ sunt probatæ contra oppugnationes hostium. Iesaię 23. Erexerunt munitiones eius.

בְּחַרְיָה Delegit, elegit: & nonnulli arbitrantur esse compositum ex beth & חַרְיָה candidum, q̄ quæ sunt candida & ingenua, eligantur & approbentur: alij participare cum uerbo חַרְיָה a quo ut transpositione tantum literarum, ita modo significandi differat, deinde contrariam etiā habere significationem cum uerbis חַרְיָה & בְּחַרְיָה construitur frequentissime cum accusatiuo, interdum etiam cum ablatiuo mediante præpositione beth. Deut. 7. In te delegit Iehoua, id est, delectum habuit. 2. Sam. 24. Elige tibi unum ex illis. Iosue 24. Eligite uobis, quæ colatis. Iob 23. Eligā uiam illorum. Psalm. 25. In uia quam eliget. 1. Sam. 2. Et eligendo eum ex omnibus baculis Israhel. Iesaię 7. Ut faciat reprobare malum, & eligere bonum. Ezech. 20. In die eligendi me in Israhel.

Participium præsens בְּחַרְיָה 1. Samuelis 20. Eligis tu in filio Isai. Zach. 3. Qui eligit in Ierusalem.

Participium præteritum בְּחַרְיָה require inter nomina.

In uoce passiuā legitur tantum participium בְּחַרְיָה Prouerb. 8. Et scientiam potius quàm aurum electum.

In secunda coniugatione uoce passiuā בְּחַרְיָה Eccles. 9. Quia quicquid eligitur apud omnes uiuentes est fiducia.

INDE NOMINA:

בְּחַרְיָה Participium seu nomen participiale, Electus, scilicet ex grege ad munitia publica gerent.

proportionabiliter distinguere, quale fieri debeat, ut ordine & comode in eo habetur, uerbum **בנה** significat. Differt autem a uerbo **בנה** quod nimirum hoc de luce in mente, qua res aliqua certe cognoscitur aut agitur, sed uerbum **בנה** dicitur de discretione & iudicio, quo res inter se similes, aut dissimiles prudenter intelliguntur, id est, distinguuntur & dijudicantur, ut infra uidebimus in nominibus: commode igitur Hieronymus uerbo Latino, *Intelligo, reddidit, quod est compositum ex inter & lego, ut discernere intrinsecus in intellectu, & penitus considerare & curare significet, sicut in tertia coniugatione, in qua huius uerbi crebrior usus est, ex circumstantiis constructionis atque exemplis clarius elucebit. Nunc exempla primae coniugationis adducam. Deut. 32. Recordare dierum seculi, intelligite annos singularium aetatum, id est, expendite. Dan. 9. Ego Daniel intellexi in libris. Psal. 94. Intelligite bruti in populo. Psal. 139. Intendis cogitationi meae a longe. Proverb. 23. Si sederis ad comedendum panem cum potentiore, intelligendo intelliges, quae sunt coram te, ubi prius est infinitiuus primae coniugationis.*

Participium praesens pluralis numeri masculini generis **בנים** Iere. 49. Ablatum est consilium ab intelligentibus. alij tamen legunt a filiis.

In uoce passiva **בנה** intelligentia seu intellectu praeditus fuit. Iesaiæ 10. Quonia dixit in fortitudine manus meae feci, & in sapientia mea, quia intelligentia praeditus fui, ubi tamen schurek loco holem legitur.

Participium praesens **בנה** sed quia nominaliter usurpatur, nec aliud nomen cretum ab isto uerbo deriuatur, quo intelligens significetur, infra inter nomina sub scribere uolui.

In secunda coniugatione **בנה** & est transitiuum: legitur semel tantum in tota scriptura Deut. 32. Circumduxit eum, intelligentem fecit eum, conseruauit eum sicut pupillam oculi sui.

In tertia coniugatione **בנה** intellexit, scilicet, cum discrimine, obseruauit cum iudicio, dijudicauit. Et uarie construitur, & secundum eius constructionem necesse est etiam uariare in Latina lingua interpretationem. Primo, absolute legitur. 1. Reg. 3. Ad intelligendum inter bonum & malum, id est ad dijudicandum. 2. Reg. 3. Sed petisti tibi intelligere ut audire possis iudicium. 1. Sam. 3. Et intellexit Eli quod Iehoua uocaret puerum. 2. Sam. 12. Et intellexit Dauid quod mortuus est natus. Psal. 82. Nihil norunt, neque intellexerunt, sed in tenebris uersabantur. Psal. 94. Et dixerunt non uidebit Iehoua, neque intelliget deus. Secundo, construitur cum accusati uo mediante articulo **ה** Psal. 92. Et stultus non intelliget istud. Iesaiæ 28. Et quem intelligere faciet auditum, id est, uerbum. Legitur tamen saepius sine articulo. Iob 28. Deus intellexit uiam eius. Psal. 119. Errata quis intelliget. Iesaiæ 40. An non intellexistis fundamenta terrae? Mich. 4. Et intellexerunt consilium eius. Tertio, cum affixis, & fit transitiuum. Psal. 119. Viam mandatorum tuorum fac intelligere me. Et mox iterum: Fac intelligere me, ut discam mandata tua. Quarto, cum **לך** Psal. 28. Quoniam non animaduertunt ad opera Iehoua. Quinto, cum lamed. Deut. 32. Vtina animaduerteret ad nouissimum suum. Iob 6. Et ubi errauerim, intellectum praebete mihi. Psal. 78. Animaduertebam ad nouissimum eorum. Prou. 14. Sed callidus animaduertet ad gressum suum. Sexto, cum **לך** praepositione. Dan. 11. Et super deo patrum suorum nihil intelliget, & super desiderio mulierum, & super omni deo nihil intelliget, quia supra omnia magnificabit se, non habebit ullum discrimen inter deos & religiones, nec inter desiderium mulierum extra uel intra matrimonium existentium. Septimo, cum praepositione beth. Dan. 11. Et Daniel intelligens fuit in omni uisione & somnijs, id est, peritus. Psal. 49. Homo cum esset in pretio, non intellexit. Neh. 13. Veni Hierosolyma, & intellexi in malo, quod fecerat Elia sub. Esd. 8. Et intelligebam in populo & in sacerdotibus. Neh. 8. Et intelligebant in lectione. Octauo, legitur semel dici de re inanimata & metaphoricè pro sentire. Psal. 58. Antequam intelligant ollae uestrae Rhamnum.

Participium praesens **בנה** intelligens, habens intelligentiam, is qui intelligit.

Quae confidis in thesauris eius. Et pluraliter **בנות** Iesaiæ 32. Filiae confidentes audite sermonem meum.

In tertia coniugatione **בנה** confidere fecit: & construitur cum accusati uo mediante articulo **ה** 2. Reg. 18. & Iesaiæ 36. Et ne confidere faciat uos Hiskia in Iehoua. Iere. 28. Et tu confidere fecisti populum istum super mendacios.

Participium praesens **בנה** Psal. 22. Qui confidere facis me super uberibus matris meae.

INDE NOMINA:

בנה Fiducia, confidentia, securitas. Iob 6. Pudescent, quando est confidentia.

בנה Fiducia, confidentia, securitas. Iudic. 8. Et percussit castra, quae castra erant securitatis. Ezech. 30. Ad terrendum Aethiopiam securitatis. Iesaiæ 32. Et opus iustitiae tranquillitas, & securitas perpetua. Et quando cum uerbo construitur, transit in naturam aduerbii. Gen. 34. Et adorti sunt ciuitatem confidenter, id est, audacter. Deut. 33. Et commorabitur Israel confidenter solus, id est, secure, tuto. Saepè tamen accessit a fronte literam lamed **ל** confidenter, secure. Leuit. 25. Et habitabitis secure super ea. Psal. 116. Veruntamen caro mea quiescet confidenter, id est, non uidebit corruptionem. In statu affixi semel legitur mutato saegol in hirik. Iere. 48. Fiducia tua in factis tuis, & in thesauris tuis.

בנה Fiducia, confidentia, securitas, forma foeminea. Iesaiæ 30. In tranquillitate, & in fiducia erit fortitudo uestra.

בנה Fiducia, confidentia, securitas, audacia. 2. Reg. 18. & Iesaiæ 36. Quae est confidentia ista, qua confidis. Eccl. 9. Illi qui eligit uiuentium habere societatem est confidentia.

בנה Fiducia, confidentia, securitas. Psal. 65. Fiducia omnium finium terrae. Prouer. 25. Deus malus, & pes uacillans confidentia temerarij in die angustiae. In statu affixorum. Iob 8. Domus aranei fiducia eius. Iob 18. Abrumpetur a tabernaculo suo fiducia eius. & cap. 48. Sicut confusa est domus Israel a Bethel fiducia ipsius. Et pluraliter **בנות** Iesaiæ 32. Et sedebit populus meus in habitaculo pacis, & in mansionibus securitatum. Et cum affixis. Iere. 2. Quonia nauseam habet Iehoua in confidentijs tuis. Et in forma foeminea **בנות**. Prouer. 21. Ciuitatem heroum transtendit sapiens, & domat regnum securitatis.

בנות Forma pluralis numeri, securitates. Iob 12. Felicia sunt domicilia uastantium, & securitates irritantium Deum; id est, multa securitas.

בנות Pepones. Num. 11. Comedebamus in Aegypto gratis cucumeres, & pepones. Nomen est aut Aegyptiacum, aut appellationem habet a securitate, qua terra firmiter incumbit.

¹⁴³ **בטל** Congruit significatione cum uerbis **לכס** & **לכל** nisi quod ut forma, ita modo tantum significandi inter se uariet, & significat neutraliter impingere, offendi. Eccl. 12. Impingent molares, quia pauciores sunt. Nec alibi uspiam in scriptura sacra reperitur.

¹⁴⁴ **בטן** Uterus, uenter, & tam de uiri uentre, quam de mulieris utero dicitur. Num. 11. Vt intumescat uterus. Iesaiæ 46. Qui portamini ab utero. Iere. 1. In utero noui te. Prouer. 13. Venter improborum deficiet. 1. Reg. 7. E regione uentris. Et in distinctione sententiae. Gen. 30. Qui prohibuit a te fructum uteri. Psal. 127. Merces fructus uteri. Et in statu affixorum mutat prius saegol in hirik, & alterum in seua. Iob 19. Et gratificabar liberis uestris mei. Deut. 28. Malédicus fructus uteri tui. Osee 9. Et occidam desiderabilia uteri eorum.

בטנים Dactyli, a similitudine uteri, in quo continet fructus. Ge. 43. Dactylos & amygdala.

¹⁴⁵ **בנה** Congruit significatione cum uerbo **בנה**, nisi quod ut forma, ita modo tantum significandi inter se discrepant. Significat enim proprie intrinsecus in mente & intellectu, ordine & certa quadam dispositione distinctioneque & iudicio intendere, considerare, & curare, qualis res aliqua sit, aut esse oporteat, non aliter quam in architectonica, domum seu aedificium intrinsecus arte in sua habitacula, regiones & partes propor-

pietentem, gnarum industriae & intelligentiae. Job 28. Declinare à malo est intelligentia. Prouerbio. 1. Ad intelligendum sermones intelligentiae. cap. 23. Veritatem compara, & non uende, sic sapientiam, & disciplinam & intelligentiam. Ierem. 23. In nouissimo dierum intelligetis in ea intelligentiam. Danielis 1. Et quicquid erat sapientiae intelligentiaeque, quod quarebat ab eis rex. cap. 8. Cum uiderem ego Daniel uisionem quarebam statim intelligentiam. Iesaiæ undecimo. Et quieuit super eum spiritus lehoua, spiritus sapientiae & intelligentiae, &c. Et in statu regiminis **בְּיַמֵּי** Prouerb. 30. Et non est intelligentia hominis mihi. Iesaiæ 29. Et intelligentia intelligentium eius absconderur. Et cum affixis. Job 20. Et spiritus de intelligentia mea respondit mihi. Prou. 23. Ab intelligentia tua desiste. Et pluraliter **בְּיָמָיו** Iesai. 27. Quonia populus est non intelligentiarum, id est nullus intelligentiae.

הַבְּנִיָּה Intelligentia, prudentia. Prouerbior. 8. Intelligentia dabit uocem suam. ubi de aeterna illa & diuina intelligentia dicitur, quae est ipse deus. Exod. 32. Et impleui eum spiritu Dei in sapientia, & in intelligentia, & in scientia, & in omni arte. ubi pro dono spiritus ponitur. Item Prouerb. 24. In sapientia aedificabitur domus, & in intelligentia confirmabitur. Et obseruandum est, quando de Deo dicitur, quod aliquid in intelligentia fecerit, tum intelligendum est non ut sit in deo **בְּיָמָיו**, sed ad prouidentiam ipsius referendum est in rebus creatis, qua eas certo ordine & certa ratione ac dispensatione ordinauit, & adhuc gubernat ac moderatur. Psalm. 136. Facienti coelos in intelligentia, id est certa ordinatione, & certo siderum cursu, distinctisque temporum uicibus. Prouerb. 3. Confirmauit coelos in intelligentia. Et in statu affixorum. Psalm. 147. Et intelligentiae eius non est numerus. Iere. 10. Qui fecit terram in uirtute sua, confirmat orbem in sapientia sua, & intelligentia sua extendit coelos. Prouerb. 5. Ad intelligentiam meam inclina aurem tuam. Osee 13. Et fecerunt sibi constatile de argento suo, iuxta intelligentiam suam. ubi tamē **בְּבִינָתָם** legitur pro **בְּבִינָתָם**. Porro R. Dauid putat positum pro **בְּבִינָתָם** secundum similitudinem suam. Et pluraliter **בְּבִינָתָם**. Psalm. 49. Os meum loquetur sapientias & meditatio cordis mei intelligentiae. Prouerb. 11. Qui contemptor est proximi sui, deficiens est corde, sed uir intelligentiarum tacebit. cap. 28. Princeps deficiens intelligentiarum multiplicabit etiam iniurias. Iesaiæ 40. Et uitam intelligentiarum indicauit eis.

בְּבִינָתָם 176 Ouum, cuius plurale in sacris literis in usu est **בְּבִינָתָם**. Deut. 22. Quando obuiam datur nidus auis ante te, in quacunq; arbore aut super terra in quo sunt pulli uel oua, & mater incubat super ouis. Iesai. 10. Et sicut qui colligit oua relicta. In statu regiminis **בְּיָמָיו** Iesaiæ 59. Oua aspidis ruperunt. Similiter cum affixis. Job 39. Quia dereliquit in terra oua sua. Iesaiæ 59. Qui comederit de ouis eorum morietur. Opior **בְּיָמָיו** dicitur quod ex gallina egrediantur.

בְּבִינָתָם 147 Idem quod **בְּבִינָתָם** puteus habens aquas uiuas & scaturientes. Iere. 6. Sicut eructat puteus aquas suas, ita eructat malitiam suam.

בְּבִינָתָם Arx, palatium, aula, basilica. Estque uerisimile uocem esse peregrinam, tamen conuenire cum uerbo **בְּבִינָתָם** & appellationem habere à firmitudine arbitror. 1. Paralip. 29. Quia non est pro homine basilica, sed pro lehoua deo. Nehe. 1. Et ego fui in Susa basilica. Esther 1. In diebus illis cum sederet Ahasueros super throno regni sui, qui erat in Susa basilica. Deut. 8. Et ego eram in Susa basilica, quae est in Blam prouincia. Et pluraliter **בְּבִינָתָם** 2. Paralip. 17. Et aedificauit in lehuda basilicas, & ciuitates. 2. Paralip. 27. Et in syluis extruxit basilicas, & turres.

בְּבִינָתָם 148 Edidit fletum seu lacrymas, elacrymatus est: ideo Hieronymus uerbo fleo reddidit. Et ut congruentiam habet significatione cum **בְּבִינָתָם** **בְּבִינָתָם** & **בְּבִינָתָם**, nisi quod modo significandi inter se uariant: Ita contrario modo significatione, quam modo significandi differt à **בְּבִינָתָם**, quod non de aqua, sed igne, non de fluxione seu fusione, sed de extinctione dicitur. Gen. 45. Et Beniamin fleuit super collum eius. Osee 12. Fleuit & precatus est illum. Iudic. 14. Et fleuit uxor Simson. Deuter. 21. Fleuit patrem suum & matrem suam. Iesaiæ 50. Flendo non flebis.

1. Paralip. 28. Quoniam omne figmentum cogitationum intelligit. 2. Paralip. 26. Qui intelligens erat in timore lehoua. Iesaiæ 57. Et uiri beneficentiae auferuntur, & nemo intelligit, id est, considerat. 1. Paralip. 15. Et Gnaiahu princeps Leuitarum in erudendo in prophetia: nam intelligens erat. 1. Paralip. 25. Omnis intelligens. Et mox iterum: Tam intelligens quam discipulus. Et pluraliter **בְּבִינָתָם** Neh. 8. Coram uiris & mulieribus & intelligentibus. Et mox iterum: Et Leuitae intelligentes facientes populum ad legem, id est, assuefacientes. 2. Paralip. 35. Et dixit ad Leuitas, qui intelligentia erant ipsi populo. Et in statu regiminis **בְּיָמָיו** Danielis 1. Et scientes scientiam, & intelligentes intelligentiam.

In quarta coniugatione **בְּבִינָתָם** in ultima semper **zere**, praeterquam in distinctioe, ubi loco ipsius habet **camerz**. Iesai. 1. Et populus non intellexit. Psalm. 107. Et intelligit beneficia lehoua. Et in hac coniugatione communiter importat conatum et diligentiam, seu diligentem obseruationem. Job 37. Sta & obserua mirabilia dei. Iesai. 40. Ne recordemini priorum, & anteriora ne obseruetis. Iere. 2. Mittite ad Kedar, & intelligite diligenter, &c. 1. Reg. 2. Cum surrexisset mane ad lactandum filium meum, & ecce erat mortuus, & obseruaui uidendo ad eum mane, & ecce erat mortuus. Iere. 23. In nouissimo dierum intelligetis in ea intelligentiam, id est percipietis.

INDE NOMINA:

בְּבִינָתָם Nomen participiale, intellectu seu intelligentia praeditus, qui in rebus agendis industria habet & peritia. Gen. 41. Et nunc prouideat Pharaon uirum intelligentem & sapientem & constituat eum super terram Aegypti. Deut. 4. Populus iste est sapiens & intelligentem. Prou. 10. In labijs intelligentis inuenietur sapientia. Osee 14. Quis sapiens et intelliget ista, & intellectu praeditus, & cognoscet ea. Et in statu regiminis **בְּיָמָיו** 1. Sam. 16. Et uirum belli, & peritum rei. Iesaiæ 3. Consiliarium & sapientem artificum, & peritum oratoria. Et pluraliter **בְּבִינָתָם** Deut. 1. Date uobis uiros sapientes, & intelligentes, & gnaros. Eccl. 9. Neque etiam intelligentibus diuitiae. Iesaiæ 5. Vae sapientibus in oculis suis, & coram faciebus suis intelligentibus. Iere. 4. Filij insipientes, & non intelligentes sunt. Et cum affixo. Iesaiæ 19. Et intelligentia intelligentium eius abscondet.

בְּבִינָתָם Hebraeis est nomen, id est, distinctio, quod tamen usurpatur pro praepositione, intert & ex ista uocula licet uenari huius thematis, & deriuatorum eius significationem. Gen. 15. Et lampas ignis quae transibat inter diuisiones has. Deut. 1. Audite inter fratrem uestrum. Iesaiæ 44. Et germinabunt quasi inter herbam. Et quando sequitur alterum membrum, à quo fit distinctio, tum aliquando simpliciter repetit ista uocula **בְּבִינָתָם** praeposita copulatiua tuar. Gen. 1. Et distinctonem fecit deus inter lucem & inter obscuritatem. Leuit. 11. Ut discernat inter immundum & mundum. Deut. 1. Et iudicabit iuste inter uirum, & inter fratrem eius, & inter aduenam eius. Interdum tamen non repetitur, sed alteri membro praepositur praepositio **lamed**. Gen. 1. Et sit diuidens aquas ab aquis. Deut. 17. Ad iudicium inter sanguinem à sanguine, inter causam à causa, & inter plagam à plaga. Et in statu affixorum nihil mutat. Gen. 9. Et recordabor pacti, quod est inter me, & inter uos. 1. Reg. 15. Pactum inter me & inter te. Et habet pluralem numerum formam foemineam **בְּבִינָתָם** Ezech. 16. Ingredere ad intra rotam. Et mox iterum: De inter Cherubim. Et cum affixis. Gen. 42. Quia interpres erat inter eos. & cap. 26. Sit nunc iuramentum inter nos.

בְּבִינָתָם Nomen appellatiuum dualis numeri, quo Goliath ille Philisthus ex eo dicitur, quod ipse sese inter duo castra medium constituerat, quasi dicas intermedium, sequester, duellio. 1. Sam. 17. Et Philistaei stabant super monte illinc, eratque uallis inter eos, & egressus est uir ille intermedium de castris Philisthorum, cuius nomen erat Goliath de Gath &c.

בְּבִינָתָם Nomen foeminini generis. Et est iudicium, quod ex sapientia oritur, quo animaduertimus & discernimus inter res similes & dissimiles, bonas & malas. Et differt à **בְּבִינָתָם** sapientia, quae est lux & cognitio rerum, sed **בְּבִינָתָם** est discretio & iudicium, quo inter res discernimus, & Graeci **δίσκρισις** uocant, & Latini intelligentiam seu prudentiam. 1. Paral. 12. Ex filijs Isashar gnati intelligentie in temporibus. 1. Paral. 21. Dabit tibi lehoua ingenium & intelligentiam. 2. Paral. 2. Qui dedit Dauid filium sapientiam.

בְּכֹרֶת Primogenitum, id est, primogenitum constituit. Deut. 21. Non poterit primogenitum constituere filium dilectae ante filium exosa primogenitum. Ezech. 47. In mensibus suis primitiua dabit.

In uoce passiva **בְּכֹרֶת** Leuit. 27. Sed primogenitum, quod primogeniabitur ipsi Iehoua in animalibus non sanctificabit aliquis.

In tertia coniugatione legitur tantum participium praesens generis foemini **בְּכֹרֶת** primipera. Ierem. 4. Quoniam uocem sicut parentis audiui, angustia sicut primipera.

150

בְּכֹרֶת Vt **אֵל** ab **אֵלָה**, ita **בְּכֹרֶת** a **בְּכֹרֶת** deriuatur, & ut prius ab extensione iuramenti & efficacia in aliud, negatiue, ita eadem ratione posterius **בְּכֹרֶת** durationem negationis in sequentia protrahit, importatq; negationem multo uehementiorem, q; ulla alia particula negatiua. Idem enim ualet, quod Latinis nequaquam, neutiqa, nihil omnino. Psal. 16. Quoniam a dextris est, neutiqa mouebor. Psal. 46. Deus est in medio eius, nequaquam mouebor. Proverb. 9. Et non omnino nouit aliquid, id est, nihil quicquam. & cap. 23. Cor eius neutiquam est tecu. Et mox iterum: Percusserunt me, nequaquam dolui; pulsauerunt me, nequaquam sensi.

ASSVMIT AVTEM MULTAS ET VARIAS PARTICVLAS adiectiles tam ab initio quam in fine.

בְּכֹרֶת Nequaquam, neutiquam. 2. Sam. 1. Clypeus Saul nequaquam unctus oleo. Iesaiæ 14. Persecutionem passum nequaquam prohibuit. & cap. 32. Collectio nequaquam ueniet. Ponitur saepe etiam exclusiue, absq; praeter. Iob 33. Mundus sum absq; praeruaricatione. & cap. 39. Absq; pauore. Psal. 19. Absq; auditu uocis eorum.

בְּכֹרֶת Vide in **בְּכֹרֶת** & **בְּכֹרֶת**.

בְּכֹרֶת Compositum ex **בְּכֹרֶת** & **בְּכֹרֶת** Iob 26. Suspendit terram super nihil quicquam.

בְּכֹרֶת Absq;. Deut. 4. Qui occiderit sodalem suum absq; scientia.

בְּכֹרֶת Gen. 3. Proptereaq; nihil quicquam indicauit ei.

בְּכֹרֶת Psal. 72. Donec omnino non luna.

בְּכֹרֶת Absq;. Iob 38. Errabunt absq; esca. Iesaiæ 5. Aperuit os suum, absq; statuto, modo.

בְּכֹרֶת Iob 4. Leo auferet absq; praeda. & cap. 8. Habitet in teterio eius, nihil quicquam sibi. Exo. 14. Et dixerunt ad Mosen, nunquid omnino nihil sepulchroru in Aegypto.

בְּכֹרֶת Nequaquam, neutiquam, nisi, praeter, particula exclusiua. 1. Sam. 20. Accidens est, neutiquam mundus est. Gen. 43. Non uidebitis faciem meam, nisi frater uester fuerit uobiscum. Num. 32. Praeterquam Caleb. Iesaiæ 14. Plaga sine declinatione. Et in statu affixorum nihil mutat. 1. Sam. 2. Quia non est praeter te. Osee 3. Et saluator non est praeter te.

בְּכֹרֶת Donec non. Num. 21. Donec non dimisit ei superstitem. Iob 14. Et non resurget de hoc non sit caelum.

בְּכֹרֶת Vt non. Gen. 3. Vt non comederes. Ezech. 13. Et ut no uideant. Et iterum: Vt non conuertantur a uia.

בְּכֹרֶת Absq;. Num. 14. Absq; potentia est Iehoua.

בְּכֹרֶת Compositum ex **בְּכֹרֶת** & **בְּכֹרֶת** absq; praeter. Gen. 14. Praeterquam quod comederunt pueri. De isto in **בְּכֹרֶת**.

בְּכֹרֶת Idem quod **בְּכֹרֶת** 2. Sam. 22. & Psal. 18. Quoniam quis est praeter Iehoua, & quis est praeterquam deus noster. Iosue 22. Praeter altare Iehoua dei nostri. Sed de hoc etiam in themate **בְּכֹרֶת**.

151

בְּכֹרֶת In prima coniugatione uocis actiuae, miscuit, permiscuit, fudit, perfudit, confundit. Genes. 11. Quia sibi confundit Iehoua labium uniuersae terrae. Chaldaeus uertit.

בְּכֹרֶת Et ibidem iteru: Euge descēdemus & confundemus tibi labium eorum, ut non percipiat quisq; labium alterius. Iud. 19. Introducens eum in domū suam commiscuit asinis, id est, praebuit mixturā asinis. Psal. 92. Perfundebat oleo uiridi.

2. Sam. 15. Ascendendo & flendo. Eccles. 3. Est tempus flendi. Genes. 21. Et leuauit uocem suam & fleuit.

Participium praesens **בְּכֹרֶת**. Exod. 2. Et ecce puer flebat. 2. Reg. 8. Cur Sustetator meus flet. Num. 11. Et audiuit Moses populum flentem. In genere foeminino **בְּכֹרֶת** Thren. 1. Super his fleo.

In secunda coniugatione legitur tantum participium foeminini generis **בְּכֹרֶת**. Iere. 31. Rachel flens super filios suos. Et pluraliter **בְּכֹרֶת**. Ezech. 8. Et ecce sibi mulieres sedentes & flentes Thamutz.

INDE NOMINA:

בְּכֹרֶת Fletus, lacrymae, he mutata litera in aleph, ut discerni posset a uerbo suo. Psal. 84. Transeuntes per uallem fletus. Et pluraliter **בְּכֹרֶת** arbores a fletu seu lacrymis nomen habentes: aliqui pro piris, alij pro moris accipiunt. 2. Sam. 5. Veniesq; ad eos ex aduerso mororum. Et mox iterum: Vox incessus in summitate mororum.

בְּכֹרֶת Fletus. Esd. 10. Quia fleuerunt populus multo fletu.

בְּכֹרֶת Fletus, lacrymae in continuatae sermonis. Et in statu regiminis cum seua in principio: Iesaiæ 15. In fletu ascendet. Iob 28. De fletu flumina colligit, id est de lacrymis seu guttis. Iesaiæ 16. Flebo in fletu Iahazar. Et in distinctione conuertit seua in **בְּכֹרֶת** Iesaiæ 22. Auarus ero in fletu. Iere. 48. In fletu.

בְּכֹרֶת Fletus. Gen. 50. Et praeterierunt dies fletus eius.

בְּכֹרֶת Fletus. Gen. 35. Et uocauit nomen eius quercum fletus.

בְּכֹרֶת Nomen participiale pluralis numeri statu regiminis, fletus, lacrymae, effusiones, guttae seu eguttationes, id est, uenae effluentes in mari. Iob 38. An uenisti usq; ad effusiones maris, id est, scaturigines seu uenas.

149

בְּכֹרֶת Hoc nomine Hebraeis is dicitur, qui celeriter est natus, primogenitus, qui anteuertit. Gen. 25. Ismael primogenitus. cap. 41. Et uocauit Ioseph nomē primogeniti Manasse. & cap. 48. Quia Manasse primogenitus. Deut. 15. Omne primogenitū, quod nascetur in armēto tuo, & in grege tuo masculinū sanctificabis ipsi Iehoua deo tuo, nō colas in primogenito bouis tui, neq; tō debis primogenitū ouis tuarū. Iob 18. Absumet robur eius primogenitus mortis, id est, princeps. Sic Paulus uocat Christū primogenitū creaturae. Itē primogenitū inter mortuos. Gen. 27. Ego filius tuus primogenitus tuus. ca. 38. In primogenito suo. Exo. 4. Filius meus primogenitus meus, Israel. Et pluraliter in statu regiminis **בְּכֹרֶת** Psal. 135. Qui percussit primogenitos Aegypti. Ies. 17. Et pascentur primogeniti exhaustorū. Pf. 136. Qui percussit Aegyptū cū primogenitis eorū. Et in genere foem. **בְּכֹרֶת** primogenitura. Gen. 25. Ad quid mihi primogenitura. Et mox iterum: Et contempsit Esau primogeniturā. Et in statu affixorū **בְּכֹרֶת** Gen. 25. Vende secundum hunc diem primogeniturā tuā. Et mox iterū: Et uendidit primogeniturā suam. Et pluraliter **בְּכֹרֶת** Ge. 4. Et de primogenitis pecorū tuorū. Deut. 12. Et primogenita bouum tuorum. Neh. 10. Et primogenita filiorū nostrorum, & animalium nostrorum.

בְּכֹרֶת Generis foeminini, primogenita. Gen. 19. Et dixit primogenita ad minorem.

בְּכֹרֶת Primitiuū. Iesaiæ 28. Sicut primitiuū ante aetatem. Et pluraliter **בְּכֹרֶת** Leuit. 23. Primitiua ipsi Iehoua. Et mox iterū: Super panē primitiuorū. Num. 28. In die primitiuorū. Nahum 3. Ficus cū primitiuis. Et in statu regiminis **בְּכֹרֶת** Exo. 23. Primitias primitiuorū humi tuae. Similiter in statu affixorū. Leuit. 2. Offeres oblationem primitiuorū tuorū. Et in forma foemina **בְּכֹרֶת** Osee 9. Sicut primitiuū in ficu. Mich. 7. Primitiuū desiderauit anima mea. Et pluraliter comutata uoce **בְּכֹרֶת** in pathah & schurek in kybutz **בְּכֹרֶת** Iere. 24. Sicut ficus primitiuorum.

בְּכֹרֶת Nomen animalis sic appellati a uelocitate, qua alia omnia anteuertit. Graeci **δυσκοτα** uocāt Chaldaeus paraphrastes uertit **בְּכֹרֶת** laetentē, id est, Camelū. Alij uolunt esse Naben, alij Camelopardalim, alij iuuenem Camelum, qui postquam ablaetatus est, dicatur **בְּכֹרֶת**. Ier. 2. Dromedarius leuis, circumflectens uias suas. Et pluraliter forma masculina statu regiminis **בְּכֹרֶת**. Iesaiæ 60. Dromedarij Midian & Epha.

gressus est Noah arcam propter aquas diluuij. Et mox iterum: Et fuerunt aquae diluuij super terra.

152 **בָּרַח** Refrigeratus est, tanquam è riuulo potus: nam non multum differt à uerbo **בָּרַח** & legitur tantum in tertia coniugatione ac neutraliter. Iob 9. Si dixerò obliuiscar querelae meae, deferam faciem meam, mox refrigeror. cap. 10. Deponatur à me, & mox refrigerabor paulum. Psal. 39. Diuerte à me & refrigerabor antequam abeam. Participiū praesens **בָּרַח** Amos 5. Qui refrigerat uastatorem contra regnum.

INDE NOMEN,

153 **בְּרִיחַ** Refrigerium, refrigeratio, refocillatio. Ierem. 8. Refrigerium meum super defatigatione.

Productum, prolongatum est, inueteratum fuit: habetque affinitatem quandam significatione cum uerbis **בָּרַח** & **בָּרַח** nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant, deinde contrariam habet significationem uerbis **בָּרַח** & **בָּרַח** Chaldaeus nunc uerbo **בָּרַח**, nunc uerbo **בָּרַח** transitulit. Latine uerri potest uerbo inueterascendi. Genesis 18. Post inueterascere meum erit mihi uoluptas: Iosue 9. Calciamenta nostra inueterata sunt propter longitudinem uiae. Psal. 102. Et omnes illi quasi uestis ueterascunt. Iesaiæ 51. Quali terra ueterascet. Psal. 32. Inueterata sunt ossa mea, id est, uetustate attrita. Iob 13. Es ipse uelut putridum ueterascet. Deut. 8. Vestimentum tuum non inueteratum est desuper te. Item cap. 29. Ego duxi uos xl. annis in deserto, non inueterata sunt uestimenta uestra desuper uobis, id est, non sunt uetustate ita detrita, ut ea exuere aut abijcere oportuerit, aut de corporibus uestris delapsa sint.

In secunda coniugatione **בָּרַח** fit transitiuum, & significat producere, prolongare, uetustum facere. Iob 21. Producunt in bono dies suos. Iesaiæ 65. Et facta manuum suarum antiqua facient electi mei, id est, durabilia. Opera enim, ut 7. Apocalypsis legitur, sequuntur illos, scilicet mortuos in Domino. 1. Paral. 17. Constitui locum populo meo Israel, & plantaui eum, ut iam habitet in loco suo, & non perturbetur amplius, & non addant filij iniquitatis inueterascere ipsum sicut ab initio, id est, ueteratoriè cum ipso agere, ueteri more opprimere ipsum. Sic Psal. 49. Et robur ipsorum ut uetustum faciant. Et per metalepsin. Thren. 3. Veterascere fecit carnem meam, & cutem meam.

INDE NOMINA:

בְּרִיחַ Nomen pluralis numeri, uetera, inueterata, antiquata. Iosue 9. Et acceperunt sacco inueteratos, & utres uini ueteres seu inueteratos. In genere foeminino, singulariter **בְּרִיחַ** Ezech. 23. Et dixi ad inueteratam fornicationem. Et pluraliter **בְּרִיחַ**. Iosue 9. Et acceperunt calciamenta inueterata, & uestimenta inueterata, id est, detrita longo usu.

בְּרִיחַ Uetustas, antiquitas, seu per metalepsin corruptio, putrefactio, quae uetustate sequitur. Iesaiæ 38. Cupiisti animam meam ex fouea uetustatis.

בְּרִיחַ Nomen pluralis numeri tantum, & status regiminis, uetusta, inueterata: & intelligitur de pannis uetustis, qui propter uetustatem abijciuntur. Et Sanctes Pagninus recte monet iod esse de substantia thematis, & iod plurale licet scriptura deficiat, tamè pronunciarum. Ier. 37. Et accepit inde uetera distractionum, uetera putridorum, id est, pannos ueteres & putridos. Et mox iterum legitur **בְּרִיחַ** cum littera aleph per epenthesis in interposita loco iod: Pone nunc uetera putrida.

בְּרִיחַ Ueternus, inueteratum malum. Iesaiæ 10. Et consummabitur indignatio & ira mea super inueterata, scilicet malitia eorum. Alij exponunt super consummationem eorum, alij aliter. Puto autem à **בְּרִיחַ** & deriuatum & dictum eadem ratione, quae à **בְּרִיחַ** deriuata & dicta est **בְּרִיחַ** stultitia, fatuitas, insipientia.

בְּרִיחַ Vide in themate suo **בְּרִיחַ**.

154 **בְּרִיחַ** Constrinxit. Chaldaeus transitulit uerbo **בְּרִיחַ** quod significat claudere, obturare. Legit semel Psal. 32. Ne sitis sicut equus & mulus sine intellectu, habena et freno

Participium praeteritum **בְּרִיחַ**. Exod. 29. Decimam partem similiae mixtae oleo. Et in genere foeminino **בְּרִיחַ**. Leuitic. 2. Similia permixta oleo. Leuit. 9. Oblatio mixta oleo. Et pluraliter **בְּרִיחַ** Exod. 29. Placentas azimas, permixtas oleo confuso.

In quarta coniugatione **בְּרִיחַ** Osee 7. Ephraim populis commiscebitur, Ephraim tanquam uisulata neuitquam uersa.

INDE NOMINA:

בְּרִיחַ Stramentum ex diuersis mixtum, quale iumentis praebetur. Graeci uocant **μίσγμα** mixturam, Latini non habent aliud quo significationem uocis exprimant. Licebit tamen pabuli nomine reddere, siquidè aliud non detur. Iob 6. Aut mugiet bos super pabulo suo. Idem cap. 24. In agro stramentum seu pabulum suum metent. Iesaiæ 30. Boues & pulli asinarum qui colunt terram, pabulum acidum comedent.

בְּרִיחַ Cum sex punctis, permixtio, scilicet illicita, confusio praeternaturalis, proinde nepharia, alij nephas, alij scelus interpretantur, & utrinque sagol ad differentiam **בְּרִיחַ** quod aliam confusionem significat. Leuit. 18. Et cum omni pecore non praebas concubitum tuum ad pollutionem, neque mulier stet coram animali: quia confusio est, scilicet nephanda. Leuit. 20. Vir qui concubuerit cum nuru sua, morte moriantur ambo, quia confusionem fecerunt, scilicet nephariam.

בְּרִיחַ Mixtura, id est, orbis habitabilis, scilicet terrae siue uniuersae & totius quae patet, siue particularis, in quo omnia sunt mixta, homines, pecora, uaria genera arborum, herbarum, adeoque aliarum creaturarum, quae in mari aut in aere non sunt. Vel sic est dictus propter diluuium, quo in terra habitabili omnia confusa fuerunt. Et scribitur cum duobus zere ad differentiam **בְּרִיחַ** quod commixtionem aliam & quidem nephariam significat. 2. Sam. 23. & Psalm. 18. Reuelata sunt fundamenta orbis. 1. Paralip. 16. Etiam si stabiliatur orbis ne commoueatur. Iob 34. Aut quis posuit orbem uniuersum illum. Psal. 9. Et ipse iudicabit orbem in iustitia. Psal. 19. In omnem terram exiuit regula eorum, & in terminum orbis dicta eorum. Psalm. 24. Orbis & habitatores in eo. Psal. 50. Meus est orbis. Proverb. 8. Et summum puluerum orbis. Et iterum: Ludam in orbe terrae eius. De particulari. Iob 18. Et de orbe eijcient eum. Iesaiæ 13. Et uisitabo super orbe malitiam. Ibi loquutus est de orbe Babylónico. cap. 14. Posuit orbem quasi desertum. Et iterum: Non implebunt orbem ciuitatibus. Ibi loquutus est de orbe terrae Iudaeae. Similiter cap. 24. Et emarcuit orbis, scilicet Iudaicus. Sic Lucas Euangelista cap. 2. utitur cum ita scribit: Exiit edictum à Caesare Augusto, ut describeretur orbis, scilicet terrae Iudaicae uel Augusti seu Imperij Romani.

בְּרִיחַ Nomen urbis in campo Sinnear, à confusione linguarum sic appellata. Genes. 11. Et ideo uocatum est nomen eius Babel, quia ibi confudit Iehoua sabium uniuersae terrae.

בְּרִיחַ Alij communiter pro macula seu albugine oculi accipiunt & interpretantur, ego uero puto, saluo tamè iudicio illorum, significare talem hominem, qui confusos seu mixtos habet oculos, & non uniformes, quem Latini lusciosum appellant. Chaldaeus transitulit **בְּרִיחַ** Leuit. 21. Cui confusio in oculis suis. Porro Iudei in lingua sua uulgari confusum seu distractum mente uocant **בְּרִיחַ**.

בְּרִיחַ Verruca, tuberculum, id est, concreta seu confusa caro. Leuit. 22. Vel uetruca.

בְּרִיחַ Diluuium, confusio, scilicet aquarum, uel etiā ab effectu, eo quod confudit omnes creaturas terrestres. Chaldaeus transitulit **בְּרִיחַ**. Gen. 7. Et factum est diluuium quadraginta diebus super terra. cap. 9. Et exiit Noah post diluuium. cap. 7. Quando diluuium fuit, aqua super terra. ubi uocabulum aqua est appositio. Et cap. 9. Et non erunt amplius aquae in diluuium. Psalm. 29. Iehoua in diluuium sedet. uaticinatur autem ibi Propheta de diluuii baptismi, quo nostra peccata nobis per Christum & eius sanguinem abluuntur, quo uetus homo & corpus peccati extinguitur, & nouus homo regeneratur & renouatur ad uitam aeternam. Legitur etiā aliquoties cum nomine **בְּרִיחַ** constructum. Gen. 6. Ecce ego adducam diluuium aquarum super terram. & cap. 7. Et ingressus

1. Reg. 11. Tunc ædificauit Salomo Excelsum ipsi Chamos, abominationis Moab.
 2. Reg. 22. Altare illud & Excelsum illud confregit, & combussit Excelsum, com-
 minuitq; in puluere, & succendit lucum. ubi discrimen facit inter Altare & excel-
 sum. Iere. 48. Et cessare faciã in Moab eum qui offert in Excelsis, & adolet dijs suis.
 Ezech. 20. Et dixi ad eos quid est Excelsum, ad quod uos cõuenistis, & uocatu est
 nomen eius Excelsum, in hunc usq; diem. Chaldaeus in hoc modo significãdi tran-
 stulit **עליון**. Et pluraliter in statu absoluto **עליונות** significatq; cuiuslibet rei celsi-
 tudinem seu sublimitatem. Primo, de ædificijs & sacellis in alto loco & in al-
 tum extructis. Num. 22. Et duxit eũ ad Excelsa Baal ut inde conspiceret extrema-
 tem populi. 1. Reg. 12. Et fecit domũ excelsorũ. Et mox iterũ: Et sacerdotes excel-
 sorũ. 1. Reg. 13. Contra omnes domos excelsorũ quæ sunt in ciuitatibus Samarita-
 norũ. 2. Reg. 17. Ædificauerunt sibi excelsa in omnibus ciuitatibus suis. 2. Paral. 33.
 Et loca quibus ædificauit Excelsa & lucos, & sculptilia constituit. Præterea Nu-
 meri 21. ubi legitur, Et de Nachaliel in Bamoth, de Bamoth uero in uallem, quæ
 est in campo Moab. Et mox iterum: Domini Bamoth Arnon, id est alpium, appa-
 ret nomen esse propriũ illarum alpium, & tamẽ dictas ab altitudine loci, ideoq;
 etiam Chaldaeus reddidit **עליונות**. In statu regiminis aliquando **עליונות** & nihil ua-
 riat. Iosue 13. Et Excelsa Baal. Iere. 7. Et ædificauerunt Excelsa Thopheth. Se-
 cundo in hac forma de celsitudine & sublimitate etiam aliarum rerum dicitur. Ier.
 26. & Mich. 3. Et mons domus erit in celsitates syluæ, id est, excelsissimam syluam.
 Ezech. 36. Excelsa mundi facta sunt nobis in hæreditatem, id est, excellentissima
 queq; in mundo. Aliquando autem tam in statu regiminis quã in affixorum su-
 peraddit iod notam pluralis numeri, masculini generis more masculinorũ, & tũc
 retinet interdum uau holem **עליונות**: ut Psal. 18. & 2. Samue. 22. Ipse exequat pedes
 meos uelut ceruarũ, & super excelsa mea constituit me. Deut. 33. Et tu calcabis su-
 per Excelsa eorum. Habakuk 3. Et super excelsa mea calcare me faciet. 2. Sam. 1. In
 cundissimus Israel in excelsis tuis uulneratus est. Vel uau holem mutat in hateph
 cametz. Iob 9. Et calcas super excelsa maris. Iesaiæ 14. Ascendã supra celsitudinem
 nubium. Vel relinquitur uau & holem mutat in hateph cametz, id q; sit eam po-
 tissimũ ob causam, quia pluralitas uocis additione literæ iod cassata est, quod iod
 alioqui nota est pluralis numeri. Deut. 32. Vexit eum super excelsis terræ. Verum-
 tamẽ unum tantũ excipitur plurale cum affixo pluralis numeri, quod uau holem
 seruat nec addit iod plurale. Num. 33. Omnes imagines fusiles eorum perdetis, &
 omnia excelsa eorum dilicietis. Arbitror autem ideo sic esse scriptũ, quia ad prio-
 rem modũ significãdi pertineat. Insuper pio zelo contra Iudæos mouere, ut &
 hic de uoce ista, qua Iesaias gloriosam Christi seruatoris nostri sepulturã ornauit,
 aliquid dicam copiosius pro religione nostra tuenda, & corruptelas eorũ ac dete-
 standã malitiam detegam, & refutem. Sic enim in ipsius uaticinio uerba habent:
 Et posuit apud malefactores sepulchrum eius, & apud diuitem excelsa eius. Cum
 hac expositione cõgruit quoq; historia, quæ à Mattheo Euãgelista retexitur: q; Io-
 sephus Arimathæus fuerit uir diues, & monumentũ nouũ in mōte Caluariæ excel-
 so habuerit in petra instar sacelli excisum splendidũ, amplum & magnificum, si-
 cut ex alijs quoq; historiæ circũstantijs colligitur: fuit enim saxũ ostij ipsius ingens
 ualde, ipsum monumentum duos uiros (sic angelos uocat) & aliquot mulieres ca-
 pere potuit: quare de historia & re nõ est ullũ dubiũ, quin hoc nomen illi respon-
 deat, significetq; nõ uulgaris aut uulgaris hominis sepulchrũ, quale etiã fuit malefa-
 ctorũ, & nomine **עליונות** notatur, sed Excelsum seu monumentũ & quali sacellum di-
 uitis alicuius hominis, qualis Iosephus fuit. Nunc porro, qd' ad uocẽ ipsam eiusq;
 significatiõẽ attinet, arbitror nõ ita diu post Christi gloriosam resurrectionẽ ac
 ascensionem in cælum à Iudæis deprauatã esse, quod ad puncta attinet. (nam for-
 ma literarum integra mansit) & antea sic fuisse punctatum **עליונות**. Verum quan-
 do Christiani hoc Iesaiæ uaticinium, in Iudæos torquere cõeperunt, probantes
 Christum sepeliri oportuisse in monumento diuitis, & in hoc Iesu Nazareno com-
 pletum

155
עליונות
 156
עליונות

os eorum constringendo, si nolint accedere ad te.
 Legitur ab isto themate tantũ participiũ præfens, seu nomen participiale **עליונות**
 id est, comportator. Et arbitror congruere significatiõẽ cũ uerbo **עליונות** quod
 portare significat. Amos 7. Sed armentarius ego, & cõportator Sycomororũ.
 Absorpsit, deglutit, præcipitauit, ingurgitauit: quadrat significatiõẽ cũ uer-
 bis **עליונות** & **עליונות** nisi q; ut forma, ita modo parũ significan-
 di inter se discrepent. Iob 20. Facultates deglutit, & euomit eas. Iere. 51. De-
 glutit me uelut draco. Psal. 124. Tunc uiuos deglutiuissent nos. Iong 2. Et dispo-
 suit Iehoua piscem magnũ ad deglutiedum ipsum Ionam. Iob 7. Non dimittis me
 usq; deglutiam ego saluum meam. Psal. 69. Neq; deglutiat me profundum.
 In uoce passiuã **עליונות** præcipitatus est. Et in hac uoce passiuã, ac deinde in secun-
 da & quarta coniugationibus, significat præcipitationem facti seu operis illius de
 quo dicitur, a præcipitantia cibi in uentrem & in locum corruptionis, traslatione
 sumpta ad externã rei alicuius perditam præcipitationem & defectiõẽ. Osee
 8. Præcipitatus est Israel. Iesaiæ 28. Præcipitati sunt a uino.
 In secunda coniugatione **עליונות** Iesaiæ 25. Præcipitauit Iehoua mortem omnino,
 quod Paulus apostolus ita transtulit. 1. Corint. 15. Absorpta est mors in uictoriam.
 Et mox iterum: Et præcipitabit in mōte isto faciem inuolucri, id est, præcipitanter
 seu celeriter detrahet inuolucrũ facierum. Thren. 2. Præcipitauit Iehoua & nõ pe-
 percit. Et mox iterum: Factus est Iehoua uelut inimicus, præcipitauit Ifraelem, præci-
 pitauit omnia palatia eius. Psal. 35. Ne dicant, præcipitauimus eũ. Habakuk 1. Quĩ
 præcipitaret improbus iustũ. Thren. 2. Non reduxit manũ suam a præcipitando. 2.
 Sam. 20. Absit a me ut præcipitem aut euerã. Iob 9. Et si præcipitauerit eum de lo-
 co suo. cap. 10. Et præcipitabis me. Psal. 55. Præcipita Iehoua, diuide linguã ipso-
 rum. Prouer. 19. Et os improborũ præcipitabit iniquitatẽ, id est, præcipitanter effutiet.
 cap. 21. Thesaurus desiderabilis & pinguedo in tẽtorijs sapietis, sed stultus homo
 præcipitabit eum. Eccl. 10. Verba oris sapientis sunt gratia, sed labia stulti præcipi-
 tabunt eam. Iesaiæ 19. Et consiliũ eius præcipitabo. Num. 4. Et nõ ingrediantur ad
 uidendum secundũ præcipitare sanctũ, ut moriantur, id est, ex præcipitantia & te-
 meritate, metaphora sumpta ab illis, qui præcipitanter & temere deglutunt.
 Participiũ præfens pluralis numeri **עליונות**. Ies. 49. Et procul aberũt præcipitan-
 tes te. Participiũ præteritum **עליונות** Iesaiæ 9. Et beati, præcipitati sunt.
 In uoce passiuã **עליונות** 2. Sam. 17. Ne forte præcipitatio sit Regi. Iob 37. Aut dixerit
 quispiam quĩ præcipitabitur.
 In quarta coniugatione **עליונות** Psal. 107. Et omnis sapientia eorũ præcipitabit.

INDE NOMEN,

עליונות Et in distinctione **עליונות** præcipitatio, absorptio. Psal. 52. Dilexisti uerba præcipita-
 tionis, linguam imposturæ. Et cum affixo mutat sagol in hirik, & pathah in se-
 ua. Iere. 51. Et uisitabo super Bel in Babylone, & educã præcipitationẽ eius ex suo.
 De isto uerbo duo tantũ participia usurpantur in sacris literis, & quantũ ex illis
 scripturæ locis & alijs circũstantijs, & sui similibus, scilicet **עליונות** & **עליונות** conijci
 potest, significat uel parietẽ, uel murum, uel oppidũ, uel uinẽam, aut aliud quĩp-
 piam, quod clausum seu munitum est, dissipare seu disstringere ut aliorum iniurijs
 pateat. Vnde etiam Chaldeis apertionem rei clausẽ significat.
 Participiũ præfens **עליונות** Iesaiæ 24. Ecce Iehoua euacuat terrã, & dissipat eam.
 Participiũ præteritum generis foemini, secundẽ coniugationis **עליונות** Na-
 hum 2. Euacuata & exinanita & dissipata.
 Legit tantũ in hac forma nominaliter, & significat singulari numero, Sacellũ,
 scilicet excelsum, seu altare, ab altitudine & sublimitate, eõ q; in altũ, & plerũq;
 etiã loco alto & excelsis extructa fuerint. 1. Sa. 9. Quia sacrificiũ est hodie popu-
 lo in Excelsis. Et mox iterum: Et cũ ueneritis in ciuitatẽ, inuenietis eũ antequã ascen-
 dat ad Excelsum ad comedẽdũ. ubi he litera importat motũ ad locũ. 1. Sa. 10. Col-
 legiũ pphetarũ descẽdebat de Excelsis. 1. Reg. 3. Nã illud erat Excelsum maximũ.
 1. Reg.

157
עליונות

851
עליונות

tur de aedificatione mulieris ex costa, quam Iehoua sumperat ex dormiente Adamo, uolens significare illam cohabitationem utri cum muliere, quae debebat ei esse tanquam domus ex qua aedificaret propagaretque liberos. Sic habet textus: Et cedere fecit Iehoua deus soporem super Adam, & obdormiuit, accepitque unam de costis ipsius, & clausit carnem pro ea, & aedificauit Iehoua deus costam quam accepit de Adam in muliere, & dixit Adā. Euge os ex ossibus meis, & caro de carne mea, & uocabitur uirago. Attribuitur tamen hoc uerbum araneo, quod mira arte & hoc animalculum suum aedificet domum. Iob 27. Et aedificat sicut araneus domum suam.

Deinde & hoc est obseruandum, quod ut aedificatio restauratur & conseruantur aedificia, ita hoc uerbo scriptura figurate utitur pro instaurare, dare incrementum. Psal. 28. Quoniam ipsi non animaduertunt ad opera Iehoua, neque ad facturam manuum eius, ideo destruet eos & nemo aedificabit eos. Psal. 98. Et aedificabo in generationem & generationem folium tuum, id est, regnum tuum. hoc modo significandi etiam Paulus apostolus non semel est usus hoc uerbo: ut Rom. 15. Vnusquisque proximo suo placeat ad aedificandum. 1. Corint. 8. Charitas aedificat. 1. Thess. 5. Aedificate alterutrum, sicut & facitis. 2. Cor. 10. Potestatem dedit nobis deus ad aedificandum, & non ad destruendum. Et nominaliter. Rom. 14. Quae ad mutuam pertinet aedificationem, &c.

Tertio eadem phrasim si de domo dicitur tum figurate significat instaurare, augere & conseruare familiam, sicut uocabulum בית figurate pro familia accipitur, ut infra suo in loco uidebimus. Deuter. 25. Sic fiat uir, qui non aedificabit domum fratris sui. Ruth 1. Ponat Iehoua hanc mulierem, quae ingreditur in domum tuam, sicut Rachel, & sicut Leam quae ambae aedificauerunt Israel. 1. Sam. 2. Sufficit mihi sacerdotem fidelem, qui secundum cor meum & animam meam faciet, & aedificabo ei domum firmam, &c. 2. Sam. 7. Quia tu Iehoua exercituum, deus Israel aperuisti aurem serui tui, dicendo, domum aedificabo tibi, &c. 1. Reg. 9. Ego ero tecum & aedificabo tibi domum firmam, sicut aedificauit Dauid, &c. Psal. 127. Si Iehoua non aedificauerit domum, frustra defatigantur aedificatores eius.

Participium praesens cum uau בית uel sine uau בית 1. Reg. 6. Domus ista quam tu aedificas. 2. Paralip. 2. Ecce ego aedifico domum in nomine Iehoua. Gen. 4. Et fuit aedificator ciuitatis. In statu regiminis בית cum zere. Psal. 147. Aedificator Ierusalem Iehoua. Et pluraliter בית uel absque uau בית 2. Reg. 12. Et illi erogauerunt eam fabricis lignorum, & aedificatoribus, qui faciebant domum Iehoua. Neh. 3. Quod nos aedificamus murum. Psal. 118. Lapidem, quem reiecerunt aedificatores. Et cum affixo Iesaias loco holem usus est cametz. cap. 49. Accelerant aedificatores tui.

Participium praeteritum masculini generis בית Cantic. 4. Sicut Turris Dauid collum tuum aedificatum cum propugnaculis suis. Et pluraliter בית Nehe. 7. Et non erant domus aedificatae. In genere foeminino בית Psal. 122. Ierusalem quae aedificata est ut ciuitas, ut conueniatur in unum.

In uoce passiuua בית 1. Reg. 3. Quia nondum aedificata erat domus nomini Iehoua. 1. Reg. 6. Cum domus ipsi aedificaretur, lapide integro allato aedificata est. Numeri 13. Et Hebron septem annis aedificata fuit ante Zoan Aegypti. Iesaias 44. Et de Ierusalem dicit, aedificabitur, & de templo, fundabitur. Secundo de procreatione sobolis dicitur, quae cohabitatione uiri cum muliere aedificatur. Gen. 16. Ingredere nunc ad ancillam meam, si forte aedificet ex ea. Tertio, figurate, pro augeri, benedici, ditari seu locupletari. Iob 22. Si conuersus fueris ad omnipotentem, aedificaberis, si amouebis iniquitatem a tentorio tuo. Psal. 89. Quoniam dixi perpetua gratia aedificabitur. Malach. 3. Etiam aedificati sunt facientes seditionem. Sic hoc modo significandi usus est Lucas Act. 9. Habebant pacem, & aedificabantur, uersantes in timore Domini, & consolatione sancti multiplicabantur.

Participium praesens masculini generis בית 1. Paralip. 22. Et uasa sanctitatis dei in domum, quae aedificata est in nomine Iehoua.

INDE NOMINA:

בית In statu absoluto, at in statu regiminis בית cum segol, & significatione primaria nominis

i rat

pletum asseuerarent, nec obstinati, haberent, quo tam clarum & euidentem testimonium in illo suspenso completum diluerent refutarentque; hanc data opera uocem, sicut plerumque alias, Nicola Lyra, Paulo Burgesi, Porchetto & nonnullis alijs fide dignissimis testimonijs, deprauarunt: tamen ista deprauatio, quemadmodum etiam reliquae omnes, ipsos nihil quicquam iuuat, si inde inferre uoluerint, ipsum mansisse in illis mortis cruciatibus. Nam ex cauo ce ita deprauata iuxta grammatice rationem, illam suam impiam sententiam obtinere minime possunt, & sequentia uerba, maxime cum dicit: Et est iudicio sublatum est, & generationem eius quis enarrabit, &c. eos cum sua malitia euidentissime refutat. Et esto sane quod dictio illa, ut ipsi uolunt, quod ad literas, mortes seu mortis cruciatum significaret, tamen constat ratione punctorum eam esse corruptam, quod in litera mem dagges habeat post initialem beth seruatum, contra omnem grammatice legem, quae demonstrat ipsa experientia, quod post seua in prima dictionis syllaba non possit sequi dagges, seu litera daggesata: hoc si fatentur, (ut sane eos fateri necesse est, nec inficiari, aut ullam adferre eius rei rationem & causam) multo magis concedere cogentur nostram expositionem minus aduersari grammatice. Deinde si ista uox significaret, in mortibus eius, dicant rationem, cur etiam priori uocabulo בית non sit praeposita praepositio beth, quam tamen iuxta Hebraeae linguae consuetudinem potius habere debebat, quam posterior, si quidem naturaliter & regulariter uox posterior sequatur rationem prioris, & non e contra: nisi dicere uelint quod in posteriore beth litera, facta sit litera substantialis, quod non facient certo scio.

Quarto constat ex ista lingua, quod בית pluraliter non significet mortes, sed potius cruciatum mortales, pericula mortalia: quae igitur tunc sententia, cum tam praecedentia quam sequentia (ut alia aiorum prophetarum testimonia praeter ea) repugnent, ut paulo superius ostensum est.

Quinto, probe quadrat, ut si בית attribuitur malefactoribus, ita diuini conueniat uox in significatione splendidiore. Sexto, cum dicat de sepultura damnatorum, necesse est ut etiam dicat de excelso diuitum & felicitum: propterea quia communis in eo loco fuit sepultura & diuitum & pauperum. Et quamquam Christo honestam ac splendidam sepulturam inuidebant, tamen ita a Diuina providentia ordinatum fuit, ut quies filij sui esset gloriosa. Et esto sane, quod uox ista non sit corrupta seu deprauata, tamen nolint uelint concedere eos oportet, quod ita sit ideo data opera irregulariter punctata, ut ea irregularitate etiam significaret, quod illud Christi monumentum etsi sacellum fuerit seu Excelsum, tamen non in eum usum, quo alia excelsa fuerunt extructa, ut in illis sacrificaretur, sed in quo respondendum erat corpus Christi defunctum dispensatione obedientiae humiliationis, ut ista punctatura spiritus sanctus utrunque notaret, & sacellum, sed tale in quo respondendum erat corpus Christi, ut ista immolata pro peccatis totius mundi, quemadmodum in Prophetijs talia multa sunt, quae punctorum irregularitate aliud quoddam mysterium subindicat, ut suis quoque in locis annotatum: ut de בית Psal. 2. Item Iesaias 26. De בית alijsque quam plurimis. Hanc prolixitatem mihi improba Iudaeorum malitia extorsit: quare pios oro ueniam zelo meo dare uelint.

Tam scriptura, quam significatione non multum abluat a uerbo בית, nisi quod, ut hoc ad intellectum & rationem refertur, atque ordine certaque quadam obseruatione intendere, considerare, & curare, qualis res aliqua se cum dum omnes suas circumstantias & partes sit, aut esse oporteat, significat: ita uerbum בית significat domum seu aedificium intrinsecus arte in sua habitacula, regiones & partes proportionabiliter distinguere, quale fieri debeat, ut ordine, & commode in eo habitetur. Non potest autem commodiore uerbo quam aedificandi transferri. Nunc exempla subiiciam. Deut. 20. Quis est uir ille qui aedificauit domum nouam. Iesaias 6. Maledictus uir coram Iehoua, qui surgens aedificauerit ciuitatem hanc Iericho. 1. Regum 9. Quam aedificauit ei, tunc etiam aedificauit Millo. Prouer. 14. Sapientes mulieres aedificauit domum suam, id est, unaquaeque earum aedificauit domum suam. 1. Reg. 18. Et aedificauit cum lapidibus altare in nomine Iehoua. Porro Gen. 2. dicitur

hominibus uilibus & abiectis & plebeis accipiat, maxime si opponitur nomi- ni אִישׁ Psal. 49. Tam filij Adam, quam filij uiri. Iesaiæ 2. Depressus est Adā, & hu- miliatus est uir, &c.

בְּנֵי הַנְּבִיאִים Filij prophetarum, sunt discipuli prophetarum, quos gignunt doctrina sua, quicq; sunt sub ipsorū institutione. 2. Re. 4. Elisæus reuersus est in Gilgal, fa- mesq; erat in terra, & filij prophetarum sedebant coram eo. Hac phrasi etiam filij sponfi dicuntur Matth. 9. quos Marcus cap. 2. uocat filios nuptiarum, pro ijs qui sunt in nuptijs.

בְּנֵי חַיִל Filij uirtutis, id est, militiae. 2. Sam. 2. Et nunc confortentur manus uestrae & sitis in filios uirtutis.

בְּנֵי צִיּוֹן Filij Zion. Thren. 4. Filij Zion praecleari & ornati. Psal. 49. Filij Zion exultant in rege, id est, alumni.

בְּנֵי נֹחַ Iere. 2. Filij Noph & Thachpanches depascunt uerticem.

בְּנֵי קֶרֶם Filij Orientis. Iesaiæ 11. Pariter praedabuntur filios Orientis.

בְּנֵי בְּלִיַעַל Filij Beliaal. 1. Samuelis 2. Porro filij Eli erant filij Beliaal, &c. Vide in בְּלִיַעַל.

בְּנֵי מוֹת Filij mortis. 1. Sam. 26. Viuit Iehoua, uos est filij mortis, i. rei mortis, sub morte.

בְּנֵי יוֹבֵחַ Filij columbae. Leuit. 12. Et accipiet duos turtures, uel duos filios columbae, id est iuuenes pullos. Sic

בְּנֵי עֹרֵב Filij corui. Psal. 147. Qui dat iumentis cibum eorum, & filijs corui, qui clamant.

בְּנֵי אֶשְׁפָּחַת Thren. 3. Immisit in renes meos filios pharetrae, id est sagittas.

בַּת Filia, nomen generis foemini, quasi בְּתוּלָה, sicut ab אֵמָן fit nomen ablata num litera & addita thau. Gen. 30. Et postea peperit filiam. Leuit. 22. Et filia sacerdotis si fue- rit uisdua. Et ut בַּת aliquando est sexus & etatis iuuenilis, ita etiam בַּת. Exod. 21. Si filium cornu petierit aut filiam. Exo. 1. Et omnem filiam uiuam seruabit.

Tertio pro filia adoptiua. Esther 2. Quoniam Mardochai post mortem pa- tris eius, & matris eius accepit in filia. Quarto, generaliter pro nata. Gen. 17.

Num filia nonaginta annorum pariet? Quinto, pro pupilla oculi, quae est filia oculi, i. in uel intra oculum, sicut etiam אֵשׁוּךְ dicitur, uel à teneritudine, quod filie sint tenerae. Psal. 17. Custodi me ut nigrum pupillae oculi. Thren. 3. Ne cesset pupil- la oculi tui. Et legitur aliquando geminato beth בְּתָה Zach. 2. Qui tangit uos, attin- git pupillam oculi eius. Sexto, quando nomini proprio ciuitatis praepositur, tum per profopopoeam simul atq; synecdochen, ipsam ciuitatem, hoc est habitato- res eius significat. Psal. 45. Filia Tyri. Psalm. 137. Filia Babel. Zach. 9. Extra ual- de filia Zion, clange filia Ierusalem. Quando autem postponitur nomini ciuitatis, & quidem cum affixo, quod illam ciuitatem referat, tū accipitur pro minoribus oppidis, quae à metropoli tanquā filiae à matre sunt aedificatae. Et Plin. li. 5. cap. 19. mentionem coloniarum facit quae à metropoli deducuntur tanquam filiae à ma- tre. Sed exempla infernè uidebimus. In statu affixorum semper mutat pathah in hirik fortificata litera thau. Gen. 29. Filia eius. cap. 34. In filia uestra. Deut. 22. Fi- lia mea. Et iterum: Filia nostra. Et pluraliter בְּתוּלוֹת. Et in statu tam regiminis, quam affixorum בְּתוּלוֹת Gen. 19. Euge euge duae filiae sunt mihi. cap. 5. Et genuit fili- os & filias. Prouerb. 30. Sanguisugae duae sunt filiae. Gen. 6. Viderunt filij dei filias Adam, quod essent formosae. Psal. 45. Filiae regum. Et ut in singulari, ita plurali- ter aliquando figuratè pro ciuitatibus usurpatur. Gen. 49. Filius floridus Ioseph, fi- lius floridus iuxta fontes, filiarum chorus incedit iuxta murū. Cant. 6. Viderūt eā filiae, & beatam dixerunt eam. Canticor. 2. Adiuro uos, filiae Ierusalē per capreas, &c. Iesaiæ 32. Quiaetate surgite, audite uocem meam filiae securae, id est, quae sunt sub metropoli. Ita filiae Carminis Ecclesiast. pro auribus, eod q; cantilenae permeant ad aures. Et ut supra est indicatum in sexto significandi modo, quando ciuitati alicui postponitur, tum accipitur figuratè pro oppidis minoribus, seu suburbijs, sicut ur- bes & ciuitates maiores & antiquiores, nomine mulierum & matrum uocantur.

rat filium naturalem, qui cohabitatione uiri & mulieris est aedificatus, quasi dicas aedificium parentum. Gen. 4. Et peperit filium & uocauit nomen eius Seth, & ipsi Seth quoq; natus est filius. Iesaiæ 7. Ecce uirgo grauida est, & parit filium, & uoca- bis nomen eius Immanuel. Itē dicitur etiam de animalibus. Genes. 18. Et tulit inde filium bouis, tenerum & bonum. Leuit. 7. Iuuenius unus, filius bouis. Psal. 29. Sic filius unicornium. Leuit. 12. Aut filium columbae, aut turturem. Deinde pro filio adoptiui, & non naturali ponitur. Exod. 2. Et attulit eū in domū Pharaonis, & factus est illi in filiū. & cap. 4. Filius meus primogenitus Israel, &c. Tertio, generalius pro eo, qui est in, uel intra, uel sub persona seu re alia, de qua dicitur. Ge- nesis 15. Filius dispensationis domus meae. Et mox iterum: Et ecce filius domus meae, id est, qui est in domo mea, deditus seu additus rei familiari. Deut. 25. Si fue- rit filius percutere, qui est improbus, id est filius plagarum. 1. Sam. 12. Viuit Iehoua quia filius mortis est uir ille. 1. Samuel. 18. Tantummodo esto mihi in filiū militiae. Exod. 12. Agnus integer, masculus filius anni. 1. Sam. 13. Filius anni erat Saul in re- gno suo. Gen. 5. Et Noach erat filius quingentorum annorum. cap. 15. Nunquid fi- lio centum annorum nascetur proles. Num. 3. Recense filios Leui, à filio mensis & supra. Quarto, dicitur etiam de rebus inanimatis, quae sunt in alio. Iesaiæ 21. Trituratio mea & filius areae meae, id est frumentum quod est in area. Iesaiæ 5. Vi- nea est dilecto meo, in cornu, filius pinguedinis, id est quae pinguedo est in cornu. Psal. 80. Et uisita uitem hanc, & quam plantauit dextra tua, & super filium, quem corroborasti tibi, id est super uitem, quae est in uinea. Ionæ 3. Tu doluisti super cu- curbita, quā nō elaborasti, neq; educaisti, quia filius noctis fuit, & filius noctis abla- tus est. quanquā legatur ibi בַּת לֵבָיָהּ Job 41. Non fugabit eū filius arcus, id est sagitta arcus. Thren. 5. Filij pharetrae, id est, sagittae, ut infra suo in loco. Quinto, ponitur in aliquot locis בַּת cum hirik, sicut בַּת Deut. 31. Et praecipit cum Iosua filio Nun. Iosue 1. Et dixit Iehoua ad Iosua filium Nun. Prouerb. 30. Verba Agur filij Iacke. Ionæ 4. Et dixit Iehoua tu doluisti super cucurbita, in qua non elabora- sti, neq; educaisti, quia filius noctis fuit, & filius noctis ablatu est.

Et pluraliter בְּתוּלוֹת filij, scilicet naturales. Genes. 5. Et fuerunt dies Adae, postq; genuerat Seth, octingenti anni & genuit filios & filias. cap. 25. Et collidebant se fi- lij intra ipsam. 1. Sam. 2. Peperit duos filios. Secūdo filij non naturales sed ado- ptiui. 2. Sam. 21. Et quinq; filios Michal filiae Saul. constat enim Michal uisisse ste- rilem usq; ad diem mortis suae, fuerunt autem illi filij Merob filie Saulis natu maio- ris & sororis Michal, quae nupta fuit Hadrieli Molathite, sicut clare historia indi- cat. 1. Sam. 18. Illis autem utrisq; mortuis Michal in filios adoptauit & educauit.

Tertio, non semper filios significat, qui immediate à parentibus sunt geniti, ue- rum etiam illos, qui longa serie ab illis, naturali tamen stirpe & recta linea ab illis descenderunt & propagati sunt. Sic filij Israel, filij Iehuda, filij Leui, &c. Isto modo Matthæus uocat Iesum Christum, filium Abrahae, & filium Dauidis, &c.

Quarto, legitur scriptum pro adolescentibus. Prouerb. 7. Et considerabam sim- plices, & deprehēdebam inter filios puerum deficientem corde. Quinto sepe pro masculis & foeminis, sicut Latini uocabulo liberi utuntur. Genes. 3. In do- lore paries filios, id est liberos. Et in statu regiminis בְּנֵי Genes. 7. Sem & Ham & Iapheth, filij Noach.

בְּנֵי אֱלֹהִים Filij dei, qui inuocabant uera si de patrem, & à deo uocabantur filij, & credebant in promissionem de semine mulieris. Et opponuntur Cainiticę ecclesie, qui dice- bantur filij Adam. Gen. 6. Et uidebant filij dei filias Adam, quod elegantes essent. Et mox iterū: Et ingressi sunt filij dei ad filias Adam. Itē Job 1. Et factū est quadam die & uenerunt filij dei ut listerent se coram Iehoua, uenitq; satan in mediū eorū.

בְּנֵי אָדָם Filij Adam: ut Adam plerunq; in malam partem in scriptura accipitur pro carne & sanguine sine spiritu sancto, sicut filie Adam. Genes. 11. Et descendit Iehoua ut uideret ciuitatem & turrim, quam edificabant filij Adam, &c. hi autem fuerunt de Cham & de eius posteris Nimrod, & ceteris. Tametsi postea, generali phrasi pro homini-

- mos animæ, id est, capsulas spirationis, in quibus bene spirantia & refocillantia inclusa erant. Exod. 10. Et in domibus suis. Zoph. 1. Et de domibus eorum.
- בַּיִת** Quasi **בַּיִת** nomen mensuræ liquidorum ut olei, uini, habens appellationem suam à uacuitate, & capacitate, sicut pleraque uasa capacia appellationem suam uel à forma uel sono, uel uacuitate, & capacitate habent: ut **בַּיִת הַבְּרִי** & similia. Et tantum liquoris capit, hoc est, decimam partem Cori, quantum aridorum capit **בַּיִת הַיָּבֵשׁ** quæ continet decem Homer: & ut **בַּיִת** edificata est ut capiat & contineat homines, ita **בַּיִת** ut contineat liquidorum partes aliquot, ut supra quoque in tertio modo significandi nominis **בַּיִת** & **בַּיִת** uidimus. 1. Reg. 7. Duo millia batthorum continebat. Et ibidem iterum: Quadraginta Batthos capiebat concha una. Iesaiæ 5. Decem iugera uineæ, faciet Batthum unum. Licet in Ezechiele diuersa sit mensuratum descriptio, ut cap. 45. Epha & Batthus unius sint mensuræ, ut capiat decimam partem Homer Batthus ipse, & decimam partem Homer, Epha. Et pluraliter **בַּיִת** Ezech. 45. Quoniam decem Batthi sunt Homer.
- בַּיִת** Concauitas, uacuitas. Iesaiæ 5. Et ponam eam, scilicet uineam, excauatam seu euacuatam, non putabitur neque sarculabitur, id est, uacuam. Et pluraliter **בַּיִת** Iesaiæ 7. Et uenient & desidebunt uniuersi illi torrentibus excauationum, & uidentur cognationem habere cum nomine **בַּיִת**.
- בַּיִת** Arbitror esse Persicum, & idem illis significare, quod Hebræis **בַּיִת**. Legitur namque tantum in libro Esther, qui quia est conscriptus in uel sub captiuitate **בַּיִת** bylonica, multa habet intermixta peregrina uocabula. Esther 1. Cum impleti essent dies illi, fecit rex uniuerso populo, qui inueniebatur in Susan metropoli à magno usque ad paruum, conuiuium septem dierum in atrio horti domus regis. Et cap. 7. Ad hortum domus.
- בַּיִת** Et in statu regiminis **בַּיִת** ædis, ædificium, constructio, domus, ædificium habens similitudinem domus. Hieronymus uertit arcam. Genes. 6. Fac tibi arcam lignorum Gopher, nidos facies in arca. Exo. 2. Et accepit ei arcam arundinis. Et iterum: Et uidens arcam in medio arundinis. Est & hoc obseruandum, quod Hebræorum Grammatici uocant hac uoce, quod Latini uocant dictionem, eò quod dictione constructa est ex literis & syllabis.
- בַּיִת** Aedificium. Ezech. 41. Aedificij & parietum eius longitudo centum cubiti.
- בַּיִת** Aedificium. Ezech. 40. Et mensurauit latitudinem edificij calamo uno. & cap. 41. Et partes aedificij quinque cubitorum. Et grammatici Hebræorum appellant hac uoce coniugationem uerborum, eò quod ex modis, temporibus & personis aedificetur & constet.
- בַּיִת** Significatione idem est quod **בַּיִת** aedificium, dispositio. Legitur autem semel in hac forma. Et in statu regiminis **בַּיִת** Ezech. 40. Et super eum quasi edificium ciuitatis à meridie.
- בַּיִת** Aedificium dispositum, typus seu exemplar, ad quod simile est aedificandum. Et importat relationem seu respectum inter res similes. Exo. 25. Iuxta omnia quæ ostendi tibi dispositionem tabernaculi, & dispositionem uasorum eius. Deut. 4. Ne forte perditæ agatis, facientes uobis sculpsile cuiuscumque figuræ, dispositionem masculi aut femine. 1. Paralip. 28. Et pro dispositione aurigæ Cherubim, aurum. 2. Reg. 16. Et misit rex Achar ad Vriam sacerdotem similitudinem altaris, & dispositionem eius iuxta omnem facturam eius. Psal. 106. Et mutauerunt gloriam suam in dispositionem bouis comedentis scenum.
- בַּיִת** Cum sex punctis. Et licet alij uelint esse substantium, tamen non leuibus coniecturis adducor, ut iudicem à uerbo **בַּיִת** deductum, & sic dici quod præterquam in pascendis equis & pecoribus, etiã eius in urendis lateribus maximus usus fuerit, quibus domus & aedificia extruebantur. Iob 21. Et erunt uelut stramen coram uetere. Idem cap. 41. Et reputabit pro stramine ferrum. Iere. 23. Quid stramini cum tritico. Genes. 24. Et ingressus est uir domum, & dedit stramen, & pabulum camelis. 1. Reg. 4. Hordeum & stramen pro equis, & pro mulis. Iesaiæ 11. & 65. Et leo uelut

2. Sam. 20. Iesaiæ 32. Sed nunc exemplum unum atque alterum subscribam. Num. 21. In Chesbon & omnibus filiabus eius. Et mox iterum: Et misit ad explorandum Iahater, & ceperunt filias eius. Iudic. 1. Manasse uero non deleuit Bethsan, neque Cariah cum filiabus earum.
- בַּיִת** In statu absoluto, & continua sententia orationis, at in distinctione sententiarum: uerum in statu regiminis & affixorum **בַּיִת**. Et nomen est masculini generis, id est domus, ædis, ædificium industria hominum intus ordine in suas partes, regiones & habitationes aedificatum. Exo. 12. Neque erat domus in qua non faceret mortuus. Deut. 22. Quando aedificabis domum nouam. Gen. 33. Iacob profectus est Succoth & aedificauit sibi domum, & pecoribus suis fecit tuguria. 2. Sam. 5. Cæcus & claudus non ingrediatur in domum. 1. Reg. 18. Quia nomen tuum inuocatum est super domum istam, quam aedificauit. Iesaiæ 56. Domus mea domus orationis cunctis populis. Iere. 7. Numquid spelunca irruptorum facta est domus ista. Iob 30. Et est domus constitutionis omni uiuenti. Eccl. 12. Quoniam abijt homo ad domum occultationis suæ. In his duobus postremis locis accipitur pro sepulchro. Secundo, dicitur de animalium seu uolucrum quarundam domo, quam quoque quadam ratione & industria sua aedificat. Proverb. 30. Cuniculi populus non ualidus: ideo ponunt in petra domum suam. Iob 27. Aedificauit sibi araneus domum suam. Iob 8. Et domus aranei confidentia eius. Psal. 48. Passer inuenit sibi domum. Psal. 104. Ciconia domus super abietibus. Tertio, ponitur in aliquibus locis pro spacio, scilicet uacuo, seu intercapedine excauata que aliquot homines capere potest. 2. Sam. 15. Et egressus est rex, atque totus populus pedibus suis, & substiterunt intercapedine longinquitatis, id est, longinqua seu remota. 1. Reg. 18. Et fecit aggerem uelut intercapedinem satorum duorum seminis circa altare. sed de hoc etiam infra.
- Quarto, figuratè & per synecdochen pro familia, locus pro locato, seu continens pro contento. Gen. 7. Ingredere tu arcam, & tota domus tua. cap. 17. Et filius octo dierum circumcidet in uobis omnis masculus in generationibus uestris natus domus, & empticus argento, &c. Exo. 1. Singuli cum domo sua ingressi sunt. Deut. 25. Sic fiet homini, qui non aedificat domum fratris sui. Psal. 124. Si Iehoua non edificauerit domum. Proverb. 28. Et copia lactis caprini in cibum tuum, & in cibum domus tuæ. Quinto, significatione ampliore pro toto populo. Psal. 114. Cum egredieretur Israel ex Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. 1. Sam. 7. Et lamentati sunt uniuersa domus Israel. Sexto, interdum legitur cum he motum significante ad locum, & quando in continuo sermone scribitur, punctatur hoc modo **בַּיִת** Gen. 28. Vade in Mesopotamiam ad domum Bethuel, & cap. 43. Et introduxit uir homines in domum Ioseph &c. Sed quando est in distinctione sententiarum, tunc sic scribitur **בַּיִת** Genes. 19. Et introduxerunt Lot ad se in domum. cap. 24. & cap. 39. Et ingressus est domum. Et ponitur ad uerbaliter pro intrinsecus. Ezech. 44. Quando ministrant in portis atrij interioris, & intrinsecus. Iesaiæ 14. Vincis eius non aperuit intrinsecus, id est, carcerem interiorum. Septimo, eodem modo significat & accipitur, quando à fronte accipit literam mem **בַּיִת** Exo. 25. Extrinsecus teget eam, & intrinsecus. 2. Reg. 11. Ad interius ipsarum serie rum. 2. Paralip. 23. Educite eam ad intra serierum. Licet sine mem, & forma status regiminis **בַּיִת** etiam legitur pro **בַּיִת** Ezech. 1. Intra illam.
- Et pluraliter **בַּיִת** domus, ædes, aedificia. Exo. 12. Et erit sanguis uobis in signum super domibus. Deut. 6. Et domus plenæ omni bono. Iere. 29. Aedificate domos. Ezech. 45. Et erit eis locus pro domibus. Secundo, per synecdochen continens pro contento. Exo. 1. Quia timebant obstetrices deum, fecit eis domos. 2. Reg. 23. Quorum mulieres texebant sibi domos luci, id est tentoria. Tertio, Moses eo utitur pro domuculis siue ansulis quibus continebantur uetres ad portandum mensam. Exo. 25. Et regione clausuræ annuli pro domibus uetrum ad portandum mensam. In statu regiminis & affixorum **בַּיִת** Exo. 10. Et domus omnium seruorum tuorum. 2. Reg. 25. Et destruxit domos immundorum. Iesaiæ 3. Do-

lapides pretiosos pro fundamēto domus, lapides politos. Exod. 7. Fuitq; sanguis per totam Aegyptum, tam in lignis quam in lapidibus. ubi posita sunt illa nomina cōcreta pro abstractis, id est, pro ualis ligneis & lapideis. Iosue 10. Et Iehoua proiecit super eos lapides grādes ē cœlo usq; ad Aseckam, & plures sunt mortui lapidibus grandinis quā gladio. Iob 6. Num duritia lapidum duritia mea. In statu regiminis אבני Genes. 28. Et tūlīt de lapidibus loci. Iesaiā 27. Sicut lapides calcis. Exod. 25. Lapidēs Onychis & lapides impletionū. Iesaiā 54. Et lapidibus carbuncul. Leuit. 19. Bilances iustitiā, lapides iustitiā. Ezech. 28. In medio lapidum ignis ambulabas, id est, carbonēs ignis: per hos autem intelligit Seraphim.

אבני Nomen dualis numeri tantum, Sella in qua ex muliere parturiente filius filiā ue ædificatur, uel rotam illam figuli, super qua uas aliquod luteum ædificat. Vel ducitur à nomine singulari אבן quod proprie circumferentiam illam in rota significat, quam Latini canthum uocant: quanquam sapissimè pars pro toto accipitur. Et tum scribitur אבני pro אבנים significat duplicem rotam, sicut certe rota est figuli, quæ supernè unam circumferentiam, & infernè alteram habet, & est quasi duplex rota, seu duæ rotæ, seu sella ex duabus rotis. Similiter etiam fortasse sella ædificata fuit in qua mulieres in partu enitebantur. Et legitur tantum bis in scriptura sacra. Exod. 1. Quando obstetricabitis Hebræis, & uidebitis super rota seu sella, quod sit filius, occidatis eum. Ezech. 18. Et descendit in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rota.

160 אבן Vna immatura, quæ Græcis ἄμφος, Latinis labrusca dicitur. Iesaiē 18. Quia ante messem, cum iam integrum fuerit gramen, & labruscæ fuerit folliculus eius, statim excidit culmos falcibus, & palmites amouebit & rescabit. Ierem. 31. & Ezech. 18. Patres comederunt labruscam, & dentes filiorū obstupescunt. In statu affixi Iob posuit sub prima hitik cap. 15. Vm inferet quasi uitis labruscæ, & proiectuelut olēa florem suum.

161 אבן Eruit, elicit aliquid ex persona uel re quod latebat. Et congruit significatio ne cum uerbis אבן & אבן nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se non nihil discrepent. Iesaiā 2. Dixit custos, uenit mane, atq; etiam nox, si eruetis eruite (arcana) reuertimini, uenite. Loquitur autem propheta de peruestiganda uoluntate & aduentu hostium, quæ latebāt eos. & cap. 64. Sicut in incendio ignis liquidæ aque quas elicit ignis, id est, eliquefacit, ebullit.

In uoce passiva אבן erutum est. Abdiē 1. Quomodo deprehensus est Esau, & eruta sunt arcana eius, id est, thesauri eius. Participiū præsens masculini generis אבן Iesaiā 30. Idcirco erit uobis hæc iniquitas sicut ruptura labascens, & eruta in muro excelso.

INDE NOMEN,

אבן Bullæ, papulæ, ebullitiones, excrescentiæ, effervescentiæ. Exo. 9. In ulcus germinās papulas. Et mox iterum: Et factum est ulcus, ebullitiones germinans, id est, papulas, tam in homine quā in iumento.

אבן Geminata litera beth, frequētī in usu est apud Chaldæos pro uocula Hebræa אב, qua affectus significatur ex corde ebulliens, & redditur aduerbio obscuro. 1. Samuelis 25. Obscuro ego mi Iehoua, sum iniquitas ista.

162 אבן Conuenit significatione cum uerbo אבן: nam similiter de commutatione, & compensatione, sed tamē mala dicitur, & significat in acceptis beneficijs ferocire, & cum iniuriā lasciuire. Translatio nostra uulgaris reddidit recalcitrauit. Legitur tantum duobus in locis. Deuter. 32. Et impinguatus Iesuron lasciuuit. 1. Samuelis 2. Quare lasciuitis in sacrificio meo & in oblatione mea. Et haud dubie Apostolus Paulus inde ad uidas lasciuientes accommodans, hoc uerbum Hebræum Græco κατασπλιών ἔργισον, id est, in iniuriam Christi lasciuire reddidit. 1. Timoth. 5.

163 אבן Generali significatione notat ardore & conatu summo uehi super te aliqua ea ut potiare. Postea tamen modum significandi pro circumstantia rei parumper uariat.

bos comedet stramen. Exo. 5. Non amplius dabatur populo stramen ad laterifandum lateres. Et mox iterum: Et dispergebatur populus in tota terra Aegypti ut colligerent collectaneum, ad stramen. Et mox iterum: Stramen non datur seruis tuis, & dicunt nobis, lateres facite.

אבן Denominatiuum à superiore stramen, stramentum. Iesaiā 25. Sicut conculcatur stramentum in luto.

אבן Nomen forma quidem & declinatione masculini generis, sed constructione, generis foemini. Et significat id quod nos quoq; lingua Latina appellamus lapidē, & in Germanica lingua stein. Et si alij omnes nomen esse substantiuū arbitretur, tamen ego non temere censeo à uerbo אבן deriuatū, siquidē ex lapidibus uaria extruantur ædificia, & uerbum ædificandi potissimum sit de illis intelligendū, qui lapidibus ædificāt, sicut ex participijs eius uerbi perspicuum est: deinde etiam differat in hoc à nominibus אבן & אבן quod quātitate minor sit, postq; de loco transferri in locum ad ædificationem alicuius structura, illa uero nomina dicantur de prægrandibus lapidibus, qui immoti stant suo in loco, & ad ædificia extruenda non sunt usui. Genes. 11. Euge laterificabimus lateres, & aduremus in ustorio, & fuit illis later pro lapide. Vel ex hoc loco manifestum est lapidē à potissimo suo usu hoc nomen esse inditum. Genes. 28. Et accepit lapidem, quem posuerat pro ceruicali capitis sui, posuitq; illum in statuam. Et mox iterum: Et lapis iste quem posui in statuam, erit domus dei. Iob 38. Quis iecit lapidem anguli eius. Psal. 118. Lapidem, quem reiecerunt ædificantes hic factus est in caput anguli. Ierem. 51. Non sument ex te lapidem in angulum, neq; lapidē in fundamentum. Sæpe collectiue usurpatur. Leuit. 20. Populus terræ obruet eum lapide. 2. Samuelis 5. Artifices ligni, & artifices lapidis parietis, & ædificauerunt domum. Exemplum quibus conditiones lapidis indicantur. Prouerb. 27. Grauis est lapis, & ponderosa arena. Exod. 15. Descenderūt in profunda uelut lapis. Nehem. 9. Persequutores eorum proiecisti in profunda, sicut lapidem in aquas ualidas. 1. Samuelis 25. Et mortuum est cor eius intra ipsum, & factum est in lapidem. quanquam alij referunt ad totum corpus ipsius. Ezech. 11. Et auferam cor lapidis de carne eorum. Iob 41. Cor eius compactum est, uelut lapis. Exod. 15. Obmutescunt uelut lapis. Legitur quoq; positū per antonomasiam & figuratē pro lapide insigni in regno. Genes. 49. Atq; roborata sunt brachia manuum eius per manus fortis Iacob. Iude pastor & lapis Israelis, id est, propheta, & gubernator: posuit autem numerum singularem pro plurali, pro lapidibus angularibus, quibus nititur & ædificatur politia. Prouerb. 26. Sicut scrupulus lapidis in aceruo, scilicet, pretiosi. Atque quando epitheton apponitur אבן uel aliud, significat aliquanto generalius gemmam, quæ est lapis pretiosus. 2. Samuelis 12. Et lapis pretiosus. 1. Reg. 10. Aurum plurimum, & lapidem pretiosum. 2. Paralip. 3. Et textit domum lapide pretioso in ornamentum. Prouerb. 17. Lapis gratiæ, munus in oculis accipientis illud.

Quarto, ponitur sepe pro pondere, eod quod uel lapides imponebantur lancibus quibus ponderabatur, uel per catachresin, etsi ex alia materia essent uel plumbo uel stanno, uel are: uel quod ex lapide ponderum materia esset excocta, iuxta illud Iob 28. Ferrū de terra luminum, & ex lapide as. Sed uideamus exempla. Deuter. 25. Nō fuit in sacco tuo lapis, & lapis magnus & paruus. Et mox iterum: Sed lapis integer & iustitiæ sit tibi. 2. Reg. 13. Et ponderauit capillitū capitis eius ducentis siclis in lapide regis, id est, pondere regis. Item pro pondere in amittis seu perpendicularo. Zachar. 4. Et uidebunt lapidem stanni in manu Zerubabel. Dicitur semel de plumbo, quod habet formam lapidis. Zachar. 5. Et proiecit lapidem plumbi super os eius, id est, massam. In statu affixorum mutat prius seggol in pathah, & alterum in seua. 2. Reg. 4. Proiecerunt quisq; lapidem suum.

Et pluraliter אבנים Genes. 31. Colligite lapides, & accipientes lapides fecerunt aceruum. Exod. 20. Et si altare lapidum feceris mihi. Deuter. 3. Duas tabulas lapidum. Iob 9. Domum lapidum spectabit. 1. Reg. 5. Attulerunt lapides magnos & lapi-

rum. Deut. 24. Nō poterit maritus eius prior, qui dimiserat eam amplius accipere eā. 2. Sam. 11. Statim luxit super marito suo. Iesaiā 1. Et asinus praesepē domini sui. Osee 2. Et erit in die illa, ait Iehoua, uocabis me uir meus, & non uocabis me amplius Baal meus. Assumit tamē nonnunquā iōd more pluralitū. Exod. 21. Si admonitus dominus eius non statim custodierit eum. Et mox iterum: Bos lapidabitur, atq; etiam dominus eius morietur. Et pluraliter in statu regiminis (nam alterum pluralem in statu absoluto in hoc modo generali significandi nō habet) לַבָּיָהב habentes, occupatores, possessores, domini. Gen. 14. Fratris Iskol, & fratris Aner, qui erant habentes pactū Abram, id est, cum Abramo. cap. 49. Et oderūt eum habentes sagittas. 2. Sam. 1. Ecce nurus & habentes equos. Nehe. 6. Multi erant in Iehuda habentes iuramentum. Eccl. 12. Habentes congregationem. Iosue 24. Et pugnauerunt contra uos habentes Iericho. Iudic. 9. Loquimini in aures omnium habentium Sichem. Et mox iterum: Quod audientes omnes habētes turrim Sichē. Et iterū: Et omnes habentes ciuitatem. Iesaiā 16. Domini gentium percusserunt nobiliores propagines eius. Et in statu affixorum. Esther 1. Ad cōtemnendum maritos suos in oculis suis. Prou. 1. Animam habentium eam tollit. Prouerb. 3. Ne prohibeas beneficium ab habentibus illud, id est, ab habentibus opus illo.

נְשֵׂאָה Nomen generis foemini superioris: legitur tantum in statu regiminis נְשֵׂאָה. 1. Samuel. 28. Consultite mihi mulierem habentem Pythonem. Nahum 3. Habens diuinos. 1. Reg. 17. Filius mulieris habentis domum.

בַּיָּהב Dominus: hoc nomine Deum suum uocarunt Gentes, cui statuas erigentes & altaria singulari cultu & ueneratione seruiuerunt, quem postea Israelitae recipientes, a prophetis gradatim reprehēsi, donec tandem impoenitentes, a uero deo puniti & perditē reieci sunt. Qualis autem cultus fuerit ex scriptura constat, cuius aliquot exempla adducā. Num. 22. Et accepit Balak ipsum Bileam & deduxit eum in excelsa Baal. 1. Reg. 16. Et accepit uxore Iesabel filiam Ethbaal regis Zidonorum, abijt & coluit eam, & genuflexit ei, & erexit arā ipsi Baal in domo Baal, quam aedificauerat in Samaria. 1. Reg. 18. Et prophetas Baal quadringentos & quinquaginta, & prophetas lucorum. Et mox iterum: Si Iehoua est deus uester, abite post eum: aut si est Baal, abite etiam post eum. Et iterum: Et uocabitis in nomine dei uestri, & ego uocabo in nomine Iehoua, & erit, deus qui respondebit in igne ipse sit Deus &c. & uocauerunt in nomine Baal a mane usq; ad meridiē &c. Et 1. Reg. 19. Et reliqui in Israel septem millia, qui omnes genua non flexerūt ipsi Baal, & quorum os non osculatum est eum. 2. Reg. 3. Et abstulit statuas Baal quam fecerat pater eius. 2. Reg. 10. Ne forte sit hic uobiscū de cultoribus Iehoua, sed ut sint cultores Baal solummodo. Et iterum: Et efferētēs statuas domus Baal statim combusserunt eas, & confregerunt statuas Baal, & confregerūt domum Baal. 2. Reg. 21. Et erexit altaria ipsi Baal, & fecit lucum sicut fecerat Achab rex Israel, & genuflexit uniuerso exercitui cœlorum & coluit eum. 2. Reg. 23. Ut efferrent de templo Iehoua omnia uasa quę facta erant ipsi Baal & lucis, & omni exercitui cœlorum, & cōbussit ea. Ier. 7. Faciēdo suffitum ipsi Baal, & ambulando post deos alios, quos non nouistis. & cap. 19. Et extruebat excelsa Baal ad comburendum liberos suos igni, holo causa ipsi Baal. & cap. 23. Et oblitī sunt patres eorum nominis mei propter Baal. & cap. 32. Et domos in quarum tectis suffierunt ipsi Baal.

בְּעוֹרָה Deus Moabitarum, habens ab apertione appellationē, & hūc postea Gentes parū uariato nomine Priapus uocarunt. Num. 25. Habitauit Israel in Sittim, coepitq; populus meretricari cum filiabus Moab, quæ inuitauerunt populum ad sacrificia deorū suorū, & comedit populus & genuflexit dijs eorū, & iugatus est Israel ipsi Baal Peor, & exarsit ira Iehoua in Israel. Deuter. 4. Oculi uestri uiderunt, quæ fecit deus in Baal Peor: nam omnē uirum qui abijt post Baal Peor abstulit Iehoua deus tuus. Huius perditionis meminit quoq; Paulus 1. Corint. 10. Item Psal. 106. Et coniugati sunt ipsi Baal Peor, & comederunt sacrificia mortuorum.

בְּעוֹרָה

uariat. Primo, uerbo ambiendi seu adamandi uertere licebit, ut iuuenēs solent adamare & ambire seu deperire uirginēs, illis ut potiantur & sibi in uxores iſurpent. Et in hoc significandi modō ad Germanos quoque translatum est qui similiter adamare uocant *bülen*, & sic quoq; congruentiam quandam habet cum uerbo לַבָּיָהב ut Germani dicere solent de tali amatore qui in uirginem accensus est & flagrat. *Er möchte sie für liebe fressen*. Et iste equidē æstus & appetitus habendi nedum animo cogitari, tantum abest ut uerbis exprīmi queat, siquidē & Salomo hāc uiri uiam in uirginē negat esse peruestigabilē. Et sic legitur Malachi. 2. Sed prophanauit Iehuda sanctitatem Iehoua quam dilexit, & adamauit filiā dei nothi. Iesaiā 26. Ut adamat adolescens uirginem, ita adamabūt te filij tui, & ut est gaudium sponsi erga sponfam, sic gaudebit super te Deus tuus. Secundo, significat adeptam puellam seu uxorem usurpare subagitatione, qua in eam præceps fertur ut fit in coitione. Deuter. 21. Ingredieris ad eam, & subagitabis eam, & erit tibi in uxorem. Et cap. 24. Cum acceperit aliquis uxore & subagitauerit eam &c. Tertio notat populum legibus subiugare, & potestatem in subditum habere & exercere. 1. Paralip. 4. Ioas & Saraph, qui dominabuntur ipsi Moab. Iesaiā 26. Iehoua deus dominantur nobis domini præter te, seu, subiugauerunt nos domini præter te. Iere. 3. Reuertimini filij auersi, ait Iehoua, ego potestatem habeo in uos. Et cap. 31. Quia iuxta foedus, quod pepigi cum patribus eorum &c. & ego potestatem exercebo in eos, ait Iehoua.

Participium præteritum foemini generis נְשֵׂאָה adamata, subagitata *ein büle*. Iesaiā 62. Quoniam tibi uocabitur uoluptas mea in ea, & terra tuā adamata. cap. 74. Quoniam plures sunt filij horridę, quā filij adamatæ. Et in statu regiminis נְשֵׂאָה Gen. 20. Est enim adamata a marito, id est, addicta marito. Deut. 22. Si inuentus fuerit uir concubens cum muliere addicta marito.

In uoce passiuā לַבָּיָהב Prouerb. 30. Propter odiosam, quando subagitata erit. Iesaiā 62. Et terra tua subagitabitur, siue adamabitur.

INDE NOMINA:

בַּיָּהב Dominus super uel in rem aliquam, quam habet propriam, qua utitur & in eam habet & exercet uis & potestatem. Et in distinctione sententiæ mutat prius parthah in camerz. Et quia Latini non habent unum aliquod uocabulum quo uox ista reddi possit, cogit eos necessitas secundum eius rei qualitatem alijs atque alijs nominibus suæ linguæ idoneis, nunc pro domino, nunc pro marito, nunc pro magistro, nunc pro habente aliquid, seu possessore reddere, quæ tamen omnia Hebræi hoc unico efficiunt. Exod. 24. Quicumque est habens causas, accedat ad eos. 2. Reg. 1. Vir ille erat habens pilos, & cingulo pelliceo erat cinctus. Prouerbior. 1. Frustra spargitur rete in oculis omnis habentis alam. Ecclesiast. 10. Habens alas annunciat uerbum. Iesaiā 41. Ecce ego posui te in tribulam dentatā nouam habentem ora. & cap. 51. Quis est habens iudicium mecum, accedat ad me. Ierem. 37. Et tibi erat habens prefecturas. Danielis 8. Et uenit ad arietem habentem cornua. Prouerb. 18. Qui remissus est in opere suo, frater est habenti perditionem. Genes. 37. Ecce magister somniorum iste uenit. Exod. 21. Si maritus uxoris ipse est. Et iterum: Et dominus bouis extra culpam erit. Et iterum: Dominus putei compensationem faciet. cap. 22. Et accedet dominus domus ad deos. Iudic. 19. Et dixerūt ad dominum domus, senem illum. Et iterum: Et egressus est uir ille dominus domus. Deut. 15. Omnis dominus mutui. Ioselis 1. Luge tanquam uirgo accincta sacco super marito iuuentutis suæ. Genes. 20. Est enim ipsa addicta marito. Prouerb. 23. Et ponas cultrum in gutture tuo, si dominus animæ tu, id est, amator uitæ tuæ. & cap. 24. Qui cogitat malefacere, magistrum prauorum consiliorum uocabunt. Nahum 1. Vliscens dominus & exercens furorem. Prouerb. 23. Ne adiungas tibi habentem iram. Legitur tamen semel ut לַבָּיָהב distributiue pro aliquis. Leuitic. 21. Non contaminetur quisquam in populo suo, ut polluat se. Et in statu affixorum

rum

Participium praeteritum מִכְרַח Iere. 36. Et foculus erat coram eo accensus.

Est autem hic obseruandū in ista secunda coniugatione, q̄ hoc uerbū per translationem saepe alijs rebus attribuitur quā igni aut furori, & significat depascere aut tollere, quasi ignis absumit ac tollit deuoratq̄. Exo. 22. Et emisit pecus ut depascatur agrum alterius. Iesaiæ 3. Et uos estis, qui depasti estis uineā. Num. 24. Sed tolletur Kinaus, quando Assur captiuum abduxerit te. Deut. 13. Vt tollas malum de medio tui, quod Paulus 1. Cor. 5. ubi scribit: Tollite sceleratū istū ex uobis, &c. uerbo Græco ἐφαγῆτε reddidit. Deuter. 19. Non parcus oculus tuus ei, & tolles sanguinem innocētis ex Israel, ut bene sit tibi. & cap. 26. Tuli sanctum de domo atq̄ tradidi illud Leuitis. Et mox iterum: Et non tuli de eo ad immundiciem. Iudic. 20. Vt occidamus & tollamus malum ex Israel. 1. Reg. 14. Et tollam posteritatem domus Ierobeam quemadmodum tollitur sterco omnino. 1. Reg. 22. Reliquias scortatorū, qui remanserūt in diebus Asa patris sui sustulit de terra. 2. Paralip. 19. Quia sustulisti lucos de terra.

In tertia coniugatione חָקַר Iudic. 15. Et comburere fecit ignem in facibus, & in stantes segetes Philistinorum & comburere fecit ab aceruis usq̄ ad stantes segetes. 2. Paral. 28. Ipse adoleuit incensum in ualle filij Hinnon, & comburere fecit filios in igne. Ezech. 5. Tertiam partem in igne comburere facies in medio ciuitatis. Nahum 2. Comburere faciam in fumo currus eius. Exod. 22. Si quispiam depascere faciet agrum aut uineam, scilicet pecus.

Participium presens מְכַרֵּי combustor, incendiarius. Exod. 22. Restituendo restituat incendiarius, id quod combustum est.

INDE NOMINA:

בִּעְרָה Res combusta. Exod. 22. Restituendo restituet incendiarius combustionem, id est, rem combustam.

מִכְרַח Incendium. Num. 11. Et uocatū est nomen loci illius Thabera, eo quod ignis exarsisset in eos.

בְּעִיר Animal, brutum pecus a depascendo, sicut clarè ex isto loco habetur. Exod. 22. Si quispiam depascere fecerit agrum aut uineam, & dimiserit pecus suū ut depascatur agrum alterius. Gen. 45. Onerate pecudes uestras. Num. 20. Vt moriamur ibi nos & pecudes nostræ. Psal. 78. Tradidit grandini pecudes ipsorum.

בַּעַר Pecunius, homo animalis, qui pecudis more hinc inde oberrat, nec seipsum rege ratione sua potest, sed rectore & ductore opus habet. Chaldeus translulit מְכַרֵּי Psal. 49. Quoniam uidet sapientes mori, pariter stultus & pecunius intereat. Psal. 73. Ego pecunius nihil noui. Psal. 92. Vir pecunius istud non cognosce. Prou. 30. Pecunius ego supra uisum, neq̄ intelligentia plebei mihi. Prouerb. 12. Qui amat disciplinam amat scientiam, qui autem odit correptionem pecunius est.

INDE VERBUM,

בִּעַר Pecunius factus est, id est, infatuatus est. Iere. 10. Et in hoc uno infatuantur & stultescunt, quod doctrina uanitatum est lignum.

Participium seu nomen participiale מְכַרֵּי. Psalm. 94. Intelligite pecuni in populo, id est, fatui. Ezech. 21. Tradam te in manum hominum fatuorum.

In uoce passiuua בְּעִיר. Iesaiæ 19. Quorum consiliū infatuatum est. Iere. 10. Infatuatur omnis homo a scientia. Et mox iterum: Infatuati sunt pastores & ipsum lehoua non quaesuerunt.

In prima coniugatione non est usitatum nisi in uoce passiuua בְּעִיר exagitationis, extimulatus est ad conspectū hominis uel alterius rei, unde malum seu damnū metuitur. Et differt a uerbis עָבַר & נָבַע modo tantum significandi. Et potest reddi uerbo, exterritus est. Danielis 8. Cum ipse uenisset exterritus sum. Esther 7. Et Hamon exterritus est a facie regis. 1. Paralip. 21. Quia exterritus fuit a facie gladij.

In secunda coniugatione בָּעַר sit transitiuum. Exagitauit, extimulauit, exercuit aliū uel malo uel metu. 1. Samuel. 16. Spiritus ipsius lehoua recesserat a Saule, & exagitauit eum spiritus malus a lehoua, scilicet ad inuidiam, odium, crude-

165
בִּעַת

בַּעַל זְבוּב Dominus seu princeps muscarū, deus Aekronitarum. 2. Reg. 1. Cecidit Achazia per cancellos in solario, quod habebat in Samaria, & aegrotauit, & misit legatos, dixitq̄ ad eos dicens: abite, cōsultite in Baal Zebub deo Ekron, an reuicturus sum ab aegritudine ista. Et in Matthæo, Luca & Marco legitur Iudæos principem dæmoniorum hoc nomine appellasse.

בַּעַל בְּרִיהַ Deus Gētium, quem postea mortuo Giddeone populus Israeliticus coluit. Iudic. 8. Postquam mortuus est Giddeon, auersi sunt filij Israel, & meretricati sunt post Baalim, & constituerunt sibi Baal Berith in deum. & cap. 9. Et dederunt ei septuaginta argenteos ex domo Baal Berith.

בַּעַל זֶפְוֹ Nomen loci cuius sit mētio Exod. 14. Inter Migdol & inter mare ē regione Baal Zephor. Nu. 33. Et profecti sunt de Etham & reuertendo contra os Hiroth, quæ est super facie Baal Zephor castrametati sunt ē regione Migdol.

בַּעַל מְעוֹן Num. 22. Et filij Ruben edificauerūt Hesbon &c. & Nebo & Baal Meon. Ezech. 25. Ecce ego aperio latus Moab de ciuitatibus eius in extremis, amœnam terram Beth Haefmos, Baal Meon, & Kiriath Aiema.

בַּעַל גַּד Nomen loci uel ciuitatis. Iosue 13. A Baal Gad subter montem Hermon donec uenias in Hemath.

בַּעַל בְּמוֹתָ Nomen ciuitatis, forte in editiore loco sita, & a Baal nomen habens. Iosue 13. Hesbon & omnes ciuitates eius, quæ sunt in planicie Dibbon, & Bamoth Baal & Beth Baal Meon.

בַּעַל הַמוֹן Nomen loci, cuius sit mētio Cantic. 8. Vineam fuit Salomoni in Baal Hamon.

Et pluraliter בעלים Baalim. Et arbitrator omnia idola generaliter isto nomine uenire, quæ primo Gētes, postea Iudæi, & postea Christiani colunt & uenerantur.

Et fecerunt filij Israel malum in oculis Iehoua & coluerunt Baalim, & dereliquerunt Iehoua deum patrū suorum, qui eduxit eos de terra Aegypti, & abierunt post deos alios, post deos populorum, qui erāt circa eos. Et cap. 10. Et addiderunt filij Israel facere malum in oculis Iehoua, & coluerunt Bealim & Astheroth & deos Syriæ & deos Sidon, & deos Moab, & deos filiorum Ammon, & deos Philistinorum, & dereliquerunt Iehoua, & non coluerunt eum. 2. Paral. 28. Atq̄ etiam fusilia fecit ipsis Bealim. Osee 2. Et uisitabo super eam dies Bealim quibus suffiuit, & alligauit in aurem suam & monile suum. Et iterum: Et amouebo nomina Bealim de ore eius & non recordabuntur amplius nominis eorum.

יהרבעל Cognomen Giddeonis, cuius causa indicatur Iudic. 6. Et uocauit eum in die illa Ierubaal, dicens: Litiget cum eo Baal quod destruxit altare eius.

164 בער Cognomen habet significatione cum uerbo Latino biro: deinde cum uerbis עָבַר רָעַב עָבַר עָבַר, nisi q̄ ut forma, ita modo significandi inter se differat. In prima coniugatione neutraliter sumitur pro ardere, exardere, ardendo depasci, perfligrare. Exo. 3. Cur nō ardeat rubus. Num. 11. Et exarsit ignis lehoua in eos, deuorauitq̄ eos. Iud. 15. Quasi lina quæ igni arserunt, id est, adusta sunt. 2. Sam. 22. & Psal. 18. Carbores arserūt ab eo. Esther 1. Et furor eius exarsit in eo. Iob 1. Ignis dei cecidit ē cælo & exarsit in gregem & in pueros. Psal. 79. Exarsit uelut ignis zelus tuus. Ie saie 1. Et erit fiducia in stuppam, & operarius eius in scintillam & ardebunt ambo simul, & non erit, qui extinguat. & cap. 62. Et salus eius quasi fax ardeat.

Participium בער Exo. 3. Et ecce rubus ardebat in igne. Eius scemininum בערה Iesaiæ 30. Anhelitus Iehoua sicut torres sulphuris exardet in eam. Item in alia forma בערה Iere. 20. Et fuit in corde meo sicut ignis ardens. Et pluraliter בערות Ezech. 1. Et aspectus eorum erat instar carbonum ignis ardentium.

In secunda coniugatione בער sit transitiuū, accedit. Exo. 35. Non accēdetis ignē in omnibus habitationibus uestris in die Sabbathi. Leuit. 6. Accendet super altari sacerdos ligna singulis mane. Ies. 40. Et Libanus nō sufficiet ad accēdēdū. Et cap. 4. In spiritu iudicij, & in spiritu accēdēdi, i. accētionis. cap. 6. Et erit ad accēdēdū.

Parti-

monia tua, & non ad avaritiam. In statu affixorum mutat sae gol in hirik, & alteram uocem pathah in seua. Iesaiæ 56. Vnusquisq; ad avaritiam e loco suo. Iere. 22. Quia non est oculus tuus, & cor tuum nisi ad avaritiam tuam.

169

בצק

Maceratum est, ut emollescat, atq; propemodum idem ualeat quod Graecis uerbum φραση mifcere: ueluti cu argilla humore maceratur, farina liquoze aquae oleue. Deut. 8. Et pes tuus non maceratus est. Nehem. 9. Et pedes eorum non macerati sunt.

INDE NOMEN,

Afcalon. 2. Sam. 18. Curram nunc, & annūciabo regi. 1. Paral. 16. & Psal. 96. Annun-
ciate de die in diem salutem eius. Psal. 40. Annunciaui iustitiam in ecclesia multa.
1. Sam. 31. Et miserunt in terra Philisthaeorum circūquaq; ad annunciandum in do-
mo idolorum. Iesaja 61. Ad annunciandum afflictis misit me.

Participium praesens seu nomē participiale בְּשָׂרִי nuncius. 2. Sam. 18. Etiam ille
nuncius est. Iesaja 52. Quā speciosi super montibus euangelizantis, diuulgantis
pacem, euangelizātis bonum. Legitur q; haec uox tantum semel in malam partem
pro tristia annūciante. Licet etiam sic saluari possit, q; etsi patri fuerit triste de filio-
rum interitu nuncium, tamen populo & ecclesiae dei bonum & laetum, q; liberatus
fuerit à tam sceleratis sacerdotibus. 1. Sam. 4. Et respondit nūcius & dixit, &c. Et
in genere foeminino בְּשָׂרִי Iesaja 40. Super montem excelsum ascende tibi, an-
nunciatrix Zion, eleua strenue uocem tuam annunciatrix Ierusalem. Et plura-
liter בְּשָׂרֵיהֶּם Psal. 68. Iehoua dabit sermonem, euangelizantiū exercitum multum.

In quarta coniugatione בְּשָׂרֵי I. Sam. 18. Et dixit Chusi, euangelizabitur Susten-
tator meus rex, quoniam uindicauit te Iehoua hodie de manu.

I N D E N O M I N A:

בשרה Nuncium laetum seu praemium pro bono & laeto nuncio, & utrumq; Graeci etiam
uo cant εὐαγγέλιον. 2. Sam. 18. Non es uir euangelij tu. Et mox iterum: Bonum nun-
cium est in ore eius. 2. Reg. 7. Haec est dies Euangelij. At pro praemio, 1. Sa. 11. 4.
Ut darem ego illi euangelium. 2. Sam. 18. Non inuenies Euangelium.

בשור Nomen proprium torrentis, cuius fit mentio 2. Sam. 30. & alibi.

בנה Vide in themate suo בנה.

בנה Vide in themate suo בנה.

189 **בתולה**

Virgo matura, uirgo & iam nubilis, integra tamen & incorrupta. Gen. 24. Et
puella pulchra aspectu ualde, uirgo quam uir non cognouit. Leuit. 21. Super
sororem eius uirginem. Et in statu regiminis בתולה Iere. 31. Et tu aedificab-
eris uirgo Israel. Et pluraliter בתולות Psal. 148. Iuuenes atq; etiam uirgines.

בתולים

Nomen uoce pluralis numeri tantū, quod accipitur nūc pro uirginitate, nunc pro
signis uirginitatis. Deut. 22. Non inueni ei uirginitatēs, id est, signa uirginitatis.
Sic in statu regiminis בתולי Deut. 22. Et proferent uirginitates puellae. aliās in sta-
tu affixorum pro integritate usurpatur. Iudic. 11. Et flebo super uirginitatē meam.
Leuit. 21. Et ipse uxore in uirginitate eius capiet. Ezech. 23. Et ibi fractae sunt mam-
mae uirginitatis earum.

190 **בתק**

Difsecuit: habet cognitionem significatione cum uerbo בתק nisi quod ut lite-
ra parum, ita modo significandi inter se uariant. Ezechiel. 16. Et difsecabunt te
gladijs suis.

191 **בתי**

Diuisit in duas partes, partitus est. Congruit significatione cum uerbo בתי, nisi
quod ut prima parum litera, ita modo significandi tantum uariant, quae difsecan-
tur ea etiam dissiliunt, congruit quoq; cum ipso uerbo Latinum partitus est,
facta tantum literarum transpositione. Gen. 15. Et auem nō diuisit, seu partitus est.
In secunda cōiugatione בתי Gen. 15. Et tulit omnia ista, & diuisit ea per mediū.

I N D E N O M E N,

בתי Diuisio, pars. Et in fine sententiā בתי pars, literarum inuersione. Cantic. 2. Super
montibus diuisionis. Et pluraliter בתרים Iere. 34. Inter diuisiones uituli. Et cum
affixo. Iere. 34. Et transierunt inter partes eius.

fouea uitam meam. Vsurpatur autem sapius nominaliter, ideoque reliqua exempla inter nomina reperies.

Participium präteritum, quod legitur tantum pluraliter **וְיָשְׁבוּ** Iesaiæ 35. Et abi hunc redempti. cap. 51. Qui posuit profunditates maris uiam, ut transirent redempti. In statu regiminis & affixorum **וְיָשְׁבוּ** Psal. 107. Dicant redempti Iehoua, qui redemit eos de manu aduersarij. Iesaiæ 62. Et uocabunt eos populum sanctitatis, redemptos Iehoua. Et cap. 63. Et annus redemptorū meorū uenit, id est redimendorum. In uoce passiuā **וְיָשְׁבוּ** & retinet in plerisque locis modum eundem significandi, quem habet in uoce actiua: ut Leuit. 25. Et si nō redimetur ad plenitudinē sibi anni integri. Et iterū: Aut si apprehēderit manus eius ut redimatur. Et iterū: Et si non redimetur istis. Leuit. 27. Non redimetur amplius. Et iterū: Non uendetur neque redimetur Ies. 52. Et sine argento redimemini, &c. Est tamē hoc uerbum irregulare, & cōpositum ex präterito passiuā uocis primā cōiugationis irregulari, & ex präterito passiuā secundā cōiugationis **וְיָשְׁבוּ** & cōmunicat significatiōne cū uerbo geminato **וְיָשְׁבוּ** Et quia res quæ uoluntantur uel in sanguine uel in stercore, aut re alia immunda, cōtaminantur: quare uolutationē cum contaminatione, & ediuerso contaminationē ex uolutatione simul importat, atque hanc uicissitudinem seu consequentiam prophetas uoluisse significare hac compositione, arbi tror. Legitur autem Iesaiæ 59. Quoniam manus uestre uolutatione contaminatae sunt in sanguine, & digiti uestri in iniquitate. Similiter Thren. 4. Uolutatione cōtaminati sunt in sanguine.

Participium deinde legitur generis fœminini **וְיָשְׁבוּ** in eodē modo significandi. Zoph. 3. Vā mōstrosa & cōtaminata, urbi direptrici, scilicet aliorū sanguine.

In secunda cōiugatione **וְיָשְׁבוּ** uolutando contaminauit seu polluit. Malach. 1. Quid affertis super altare meum panem contaminatum, & dicitis in quo contaminauimus te.

Participium präteritum **וְיָשְׁבוּ** Malach. 1. Panem contaminatum. Et iterū: Mensa Iehoua cōtaminata est. Eadem ratione legitur etiam in **וְיָשְׁבוּ** & **וְיָשְׁבוּ** in participio secundā cōiugationis. Iesaiæ 9. Et uestimētum uolutatione cōtaminatum est in sanguinibus, &c. Atque hoc ideo indicare uolui, ut fidem facerem eorum, quæ iam dixi in passiuā uoce primā cōiugationis.

In uoce passiuā **וְיָשְׁבוּ** Esdrae 2. & Nehe. 7. Hi quæsiuerunt suum an essent de populo, & non sunt inuenti, ideo deuoluti sunt à sacerdotio, scilicet tanquam contaminati, & immunūdi amoti sunt.

In tertia cōiugatione **וְיָשְׁבוּ** pro quo tamen legitur **וְיָשְׁבוּ** & in altero modo significandi, pro contaminare, quod propheta ista irregularitate significare uoluit. Iesaiæ 63. Et omnia indumenta mea contaminauī, scilicet uolutando.

In quarta cōiugatione **וְיָשְׁבוּ** uolutando contaminauit se. Dan. 1. Posuit Daniel in corde suo, ut non cōtaminaret se in cibo regis, & in uino quod bibebat ille, petebatque à principe eunuchorum, ut non contaminaretur. Talis usus est quoque uerbi quartæ cōiugationis **וְיָשְׁבוּ** ut in themate **וְיָשְׁבוּ** indicatum est. Et Petrus Apostolus uidetur hoc uerbum reddidisse. 2. Epist. 2. Græco *εμπελεκομαι*.

INDE NOMINA:

וְיָשְׁבוּ Quod uerbum & participium præsens temporis sit, supra exemplis ostēdimus. Solet tamen frequentius accipi nominaliter significans assertorem, uindicem, redemptorē, id est, qui iure propinquitatis uel in se deuoluebat causam propinquitatis interfecti, eiusque sanguinē uindicabat: uel si de bonis consanguinei agebatur, rem ab eo deuolutā redemptione debebat reuoluere ad se, qualis erat frater, patruus, filius patris, & deinceps reliqui consanguinei eiusdem lineæ. Num. 35. Et erunt uobis ciuitates pro contractione à uindice. Et iterum: Vindex sanguinis ipse interficiet interfectorem. Et iterū: Et eripiet cœtus occisorē de manu uindicis. Leuit. 25. Quod si alicui non fuerit redemptor. Num. 5. Et si non fuerit alicui redemptor. Semel tamen legitur in abstracto. Ruth 2. Propinquus est nobis uir iste de consanguini

וְיָשְׁבוּ Superbia. Iob 40. Ornate superbia & excellētia. Iesaiæ 4. Et fructus terre erit in superbia, & ornamentum euasioni Israel. Prouerb. 16. Ante iacturam superbia, & ante ruinā elatus spiritus. Ezech. 16. Superbia, saturitas panis, & luxus in trāquillitate. In statu regiminis **וְיָשְׁבוּ** Mich. 5. In superbia nominis Iehoua. Psal. 47. Selegit nobis hereditatem nostram, superbiam Iacob, quem dilexit. Leuit. 25. Et confringam superbiam pertinaciæ uestre: Iob 35. Et hic ponet in superbia procillas suas. Iere. 12. Quomodo faciet in superbia Iordanis. Zach. 10. Et desicietur superbia Assur. Similiter in statu affixorum. Iesaiæ 2. Veni in petram, & abscondere in puluere à facie pauoris Iehoua, & à decore superbię eius.

וְיָשְׁבוּ Superbia, elatio. Iob 41. Superbia pinnarum tanquam scuta. Psal. 31. Loquuntur cōtra iustū dura, cū superbia & contemptu. Et mox iterū: Et retribuit abundanter facienti superbiā. Psal. 36. Non ueniat mihi pes superbię. Iesaiæ 9. Qui dicunt in superbia & magno corde. In statu regiminis **וְיָשְׁבוּ** Psal. 10. In superbia improbi persecutionem patitur afflictus. Prouerb. 29. Superbia hominis humiliabit eum.

In statu affixorū **וְיָשְׁבוּ** Psal. 33. Et in superbia sua in nubibus. Et mox iterū: Qui est gladius superbię tuę. Iesaiæ 25. Et humiliabit superbiam eius.

וְיָשְׁבוּ Superbia. Psal. 93. Iehoua regnat, superbia indutus est. Iesaiæ 26. Nō uidebit improbus superbiam Iehoua. Psal. 89. Tu dominaris in superbiā maris. Psal. 17. Ore suo loquuntur in superbia.

וְיָשְׁבוּ Vallis uide in loco suo.

196
וְיָשְׁבוּ

Congruit significatiōne cum uerbis **וְיָשְׁבוּ** & **וְיָשְׁבוּ** nisi quod modo significandi non nihil ab illis discrepet. Significat enim rem aliō deuolutam, ad se reuoluere seu trāsferre, & quod Latinis redimo, si accipias pro rem uel à seipso, uel à consanguineo proximo, donatione seu uenditiōne deuolutam & contractu quodam implicatam, iure proprietatis pristinae sibi rursus asserere & uendicare. Leuitic. 25. Et uenerit uindex eius propinquus ad eum, uendicabit uēditum fratris sui. Et iterum: Vnus ex fratribus suis uendicabit eum, siue patruus suus, siue filius patris sui, aut aliquis successor carnis suę, de consanguinitate sua, uendicabit eum. Iob 3. Vendicabunt eum tenebrę & umbra mortis, ubi figuratē est positum. Et per catachresin. Leuitic. 23. Et qui redimet à Leuitis, id est, emet, sicut Latinis uerbum redimendi saepe pro emendi, hoc est cōpositum pro simplici usurpatur. Item Leuit. 27. Et si sanctificans redemerit domum suam. Item ibidem: Et si redimendo redemerit agrum, is qui sanctificauit eum. Porro hoc diligenter obseruandum est, quando hoc uerbum ipsi Deo tribuitur, tum immediatē de secunda in diuini persona intelligendum est, nempe de filio, qui ideo homo est factus, & carnem nostram assumpsit, ut propinquus & consanguineus proximus nos uenundatos sub peccatum, & in Satanę potestatem redactos, iure propinquitatis sanguine suo redimeret, suoque nos regno adfereret ac uendicaret. Itaque eiusmodi omnes loci ueteris testamenti confirmant fidem de incarnando filio Dei, & in carne redemptione humani generis per sanguinem ipsius. Exod. 6. Et redimam uos in brachio extento. & cap. 15. Duxisti in beneficentia tua populum istum, quem uendicasti. Iesaiæ 44. Vendicauit Iehoua Iacob. Iere. 31. Quia redemit Iehoua Iacob, & asseruit eum de manu fortioris illo. Thren. 3. Vendicasti uitā meam. Osee 13. De manu inferni redimam eos, & ex morte uindicabo eos, &c. Mich. 4. Ibi asseret te deus de manu inimicorū tuorū. Psal. 72. A fraude & iniuria asseres animam eorum. Psal. 74. Vendicasti tribum hereditatis tuę. Insuper & hoc obseruandum, quod in libro Ruth hoc uerbum notet iure propinquitatis asserere sibi, hoc est, dūcere cognatam, ut hereditas ad te deuoluatur. ut cap. 3. Si asseruerit te, bene, asserat, si autem non uoluerit asserere te, tunc ego te asseram. Sic quoque eodem iure propinquitatis asseruit sibi Christus ecclesiā in spōsam. Eph. 5.

Participiū præsens **וְיָשְׁבוּ** Gen. 48. Angelus qui redimit me ab omni malo, bene dicat pueros istos. loquitur de Christo mittendo in carne. Psal. 103. Qui redimit à fouea

gnum humile. Iere. 49. & Abdia. 1. Si exaltaueris sicut aquila nidum tuum. Si uero absolute est scriptum, tum accipitur neutraliter. Iesaja. 7. Profunda deorsum, uel eleuare sursum. Iob 5. Homo ad laborē nascitur, & filij pinnarū ut eleuent uolādō. Participiū praesens מִרְבֵּי Prouerb. 17. Qui exaltat ostium suū, querit ruinam. & cum iōd paragogico מִרְבֵּי fit appellatiuum & epitheton dei. Pl. 113. Quis sicut Iehoua deus noster, sublimis ille ad habitandum.

INDE NOMINA:

רָבִי Nomen masculini generis, altus, sublimis, pcerus, excelsus. 1. Sam. 9. Humero suo & amplius altus quam totus populus. Esther 5. Et facient lignum altum quinquaginta cubitorū. Iob 41. Quicquid altū est uidet. Psal. 138. Et altū à lōge cognoscit. Eccl. 5. Est altus supra altū custodem, & altiores supra eos, id est, utrumq;. Legitur semel sine mappik. Iesaja. 2. Super omnem turrīm altam. In statu regiminis רָבִי Psal. 101. Elatum oculosū & latum corde ferre nō possum. Prouerb. 16. Abominatio Iehoua est, omnis elatus corde. Ezech. 30. Ecce Assur uelut cedrus in Libano, quae pulchra est ramis, frōdibus umbrosa, & alta statura. Legitur etiā abstractiue. 1. Sam. 16. Ne respicias formā eius, neq; altitudinē staturae eius. Psal. 103. Iuxta altitudinem caelorum supra terram. Et pluraliter רָבִי Genes. 7. Et operi sunt omnes mōtes alti, qui sunt sub caelo. Psal. 104. Mōtes alti sunt pro ibicibus. Iesaja. 5. Et oculi elatorum humiliabuntur. Iere. 51. Et portae eius alte, igni cōburentur. Et in genere foeminiño רָבִי sine mappik. Deut. 3. Erantq; omnes urbes istae munitae, muro alto, portis & uectē. 1. Sam. 2. Ne multiplicetis & loquamini altū, altū inquam. 1. Reg. 14. Super omni colle alto. Dan. 8. Vnū cornu altius altero. Et pluraliter רָבִי Deut. 28. Donec deiecerit muros tuos altos. Dan. 8. Et duo cornua erāt alta. Zoph. 1. Et super pinnacula excelsa. Legitur tamen semel in forma רָבִי Iere. 17. Super colles altos.

רָבִי Altitudo, sublimitas, elatio. 2. Paralip. 3. Et altitudo centū & uiginti cubiti. Iob 22. An non deus in altitudine caelorum. cap. 4. Ornare nūc superbia & altitudine. Psal. 10. Improbis in elatione uultus sui nihil curat. Prouerb. 16. Ante ruinam est elatio spiritus. Ezech. 1. Et canthi earum & altitudo illis. Similiter legitur in statu regiminis. 2. Paral. 32. Et humiliatus est Ezechias in elatione cordis sui.

In statu affixorū mutat holem in hatephchametz, & seruat he inuariatum, sine tamen dagges. 1. Sam. 17. Altitudo eius erat sex cubitorum & palmi. Iere. 48. Audiuius superbia Moab, est enim superbus ualde, elationē eius & superbiā eius, arrogantia eius & elationē cordis eius. Ezech. 19. Et uisa est in altitudine sua. Amos 2. Quia uelut altitudo cedrorum altitudo eius. Et pluraliter in statu regiminis רָבִי Iob 11. In sublimitatibus caelorum quid ages?

רָבִי Elatio, altitudo, sublimitas. Iesaja. 2. Oculorum elatio in homine humiliabitur. Et mox iterum: Et deprimetur elatio hominis.

רָבִי Nomen appellatiuum, & significat generaliter quamlibet cuiuslibet rei altitudinem, quae alijs partibus eminet. hinc de aedificijs altioribus, de dorso hominis, tumulo terrae, canthis rotae, supercilijs oculorum, quae Hieronymus quoq; canthos appellat, dicitur. Ezech. 16. Et aedificabas tibi altare, & faciebas tibi excelsum in omni platea. In statu regiminis רָבִי. Ezech. 43. Haec est altitudo altaris. In statu affixorū fortificat literā beth punctulo dagges. Psal. 129. Super dorso meo arauerūt aratores. Ezech. 10. Omnis caro earū, & dorsum earū et manus earū. Ezech. 16. Cum aedificares tu altare tuū & capite omnis usae, & excelsum faceres in omni platea. Et pluraliter tam in statu regiminis q̄ affixorū רָבִי Iob 15. Currū, cōtra eunt collo, in densitate dorsi clypei sui. cap. 13. Et ad tumulos luti dorfa uestra. 1. Reg. 7. Et axes earum, & canthi earū. Ezech. 1. Et canthi illis, & altitudo illis. Et pluraliter in genere foeminiño רָבִי supercilia, cāthi oculorum seu rotarum. Leuit. 14. Et supercilia oculorum. Ezech. 1. Et canthi earum erant pleni oculis.

רָבִי Gibbus. Leuit. 21. Si cui est gibbus, quanquam Thargū Hierosolymitanū intelligat de illo, cui in utroq; oculorum sinu, superciliorū pili densius & deformius ex-

nitate nostra. Et quando scriptura Deum sic uocat, tūc simul insinuat, q̄ filius Dei debebat assumere carnem nostrā & noster fieri cōsanguineus, ut posset nos iure propinquitatis redimere. Iesaja. 59. Et ueniet ad Zion redemptor, id est Christus homo & propinquus noster factus. In statu affixorū mutat zere in hateph pathah. Leuit. 6. Et uenerit redemptor eius propinquus ad eū. Iob 19. Scio quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo super puluere resurgā. Iesaja. 41. Ne timeas uermis Iacob, redemptor enim tuus est sanctus Israelis. Prouerb. 23. Et in agrum pupillorum ne ingrediarius, quia redemptor eorum est fortis. Et pluraliter רָבִי 1. Reg. 16. Non relinquens ex ea mingentem ad parietē, etiam redemptores eius, id est illos qui consanguinei sunt. Legitur tamen in statu regiminis רָבִי pro רָבִי ut ista irregularitate discernatur ab altero modo significandi, & accipiendum sit pro contaminatoribus, non redemptoribus. Nehe. 13. Recordare mi deus eorum super contaminatoribus sacerdotij, atq; pacti sacerdotij, & Leuitarum.

רָבִי Reuolutio, id est, redemptio seu ius redemptionis, ius redimendi. Leuit. 25. In tota terra possessionis uestrae redemptionē permittetis pro terra. Et iterū: Et redemptio erit ei, id est, ius redimendi. Ierem. 32. Ecce Hanama El filius Sallum patruī tui uenit ad te dicens: Eme tibi agrū, qui est in Anathoth, quia tibi est ius redemptionis, ut emas. Et mox iterū: Quia tibi est ius possessionis, & tibi redemptio, eme tibi.

In statu regiminis רָבִי. Leuit. 25. Redemptio perpetuitatis erit Leuitis. Similiter cum affixo רָבִי. Leuit. 25. Et inuenerit iuxta sufficientiam redemptoris suae. Ezech. 11. Fili hominis, fratres tui, fratres, inquam, tui, uiri redemptionis tuae, id est consanguinitatis tuae.

Congruit significatiōe cum רָבִי רָבִי רָבִי. nomen, fouea, fossa, scrobs, cauea, lacuna. Et est contrariae significatiōis nomini רָבִי nam ut hoc significat conuexitatē alicuius rei, ita illud significat concauitatem. Iesaja. 30. Vel ad hauriendum aquam ex scrobe. Et pluraliter רָבִי. Iere. 14. Venerunt ad fossas, neque inuenerunt aquam. Et in statu affixi resumit aleph. Ezechiel. 48. Paludes eius & lacunae eius non sanabuntur, sed in sanguinem ponentur. Volunt etiam quidam רָבִי nomen esse proprium ciuitatis. Iesaja. 10. Habitatores Gebim corrobauerunt se: alij tamen uolunt q̄ significet, fossas seu scrobes, & ita interpretantur, habitatores in scrobibus, sicut hoc Ieremię cap. 14. Venerunt ad scrobes & nō inuenerunt aquas. Et dicāt hoc nomine quoq; significari bruchos seu scarabeos, quod hi scrobes fodiant & inhabitent. Iesaja 33. Et sicut irruptio scrobriorum in qua est incurfor. Insuper hoc nomine etiā imbrices seu canales dicūt, quibus defluit aqua à concauitate. 1. Reg. 6. Et aedificauit domū, & cōsummauit eam, & textit domum imbricibus, & ordinibus cedri.

Verbū hoc ex illorum est numero, quae etiā terminantur in he, tamē more uerborum perfectorum coniugantur, ideoq; etiam punctum habet in litera he.

Et significat in genere neutraliter altum, excelsum, sublimē esse, eleuari seu extolli, & tam de animo quam de corpore, tamq; de spiritualibus quam corporalibus rebus dicitur. nec multum dissimile est significatiōe à uerbis רָבִי רָבִי. Iesaja. 52. Et exaltatus est Iehoua exercitū in iudicio. Iesaja 52. Ecce prudēter ager seruus meus, exaltabitur, eleuabitur, & sublimis erit ualde. Zoph. 3. Non addes sublimis fieri amplius in monte sanctitatis meae. Psal. 131. Iehoua non est elatum cor meū. Ezech. 28. Eō quod elatum est cor tuū, & dixisti, Deus sum ego. Prou. 18. Ante ruf nam eleuatur cor hominis. 1. Sam. 10. Et altior erat supra omnē populū humero suo, & amplius. Iob 35. Respice caelum & uide, observa nubes, quae eleuatae sunt supra te. Iesaja. 3. Quonia elatae sunt filiae Ziō, & incefferūt extēto collo. ca. 55. Quomodo eleuati sunt caeli supra terrā, sic eleuātur uiae meae à uis uestris. Ezech. 31. Et ideo eleuata est statura eius supra omnia ligna agri, ubi litera aleph scripta legitur in he. In tertia cōiugatione רָבִי quando post se habet affixum seu aliū casum, usurpatur actiue ut 2. Paralip. 33. Post haec aedificauit murum exteriorē iuxta ciuitatē Dauid ad Occidentē, &c. & exaltauit eū ualde. Ezech. 17. Et exaltauerim lignum

197
רָבִי

198
רָבִי

hec etiam etiam. i. Samuelis 14.

Scyphus, populi genus a forma colliculi, seu galeri. Gen. 44. Et inuentus est scyphus in sacco Benjamin. In statu regiminis & affixorum mutat cametz in seua. Gen. 44. Et scyphum meum scyphum argenti. Et pluraliter Exod. 25. Tres scyphi. Et cum affixo. Exod. 25. Scyphi eius.

Galeri in modum collis seu scyphi formati. Et legitur tantum pluraliter. Exod. 28. Et galeros facies illis. & cap. 39. Et ornamenta galeorum byssi, uide Ios. lib. 3. ca. 8. Antiq.

Principatum, superioritatem, dominium obtinuit super alios, praeualuit, superior fuit, predominatus est alijs uirtute, uiribus, potentia, fortitudine, autoritate. i. Paralip. 5. Quonia praeualuit inter fratres suos. Thren. 1. Facti sunt filij mei horribiles, quia praeualuit hostis. Psal. 103. Nam sicut altitudo coeli supra terram, ita praeualuit misericordia eius super timentes eum. Exod. 17. Cum eleuaret Moses manum suam, tunc praeualebat Israel: quando demittebat manum suam, statim praeualebat Amaleck. Gen. 7. Et aquae praeualuerunt ualde super terram. cap. 49. Benedictiones patris tui praeualuerunt supra benedictiones progenitorum eorum. i. Samuelis 2. Quonia non in uirtute praeualebit uir. 2. Sam. 1. Plusquam leones praeualidi fuerunt. 2. Sam. 11. Praeualuerunt supra nos uiri. Iob 21. Quare improbi uiuunt, inueterascunt & praeualent potentia. Iere. 9. Praeualuerunt in terra. Psal. 75. Verba iniqua praeualuerunt supra me. Ego credo hoc uerbo usum esse Paulum, & reddidisse uerbo Graeco ὑπερβόησις. Rom. 5. Vbi exuberauit peccatum, ibi magis exuberauit gratia, &c. In secunda coniugatione est transitiuum. Zach. 10. Et praeualefcere faciam domum Iehoua. Et ibidem iterum: Et praeualefcere faciam ipsos in Iehoua. Eccl. 10. Si ferrum fuerit obtusum, & est non facies leue, tum uis multa praeualebit, scilicet ipsum, id est, opus est multo labore donec expoliatur & acuetur.

In tertia coniugatione est transitiuum. Dan. 9. Et praeualidum faciet foedus cum multis. Psal. 12. Linguam nostram praeualidam faciemus, id est, ut praedominetur. Vel sic, Lingua nostra praedominabimur.

In quarta coniugatione est transitiuum. Ier. 42. Supra inimicos meos praeualefcet. Iob 35. Quia extēdit contra deum manum suam, & supra omnipotentem praeualefcere uoluit. cap. 36. Annūciabit eis opus eorum atque transgressiones eorum, quonia praeualuerunt.

INDE NOMINA:

Vir, qui praeualet alios uirtute, autoritate, sexu. Num. 24. Ait uir ille. 2. Sam. 23. Et ait uir ille constitutus super Messia deo Iacob. Deut. 22. Non sit instrumentum uiri super muliere, neque induat se uir ueste mulieris. Iere. 17. Maledictus uir ille, qui confidit in homine, Benedictus uir ille, qui confidit in Iehoua. Iudic. 5. Diuidunt praedam, unam scilicet atque alteram mulierculam capiti uiro, id est, cuilibet personae uiri. Sic semel, perinde ut & & legitur distributiue, iunctum cum uerbo pluralis numeri. Ios. 2. Quisquam in semita sua ambulabunt, id est, singuli uiri. Et in distinctione sententiae. Iesaja 22. Ecce Iehoua proijcet te protectione uiri, id est, fortiter sicut proijcit uir. Iob 10. Et anni tui sicut dies uiri. Prouerb. 6. Zelotypia est furor uiri, nec parcat in die uindictae. Iere. 31. Foemina circumdabit uirum. Iob 3. Et nox in qua dictum est, uir conceptus est. Et in statu affixorum nupiam legitur. Pluraliter. Exo. 10. Abeant nunc uiri, & colant Iehoua. cap. 12. Sexcenta milia peditum, uiri, praeter paruulos. Iere. 43. Viros & mulieres, paruulos & filias regis.

Vir. Legitur in hac forma tantum semel. Psal. 18. Cum uiro integro, integrum exhibebis te, pro quo in historia. 2. Samuelis 22. Legitur. Nisi uelis potius dicere, quod ponatur in abstracto, tum forma eius esset & non. Qui alijs superior est & praeualet, id est, dominus, herus. Genesis 27. Sis herus fratribus tuis, & prosternent se tibi filij matris tuae. Et mox iterum: Ecce herum constituit eum tibi, & omnes fratres posuit ei in seruos. Et in genere foemino dicitur de illa muliere seu uxore, quae reliquis superior est dominio & autoritate. i. Reg. 11. Ut daret ei in uxorem, sororem uxoris suae, sororem uidelicet Thach penes herem. i. Reg. 15. Et amouit eam ab hera, id est, hera seu domina. 2. Reg. 10.

crefcunt, quod nunc Iudaei communiter sequentes exponunt de homine, cuius super percilia obnubunt, quem Capnion uocat superciliofum.

Caseus ab altitudine, sicut & alio nomine pluraliter casei dicuntur ab eminentia. Iob 10. Nonne sicut lac multisti me, & sicut caseum coagulasti.

Nomen adiectiuum pluralis numeri tantum. Psal. 68. Mons dei mons pinguis, mons collium, mons pinguis, quare exiistis montes gibbosi seu colliculosi.

Nomen Syriacum, significans locum editiorem in praetorio, accōmodum iudicio, quem Euangelista Io. 19. Graece λίθου στρωτόν, id est lapide stratum reddidit.

Dicitur is, qui natura est caluaster, hoc est, qui in anteriore parte capitis glaber est, & in hoc differt a qui natura caluus est super toto capite, & haec differentia clarē extat Leuit. 13. Et si cuius a parte faciei suae natura depilabitur caput eius, caluaster est.

Caluasticus, id est glabricus frontis ein glathen an der stirn. Et cum affixis mutat ultimū pathah in seua, & fortificat thau literam. Leuit. 13. Lepra germinas in caluicie eius uel in caluasticie.

Terminauit, determinauit, terminum constituit. Deut. 19. Non retroagas terminum proximi tui, quē determinauerunt priores. Ios. 8. Iordanis terminabit eum ad angulum orientalem. Zach. 9. Et Hamathi terminabit in ea.

In tertia coniugatione terminum constituit. Exod. 19. Et determinabis populum. Et mox iterum: Determina montem.

INDE NOMINA:

Differt tantum modo significandi a nomine terminus: significat enim non tantum finem seu terminum & limitē contiguū alteri limiti, uerum etiā ipsum totum spacium determinatum alicui, quousque habitatur seu distēditur, differtque a sicut totum a parte. Verisimile est uetus illud Germanicum inde profluxisse *gesulde*. Deut. 19. Ne retroagas terminum proximi tui. Iere. 5. Posuit arenam terminum mari. Gen. 10. Et fuit terminus Cananae a Sidone. Num. 34. Et hic erit uobis terminus Aquilonis. Deut. 19. Et in tres partes diuides terminum terrae tuae. Iud. 19. Et misit eam in omnem terminum Israel, &c. quorum scilicet fuerunt duodecim, secundum numerum tribuum. 2. Sam. 13. Et non addiderunt amplius uenire in terminum Israel. 2. Reg. 3. Et steterunt in termino. Gen. 47. Ab extremitate termini Aegypti usque ad extremitatem eius. Psal. 78. Et introduxit eos ad terminum sanctitatis suae. Et in statu affixorum habet uel schurek uel kybutz. Gen. 23. In termino eius. Num. 21. Donec traiecamus terminum tuum. 1. Paral. 4. Et dilataueris terminum meum. Et pluraliter forma foeminea. Psal. 74. Tu statuisti omnes terminos terrae. Num. 32. In terminis ciuitates terrae circumquaque. Et iterum: Terram Canaan cum terminis suis. Legitur tamen in forma etiam masculinea in statu affixorum. 1. Sam. 7. Et terminos eius. Ezech. 27. In corde marium terminum tui.

Determinatum, locus determinatus. Iesaja 28. Et speltam in determinato suo. Et pluraliter. Iob 24. Terminos retroegerunt.

Terminatio. Exod. 28. Et facies super rationale catenas terminationis opere implicationis, id est quae sunt in terminis.

Denominatiuum pluralis numeri. Exod. 28. Et duas catenas auri puri terminales facies eas.

Phoeniciae ciuitas, cuius ciues fuerunt ingentiosi artifices, sicut testatur Ezech. 27. Senes Gebal, & sapientes eius instaurantes fracturas tuas. Inde ex ea artifices dicitur quorum sit mentio. 1. Reg. 5. Et dolauerunt aedificatores Salomonis, & aedificatores Hiram, & Gihlim illi, fortasse nomen illis inditum quoque fuit, quod lapides ad aedificia terminauerint, id est in terminis dolauerint.

Nomen inserta litera aain, folliculus, intra quem semen continetur. Exod. 9. Nam hordeum habet spicam, & linum folliculum, &c.

Collis, colliculus, qui est instar galeae seu galeri, est & nomen ciuitatis in colle extractae in tribu Benjamin, magnaque habet cognationem cum & 1. Reg. 13.

Et aedificauit rex Aza Geba Benjamin. Neh. 7. Viri Rhania & Geba. Et dicitur haec

מגבעות
202
גבעות

venit nomen
id est. i. uirtutis. i.
uirtutis. i. uirtutis.
uirtutis. i. uirtutis.

excursione. Chaldeus tamen uertit גַּד אֶתְּךָ, id est, uenit Gad, quasi גַּדִּי sit uox cōposita ex beth & גַּד fortuna. Et R. Salomo interpretatur, uenit sydus bonū, seu planeta bonus. Aliqui sic, Venit turma, scilicet filiorum.

גַּד Excusor, Mars, nam gentes crediderunt Martem præbere fortunam militibus. Iesaiæ 56. Et uos derelinquentes Iehoua, obliuiscimini motū sanctitatis meę, instruitis Gad mensam, & consecratis Meni libationem.

גַּד Coriandrum, à natura & conditione sua. Exod. 16. Et uocauerunt domus Israel nomen eius Man, & erat quasi semē coriandri cādīdum. Num. 11. Et erat Man, quasi semen coriandri, & species eius quasi species Bdellij.

גַּד Turma collecta ex milite leuis armaturæ, ad faciendum excursiones, & depopulationes, & nō est robur belli, aut ipse exercitus, sed turma quæ ad prædam excurrit. die freiffete rotte, der Sackman. 1. Sam. 30. Persequar ne turmā istam. 1. Sam. 3. Et Ioab uenit è turma, & spoliū magnū secum reportauit. 2. Sam. 22. & Psal. 18. Quoniam in te incursionem faciam in turmam. Vel sic. In te cōsulcabo turmam. 1. Reg. 11. Et factus est princeps turmę. Iob 29. Et habitabā quasi rex in turma. Et pluraliter גַּדִּים 2. Sam. 4. Et duo uiri principes turmarū erant ipsi Saul. 1. Reg. 5. Et Syri egressi sunt turmatim, & captiuā abduxerūt è terra Iehuda iuenculā paruum. Osę 6. Et sicut expectantes uirum turmarū, cōciliabulum sacerdotum. Autor epistolæ ad Hebręos cap. 11. reddidit incursiones seu impressiones, sic scribēs: Effecti sunt robusti in bello, incursiones auerterūt exterorū. In statu regiminis גַּדִּים 2. Reg. 9. Et non addiderunt amplius turmæ Syrorum uenire in terrā Israel. 2. Reg. 13. Et turmæ Moab uenerunt in terrā ingressu anni. 1. Paral. 7. Turmæ exercitus belli, triginta sex millia. Et in statu affixorum nihil mutat. Iob 19. Simul uenerunt turmæ eius. Psal. 65. Deprime turmas eius, id est glebas.

גַּד Iere. 48. Omnis barba rafa, super omnīū manibus irruptiones & super lumbis faccus, id est, dilacerationes.

גַּד Fascis, fasciculus turmatim collectus. 2. Sam. 2. Et contraxerunt se filij Benjamin post Abner, & facti sunt in fascem unum. In statu regiminis גַּדִּים Exod. 12. Et accipietis fasciculum Ilopi. Et cum affixo. Amos 9. Qui ædificat in coelo solarium suū, & fasciculum suū super terrā, id est, ergastulum legis, quo homines coerchet. Et pluraliter גַּדִּים Iesaiæ 58. Dissoluere fasciculos oppressionis.

גַּד Hædus, hædulus, hædiculus, & est tam caprinū quàm ouillū generis, atq; tamdiu obtinet hoc nomē, quādiu frōte incurrit in ubera matris, id est, quādiu est lactens. Et Germani uocant parum uoce deflexa Gitz seu Gitzlin. Exod. 23. & Deut. 14. Non coquas hædum in lacte matris suæ, id est, cum adhuc est lactens. Iudic. 14. Et discepit eum perinde si decerpisset hædum. Iesai. 11. Et pardus cum hædo cubabit. Gen. 38. Ego mittam hædum caprarū de grege. Et pluraliter forma masculina גַּדִּים 1. Sam. 10. Vnus portans tres hædos. Et in statu regiminis גַּדִּים Gen. 27. Va de nunc ad gregem & accipe mihi inde duos hædos caprarum bonos. Et in forma foeminea גַּדִּים Cant. 1. Pasce hædos tuos iuxta habitacula pastorum.

גַּד Irruptiones in terras, id est, sinus, & nō multum differt cum uoce, tum significatione à nomine גַּד manus, seu littora, quæ ab extensione appellationem suam habet. Ios. 3. Et Iordanis plenus erat in omnibus egressionibus suis, id est, ripis & cap. 4. Et reuerfa sunt aquæ Iordanis in locū suum, fluentes sicut heri & nudius tertius in omnibus excursionibus suis. Ies. 8. Et curret super omnes excursiones eius. 1. Paralip. 12. Isti sunt qui transferunt Iordanem mense primo, quādo implebat omnes excursiones suas. Sed de hoc quoq; in themate גַּד.

גַּד Magnus fuit seu factus est, uel quantitate, uel qualitate, uel tēpore & ætate, seu duratione adoleuit, ingrandescebat. Gen. 20. Quoniam magnus factus est ualde. & cap. 26. Et proficiēdo, pficiebat, & magnus fiebat magis magisq;. 1. Sa. 2. Proficiebat & magnus fiebat, & melior fiebat. cap. 38. Quia magnus factus erat Sela. Iob 2. Quia magnus factus est dolor uehementer. Ge. 19. Quia magnus factus est clamor eorum coram Iehoua. & cap. 48. Atq; etiā ipse magnus factus erit. 2. Sa. 5. Et

Nos descendimus ad salutandum filios regis, & filios heræ. Iere. 13. Dic regi & doming, humiliare uos.

גַּד Domina, hera, herois. Iesaiæ 47. Vocabunt te dominam regnorū. Et mox iterū in distinctione גַּדִּיהָ. In perpetuū ero domina. Et in statu affixorū. Genes. 16. Et dixit puella ad dominā suā. Psal. 127. Sicut oculi ancillę ad manū doming fug. Prou. 30. Et ancilla quando occupat bona dominiæ suæ. Iesai. 24. Sicut ancilla, ita dña eius.

גַּד Heros, uir heroicus, Gigas, præpotēs, præualidus, qui alios excellit uirtute, potentia, autoritate. Et usurpatur substantiue & adiectiue. Psal. 45. Accinge gladiū tuū super femur ò heros. Psal. 127. Sicut sagittę in manu herois. Iesaię 49. Nunquid auferet ab heroe præda. hoc nomine usus est Christus Matth. 12. Marci 3. & Luc. 11. & hi tres Euāgelistę reddiderūt ἡρωϊκός, id est, potens. Iere. 9. Non gloriētur heros in præalescentia sua. Deut. 10. Præualidus & terribilis. Psal. 119. Sicut heros ad currendum uiam. Gen. 8. Cusch genuit Nimrod, hic cōpit esse præualidus in terra. Et mox iterum: Sicut Nimrod præualidus uenator coram Iehoua. Iere. 20. Iehoua est mecum tanquā heros præualidus. Prou. 30. Leo præualidus seu heros inter bestias. Psal. 112. Præualidū in terra erit semen eius. Iudic. 6. Iehoua est tecū præpotens bellij, id est, belli potens. Et pluraliter גַּדִּים Genes. 6. Hi præualidi fuerunt de mundo, id est, heroes. Iosue 10. Et erant omnes uiri eius heroes. 2. Sam. 1. Quomodo ceciderunt heroes. 2. Sam. 17. Noui patrem tuum, & uiros ipsius, q; heroes sunt. 2. Sa. muelis 23. Hęc sunt nomina herorum. Prou. 21. Ciuitatē herorum transcēdit sapiēs. Iesaię 5. Heros ad bibendum uinum. Et in statu regiminis גַּדִּים 1. Paralip. 5. Viri heroes belli. 1. Paralip. 19. Quoniam in fide erunt quatuor herorum, qui portarij erant. Psal. 103. Benedicite angeli eius, heroes uirtute, qui facitis uerbum eius.

גַּד Præpotentia, præualescentia, superioritas, prædominium, uictoria. Exod. 32. Non est uox canere præualescentiam, neq; est uox canere oppressionē. 2. Reg. 18. Num consiliū & præualescentia ad bellum. 1. Paralip. 29. Tibi Iehoua magnificētia & præualescentia. Et iterum: Et in manu tua uirtus & præualescentia. Iob 12. Cū ipso est sapientia & præualescentia. & cap. 39. Dabis equo præualescentiam. Psal. 39. Tibi est brachium cum præualescentia. In statu regiminis גַּדִּים Psal. 147. Non in præualescentia equi beneplacitum habebit. In statu affixorum גַּדִּים & גַּדִּים Iudic. 5. Quando egreditur sol in præualiditate sua. cap. 8. Ut est uir, ita est præualescentia eius. Iesaię 30. In tranquillitate & fiducia erit præualescentia uestra. ubi tamen habet subscriptum pathah, ac si esset in statu regiminis. Et pluraliter גַּדִּים Deut. 3. Quis deus est in cœlis, aut in terra, qui faciat sicut facta tua, & sicut præualescentias tuas. Iob 26. Et tonitru præualescentiarum eius quis intelligit? & cap. 41. Non tacebo membra eius, & seriem præpotentiarū eius. Psal. 71. Ingredior in præualescentijs Sustentatoris Iehoua. Psal. 90. Et si in præualescentijs, octoginta anni. Psal. 106. Quis perstringet præualescentias ipsius Iehoua.

גַּד Significat turmatim excursionē, & incursionem, seu irruptionē facere, quemadmodum milites leuis armaturæ excurrunt ad depopulandū agros, & ad exercenda latrocinia, cōgruitq; significatione cū uerbis גַּד & גַּד, nisi quod ut forma, ita modo significandi parū inter se differant. Psal. 94. Excursionē facient contra animā iusti. Gen. 49. Gad, turmatim excurreret ipse, & ipse excurreret retrorsum. Habakuk 3. Ad ascendendum ad populum, qui excursionem faciet ipse.

In quarta coniugatione גַּדִּים Iere. 5. Et in domum meretricis incursionem fecerunt. Mich. 5. Nunc excursiones facias filia turmæ. Et in sequentibus locis dicitur de irruptione quę fit cultris, in cutem corporis. 1. Reg. 18. Et clamauerunt uoce magna, & irruerunt in se secundum morem suum cum gladiolis, & lanceolis. Ierem. 16. Neq; irruptio fiet, neq; caluities fit propter ipsos: & cap. 47. Vsq; quo irruptionem facies tibi.

Participiū præfens גַּדִּים Iere. 41. Rasi barba, & scissi uestimētis, & irrupti.

INDE NOMINA:

גַּד Irruptio, incursio, incursatio, excursatio. Gen. 30. Et dixit Lea in excursionē, id est, excu-

diruam turrim istam. Iesaiæ 5. Aedificauit turrim in medio ipsius. Et in regimine
Iudic. 9. Etiam omnes uiri turris Sichem. 2. Reg. 17. A turre custodum. Prou.
18. Turris roboris nomen Iehoua. Cantic. 4. Sicut turris Dauid collum tuum. Et
pluraliter תוררים Iesaiæ 30. Cum ceciderint turres. Et in forma foeminea תוררים
1. Paral. 27. Et super thesauros in agro, in ciuitatibus, & in uillis, & in turribus. Can-
tic. 8. Vbera mea sicut turres. Et in statu regiminis תוררים Cantic. 5. Turres lon-
ginquitatum. est autem aromatis species habens nomē a forma turris, quod est lon-
ginquo fragrat. Et in statu affixorum. Psal. 48. Recensete turres eius. Ezech. 26.
Et destruent turres eius. & cap. 27. Et Pigmæi in turribus tuis. Insuper alia forma
in Ezechiele legitur, nempe תוררים ut cap. 29. A turre Seuene. & cap. 44. Qui habi-
tant in turre. & cap. 46. Audite, facite in turre. Est & nomē ciuitatis, cuius mentio-
nem facit Moses. Exod. 14. & Numeri 33.

תוררים Nomen pluralis numeri tantum, & significat facturam funiculatam, quæ cōstabat
ex multis funiculis maioribus, & quantitate cetera fila excedebat. Deut. 22. Funi-
culos facies tibi super quatuor alis operimenti tui, quo te cooperis. 1. Reg. 7. Et fu-
niculos similes catenis super capitibus quæ erant in summitate columnarum.

205 תור Succidit. Thren. 2. Succidit in furore iræ omne cornu Israel. 1. Sam. 2. Et succidā
brachium tuum. Zach. 11. Et succidit eum.

Participium præteritum תוררים Iesaiæ 10. Et excelsi statura succissi.
In uoce passiuua תוררים Iud. 21. Succisa est hodie tribus una ab Israel. Iere. 48. Succis-
sum est cornu Moab, & cap. 50. Quomodo succisus est, & confractus est malleus.
In secunda cōiugatione תוררים Psal. 107. Et uetus ferri succidit. Psal. 75. Et omnia
cornua improborum succidam. 2. Paral. 14. Et succidit lucos. *Psal. 14. וכל חורו וכל
70. כחיתו וכל חורו*
In uoce passiuua תוררים Iesaiæ 9. Sicomori succisæ sunt.

INDE NOMEN.

תוררים Proprium nomē fortissimi herois, qui uocatus à Deo, Israellem è manu ac seruitu-
te Midianitarum in pristinam libertatem asseruit, postea תוררים est cognominatus,
propterea quod contentio illi fuerit de altari בעל, quod inuito populo usurauerat. Eius
integra historia descripta extat in libro Iudicum, inde à capite 6. usque ad 9. Signi-
ficat autem תוררים idem quod succisor, miles.

206 תור Verbum in secunda tantum usitatū coniugatione, probro, opprobrio affecit. 2.
Reg. 19. & Iesaiæ 37. Ne sis timidus propter uerba, quæ audiisti, quibus probro
affecerunt pueri regis me. Et mox iterum: Quem conuictis & opprobrio affeci-
sti: Ezech. 20. Amplius in hoc probris affecerunt me patres uestri.

Participium præsens תוררים Num. 15. Anima quæ aliquid fecerit manu superba,
siue fuerit ex indigenis, siue ex aduenis, Iehoua ipsa probro afficit. Psal. 44. Pro-
pter uocem conuiciantis & opprobrantis.

INDE NOMINA.

תוררים Opprobrium. Ezech. 5. Et erit cōuictum & probrum gentibus, & apparet nomen
esse participiale primæ coniugationis.

תוררים Probra, opprobria, nomen pluralis numeri tantum. Iesaiæ 43. Tradam Israel in
anathema, & Israel in opprobria. Et in statu regiminis תוררים Zophon. 2. Audiui
conuictum Moab, & opprobria filiorum Ammon.

תוררים In forma foemina. Iesaiæ 31. Ne timeatis conuictum hominum, & ab opprobriis
ipsorum ne consternamini.

207 תור Sepiuit, circumsepiuit, circumdedit maceria, interstrinxit maceria seu sepi. Est au-
tem maceria, congeries uel lapidum uel lignorum, atque congruit significatio-
ne cum uerbo עיר, nisi quod ut prima litera parum, ita modo significandi tan-
tum inter se uariant. Iob 19. Semitam meā sepiuit, ut transire non queam. Threno-
rum 3. Sepiuit uias meas lapide secro. Et mox iterum: Circumsepiuit me, ut non
possim egredi. Ezech. 13. Quasi uulpes in uastis locis, prophete tui O Israel, non
ascendistis per rupturas, ut sepiretis sepem pro domo Israel. Osæ 2. Et sepiā sepem.
Amos 9. In die erigam tabernaculū Dauid collapsum, & sepiam rupturas eorum. Parti-

Et proficiebat David proficiendo, & magnus fiendo.

In secunda cōiugatione in continuitate sententię תוררים Iosue 4. In die illa magni-
ficauit Iehoua Iosueam. Esther 3. Magnificauit rex Asueros ipsum Haman. At in
distinctione habet subscriptū zere תוררים Ies. 49. Et hos quos magnificauit. Esther 5.
Et omnia in quibus magnificauit cum rex. Iesaiæ 1. Filios magnificauit. Ezech. 31.
Aqua magnificauerit eam. Num. 6. Magnifica comam capilli capitis tui. Psal. 34.
Magnificate ipsi Iehoua mecum. Iosue 3. Incipiam magnificare te.

Participium præsens תוררים 2. Reg. 10. Magnificantes eos, id est, educantes.
Participium præteritum תוררים Psal. 144. Filij nostri sicut plantæ magnificatæ
in pueritia sua.

In tertia coniugatione תוררים 1. Sam. 12. Videte id quod magnificauit uobiscum.
1. Sam. 20. Et fleuerunt quisque cum sodali suo usque Dauid magnificauit, scilicet fle-
tum, id est, alios fletu superauerit. Thren. 1. Vide Iehoua afflictionem meam, quia ma-
gnificatus est inimicus. Psal. 41. Magnificauit super me supplantationem. Psal. 38.
Super me magnificauerunt os suum. Iesaiæ 9. Magnificasti lætitiā. Abdia 1. Ne
magnifices os tuum. Amos 8. Et ad magnificandum siclum.

Participium præsens תוררים Psal. 35. Induantur confusione & ignominia,
qui magnificant contra me.

In quarta coniugatione תוררים Ezech. 38. Magnificabo me, & sanctificabo me.
Ies. 10. Magnificabit se terra contra trahentem eam. Dan. 11. Supra omnia magni-
ficabit se. Et iterum: Et magnificabit se supra omnem Deum.

INDE NOMINA:

תוררים Nomen masculini generis, magnus, uel quantitate uel qualitate, uel tempore seu
atate. Genes. 44. In magno coepit, & in paruo cessauit. 2. Paralip. 34. Omnis popu-
lus à magno usque ad paruum. Leuit. 21. Et sacerdos magnus ex fratribus suis. 2. Sa-
muelis 4. Princeps & magnus cecidit. Psal. 21. Magna est gloria eius in salute tua.

Et in statu regiminis תוררים Iere. 32. Magnus cōsilio, uel tamen rarius cum hateph
camez תוררים Prouerb. 19. Magnus furore. Et in statu affixorum תוררים Iere. 6. Usque
ad magnum eorum. Ionæ 3. A magno eorum. Et pluraliter תוררים 1. Sam. 24. Et
tres magni. Iere. 27. Et reges magni. Et in regimine תוררים 2. Reg. 10. Maiores ciui-
tatis. Similiter in statu affixorū. 2. Reg. 10. Omnes maiores eius. In genere fo-
eminino תוררים Gen. 10. Ciuitas magna. & cap. 27. Et uociferatus est uociferatione
magna. 1. Reg. 3. Et abiit rex in Gibeon, ut sacrificaret ibi: nā illud erat Excelsum
magnum, id est, celeberrimum, scilicet propter tabernaculum, & altare holocau-
sti, quæ à Mose erāt extructa, uel ut sit ætatis, & sit sententia, quæ fuerit in magna reue-
rentia et existimatione propter uetustatē. Zach. 8. Zelatus sum Zion zelo magno,
& ardore magno. Et pluraliter תוררים 2. Reg. 8. Narra mihi nūc omnia magna.
quæ fecit Elissa. Psal. 12. Linguā loquētē magna. Psal. 131. Neque ambulauit in magnis.

תוררים Magnitudo, magnificentia, maiestas. Deut. 32. Date magnificentiam deo nostro.
Psal. 79. Secundum magnitudinem brachij tui. Iesaiæ 9. Et in magnitudine cordis.

Et in statu affixorum cōmuniter mutat holem in hatephcamez. Deut. 5. Et ma-
gnitudinem eius. Ezech. 31. Cui similis es in maiestate tua. Legitur tamen semel
cum kybutz Psal. 150. Secundum multitudinem magnitudinis eius.

תוררים Magnus. Legitur tamen pluraliter tantum in regimine תוררים Ezech. 16. Et fornica-
ta est cum filiis Ægypti uicinis tuis magnis carne.

תוררים Magnitudo, magnificentia, maiestas. 2. Sam. 7. Et secundum cor tuum fecisti om-
nem magnificentiam hanc. Esther 1. Qualis factus est honor & magnificentia ipsi
Mardocheo propter remissā. Et in regimine תוררים Esther 1. Magnificētia Mar-
dochai. Et cum affixis תוררים Esther 1. Et splendorem ornatus magnificentiæ sue.
Psal. 71. Multiplicabis magnificentiam meam. Et pluraliter תוררים 1. Paral. 17.
Ut poneres tibi nomen magnalium & terribilium.

תוררים Aedificium magnum & excelsum, quod Latini turrim uocant, quæ antiquita-
te erat instar arcis. Genes. 11. Aedificemus nobis ciuitatem & turrim. Iudicum 9.
Diruam

Prouerb. 19. Destinata sunt derisoribus iudicia, & uerba dorso stultorum. Item cum he paragogico קרה Iob 20. Extrahetur & exhibit a tergo. Item in statu affixorum, uel manente zere, uel uau litera non daggesata. Ies. 38. Proieicisti post tergum tuum omnia errata mea. Et cap. 50. Dedisti tergum meum percussoribus. Et mox iterum: Pone sicut terram tergum meum. Vel mutato zere in pathah, & daggesata litera uau. 1. Reg. 14. Et proieicisti me post tergum tuum. Nehem. 9. Et proieicisti legem tuam post tergum eorum. Ezech. 23. Eo quod oblita es mei, & proieicisti me post tergum tuum. Est autem proijcere post tergum, posthabere, non respicere seu curare.

קנה Corpus eminens, uel apparens & phantasticum, uel reale & mortuum. Nahum 3. Equitatum addunt, & laminam gladij, & coruscationem cuspidis, & ecce multitudo interfectorum, & copia cadaverum, & non est finis ullus corporis, & corrunt super corpus ipsorum. Vbi tamen utrunque collectiue ponitur. In statu regiminis קנה Iudic. 14. Et ecce examen apum in corpore leonis & mel. 1. Sam. 31. Et tulerunt corpus Saulis, pro quo. 1. Paralip. 10. scriptum est קנה unde apparet esse synonyma, mutatis in scriptura tantum literis symbolicis. In statu affixorum קנה Gen. 47. Pecora & iumenta apud sustentatorem meum sunt, neque quicquam reliquum est coram sustentatore meo, nisi corpus nostrum scilicet prope mortuum, & fame enectum. Dan. 10. Et corpus eius uelut Tharsis. Et pluraliter קנה 1. Sam. 31. Et tulerunt corpus Saulis, & corpora filiorum eius. Nehem. 9. Et super corpora nostra dominantur. Psal. 110. Iudicabit in gentibus, replebit corporibus. Ezech. 1. Et duabus alis operiebant corpora sua.

212 קנה Bruchus, scarabeus, scrobarius. Et pluraliter קנה pro קנה utrunque autem legitur. Nahum 3. Et principes tuis sicut bruchus bruchorum, qui resident in sepibus tempore frigoris, &c. & cognationem habet cum nominibus קנה & קנה quae dicuntur a concauitate.

213 קנה Auulsum est, congruit significatione cum uerbo קנה nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Psal. 90. Et altitudo eorum est labor & dolor, quonia euulsa est celeriter, & auolamus. At quando regit post se accusatiuum, tum fit transitiuum. Iob 1. Et lacerauit pallium suum, & euulsit caput suum. Num. 11. Et uentus profectus est a lehoua, & auulsit coturnices a mari, & proiecit in castra.

INDE NOMINA:

קנה Auulfor, auulfor. Psal. 71. Ex uisceribus matris meae auulfor meus. Synonymum legitur Psal. 22. Quia tu es קנה extractor meus.

קנה Nux, ab auellendo. Cantic. 6. In hortum nucis descendi.

214 קנה Et קנה nam in utraque forma legitur. Et significat in prima coniugatione erumpere, prorumpere, proripere se, & tantum significandi modo differt a uerbo קנה. Ezech. 32. Et tu uelut draco in mari uasto, proripis te in fluminibus tuis, & conturbas aquas pedibus tuis. Mich. 4. Enitire & prouide filia Zion quasi parturientes, quia tam egredieris ciuitatem, &c. alludit ad parturientes quae compresso spiritu fortiter protrudent. Iob 38. Quis conclusit ostium mare, quando erumperet ipsum, quasi ex uulua egredieretur, &c. ibi ad aquas illas & proluuiem alludit, quae in partu, uel paulo ante foetum uel simul cum foetu ex utero mulieris erumpunt.

Participium praesens קנה & accipitur actiue. Psal. 22. Ex interioribus matris meae extractor meus, pro quo Psal. 71. simili phrasi participio utitur קנה Super te sustentatus sum ab utero, a uisceribus matris meae educator meus.

In tertia coniugatione, קנה quod cum praepositione קנה significat attrahere. Iob 40. Ecce uim fecit fluuii neque trepidat, confidit quod uelit attrahere Iordanem ad os suum. Participium praesens קנה quod cum praepositione mem, constructum, legitur Iudic. 20. Sed & insidiator Israel erumpit elo co suo, ex spelunca Gaba.

INDE NOMINA:

קנה Venter animalis reptilis, quo se proripit, & proserpit corrugando & porrigendo. Leuit. 10. Omne quod graditur super uentre. Et cum affixo mutat camerz in seua. Gen. 3. Super uentre tuo gradieris.

Participium praesens קנה Iesaja 58. Qui uocaris septor rupturarum. Ezech. 22. Et quaesit ex eis uirum sepientem sepem, & qui staret in ruptura. Et pluraliter קנה 2. Reg. 12. Et depromebant argentum fabris lignorum, & aedificantibus, facientibus, sepientibus & lapidicidiis.

INDE NOMINA:

קנה Sepes, sepimentum, septum, maceria ex congerie lapidum uel lignorum, uel maceria ex lapidibus seu lignis exaggerata, interstitium maceriae. Num. 22. Et erat sepes inde, & sepes inde. Esd. 9. Et ad dandum sepem in Iehuda & Ierusalem. Psal. 62. Interibitis omnes uelut paries inclinatus, & sepes impulsus. Eccles. 10. Qui diruit sepem, mordebit eum serpens. Ezech. 42. Et septum quod erat foris e regione exedrarum. In statu affixorum mutat tantum primam uocem camerz in seua. Iesaja 5. Dissipando sepem eius, ut sit in conculationem. Et logici Hebraei hoc nomine definitionem appellant, eo quod terminet & circumscribat rem definitam.

קנה Sepes, septum. Prouerb. 24. Et spinae operuerunt superficiem eius, & sepes lapidum eius diruta est. Loquitur autem ibi de uinea. Ezech. 42. In latitudine septi atrij, id est, superficiem. Et Paulus uidetur expressisse significationem huius uocis Ephes. 4. ubi sic scribit: Ipse enim est pax nostra, qui fecit ex utrisque unum, & φραγμὸς; id est, interstitium maceriae diruit. Et pluraliter forma masculina קנה licet semper cum affixis legatur. Psal. 80. Quare diruisti sepes eius, ut decerpant eam omnes transcurrentes uia. Mich. 7. Dies est ad extruendum sepes tuas.

קנה Sepes, septum, sepimentum. 1. Paralip. 4. Habitantes inter plantationes & septum. Osee 2. Et septiam sepem. Et pluraliter קנה. Num. 32. Extruite uobis ciuitates pro paruulis uestris, & septa pro ouibus uestris. Iere. 49. Accingite saccos, plangite, & discurrete per sepes. Ex hoc Ieremiae loco, arbitror intelligi, quod Paterfamilias dicit seruo suo Luc. 14. Exi in uias & sepes, & compelle intrare, &c. Nahum 3. Duces tui quasi locustae locustarum, quae manent in sepibus tempore frigroris. Est & nomen oppidi, cuius fit mentio 2. Paral. 28. Et ceperunt Bethemes, & Aialon, & Gederoth, & Succo & filias eius. Et in statu regiminis קנה Nu. 32. Septa ouium extruemus pro pecoribus nostris ibi. Et mox iterum: Et aedificauerunt Beth Nimra, & Beth Haran ciuitates munitas, & septa ouium. Zoph. 2. Habitacula excisa pastorum, & septa ouium. Et cum affixo. Psal. 49. Diruisti omnes sepes eius, & posuisti munitiones eius in contrafractioem.

קנה Septum, interstitium. Ezech. 42. Via in aspectu septi, id est, interstitij.

208

קנה Aceruus, cumulus, tumulus. Exod. 22. Si egredietur ignis, & inuenerit spinas, & absument aceruus, aut stans seges, aut ager. Iudic. 15. Et incendit ab aceruo usque ad stantem segetem. Iob 5. Et uenies cum caluitio, uelut inuehitur aceruus in tempore suo. Et cap. 21. Et ipse ad sepulchra adducetur, & in aceruo aduigilabit. Eleuauit, eleuando disposuit. Et ut affinitate literarum, ita quoque significatione congruit cum uerbo קנה Osee 5. Et non eleuabit a uobis ligaturam.

209

קנה Eleuatio, releuamen, ualetudo. Prouerb. 17. Cor legitum bene disponit leuationem. Hic, pronomine demonstratiuum. Ezech. 47. Hic est terminus in quo possidebitis terram, ponitur autem pro קנה ed quae literae sint affines, & symbolicae commutationis. Procubuit. 2. Reg. 8. Et procubuit ad terram, & posuit faciem suam inter genua sua. 2. Reg. 4. Et iacuit super puero, & posuit os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, procubuitque super ipsum, & calefacta est caro pueri. Et mox iterum: Et ascendens statim procubuit super ipsum, &c. Arbitror autem congruentiam habere cum uerbo קנה notat enim utrunque quandam applicationem mutuum, alia tamen atque alia ratione.

210

קנה Posterior, & eminentior seu altior pars corporis humani, quam Latini dorsum uocant. Et uidetur quandam habere cognationem cum קנה קנה קנה קנה Iob 30. Cum a tergo expelleretur uo ciferatio erat, super eos uelut super furem.

211

קנה Prouer-

tabit pater iusti. ubi prius uerbum est, Infinitiuus primae coniugationis, & posterius tertia persona futuri, tertiae coniugationis.

In secunda coniugatione legitur participium praeteriti temporis, quod ad corpus refertur גלגל Iesaiæ 9. Et uestimentum uolutatum in sanguinibus. Sed de isto etiam in radice גלגל.

In tertia coniugatione גלגל exultauit, tripudiauit. Habakuk 3. Exultabo in deo salutis meae. Zophon. 3. Exultabit super te cum ouatione. Psal. 14. Cum redierit Iehoua captiuitate populi sui exultabit Iacob. Psal. 16. Et exultabit gloria mea. Iesai. 41. Et tu exultabis in Iehoua. Insuper rebus inanimatis quoque tribuitur figurate. 1. Paralip. 16. Laetabuntur caeli, & exultabit terra. Psal. 51. Et exultabunt ossa, quae contriuisi. Iesaiæ 35. Et exultabit campus.

In quarta coniugatione גלגל & ex eo legitur participium גלגל. 1. Sam. 20. Et uolutabat se in sanguine, sed de hoc in radice גלגל.

INDE NOMINA:

גלגל Forma masculina, aperiō seu reuelatio gaudij externo aliquo gestu corporis, exultatio. Iob 3. Qui Iegant ad exultationē. Psal. 65. Et exultatione colles accingent. Iesaiæ 15. Et aueretur laetitia & exultatio. Et cū affixo. Psal. 43. Ad deum laetitiae exultationis meae. Et in genere foeminiño גלגל. Iesaiæ 65. Ecce ego creo Ierusalem, exultationem. Et legitur etiam גלגל in statu absoluto, & apparet esse compositum ex infinitiuo & nomine, sicut cum Infinitiuo quoque cōstruitur. Iesaiæ 35. Et exultabit etiam exultatione & ouare, id est ouatione.

217

גלגל

Arbitror non leui coniectura uerbum esse compositum ex גלגל & גלגל hoc est, participare cum utroque, ac proprie significare laborē illum in extremis, quādo homo laborādo deficiens spiritum trahit & efflat, & ut Latini uocāt animam agit & expirat. Et tamen si mediam habeat litteram uau, eam tamen inter cōiugandum non abijcit, sed supra dicta de causa more perfectiorū retinet. Num. 21. Et uiderūt totus cœtus quod expirasset Aharon. Iosue 22. Et uir ille solus nō expirauit in iniquitate sua. Gen. 6. Et expirauit omnis caro. ca. 25. Et expirauit & mortuus est Abraham. Num. 17. Ecce expirauimus, ablati sumus. Et iterū. Nunquid consummabuntur ad expirationem uisceribus. Iob 13. Vt non obmutescam & expirem. Psal. 104. Cum aufers spiritū eorum, expirant. Zach. 13. Duæ partes in ea expirabunt.

Participium praesens גלגל Psal. 88. Oppressus sum ego, & expiro inde ab adolescentia. uerbū hoc Graeci reddiderunt εστρωμένω. Sic legitur Lucae 23. Et cum haec dixisset, expirauit. Act. 7. Audiens autē Ananias uerba haec, collapsus expirauit. Et paulo post iterum: Concidit ad pedes eius, & expirauit. quanquā Graeci Hebraei significationem non omnino exprimat, sicut diximus.

218

גורת

Legitur tantum semel in tertia coniugatione גורת & significat circumquaque claudere seu obstruere. Nehe. 7. Claudent ostia. In hac significatione quoque p uerbo גורת Thargum reddidit. 2. Reg. 4. Et claudes ostium.

INDE NOMINA:

גורת Corpus, quod est circūquaque clausum. Et in statu regiminis גורת. 1. Paral. 10. Et tulerunt corpus Saulis. Et pluraliter גורת. Ibi dem: Et corpora filiorum eius.

גורת Et cum affixo fortificat litteram punctulo dagges. Exod. 21. Si cū corpore suo uenit, cum corpore suo egredietur. Cognationem habet cum nomine גורת.

219

גורת

Licet hoc uerbum magnam habeat cum uerbo Germanico cognationē, atque etiam phrasi, qua ipsi dicunt ziehen/etwa hin ziehen/ tamē omnes huius uerbi modos significandi non exprimit, neque assequitur, quos ex cōstructione uarios habet, sicut uidebimus. cōgruit quoque cū uerbis גורת & גורת גורת גורת, nisi quod ut forma, ita quoque modo significandi inter se differant. Sic quoque in aliquot modis congruit cum uerbo Latino traho. Primo, quando cōstruitur cum aduerbio ון tum significat ad locum, aut gentem aliquā aliam extra patriam suam peregrinari, se resque suas uel curru uel alio uehiculo trahere. Genes. 12. Et descēdit Abram in Aegyptum ad peregrinandum ibi. Deut. 26. Et peregrinatus est ibi cū

m 2 paucis

גורת Nomen fluuij, qui Mosi ex paradiso dilabitur. Gen. 2. Et nomen secundi fluuij Gichon, qui circuit totam terram Aethiopiae. Et hunc Iosephus, & post eum Hieronymus Nilum esse dicunt & uocant. habet autem hoc nomen ab aquarū eruptio nibus, quas Graeci καταρρακτας appellant, de quibus apud historiographos.

גורת Est & nomē fontis, ab aquarū nimirū eruptione, ad quem Salomo iussu patris in regē super Israel unctus est nō procul ab Hierosolyma, cuius fit mentio. 1. Reg. 1. Impone Salomonem filium super mulam meam, & deducite eum in Gichon, ungetque eum Zadok sacerdos, & Nathan propheta in regem super Israel. ubi Ionathas Chaldaeus transfudit גורת, & forte fons illius est Siloa.

גורת Nomen loci in tribu Beniamin, non procul à Gibeon, cuius fit mentio. 2. Sam. 2.

215

גורת

Nomen masculini generis, & generaliter significat gentē, seu nationem, Germanicē ein volck. Et sicut Latini de singulis nationibus dicūt quōd sint gens, sicut Germani sunt gens, Itali sunt gens, Galli sunt gens, Hungari sunt gens, & sic de alijs. Gen. 17. Et constituam eum in gentem magnam. cap. 26. An gentē etiā iustam interficies. Exod. 9. Qualis non fuit in terra Aegypti ex eo tempore, quo facta est in gentem. Psal. 83. Venite & deleamus eos, ne sint gens. 2. Sam. 7. Et quae est sicut populus tuus, sicut Israel gens aliqua in terra. Psal. 105. Et ambulauerūt de gente in gentem. Prouerb. 14. Iustitia exaltat gentem. Sciendum autem quod eadē ratione de Iudaeorum gente dicitur, sicut ex multis scripturā locis cōstat. ut Gen. 12. Faciam te in gentem magnam. Exod. 19. Vos eritis mihi gens sancta. Deuter. 4. Gens magna illa. cap. 32. Quoniam gens sunt, à qua ablata sunt cōsilia. Iosue 3. Donec consummasset tora gēs trāsire Iordanē. cap. 10. Donec uindicaretur gēs de hostibus suis. Iesaiæ 1. Vae genti peccatrici. & cap. 58. Sicut gens, quia iustitiam fecit. atque ex alijs locis scripturā. Et pluraliter גורת. Gen. 17. Duæ gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex uisceribus tuis seiungentur, &c. Atque quando absolute ponitur, tum de gentibus dicitur, quae non habebant eandem cum populo Iudaico religionē & culturū. Gen. 17. Et eris in patrem multitudinis gentium. Et mox iterum: In patrem multitudinis gentium constitui te. Psal. 2. Dabo gentes hereditatem tuam. Et in statu regiminis גורת Gen. 22. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae. 2. Paral. 32. Sicut dii gentium terrae. quanquam legatur quoque simplici iod גורת Iere. 44. Et in opprobriū in omnibus gentibus terrae, &c. Ex istis igitur iam citatis locis perspicuū est, quod haec appellatio nō solum gentibus, uerum etiam Iudaeis competat, nisi quod postea Iudaei recentiores omnes populos, qui aliā quā Iudaicā sectarentur religionē & culturū, uocarunt גורת non aliter atque Christiani etiam reliquos omnes populos, extra & praeter Iudaicum quos suo nomine uocant & Christianismum, uocarint gētes seu gentiles, cum tamē perinde nos Christiani gentes simus atque alij infideles & Ethnici. Quare refutandi sunt Iudaei, qui alias omnes gentes, quae non sunt circumcisae per contemptū hoc nomine appellant. Et multo magis nostrates Iudaei hodie ineptiunt, qui nēdum nos Christianos גורת gentes, uerum etiam singulos uiros גורת uocant, qui non sunt ex semine Abraham, quasi unus uir gens sit, & gentem aliquam constituat.

216

גורת

Sed potius גורת generali significatione congruit cum uerbis גורת & גורת גורת גורת nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant, notat autē tripudium seu exultationem, seu uolutionem, quando quis aperit, & releuat gaudium cordis externis gestibus, ideo gestū gaudij magis sonat, quā internū cordis gaudiū, ut si quis saltat, gyros facit, & uolutat sese circuitio nibus & circumrotationibus. & quantum ad uocem attinet, Graecum ἀγαλλία non multū ab Hebraeo dissonat, quo usus est Lucas cap. 1. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Itē ibidē: Et exultauit pra gaudio infans in utero meo. Nos igitur uerbo Exultandi reddemus, siquidem aliud nō habemus, quo cōmodius ipsius significatio exprimi possit. Iesaiæ 65. Et exultabo in Ierusalem. Psal. 2. Et exultate cum tremore. Ioclis 2. Et filij Zion exultate. Zach. 9. Exulta uehemēter filia Zion. Prou. 23. Exultādo exul

tabit

INDE NOMINA:

אֲלִינָגֵנָה Alienigena, peregrinus, advena, qui uel aliunde profectus in loco, & terra aliena habitat. Exo. 2. Peregrinus fui in terra aliena. Iere. 14. Quare eris uelut peregrinus in terra aliena. Psalm. 39. Quonia peregrinus ego sum apud te & inquilinus, sicut omnes patres mei. Et adiectiue Gen. 15. Quoniam peregrinum erit semen tuum, in terra non sua. 2. Sam. 1. Filius uiri peregrini Amalechitae ego, id est qui non de gente, sed adoptione Iudaus, in legis Moisaica foedera receptus, Graece *ωροσηλυ- 709*. Leuit. 17. Indigena & peregrinus. In statu affixorum seruat zere. Deut. 1. Atque inter peregrinum eius. cap. 5. Et peregrinus tuus, qui est intra portas tuas. Et pluraliter *אֲלִינָגֵנִים* Exo. 22. Qui peregrini fuistis in terra Aegypti.

אֲרָמָה Nomen mulieris, ancilla Abrahae, quam ipse postea iussu Sarae in uxorem duxit, & ex ea suscepit Ismaelem. Gen. 16. Dicta est autem, quasi peregrina non domina, sed serua & Aegyptia. A qua postea populi *אֲרָמִים* quorum mentionem facit Psalm. 83. Tentoria Edom, & Ismaelitarum, & Moabitarum, & Agarenorum.

אֲרָמִים Peregrinationes. Legitur tantum in statu regiminis & affixorum. Genes. 37. Et habitauit Iacob in terra peregrinationum patris sui. Genes. 36. Et non potuit terra peregrinationum ipsorum ferre eos. Et loco schurek cu kybutz. Gen. 17. Dabo tibi & femini tuo post te terram peregrinationum tuarum.

אֲרָמִי Catulus, scilicet leonis, qui adhuc contrahitur in cauea, nec dum ad praedam excurrit. Gen. 49. Catulus leonis Iehuda. Et pluraliter in forma masculina status regimini nis *אֲרָמִים* Iere. 51. Excussi sunt uelut catuli leonum. In statu affixorum mutat holem in schurek. Ezech. 29. Quare mater tua uelut Legna inter leones cubauit, in medio leunculorum educauit catulos suos. Item semel in forma foeminina *אֲרָמִי* Nahum. 2. Leo diripiens pro catulis suis.

אֲרָמִי Horreum, area in quam contrahuntur fruges. Et quia Orientales habuerunt horrea in areis, usurpatur saepe unum pro altero. Num. 18. Sicut frumentum de area. Mich. 4. Congregauit eos uelut manipulos ad aream, ubi litera he notat motum ad locum. In statu affixorum mutat holem in hatephcametz. Iob 29. Ad aream tuam congregabit. Et pluraliter in statu absoluto *אֲרָמִים* 2. Samuel. 23. Et rapiabant areas. Iob 2. Et impletae sunt areae frumento. Et in statu regiminis *אֲרָמִים* Osee 9. Super omnes areas frumenti.

אֲרָמִי Contractio, collectio. Psalm. 31. Quoniam audiui rumorem multorum, contractionem undique consultantium contra me.

אֲרָמִי Vide suo in loco.

אֲרָמִי Habitatio, diuersorium, ubi contrahuntur homines. Et in statu affixorum mutat cametz in seu. Psalm. 55. Quia sunt mala in habitatione eorum. Et pluraliter *אֲרָמִים* & licet formam habeat status regiminis, tamen ponitur absolute. Ezech. 21. Attractiones ad gladium erunt populus meus, id est populus meus trahetur ad gladium magna multitudine. Et cu affixis. Psalm. 119. In domo attractionum mearum. Iob. 18. Neque aliquis superstes in habitationibus eius.

אֲרָמִי Habitatio. Ierem. 41. Et abeuntes habitauerunt in habitatione Chimham, quae est iuxta Bethlehem.

אֲרָמִי Horreum, receptaculum, repositorium, in quod contrahuntur fruges. Haggei. 2. Dum adhuc semen est in horreo.

אֲרָמִי Horrea. Iob 21. Euerfa sunt horrea.

אֲרָמִי Pauor, quia, definitore Cicerone, timor est loco mouens mentem. Iesai. 31. Et pertra eius praepauore transibit. Ierem. 6. Gladius inimici pauor undique. cap. 20. Ecce ego dabo te in pauorem. Et pluraliter *אֲרָמִים* Threno. 2. Vocasti tanquam ad diem solennem pauores meos undique, id est, qui mihi erant pauori. Et in genere foeminino status regiminis *אֲרָמִי* Prou. 10. Pauor improbi ipse eueniet ei. Et pluraliter *אֲרָמִים* Psalm. 34. Et ex omnibus pauoribus meis eripuit me. Ies. 66. Et pauores eorum adducam eis.

אֲרָמִי Congruit significatione cum uerbo *אֲרָמִי*, nisi quod ut forma, ita modo significandi

paucis hominibus. Iesai. 52. In Aegyptum descendit populus meus a principio, ut peregrinaretur ibi. Secundo cum beth praepositione in. Gen. 20. Et peregrinatus est in Gerar. 2. Reg. 28. Surge & uade, & trahe ubicunque trahere poteris, & traxit in terra Philistin septem annis, id est, Et peregrinare ubicunque peregrinari poteris, & peregrinata est in terra Philistin septem annis. Iere. 49. Non habitabit ibi uir, neque peregrinabitur in ea filius hominis. Psalm. 15. Quis peregrinabitur in tentorio tuo. Psalm. 61. Peregrinabor in tentorio tuo per multa secula. Tertio, cum *אֲרָמִי*, id est, cum, apud. Gen. 32. Apud Laban peregrinatus sum. Iesai. 11. Et peregrinabitur lupus apud agnum. Quarto, cum *אֲרָמִי* praepositione, cum, apud. Exo. 12. Si peregrinabitur apud te peregrinus. Leuit. 19. Et si peregrinatur apud te peregrinus in terra uestra. Quinto, quando sine aliqua praepositione loco aut rei alia iungitur, tum idem significat quod uersari, conuersari, comorari. Iudic. 5. Et Dan quare conuersabitur nauibus. Psalm. 120. Heu mihi quia conuersor Mefech. Iesai. 33. Quis conuersabitur ex nobis igni deuoranti. Sexto, cum affixo. Psalm. 5. Non contrahet te malum. Prouerb. 21. Vastatio improborum contrahet eos, id est in angustiam contrahet. Septimo, cum *אֲרָמִי*, id est contra, tum sicut *אֲרָמִי* hostilem seu militarem habet significationem: nam significat contrahere, scilicet currus, hoc est expedire currus ad bellum contra aliquem, in *אֲרָמִי זִיחֵת*. Psalm. 56. Contra me omnes cogitationes ipsam ad malum contrahunt, obseruant *זִיחֵת זִסְמֵת*. Psalm. 59. Contrahunt contra me robusti, scilicet copias. Ies. 54. Ecce quicumque contrahendo contrahunt absque me & contrahit contra, cadet. Item sine *אֲרָמִי* explicata actiue. Psalm. 140. Qui cogitant mala in corde, tota die contrahunt bellum. Habakuk. 1. Vniuersa homo tollit, contrahet illud in rete suam. Octauo, quando constructum cum praepositione mem simplicis, uel *אֲרָמִי* composita, tum non significat trahere ad, uel contra, seu apud hominem, sed contrario modo retrahi ab aliquo, auersari alicuius rei praesentia seu conuersatione, expauescere ad personam uel rei conspectum & praesentiam. Et in hoc significandi modo nihil differt a forma *אֲרָמִי* Exempla cum simplici mem. Deut. 18. Si ex temeritate loquutus est propheta ille, non expauescas ab illo. Iob 41. Ab eleuatione eius expauescunt fortes. Psalm. 22. Et expauescite ab eo omne semen Israel. Exempla cum *אֲרָמִי* Numeri 22. Et expauescebat Moab a conspectu populi ualde. Deut. 1. Non expauescatis a conspectu cuiusquam. 1. Sam. 18. Videns Saul quod Dauid prudenter ageret ualde, statim expaui a facie eius. Iob 19. Expauescite a facie gladij. Iere. 22. Tradam te in manum, a quorum conspectu tu expauescis. Scribitur tamen aliquando sine praepositione explicata. Deuter. 32. Nisi a furore inimici expauesceret. Psalm. 119. Aufer opprobrium, a quo expauesco. Osee 10. De uutilis domus Auen expauescunt habitatores Samariae.

Participium praesens *אֲרָמִי*. Leuit. 19. Peregrinus, qui peregrinatur apud uos. Iud. 19. Et fuit uir quidam Leuita, qui peregrinabatur ad latera montis Ephraim. Et pluraliter *אֲרָמִים* Leuitic. 25. Et mercenario tuo, & inquilino tuo, qui peregrinantur apud te. 2. Sam. 4. Et fuerunt peregrinantes ibi, usque in hanc diem. Ezech. 47. Et peregrini, qui peregrinantur in medio uestri. In statu regiminis *אֲרָמִי* Iob 19. Peregrini domus meae, & ancilla mea reputauerunt me pro extraneo. In genere foeminino status regiminis *אֲרָמִי* hospita, apud quam quis peregrinatur. Exod. 3. Si postulabit mulier a uicina sua, & ab hospita domus eius, pro quo postea cap. 11. uertit *אֲרָמִי* socia.

In secunda coniugatione legitur tantum participium passiuum *אֲרָמִי*. 1. Reg. 7. Omnes istae erant ex lapidibus pretiosis magnae quantitatis, politis, tractis serara intrinsecus & extrinsecus.

In quarta coniugatione *אֲרָמִי* Osee 7. Non clamauerunt ad me in corde suo, sed ululauerunt super cubilibus suis, propter frumentum & mustum contraxerunt se, &c.

Participium uerbum *אֲרָמִי*. 1. Reg. 17. Num etiam uiduam istam apud quam peregrinor, affligis, occidendo filium ipsius. Iere. 30. Sicut turbo contracta super caput improborum refecerit.



רַבִּינָה Rapina, forma masculea. Levit. 6. Aut in rapina. Psal. 62. Ne confidatis in iniuria, neq; in rapina. Iesaiæ 61. Amans iudicij, & odians rapinam in holocaustu. Ezech. 22. Et rapient rapinam. Et in forma foemina רַבִּינָה Levit. 6. Et restituit rapinam, quam rapuit. Ezech. 18. Rapinam non rapuit. Item cap. 33. Et pignus restituerit improbus, rapinam retribuerit. In statu regiminis רַבִּינָה. Iesaiæ 3. Est q; rapina oppressi in domibus vestris. Et pluraliter רַבִּינָה Ezech. 18. Rapinas rapuit.

פּוּלְלִים Pullus, scilicet columba, uel aquila, a rapina, actiue uel passiue. Gen. 15. Arctem triennem, & turtorem & pullum. Et pluraliter פּוּלְלִים Deut. 32. Sicut aquila excitat nidum suum super pullis suis uolitans.

פּוּלְלִים Fuscina, qua aliquis capitur seu diripitur. 1. Samu. 2. Et erat fuscina trium dentium in manu sua. Et mox iterum: Et quicquid extrahebat fuscina, accipiebat sacerdos cum ea. Et pluraliter פּוּלְלִים Exod. 38. Et fecit uasa altaris, ollas, palas, pelues, fuscinas. Exod. 7. Et fuscinas eius.

פּוּלְלִים Stipes, caudex, truncus, pars dissecte arboris inferior, quae supra terram eminet & profat, ac cui radices adhærent inferne, sicut recte Aquila, Symmachus & Theodotion *αεγυδο* uerterunt. nam ut ex illis scriptura locis liquet, atq; R. David Kimhi dextrè sentit, proprie significat eam radices partem, non quae terræ infixæ est, sed supra terram eminet, sicut e contra *פּוּלְלִים* proprie ea pars arboris seu herbae dicitur, quæ sub terra est, & Latini radicem uocant. Ies. 11. Et egredietur uirgula de truncu Iesai. cap. 40. Qui iudices eorum sicut inane facit, perinde equidem ac si non essent plantati, neq; sati, neq; radicans esset in terra truncus eorum. Iob. 14. Si fenerit in terra radix eius, & in puluere mortuus fuerit truncus eius. Ex quo loco claret discrimen inter *פּוּלְלִים* & *פּוּלְלִים*, sicut inter *פּוּלְלִים* & *פּוּלְלִים*, id est, inferiorem & superiore partem terræ.

פּוּלְלִים Decidit, succidit, dissecuit, tam significatione quam modo significandi congruit cum uerbo *פּוּלְלִים* nisi quod illud usus sit aliquantum latioris. Et quando post se regit accusatiuum tum est transitiuum. 1. Reg. 3. Discidite infantè uiuū. 2. Reg. 6. Et deciderunt ligna. Iesaiæ 9. Et decidit ad dextram & esuriit. Iob ad sermonem transfudit, ut est in Chaldea lingua uisitatam cap. 22. Et decidat sermonem, & stabilietur. At quando ponitur absolute extra regimen, tum est neutrum. Habakuk 3. Et decidit se à caula grex, & non bos in stabulis.

Participium præsens פּוּלְלִים Psal. 88. Discidenti mare iuncosum in discissiones. In uoce passiuæ פּוּלְלִים 2. Paral. 26. Quoniam decisus est à domo Iehoua. Iesaiæ 33. Quia decisus est terra uisorum. Psal. 88. Et ipsi de manu tua decisi sunt. Threnor. 4. Operuerunt aquae super caput meum, dixi decisus sum. Ezech. 35. Decisi sumus nobis ipsis. Esther 6. Et quod decisus esset super eam, id est, determinatum.

Participium פּוּלְלִים Gen. 15. Et flamma ignis quæ transibat decisa illa.

INDE NOMINA:

פְּרִי Nomen masculini generis, decisio. Thren. 3. Sepiuit uias meas decisione, id est, lapide secto. Et in genere foeminino פְּרִי. Levit. 16. Ad terram decisionis, id est, quæ ab alijs erat determinata.

פְּרִי Decisio, pars decisa à reliquo ædificio. Ezech. 41. Et ædificium quod erat ante decisionem. Et cum affixo פְּרִי Thren. 4. Saphirus decisio eorum, id est, ordo eorum distinctus ab alijs instar Saphiri lapidis.

פְּרִי Decisa, discissa. Psal. 88. Decidenti mare iuncosum in decisa, id est, partes.

פְּרִי Nomen pluralis numeri, secures, quibus ligna deciduntur. 2. Sam. 12. Et posuit in ferras & in rastra ferri, & in secures ferri.

פְּרִי Venter. uide in themate suo פְּרִי.

פְּרִי Legit tantu pluraliter, & significat carbones siue extinctos, siue ignitos. Ps. 18. Carbones succesi sunt ab eo, i. fulgetra. Iob 41. Anhelitus eius carbones inflammat. Ps. 140. Cadet super eos carbones. Prou. 7. Nu ambulabit uir super carbonibus. & cap. 15. Et carbones tu fouebis super capite eius, i. cognoscerit inde superpre suum

inter se parum uariant. Et sicut pronunciatione, ita etiam significatione congruit cum uerbo *פּוּלְלִים* & significat uellere, euellere, conuellere, deglubere. Iere. 7. Euelle casarium tuam. Mich. 1. Defalca, & euelle te. Deut. 15. Non euelles primogenitum gregis tui. Gen. 31. Et Laban ibat ad uellendum gregem suu. 1. Sam. 25. Cu uelleret gregem suum.

Participium præsens פּוּלְלִים 1. Sam. 25. Et audiuit David q; uelleret Nabal gregu suum. Et pluraliter פּוּלְלִים 1. Sam. 25. Audiuit q; uulfores sint tibi. 2. Sam. 13. Et erat uulfores Absalom. In statu regiminis פּוּלְלִים Gen. 38. Et descendit ad uulfores gregis sui. In statu affixorum. 1. Sam. 25. Et in stationem meam, quam macraui uulforibus meis. Iesaiæ 53. Sicut ouis coram uulforibus suis.

In uoce passiuæ פּוּלְלִים Nahum 1. Et sic euellentur & transibunt.

INDE NOMINA:

פּוּלְלִים Forma masculini generis uellus, a uellendo nome habens, eo q; ante rōsure usum lanam ueteres uelleret. Deut. 18. Et primitias uelleris gregis tui dabis mihi. Iob 31. Et uellere ouiu mearu calefecit se. Psal. 72. Descendet sicut pluuia super uellus, & aludit ad miraculu Giddeoni exhibitum Iudic. 6. Quan qua aliqui alij uelint dictu de pluuia cadente super pratū defectu. Et pluraliter in statu regiminis פּוּלְלִים auuliones, scilicet pratorum. Amos 7. Et ecce seges post auuliones regis. prima enim fecatio graminis luxuriantis cedebat regi p aldis pecoribus suis. Et in genere foeminino פּוּלְלִים Iud. 6. Si ros erit super uellere dūtaxat. Et mox iteru. Et expressit rore ex uellere. Et in statu regiminis פּוּלְלִים Iud. 6. Ecce ego pono uellus lanæ in area.

פּוּלְלִים Auulsio, qualis antiquitus lapidum fuit, & tam exoleuit. Vidi ego in Saxonia aliquot locis eiusmodi lapidibus, seu potius magnis silicibus ex agris hinc inde collectis ædificia sacra, turres & circū coemeteria muros extructos, ac quomodo aut qua arte tam duri silices auulsi, seu, ut ita dicam, ferruminati sint, ita ignoatur, sed facile fuisse arte secandi, res ipsa ostendit, & q; tam uulgares fuerint, qua tam nemo iam præstare potest. Exod. 20. Non ædificabis eas de uullo, quia si gladium tuu mouisti super ipsum, tunc prophanaui eu. 1. Reg. 5. Lapidem magnos, lapides pretiosos, lapides auulsionis. 1. Reg. 6. Et ædificauit atriu anterius tribus ordinibus auulsionis. 1. Paral. 22. Ad scindendū lapides auulsionis. Thren. 3. Sepiuit uias meas cum auulsione. Amos 5. Domos auulsionis ædificastis.

פּוּלְלִים Vermis cuiusdam genus, qui herbas hortenses, arboru frōdes, flores q; morsu uellit. hunc Hieronymus eruca uertit Iob. 1. Residuū erucae absument locusta. Amos 4. Multiplices hortos uestros & uineas uestras, & oleas uestras, absument eruca. Deducitur autem ab isto themate, sicut a uerbo פּוּלְלִים formatur nomen פּוּלְלִים.

פּוּלְלִים Virapuit, diripuit. Iob 20. Domu rapuit, quam nō ædificauit eā. Ezech. 18. Cu rapuit rapinā a fratre. Levit. 6. Et restituet rapinā quam rapuit. Gen. 21. Propter puteu aquaru, quem rapuerit serui Abimelech. & cap. 31. Ne quādo raperes filias tuas a me. Levit. 19. Nō iniuria afficias sodalē tuū, neq; diripiās. 2. Sam. 23. Et rapuit lancea e manu Aegyptij. Iob 24. Rapuit ab ubere pupillu. Et iteru. In aquosa & torrida rapuit aquas nituis. Psal. 69. Quæ nō rapui, tūc rependebam. Prou. 23. Nō diripiās exhaustum, q; exhaustus sit. Ies. 10. Ad rapiendū iudicium oppressis populi. Mich. 2. Quos cupierunt agros statim rapiunt.

Participium præsens פּוּלְלִים Prou. 28. Diripiens patrem & matrē suam. In statu affixorum. Psal. 31. Et oppressum & egenū a direptore suo. Et pluraliter פּוּלְלִים Michea 3. Diripientes cum ipsorum a desuper illis.

Participium præteritum פּוּלְלִים Deut. 28. Et eris tantu iniuriatus & direptus, id est rapinæ obnoxius. Et iteru. Et asinus tuus raptus a conspectu tuo. Iere. 21. Et eripite raptum de manu iniurij.

In uoce passiuæ פּוּלְלִים Prouerb. 4. Et rapietur somnus eotum.

INDE NOMINA:

פּוּלְלִים Rapina. Ezech. 18. Cu rapuit rapinā a fratre. Eccl. 5. Si iniuriā paupis, & rapinā iudicij & iustitiæ uideris in puincia. q; q; aliq; codices habeat quin q; pūctis scriptu.

Iesā. 9. Et uestimentū uolutatum in sanguinibus. De hoc etiam in forma לָלַי.
 In tertia cōiugatiōe לָלַי Gen. 29. Et accessit Iacob, & uoluit lapidē ab ore putei.
 In quarta cōiugatiōe לָלַי Gen. 43. Nos introducti sumus ad uolūtdum su-
 per nos, id est, causa uolutatur super nos, & contaminemur aliqua infamia.
 Participium praesens לָלַי 2. Sam. 20. Et Amasa uolutabatur seu uolutabat se
 in sanguine. uide etiam in forma לָלַי.
 Verbum duplicatum secundae cōiugatiōnis, uoluit. Ier. 51. Et deuoluā te à saxis.
 In quarta cōiugatiōe לָלַי Job 30. Tanquam eruptio lata ueniebat, cum in
 petu uolutauerunt se, seu uolutati sunt.

INDE NOMINA:

לָלַי Stercus à rotunditate: rotatur enim egerendo, uel à uolubilitate seu uoluatione,
 qua homo uolutatus contaminatur. 1. Reg. 14. Et tollam posteriora domus Iero-
 boam, sicut tollitur stercus, usq; ad consummationem eius. In statu affixi habet
 sēgol loco prioris cametz, alterum mutat in seua. Iob 20. Sicut stercus eius omni-
 no auferetur. Et pluraliter לָלַי Zoph. 1. Et effundetur sanguis eorū ut puluis,
 & corpus eorū ut stercora. In statu regiminis לָלַי Ezech. 4. Et ipsam cum ster-
 coribus, excremēto scilicet hominis uisulabis ea. Et mox iterū: Ecce dedi cibum,
 fimum bouis pro stercorebus hominis.
 לָלַי Volutio aquarum, id est scaturigo. Iob 8. Iuxta scaturiginē radices eius intricatur.
 Cant. 4. Scaturigo oblerata, foror mea. quanquā multa exēplaria habeant לָלַי hor-
 tus obseratus. Et pluraliter לָלַי Zach. 10. Et percutiet in mari pcellas. Dicunt
 autem pro cella quia quasi acerui in orbem uoluntur. Et in statu regiminis ac
 affixorum לָלַי. Iesā. 48. Et iustitia tua sicut procella maris. Ionā 2. Omnes procel-
 lae tuae super me transierunt. Iob 38. Hic ponit in elatia procellas tuas. Psal. 65. Qui
 compefcuit superbiam marium, elationem procellarum ipsorum.
 לָלַי Si nō est Chaldaeu, tū descēdit ab hoc uerbo geminato, & significare uidef plane-
 tam à motu seu uoluatione. Dan. 1. Prę ceteris adolefcētibus planetę uestri, id est,
 sub quo simul estis nati. Loquitur enim Chaldaeus ut erat in astronomia institutus.
 לָלַי Falx à rotunditate. Iere. 5. Et tenentem falcem in tempore messis. Ioeis 4. Mittite
 falcem, quia maturuit messis.
 לָלַי Volumen, charta plicatilis. Ier. 36. Et leges in uolumine, quod scripsisti. Et mox ite-
 rum: Et Ieremias accepit uolumen aliud. Ezech. 3. Comede, comede, inquā, uolum-
 en istud, & iussit comedere me uolumen istud. Et in statu regiminis לָלַי Ier.
 36. Accipe tibi uolumen libri. Psal. 40. In uolumine libri scriptum est de me. Hanc
 sententiam pro suo proposito referens לָלַי ad Hebræos, ita reddidit
 cap. 10. In capite libri scriptum est de me, &c.
 לָלַי Stillæ, à rotunditate. Iob 38. Quis genuit stillas roris.
 לָלַי Scaturigo, fons: pro quo alij transfulerunt phialam seu lenticulam. Zachar. 4. V-
 na ad dextrā fonticuli. Et iterum: Et ecce candelabrum aureum totū, & fonticulus
 eius super capite eius. Et in statu regiminis לָלַי Ezech. 12. Et currat scaturigo
 aurī, id est, uena. Et pluraliter לָלַי Iosue 25. Dabis mihi quoq; scaturigines aqua-
 rum, deditq; illi scaturigines superiores, & scaturigines inferiores.
 לָלַי Circūterritoriū, circūferētia, regio, à rotunditate seu sphericitate. 1. Reg. 9. Triginta
 ciuitates in circūfaciente: pro quo alij, in terra Galilææ. In statu regiminis לָלַי le-
 faie 9. Ultra Iordanem regio gentium, id est, Galilæa gentiū. sic quoq; à Matthæo
 citatur cap. 4. Et cum he importante motum ad locum לָלַי. Ezechiel. 47. Aque
 istæ quæ egrediuntur ad regionem anteriorem. Et pluraliter in forma femini-
 na לָלַי Iosue 13. Et omnes regiones Philistinorum. cap. 22. Et uenerūt ad regio-
 nes Iordanis, qui in terra Canaan. Ioeis 4. Et quid mihi Tyre & Zidon, & omnes
 regiones Philistinæ. Et opinor Lucam uoluissē reddere hanc uocem & phrasin
 cap. 4. ubi sic scribit: Et diuulgabatur fama in omnem locū undiq; finitimæ regio-
 nis. quanquam de illa loquatur, quæ circumiacet Capernaum.

לָלַי Annuli, circuli, epistylia. 1. Reg. 6. Et duo latera ualuæ unius erant rotūda, seu epi-
 styliā

suum, & respiciet, agnosceat quanto astute afflixerit. cap. 26. Carbo ad carbones,
 & ligna ad ignem. In statu regiminis לָלַי Leuit. 16. Et accipiet plenum turibu-
 lum carbonum ignis. Et in statu affixorū accipit priora duo puncta status ab-
 soluti. 2. Sam. 22. Et coxi super carbonib; eius panē. Ezech. 24. Super carbones eius.
 Pruna. Iesāe 47. Non est pruna ad calefaciendum. Et cum affixo. 2. Sam. 14. Et
 extinguent prunam meam, id est, scintillam.

225

לָלַי Locus profundior, uallis. uidetur nomē esse deductum à uerbo לָלַי & ab eo ha-
 bere significationem contrariā. Iesāe 40. Omnis uallis exaltabitur. Zachar. 14.
 Vallis magna ualde. Psal. 60. Et percussit Edom in ualle salis. Neh. 11. Et resederūt
 à Berseba usq; ad uallem Hinnom. Iere. 7. Et edificauerunt excelsa Thopheth, que
 sunt in ualle filij Hinnom, ad comburendum filios suos, & filias suas igni, quod nō
 mandauī, neq; ascendit super eorū meum. Et mox iterum: Ecce dies ueniunt, ait le-
 houa, & non dicetur amplius Thopheth, & uallis filij Hinnom, sed uallis occisio-
 nis, sepeliatur enim in Thopheth, quōd alius nō sit locus. Hinc ego existimo tem-
 pore Christi locum & cruciatum damnatorum hoc nomine esse dictū, ut ex Mat-
 thæi cap. 5. & 16. & alijs locis liquet. Legitur tamen interdum scriptum לָלַי sine
 aleph. Ezech. 39. Vallem transeuntem. Iosue 15. Ascendit hic terminus per uallem
 filij Hinnom iuxta latus lebusæi, hoc est Ierusalē, qui est è regione uallis Hinnom
 ad occidentem, quicq; est in extremitate uallis Rephaim uersus Aquilonē. 2. Reg.
 23. Et cōtaminauit Thopheth, quod est in ualle filij Hinnom, ne quis combureret
 filium suum aut filiam suam in igne ipsi Molech.

לָלַי In alia forma, uallis. Deut. 3. Et reuersi sumus in uallem. Num. 21. Et ab Excellis ual-
 lis. Et interdum legitur abiectio aleph לָלַי Deut. 34. Et sepeliuit eum in ualle. Ios.
 8. Et uallis erat inter ipsos. Mich. 1. Faciam decurrere in uallem lapides eius.

לָלַי In alia forma, uallis. 1. Sam. 17. Philistæi stabant super monte illac, & Israel stabat su-
 per monte hac, & uallis erat inter ipsos. Et pluraliter לָלַי 2. Reg. 2. In unam ual-
 lium. Itē in alia forma לָלַי Ezech. 31. Et in omnibus uallibus ceciderūt. Item

226 לָלַי In alia forma לָלַי Ezech. 6. In uallibus. Et in statu affixi לָלַי Ezech. 35. Et ualles tuas.
 Nerusus. Gen. 32. Propterea non comedunt filij Israel neruum oppressionis, qui
 est super cōcauitate femoris. Iesāe 48. Et neruus ferri ceruix tua. Et pluraliter
 לָלַי Iob 10. Ossibus & neruis cōtexuisti me. Ezech. 37. Et dabo super uos neruos,
 & inducam super uos carnem. Et in statu regiminis לָלַי Iob 40. Nerui testiculo-
 rum eius perplexi sunt.

227 לָלַי Eadem ratione, qua לָלַי dicitur, quia edueta est ex uiliore materia, ita לָלַי ma-
 teria melior ex tunis in puluerem lapidibus extracta, ex qua uel cæmētum seu
 calx seu gypsus paratur ad incrustandū & leuigandū parietes, seu pauimēta edi-
 ficiorum, unde uel calcem, uel cæmentum, uel gypsum uertere licebit. congruit si-
 gnificatione לָלַי & לָלַי לָלַי. habet enim appellationem suam ab extra-
 ctione. Iosue 27. Et hic est omnis fructus ablationis delicti sui, si ille ponat omnes
 lapides altaris, sicut lapides calcis contritos. Dan. 5. Et scripserūt è regione cande-
 labri super לָלַי calce parietis palatii regis.

228 לָלַי Voluit, uolutauit. Et congruit significatione cum uerbis לָלַי & לָלַי לָלַי
 nisi q; ut forma, ita modo significandi inter se differat. Gen. 29. Et uoluent lapi-
 dem ab ore putei. Ios. 5. Hodie deuoluit opprobriū Aegypti à uobis, & uocauit
 nomen loci illius לָלַי Gilgal. Psal. 22. Deuolue ad Iehoua, eripiet eum. Psal. 37.
 Volue ad Iehoua uas tuas. Iosue 10. Voluite lapides magnos ad os speluncæ. 1. Sa-
 muelis 14. Voluite ad me lapidem magnum.

Participium praesens לָלַי Prou. 26. Et qui uoluit lapidem ad eum, reuertetur.
 In uoce passiuā לָלַי Ies. 34. Et uoluentur sicut liber cœli. ex isto Iesāe loco etiā
 Ioānes sumpsit, quod scribit Apōc. cap. 6. Et cœlum sicut liber, qui uoluitur reces-
 sit. Amos 5. Voluetur sicut aqua iudicium, & iustitia ut torrens uehemens, id est,
 sicut aquarum moles & fluctus.

In secunda cōiugatiōne legitur participiū præteritū feminiini generis לָלַי Ies.

Gabenna
199

rael migrando migrabit è terra sua. Iudic. 18. Vsq; ad diem emigrandi è terra. Iere. 1. Donec migraret Ierusalem.

Participium presens מְגַלֵּי. 1. Sam. 22. Et aperiens aurem meam. Prover. 20. Aperiens secretum ambulat fraudulenter. 2. Sam. 15. Et etiam migras tu ad locum tuum. 2. Reg. 24. Decem milia erant migrans. Et pluraliter מְגַלִּים Amos 6. In capite migrantium. Et in genere foemino מְגַלִּי Iesa. 49. Migrans & recedens.

Participium preteritum מְגַלַּת Esther 3. Reuelata omnibus populis. Iere. 32. Et libellum apertum hunc. Et in statu regiminis מְגַלֵּי Num. 24. Et prociens apertus oculis. In uoce passiuua מְגַלָּה 1. Sam. 3. Quia reuelatus est Iehoua ipsi Samueli in Silo. 2. Sa. 6. Quare reuelatus est hodie in oculis ancillarum. Dan. 10. Et uerbum reuelati est Danieli. Gen. 35. Quia reuelati sunt ibi ad eum dii. 1. Sam. 2. Nonne reuelatus sum reuelando domui patris tui. Iesaia 53. Et brachium Iehoua cui reuelatum est. cap. 49. His qui in tenebris sunt, reuelamini. Exo. 20. Ne reueletur seu aperiat nuditas tua. Psal. 18. Et reuelata sunt fundamenta orbis. 2. Sam. 6. Sicut reuelando reuelari unum ex uanis. Et alterum quoq; est infinitiuus irregularis, ut 1. Samuelis 2. similiter scribitur.

Participium pluralis numeri generis foemini מְגַלִּי Deut. 29. Et abscondita dei nostri etiam reuelata nobis & filijs nostris.

In secunda coniugatione מְגַלָּה Leuit. 20. Nuditatem patris sui reuelauit seu aperuit. Psal. 98. In oculis gentium reuelauit iustitiam suam. Iere. 11. Tibi reuelauit causam meam. Iesaia 46. Reuela crus. Num. 22. Et aperuit uelamen Iehuda. Iob 20. Reuelabunt caeli iniquitatem eius.

Participium presens מְגַלֵּי Iob 12. Reuelans profunda. Prover. 11. Ambulans fraudulenter reuelat secretum.

Participium preteritum מְגַלָּה Prover. 27. Melior est increpatio aperta, quam amor absconditus.

In uoce eius passiuua מְגַלָּה Nahum 2. Et Huslab translata est.

In tertia coniugatione מְגַלֵּי & מְגַלָּה uoluere fecit aliud, deuoluit aliud, transtulit inde, abduxit peregre. Iere. 29. Et ad omnem populum quem transtulit Nebucadnetzar. Et iterum: Ad locum unde transtuli uos. & cap. 24. Post transferre Nebucadnetzer Iechoniam.

Participium preteriti temporis מְגַלֵּי Iere. 40. Translati in Babel.

In uoce passiuua מְגַלָּה Esther 2. Qui translatus est de Ierusalem, cum migratione, quae translata est. Iere. 13. Translata est Iehuda uniuersa, translata est perfectè. ubi ponitur מְגַלָּה pro מְגַלֵּי Idem cap. 40. Ex his qui non translati sunt.

In quarta coniugatione מְגַלֵּי Genes. 9. Et apertus fuerat in medio tentorii sui. Prover. 18. Ut reueletur cor eius.

INDE NOMINA:

מְגַלָּה Volumen, liber conuolutus, aut quia reuelat ea quae alioqui nos latent. Iesa. 8. Tolle tibi uolumen grande. Et pluraliter מְגַלִּים dicitur specula quae reuelant obiecta, alioqui nos latentia. Iesa. 3. Et specula.

מְגַלָּה Migratio, demigratio, abductio, translatio, exilium, transfertur plerumq; uocabulo captiuitatis. Matthaeus Euangelista uertit Graece μετακίνηση cap. 1. suae historiae euangelicae. Est tamen & hoc obseruandum quod more Hebraeo saepenumero accipitur pro populo demigrante in captiuitatem seu exilium. Ierem. 28. Et omnem migrationem. item cap. 29. Qui non sunt egressi uobiscum in demigrationem, id est, exilium. Item 46. Vasa migrationis facti tibi. Item 48. Et in exilium non iuit. Esdrae 6. Et fecerunt filij migrationis pascha. Et mox iterum: Et comederunt filij Israel reuerfi ex migratione.

מְגַלָּה Migratio, demigratio, transmigratio, exilium. 2. Reg. 25. Et fuit tricesimo septimo anno demigrationis Iehoiakin. Amos 1. Eo quod tradiderint eos exilio perpetuo ipsi Edom. Et in statu affixorum nihil mutat. Iesa. 45. Et exilium meum dimittet. Ezech. 33. In quinta mensis exilij nostri.

stylis. In statu regiminis מְגַלֵּי Esther 1. Et purpura super annulis. Cantic. 5. Manus eius annuli auri, pleni lapide Tharsis.

מְגַלֵּי Stercora, sordes, uolutabra, uolutationes, quibus homo contaminatur. Et isto nomine spiritus sanctus idola gentium per contemptum uocat. 2. Reg. 17. Et coluerunt idola. 2. Reg. 23. Et imagines & idola. Ezechielis 18. Et ad idola leuauit oculos suos. cap. 22. Et fecit idola contra se ad polluendum. cap. 30. Et auferam idola, & cessare faciam מְגַלֵּי deos à Noph. Et in statu regiminis מְגַלֵּי Ezech. 8. Et omnia idola domus Israel. cap. 20. Et cum idolis Aegypti ne polluamini. Leuit. 28. Et ponam cadauera uestra super cadauera idolorum uestrorum.

מְגַלָּה Rota, sphaera, rotunditas, concauitas, turbo, qui in circulum rotatur. Psal. 77. Vox tonitruui tui in sphaera, id est, horizonte caeli. Psal. 83. Pone eos ut turbinem uelut stipulam in facie uenti. Iesa. 47. Et sicut turbo coram uento. Eccl. 12. Et conculcatur rota apud puteum. Ezech. 10. Ingredere in medium rotarum. Et iterum: Et ad rotam clamauit, O rota. cap. 23. Et uenit contra te cum rheda, curru & rota. ubi tria genera curruum commemorat. Legitur etiam semel in prima cum hirik מְגַלָּה Iesa. 28. Neq; stridabit rota plaustrum eius. Et pluraliter מְגַלָּה Iesaia 5. Et rotarum eius quasi tepestas. Iere. 47. A sonitu rotarum eius.

מְגַלָּה Nomen loci, cuius fit mentio Iesaia 5. Et appellauit nomen loci illius Gilgal. Osee 12. In Gilgal boues sacrificauerunt.

מְגַלָּה Cranium, caluaria, à rotunditate. communiter aut sumitur pars pro toto capite, imò etiam aliquando pro homine. 2. Reg. 9. Et non inuenerunt de ea nisi cranium, & pedes, & uolas, & manus. Exo. 16. Gomer pro cranio numero animarum uestrarum. Num. 3. Accipies quinque, quinque, in qua, siclos pro cranio. In statu affixorum mutat holem in pathah, & fortificat literam thau. Iud. 9. Et conculcauit cranium eius. 1. Paral. 10. Et cranium eius fixerunt in templo Dagón. Et pluraliter מְגַלָּה Leuit. 1. Omnes masculos secundum crania sua. Porro à Craneis locus ille, in quo saluator noster Iesus Christus crucifixus est, dicitur in uulgaris sermone מְגַלָּה Matth. 27. Et uenerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Caluariae locus, &c.

מְגַלָּה Particula causalis quae notat reuolutionem ad aliquid, id est, propter, perinde ut ab עבר fit בעברי & ab ענה descendit למען. Gen. 39. Et benedixit Iehoua domum Aegyptij propter Ioseph. Deut. 15. Propter rem istam benedicet Iehoua. Iere. 11. Propter malitiam domus Israel. Gen. 12. Benedixit mihi Iehoua propter te.

מְגַלָּה Tonfor, rasor, glabrator, nomen sine uerbo, & pluraliter מְגַלָּה Ezech. 5. Sume tibi acutum gladium, nempe nouaculam rasorum.

מְגַלָּה Cutis. Iob 16. Saccum consui super cutem meam.

מְגַלָּה Congruit significatione cum uerbis istis מְגַלָּה & מְגַלָּה nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differat. Significat enim uoluere uel ad nos, seu in sensum nostrum, quod fit aperiendo, migrando seu exulando in peregrinatum locum.

Ideoq; in Latino sermone utemur pro eo secundum primum modum significandi, uerbo apparèdi, seu aperiendi, seu reuelandi. Et in secundo modo, uerbo demigrandi, seu exulandi. Vtro autem modo accipiendum sit, ex constructione & circumstantia facillime apprehenditur. Ceterum in prima coniugatione legitur neutraliter quando post se nullum regit obliquum, ut Prover. 27. Apparuit herba, sed quando post se regit accusatiuum, tum usurpatur actiuè. 1. Sam. 9. Et Iehoua aperuit aurem Samueli. Amos 3. Non faciet sustentator Iehoua quicquam, nisi aperuerit secretum suum seruis suis Prophetis. Iob 33. Tunc aperiet aurem uirorum. In altero modo significandi. 1. Samuelis 4. Migravit gloria ab Israel. Iesaia 5. Propterea migravit populus meus sine scientia. Ezech. 12. Migrabis è loco tuo ad altum. Iob 20. Migrabit fructus domus eius. 2. Reg. 17. Et migravit Israel è terra sua. Amos 5. Et Irael

Golgotha.

238 **גָּמַל**
Reddidit seu retribuit bonum pro bono, uel bonum pro malo, aut econtra malum pro bono, ac semper importat relationem seu uicissitudinem unius operis pro alio, quæ qualis sit ex circûstantijs uerborum facile djudicari potest. Construitur autem tripliciter. Primo, cum datiuo mediante articulo lamed. Psal. 37. Retributionem tuam retribuisti nobis. Iesaiæ 3. Væ animæ eorû, quoniam retribuerunt sibi malum. Secundo, cum accusatiuo duplici, quanquam Latinus sermo hanc cõstructionem non admittat. Gen. 50. Et reddendõ reddet nobis omne malum, quod retribuimus illi. 1. Sam. 24. Quoniam tu retribuisti mihi bonum. Psal. 7. Si retribui pacifico meo malum. Prou. 3. Si non retribuit tibi malum. cap. 31. Retribuet ei bonum & non malum. Iesaiæ 63. Super omnia quæ retribuit nobis lehoua. Deu. 32. An ipsi lehoua retribuētis hoc, popule stulte. 1. Sam. 24. Ego autem retribui tibi malum. 2. Sam. 19. Et quare retribuet mihi rex retributionem istam. 2. Sam. 22. & Psal. 18. Retribuit mihi lehoua secundum iustitiã meam. Tertio, constructur cum **by** super, erga. Et ut uoce & cõstructione, ita significatione quadrat cum uerbo **גָּמַל**, at cum **גָּמַל** cõtrariã est significationis. Psal. 13. Cantabo ipsi lehoua, quoniam retribuit super me, id est, pro malo & calamitate in qua fui, retribuit bonum & liberationem. Sic Psal. 119. Retribue super seruo tuo, & uitam. Psal. 103. Neq; secundum iniquitates nostras retribue super nos. Particpium præsens **גָּמַל** Prouerb. 11. Retribuit animã sequir beneficentiã. Et pluraliter **גָּמְלוּ** 2. Par. 20. En illi retribuunt super nos, ut efficiant nos de possessionibus nostris. Ioelis 3. Et si retribuistis uos super me leue festinans.

INDE NOMINA:

גָּמול Retributio boni pro malo, aut mali pro bono. Et quod ad pũcta attinet, seu a semper manet inuariatum, at schureck mutatur nonnunquam in kybutz. Psal. 94. Retribue retributionem super superbos. Iesaiæ 59. In suis retributionem perfoluet. Thren. 3. Reddes illis retributionem lehoua, iuxta opera manuum suarum. Et in statu regiminis. Iud. 9. Et si iuxta retributionem manuum eius fecistis illi, id est, meritum. Iesaiæ 3. Væ improbe malo, quia retributio manuum suarû fiet illi. Prou. 12. Et retributionem manuum hominis retribuet ei. Et in statu affixorum. Psal. 28. Redde retributionem suã illis. Psal. 137. Retributionem tuã, quam retribuisti nobis. Item **גָּמַל** 2. Paral. 32. Et non iuxta retributionem super eum retribuit lehisijahu, quia eleuatum est cor eius. Ioel. 2. Retribuam retributionẽ uestrã in caput uestrum. Abd. 1. Retributio tua reuertetur in caput tuũ. Prou. 19. Retributionem eius reddet illi. Et pluraliter **גָּמְלוּ** Psal. 103. Et ne obliuiscaris omnium retributionum eius. Et in foeminino **גָּמְלוּ** 2. Sam. 19. Et quare retribuet mihi rex retributionem istã. Et pluraliter **גָּמְלוּ** Iesaiæ 59. Iuxta retributiones. Iere. 51. Quia deus retributionum lehoua, perfoluendo perfoluet.

גָּמול Retributio. Psal. 116. Quid reddam ipsi lehoua, omnis retributio eius est super me. & habet ibi affixum more Chaldaico.

גָּמַל Secundo, significatione nequaquam à superiore differt, sed tantum uariat modo significandi: nam significat quoq; uicissitudinem alicuius rei pro re alia, id est, alterius cibi pro lacte & lacticijs: quod Hieronymus uertit uerbo ablaclãdi, & ablaclationem postquam puero præbetur cibus durior, & alia uictus ratio cum illo instituitur. 1. Sam. 1. Sede donec ablaclaueris tu eum. Et mox iterum: Et sedit mulier & ablaclauit filium suum, donec ablaclaret eum. 1. Reg. 11. Et ablaclauit eum Tacpenes in medio domus Pharaonis. Osee 1. Et ablaclauit non commiseratã. Et metaphoricẽ. Num. 17. Et produxit germen, & protulit folliculum, & ablaclauit amygdala ut scilicet fierent duriores.

Particpium præteritum **גָּמַל** Psal. 131. Sicut ablaclandus erga matrem suã, sic est ablaclanda erga me anima mea. Iesaiæ 11. Ablaclatus manum suã extendet. Et pluraliter **גָּמְלוּ** Iesaiæ 28. Ablaclatio à lacte. & legitur pro statu absoluto. In uoce passiuã **גָּמַל** ablaclatus est, id est, assuefactus ad cibos duriores. Gen. 21. Creuit puer & ablaclatus est. 1. Sam. 1. Hanna autem non ascendebat, sed dice-

232 **גָּלַח**
Rasit, & de rasiõne pilorum tantum dicitur. Leuit. 14. Et radet omnem pilum suum. Num. 6. Et radet caput suum. 2. Sam. 10. Et rasit dimidium barbã ipsorũ. Particpium præteritum **גָּלַח** Iere. 51. Rasi barba. In uoce passiuã **גָּלַח** Iudic. 16. Cœpit pilus capitis eius germinare, postquam rãsus fuit. Et iterum: Si rãsus fuero. In quarta coniugatione **גָּלַח** Num. 6. Postquam rãserit ipse se.

INDE NOMEN,

גָּלַח Rãsus, quo nomine Iudæi hodie sacculum Romane Ecclesie à rãsura uocant.

233 **גָּלַם**
Glomerauit, inuoluit, & habet affinitatẽ cum **גָּלַם** & **גָּלַם** nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. 2. Reg. 8. Accepit Elias pallium, inuoluit illud & percussit aquas.

INDE NOMINA:

גָּלַם Glomus, massa coagulata & lactea, conglobata & conuoluta in matrice mulieris, antequam in membra est explicata, quam Latini molam, alij embryonem uocãt. Vel est embryo, quando adhuc est conuolutus in secundina. Et in statu affixi mutato hõlem in hatephcametz legitur Psal. 139. Glomum meum uiderunt oculi tui.

גָּלַם Genus uestis quæ conuoluitur, inuolucrum. Et pluraliter **גָּלְמֵי** Ezech. 27. Cum inuolucris hyacinthi.

234 **גָּלַע**
Congruit significatione cum **גָּלַע** & **גָּלַע** nisi quod ut literarũ transpositione, ita quoq; modo significandi inter se uariant. Legitur in hac forma tantũ in quarta coniugatione **גָּלַע** & significat inuoluere se, implicare se. Prouerb. 17. Et ante inuoluere te, rixã reijce, id est, antequã inuoluas te. cap. 18. Et in omnem fortunã inuoluet se. & cap. 20. Gloria est uiro habitare absq; rixã, at omnino stultus inuoluet se.

235 **גָּלַשׁ**
Glaber, politus, tersus, læuis fuit ut capræ bene pastæ, aut equi, aut uaccæ pilos habẽtes, laues & glabros non strigosos. **glat sein**. Cantic. 4. Sicut grex caprarum, quæ glabræ sunt de monte Gilead. & cap. 6. Capillitium tuum sicut grex caprarum, quæ glabræ sunt de Gilead. Et arbitror literarum inuersione Hebræis **גָּלַשׁ** niuem dici, à policiã, quam habet postquam super terram cecidit.

236 **גָּלַת**
Significat in rem aliquã impetum facere siue siccã, siue humidã, cõgruitq; significatione cum uerbo **גָּלַת** de siccã. Iob 39. In strepitu & ira insculpsit terram, neq; credit, quod uox tubæ.

In tertiã coniugatione **גָּלַת**, & legitur de humidis. Gen. 24. Imbibere me sinas parum aquæ de cado tuo. Et intelligendũ est non de imbibitione in os, sed de imbibitione in quantitatem aquæ.

INDE NOMINA:

גָּלַת Scirpus, iuncus, papyrus, quæ scilicet immersa est in aquas. Exo. 2. Et accepit pro eo arcã iunci, & bituminauit eã cum bitumine & pice. Iob 8. An superbiẽt iuncus in non loco uliginoso. Ies. 18. Et in uasis iunci in superficie aquarum. & cap. 35. Fœnum erit pro arundine & iuncõ.

גָּלַת Particula continuatiua, protendens orationem longius, atq; idem Hebræis ita let, quod Latinis etiam, in super, quinimõ. Genes. 6. In quo etiã est caro. cap. 7. Etiam de uolatilibus cœli. & cap. 27. Et fecit etiam ipse cibos. Prouerb. 14. Etiam cum trãserit, dolebit cor. 1. Sam. 10. Num etiam Saul inter prophetas. Id est, antrorsum. Habakuk: Obuertens facies suas antrorsum.

237 **גָּמְרוּ**
Cubitus, mensura cubitalis. Iudic. 4. Et fecit Ehud sibi gladium, cui duræ acies, cubitus longitudo eius.

גָּמְרוּ Cubitales. Ezech. 27. Filij Aruad & robur tuum super muris tuis circumquaq; & cubitales in turribus tuis, id est, qui fuerunt super turribus, uisi sunt præ altitudinẽ turriũ hominibus infernẽ stãtibus tanquã cubitales. i. cubiti longitudine, Pygmaei.

אָר Nomen in singulari numero, terminatione, & appositione, generis masculini, sed in plurali declinatione generis foeminini. Et significat solarium, id est, superiorem partem domus, quae plana, & sub diuo existit sine tecto, & circumunita est peribolo, ne quis inde decidere possit, sicut scribitur Deut. 22. Et deducitur ab isto themate **אָר** ablatis durabus literis num, prima autem geminata ad differentiam **אָר** horus. Nam ut in terra hortus dicitur, quia circumseptus est, ita illa pars suprema domus **אָר** dicitur, quia circumdata est circumferentia. Et proprie non dicitur tectum, qualia in nostris regionibus aedificia nostra habent alta & acuminata, sed qualia Palestina habuit plana, & adhuc etiam in aliquibus regionibus habet. Iosue 2. Et ipsa ascendit ad illos super tectum. In statu regiminis **אָר** Iud. 9. Et ascenderunt super tectum turris. 2. Sam. 11. Et ambulabat super tecto domus regis. In statu affixorum daggeffat alteram literam gimel, ad ostendendum literam nun abiectam. Ne hemia 8. Et fecerunt sibi tentoria unusquisque super tectum suum. Deut. 22. Si aedificaueris domum novam, facies ambitum tecto tuo, ut non ponas sanguines in domo tua, si ceciderit cadens de eo. Et pluraliter **אָר** Psal. 129. Sunt tanquam herba tectorum. Ies. 22. Quia ascendisti omnis tu in tecta. Iere. 19. Super tecta eius.

פְּהָיָלָה Phiala, crater a rotunditate, uel quia circumseptus sit corona. Cantic. 7. Umbilicus tuus ut phiala rotunda. Et pluraliter **פְּהָיָלָה** Exod. 24. Et posuit in phialis. Ies. 22. A uasis phialarum usque ad uasa musicalia.

מָגָן Nomen forma masculini generis, tam in statu absoluto quam regiminis, munimentum, clypeus, scutum quo homo tempore belli se circumunit. Gene. 15. Ne timeas Abram, ego sum munimentum tuum. Ies. 21. Surgite principes, ungite scutum. Psal. 3. Tu Iehoua es scutum ante me. Deut. 33. Scutum auxilij tui. 2. Sam. 11. Quia sibi abiectus est scutum fortium. In statu affixorum transponit alterum punctum de zere in sequentem literam, ut appareat a uerbo geminato esse deductum. Psal. 33. Auxilium nostrum & scutum nostrum est. Psal. 119. Latibulum meum & scutum meum. Psal. 115. Auxilium eorum & scutum eorum. Et pluraliter **מָגָן** 1. Reg. 10. Et trecenta scuta. 2. Paral. 26. Scuta & lanceas. Et in statu regiminis **מָגָן** 1. Reg. 14. Et accepit omnia scuta auri, quae fecerat Salomo. Et mox iterum: Et fecit rex Rechabeam pro illis scuta aeri. Legitur tamen metaphoricus pro magistratibus politicis, quod ipsorum sit munire & ueri urbes & populum. Psalm. 47. Scuta terrae. Legitur tamen semel in plurali numero **מָגָן** 2. Paral. 23. Et dedit Iehoiada sacerdos centurionibus lanceas & scuta.

מָגָן Forma foeminini generis quod in statu regiminis **מָגָן** legitur Thren. 3. Dabis eis cincturam seu compressionem cordis, laborem tuum.

אָרָב 241 Furatus est, furtum fecit, clam subtraxit, statim surripuit. Gen. 31. Quare furatus es deos meos. Exo. 20. & Deut. 5. Non furtum facies. Leu. 19. Non furtum facietis, neque negabitis. Iosue 17. Et furati sunt & negauerunt. 2. Reg. 11. Et furati sunt eum e medio filiorum regis. Iob 21. Et sicut palea, quam surripit eam tempestas. Et quando de persona aut corde hominis dicitur, tum significat illo incio aliquid facere. Gen. 31. Quare celasti ut fugeres, & furatus es me, & non indicasti mihi. 2. Sam. 19. Quare furati sunt te fratres nostri, id est incio te fecerunt. Gen. 31. Et furatus est Iacob cor Laban Syri, eod quod non indicauit ei quod fugeret ipse. Et iterum: Quid fecisti, & furatus es cor meum.

Participium praesens **אָרָב** Exod. 21. Qui furatur aliquem, & uendiderit eum. Zachar. 5. Quia omnis qui furatur ab eo.

Participium praeteritum **אָרָב** cuius plurale **אָרָבִים** Prou. 9. Aqua furto sublata. Et in genere foeminino **אָרָבָה** furtum, furto sublatum. Et in statu regiminis cum iod paragogico. Gen. 30. Tam furtum diei quam furtum noctis.

In uoce passiva **אָרָב** Exod. 22. Et si furando furatum fuerit ab eo.

In secunda coniugatione **אָרָב** 2. Sam. 15. Et furatus est Absolom cor uitorum Israel.

Participium praesens **אָרָבִים** Ierem. 23. Furantes uerba mea.

In uoce passiva **אָרָב** Gen. 40. Quoniam furto sublatum sum de terra Hebraeorum.

bat uiro suo, donec ablaetabitur puer, adducam eum, ut appareat in conspectu Iehoua, & habitet ibi perpetuo, &c. Porro tempus ablaetationis potest ex illis iam citatis locis duobus colligi quandiu durauerit.

INDE NOMINA:

אָבְלָטָה Ablactatio. Ies. 48. Et agrestis ablaetationem fuerit folliculus.

אָבְלָטָה Camelus, seu Camelus, animal quod, ut Plinius refert lib. 8. cap. 18. inter armeta pa scit oriens. & lib. 10. cap. 9. Quod Cameli duodecim mensibus ferant a trimatu & pariant uere, iterumque post annum impleantur a partu. & lib. 28. cap. 9. Quod dulcissimum lac ab homine camelinum, hinc etiam arbitror habere hoc nomen a lactatione. Et uestis quae ex pilis Camelorum texitur undulata a Germanis parum uariata uoce **Schamalos** dicitur, qua Ioanne Baptistam uestitum multum autumant. Caterum copiosior descriptio Cameli sumi potest ex locis scripturae quae a me iam citantur. Gene. 31. Et posui ea in strato Cameli. 1. Sam. 1. A Camelo usque ad asinum. Gen. 24. Et cadebat de Camelo. Leuit. 11. Camelum, qui attrahit ruminacionem, sed ungulam non ille findit. Iob 1. Et tria millia Camelorum. Ies. 21. Vecturam Cameli. Zacha. 14. Et sic erit strages equi & muli, cameli & asini. Et pluraliter **אָבְלָטָה** Gene. 24. Et ecce Cameli ueniunt. & cap. 32. Camelas lactantes & filios earum. Exo. 9. In equis, in asinis, in Camelis, in armento, & in grege. 1. Reg. 10. Et camelos portantes aromata. Ies. 40. Et super gibbo camelorum thesauros suos. cap. 68. Copia camelorum operiet te. Ezech. 25. Et dabo Rabba in pascuum camelorum. In statu regiminis **אָבְלָטָה**. Gen. 24. Et accepit seruus decem camelos de camelis sustentatoris sui. Et iterum: Atque etiam camelos tuos potabo, ludic. 6. Et camelorum ipsorum non erat numerus.

אָבְלָטָה Inde **אָבְלָטָה** fouea. Eccl. 10. Fodiens foueam in eam incidet. Vide in themate **אָבְלָטָה**.

239

אָבְלָטָה Verbum est medium: quando in bonam partem accipitur, significat actiue consummare, perficere, deducere in finem. Psal. 138. Iehoua consummabit pro me, id est, perficiet: at quando in malam accipitur, significat neutraliter consumi, cessare, deficere, finire. Psal. 12. Serua Iehoua, quia consumptus est pius. Psal. 77. Nunquid consumpta est omnino beneficentia, consumptus est sermo in generationem & generationem. Psal. 7. Consumatur obsecro malum improborum.

Participium praesens **אָבְלָטָה** Psalm. 57. Vocabo ad deum excelsum, ad deum consummantem pro me.

240

אָבְלָטָה Generali significatione congruit cum uerbis **אָבְלָטָה** & **אָבְלָטָה**, differtque ab illis modo tantum significandi: nam ut **אָבְלָטָה** uoluere, circumrotare, & **אָבְלָטָה** conuoluere, concludere significat, ita hoc notat cingere, circumcingere, circumcludere, concludere, circummunire septo uel scuto muniendi causa. 2. Reg. 20. & Ies. 37. Et circummunitam super ciuitate ista propter me, & propter Dauid seruum meum. Ies. 31. Et circummuniendo etiam liberabit.

In tertia coniugatione **אָבְלָטָה** circummuniuit. Ies. 31. Sicut aris circumuolendo, ita circummunit Iehoua exercituum super Ierusalem. Zachar. 9. Iehoua exercituum circummunit iuxta eos. Et cap. 12. Circummunit Iehoua pro habitatore Ierusalem.

INDE NOMINA:

אָבְלָטָה Nomen, forma masculini generis, hortus, scilicet circummunitus septo: differt enim hortus ab agro seu prato in hoc quod circumseptus est. Gen. 2. Plantauerat autem Iehoua deus hortum in Eden. cap. 13. Sicut hortus Iehoua. In statu affixorum recipit dagges. Cantic. 3. Veniat dilectus meus in hortum suum. Item cap. 4. Perfla hortum meum. Et pluraliter **אָבְלָטָה** Cantic. 4. Fons hortorum. Et cap. 6. In hortis. Et in forma foeminea **אָבְלָטָה** Ies. 1. Tanquam hortus, cui non est aqua. cap. 61. Et sicut hortus. Et in statu regiminis **אָבְלָטָה** Cantic. 6. Ad hortum nuncum descendit. Et pluraliter **אָבְלָטָה** Eccl. 2. Fecit mihi hortos. Ies. 66. Et purificantes se ad hortos. & cap. 65. Sacrificantes in hortis.

מַקְרָה Increpatio. Deut. 28. Et increpationem in omnia opera tua.

245 **מַעֵשׂ** Concussum, percussum, collisum est. 2. Sam. 22. & Psalm. 18. Et concutiebatur, & commovebatur terra.

In secunda coniugatione legitur in uoce passiva semel **מַעֵשׂ** Job 34. Subito morientur, & media nocte percellentur & transibunt.

In quarta coniugatione **מַעֵשׂ** 2. Sam. 22. & Psalm. 18. Fundamenta motium commota sunt & concussa sunt, quando furor ei. Iere. 5. Qui posuit arenam, terminum mari, & statutum æternum, & non transibit illum, & concutiebant, nec tamẽ praualebant. & cap. 25. Et bisent & percellentur, & fugient a facie gladij. Et cap. 46. Quis est iste qui uelut stagnum intumescit, & est quasi fluuius, cuius aquæ concutiuntur. & est in istis duobus locis irregulariter scriptum.

246 **מִגְזָל** Et pluraliter **מִגְזָלִים**, cognationemq̄ habet cum nomine **מִגְזָל** & significat pinnas, pinnacula, fastigia, summitates ædificiorum. Prouerb. 9. Misit puellas suas, uocauitq̄ super pinnaculis altitudinum ciuitatis.

247 **מִיֵּץ** Vitis, aut alia frutex uiti similis. Gen. 40. Et ecce uitis coram me, & in uite tres palmites. Num. 6. Ex omni, quod fiet ex uite uinum ex acinis. Deut. 8. Terra tritici & hordei, & uitis & fici, & c. lud. 13. De omni quod egreditur ex uite uini, nõ comedet. Iere. 8. Non sunt uinæ in uite. Psalm. 128. Vxor tua sicut uitis fructifera. 2. Reg. 4. Et egressus est unus in agrum, ut colligeret herbas, & inuenit uitem agrj, id est agrestem, & c. In statu affixorum mutat prius **פַּגְוֹל** in pathah. Deut. 32. Quoniam de uite Sodomæ, uitis eorum. 1. Reg. 4. Et habitauit Iehuda, & Israel confidenter, quiscq̄ sub uite sua. Osee 2. Et uastabo uitem eius. Ioelis 1. Posuit uitem meam in solitudine. Et pluraliter **מִיֵּצִים** Cantic. 2. Et uites floris dederunt odorem. Habakuk 3. Et non erit fructus in uitibus.

248 **מִיֵּץ** Lignum pini, seu pinus. Et arbitror eam esse arborẽ, quam nos Germani eodẽ nomine appellamus **Eyfer, Euser holtz**. Gen. 6. Fac tibi arcam de lignis pini. & apparet quandã habere cognationẽ ut uoce, ita significatione cū nomine **מִיֵּץ**.

מִיֵּץ Genus gummi seu bituminis, quod facile ignem concipit, & terræ sterilitatem inducit. Hieronymus & alij uerterunt sulphur. Gen. 19. Et Iehoua pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem. Deut. 29. Sulphure & sale adurẽte omnem terram, ut feminari non possit, neq̄ germinet, neq̄ crescat in ea ulla herba, sicut euerfio Sodomæ & Gomoræ. Job 18. Spargetur super tugurium ipsius sulphur. Iesaiæ 30. Anhelitus Iehoua uelut torrens sulphuris flagrantis in ea. Et cap. 34. Et conuertentur torrentes eius in picem, & puluis eius in sulphur.

249 **מִיֵּץ** Scabies purulenta & maligna. Leuit. 21. Aut scabies. Deut. 28. Aut in scabie, aut cum pruriginẽ. Et congruere uidetur cum **מִיֵּץ** & **מִיֵּץ**.

250 **מִיֵּץ** Scalpsit, circumscalpsit. Legitur tantum semel, & in quarta coniugatione **מִיֵּץ** Job 2. Et accepit sibi testam, ad scalpendum se cum ea.

251 **מִיֵּץ** Traxit, attraxit: & cõuenit significatione cum uerbis **מִיֵּץ** **מִיֵּץ** **מִיֵּץ** **מִיֵּץ** **מִיֵּץ**, nisi q̄ ut forma, ita modo significandi inter se differunt. Hieronymus uertit nunc uerbo prouocandi, nunc ruminandi. Prouerb. 15. Vir furibundus attrahit contentionem. & cap. 28. Qui elato est animo, attrahit litem. Deut. 14. Tametsi sis diuidit ungulam, tamẽ non attrahit, ideo immundus est, id est, attrahit, scilicet cibum, id est, non ruminat.

In quarta cõiugatione **מִיֵּץ** attraxit, scilicet currus, ut mos erat curribus uti in bello, & pugnare. Est igitur proprie instruere tracturam, scilicet currũ. Vulgaris editio uertit uerbo prouocandi. Deu. 2. Neq̄ attrahere facies in eos bellũ, id est, ne moueas in eos bellum. **zech nicht wider sie in krieg**. Ier. 50. Inuenta & deprehenfa es, quoniã contra Iehoua trahere uoluisti te. **hast wider Gott wollen ziehen**. Dan. 11. Et filij eius attrahent se, & adiungent multitudinẽ exercituũ. Item ibidem:

Exod. 22. Et furto sublatum fuerit de domo uiri illius. Job 4. Et ad me uerbum fur-tum delatum est.

In quarta coniugatione **מִיֵּץ** 2. Sam. 19. Et furtim subtraxit se populus in die illa, ne ingrederetur ciuitatem.

INDE NOMINA:

גַּבְבָּ Fur. Exod. 22. Si in fossione inuenietur fur. Et iterum: Et si inuenietur fur. Psalm. 50. Quando uidebas furem, statim cucurristi. Et pluraliter **גַּבְבָּיִם**. Iesaiæ 1. Et scij furum. Ieremiæ 48. Aut cum furibus inuentus est. Et cap. 49. Si fures in nocte perderint sufficientiam eorum.

גַּבְבָּ Furtum. Exod. 22. Si inueniendo inuenietur in manum ipsius furtum. Et mox iterum: Et uendetur pro furto suo.

242 **מִיֵּץ** Mugit: congruit significatione cum uerbo **מִיֵּץ** nisi q̄ modo significandi inter se uariant: hoc enim ad uocem refertur, quam uaccæ aliqua ex causa laborantes edunt: differt etiam a **מִיֵּץ** quod de labore seu agone dicitur, quo anima deficiens expirat & efflat. 1. Sam. 6. Et uaccæ semita quadam abibant abeundo & mugiedo. Job 6. Num mugiet bos super migmate. Ieremiæ 51. Et mugient populi in uanum, & plebes ad ignem etiam defatigantur. metaphora sumpta a uaccis ad homines. Alij tamen ita uertunt, Et laborabunt populi in uanum, secundum significationem uerbi **מִיֵּץ**.

INDE NOMEN,

מִיֵּץ Mugitus, quo nomine Hebræi accentum rhetoricum uocant, qui etiam aliàs **מִיֵּץ** retinaculum dicitur, eod̄ q̄ in pronunciano quasi mugitum faciat, & ornatus causa constituitur, sed de hoc consule Grammaticos, qui de tribus generibus accentuum præcepta tradiderunt.

243 **מִיֵּץ** Congruit significatione cum uerbis **מִיֵּץ** **מִיֵּץ** **מִיֵּץ** & ut literarũ transpositione, ita modo tantum significandi inter se uariant. Et significat abijcere, deuoluere, amoliri cum fastidio, abominari. Leuitic. 26. Et statuta mea abominata est anima ipsorum. Et mox iterum: Et non abominabitur anima mea uos. Iere. 14. Num contra Zion abominationem habuit anima tua.

Participium præsens foeminini generis **מִיֵּצִת**. Ezech. 16. Filia matris tuæ abominans uirum suum.

In uoce passiva **מִיֵּץ** 2. Sam. 1. Quia ibi abiectus est clypeus fortium.

In tertia coniugatione **מִיֵּץ** Job 21. Bos eius transire fecit, & non abijciet, scilicet semen.

INDE NOMEN,

מִיֵּץ Abominatio. Ezech. 16. Cum abominatione anima tuæ.

244 **מִיֵּץ** Ut transpositione literarum, ita modo tantum significandi inter se uariant **מִיֵּץ** **מִיֵּץ** **מִיֵּץ**, & significat inuere in aliquem uerbis durius, insonare, obiurgare: Hieronymus uerbo increpandi uertit, & constituitur cum beth præpositione, uel accusatiuo. Gene. 37. Et increpauit in eum pater suus. Psalm. 106. Et increpauit in mare iunci. Sic de Christo legitur Luc. 8. Increpauit uetum & tempestatem. Iesaiæ 17. Et increpabat in eum. Ierem. 29. Ut quid non increpasti in Ieremiam. Zach. 3. In crepabit Iehoua in te Satan, increpet Iehoua in te. Ruth 2. Et non increpabitis in eam. Vel cum accusatiuo. Psalm. 9. Increpasti gentes. Psalm. 114. Increpasti superbos. Psalm. 68. Increpa feram arundinis.

Participium præsens uir Nahum 1. Increpans in mare & exiccās. Malach. 2. Ecce ego inc: epo in uobis semen.

INDE NOMINA:

מִיֵּץ Increpatio. Prouerb. 13. Et derisor non audit increpationem. & cap. 17. Humiliabit increpatio in intelligente. In statu regiminis **מִיֵּץ**. Iesaiæ 30. Propter increpationem unius. Psalm. 80. Ab increpatione uultus tui auferentur. Et in statu affixorum **מִיֵּץ**. Psalm. 104. Ab increpatione tua. Ies. 50. In increpatione mea exiccabo mare.

quam uocem seu dictionem, sed integram aliquam sententiam, seu narrationem ei cum omnibus suis partibus & circumstantiis. Gen. 4. Loquatur seruus tuus uerbum in aures sustentatoris mei. Deut. 4. Non addatis super uerbum, quod ego praecipio uobis. cap. 18. Quando propheta loquitur in nomine Iehoua, & non fiet uerbum, neque ueniet, uerbum istud non loquutus est Iehoua. Deuter. 19. Super ore tristi testium consistet uerbum. 1. Sam. 3. Et uerbum Iehoua erat pretiosum in diebus illis. 1. Sam. 17. Et dixit secundum uerbum istud, & respondit populus uerbum secundum uerbum prius. Secundo, significat rem aliquam dictam seu narratam, rem, materiam. Gen. 20. Quid uidisti quod fecisti rem istam. Exod. 2. Certe nota facta est haec res. & cap. 18. Non est bona haec res, quam tu facis. Leuit. 5. Si anima tetigerit quamlibet rem immundam. Deut. 17. Non sacrificabis bouem aut pecus, in quo sit macula omnium rei mala. Iud. 18. Non est defectus rei, quae est in terra. 1. Reg. 20. Et rem hanc non potero facere. Exo. 9. Cras faciet Iehoua rem istam in terra. Et in hoc significandi modo saepe in scriptura etiam Noui testamenti legitur. Luc. 2. Transeamus iam Bethlehem usque, & uideamus hanc rem, quae facta est, &c.

Tertio, Hebraeis idem ualet, quod Latinis causa, seu negotium. Exod. 18. Si fuerit illis, causa deferetur ad me. Et si iterum: Et si grauior est causa, quam ut tu solus perficere possis. Deut. 19. Haec est causa homicidiae. Iosue 5. Haec est causa ob quam Iosue circumcidit uniuersum populum, &c. 1. Reg. 11. Haec est causa, ob quam leuauit manum suam contra regem. Quarto, quoties ab initio ponitur absolute, Hebraeis idem ualet, quod Latinis pronomem demonstratiuum, hoc. Num. 30. Hoc est quod praecipit Iehoua. Et iterum: Omnis res quae ingreditur ignem, id est, quicquid. Iesaias 2. Hoc est, quod uidit Iesaias. Iere. 34. Hoc ego loquutus sum. Porro si in fine sententiae ponitur, usurpat Hebraei pro eo, quod nos in lingua Latina istud, uel aliquid, seu quicquam. Gen. 24. A Iehoua egressum est istud. Gen. 18. Ammirabile est Iehoua quicquam. cap. 19. Tantum uiris istis non facietis quicquam. Exod. 4. Nec imminutum est de seruitute uestra quicquam. cap. 9. Ut non moriatur ex omnibus quae sunt filiorum Israel quicquam. 1. Sam. 20. Et ueni, quia pax tibi, & non quicquam. Iesaias 36. Et non responderunt ei quicquam. Iere. 42. Non celabo uos quicquam. Mutat hoc nomen in statu regiminis prius cametz in feua, alterum in pathah. Iesaias 40. Verbum dei nostri consistit in aeternum. 1. Reg. 18. Et uerbum Iehoua fuit ad Eliahu. In hac & similibus phrasibus, semper dicitur de uerbo uocali & praedicatione. Obseruabis autem, quod quando huic nomini praepositio beth, ut בְּ tum singulari phrasi idem ualet, ac si dicas, Consilio, suasio, instructio, iussu seu mandato. Num. 31. Et dixit ad eos Moses, nunquid uiuas referastis omnes mulieres, ecce istae fuerunt filiae Israel consilio seu suasio Bileam, ut committeretur transgressio contra Iehoua. 1. Paral. 21. Et ascendit Dauid iussu Gad, pro quo 2. Sam. 24. scriptum est בְּ iuxta uerbum. Psal. 17. Ab operibus hominum iussu labiorum tuorum abstinui. Psal. 33. Iussu ipsius Iehoua caeli facti sunt. Secundo, quando constituitur cum nomine יְהוָה geminato, aut cum nomine יְהוָה geminato, tum significat eius rei, cuius sit metio, & de qua dicitur demensum seu ordinarium & constitutum, in singulos dies uel annos, seu singulis diebus aut annis. Ex. 4. Perficite operas uestras ordinarium diei in die suo. Et cap. 16. Egredietur populus colligens ordinarium diei in die suo. Leuit. 23. Ut offeratis ignem ipsi Iehoua, holocaustum, oblationem, sacrificium, libamina, ordinarium diei in die suo. Dan. 1. Et constituit eis rex ordinarium diei in die suo, id est, in singulos dies. 2. Paralip. 9. Adducebat singuli munera sua ordinarium anni in anno, id est, in singulis annis. Tertio, quando assumit ab initio עַל sic עַל , id est super causa, super re, tum Hebraeis idem ualet, quod Latinis propter: unde exponit particula causali בְּ Gen. 12. Et percussit Iehoua Pharaonem plagis magnis, & domum eius super causa Abram, i. propter Abram. Exo. 8. Et clamauit Moses ad Iehoua propter ranas. Num. 16. Praeter illos qui mortui sunt propter Korach. & cap. 26. Qui damnum dederunt uobis propter Peor & propter Cosbi filiam principis Midianitarum sororis suae, quae interfecta est in die pla-

Noah dicens. & cap. 12. Abijt Abram sicut loquutus erat ad eum Iehoua. Exod. 12. Et non fecerunt sicut loquutus erat ad eas. 1. Reg. 5. Quemadmodum loquutus est Iehoua ad Dauid patrem meum. Et semel constituitur cum nomine בְּ Gen. 24. Et ego antequam consummassem loqui ad cor meum, ecce Rebecca egreditur, id est, apud me.

בְּ Quinto, constituitur cum בְּ , & quando Deo attribuitur includit simul promissionem, Germanice *gereden*. Gen. 18. Ut adducat super Abraham sicut loquutus est super eo. 1. Reg. 2. Ut stabiliat Iehoua uerbum suum quod loquutus est super me, dicendo, Si custodierint filij tui &c. 1. Reg. 9. Et stabilia solium regni tui super Israel in seculum, sicut loquutus sum super Dauid patre meo. 1. Reg. 14. Ecce ibi est Abia propheta, qui loquutus est super me, quod futurus essem rex. &c. 1. Reg. 22. Iehoua loquutus est super te malum. Ierem. 6. Super quo loquar, & contestabor ut audiatur. Osee 12. Et loquebar super prophetis & uisiones multiplicabam. Deinde ad quod hominibus tribuitur, tum significat, de. 1. Reg. 2. Bene ego loquar super te ad regem. 1. Reg. 4. Et loquutus est super lignis, & super iumentis, & super uolucris, & super reptilibus, & super piscibus. Dan. 11. Super Deo loquetur mirabilia, id est de Deo.

Postremo quando nomini בְּ praepositur, tum semel idem ualet quod בְּ uel beth, ad uel in. 1. Sam. 1. Et Hanna ipsa loquebatur super corde suo, tantum labia eius mouebantur, uox autem eius non audiebatur. Carterum in locis alijs omnibus, ubi ponitur loqui super cor, scilicet alterius, tum idem ualet, quod Latinis, blanda, suauia, & iucunda loqui, quae cor libenter audit. Item placare, reconciliare, persuadere, reddere pacatum & tranquillum alterius animum. Gen. 34. Adhaerit anima eius cum Dina filia Iacob, & dilexit puellam, & loquutus est super cor puellae. & cap. 50. Et consolatus est eos, & loquutus est super cor eorum. Iud. 19. Et surgens uir eius abijt post eam, ut loqueretur super cor eius, & reduceret eam. Ruth 2. Qui consolatus es me, & loquutus es super cor ancillae tuae. 2. Sam. 30. Et loquutus est Iehiskia super cor omnium Leuitarum, qui prudentes erant. Iesaias 40. Consolamini consolamini, loquimini super cor Ierusalem.

בְּ Sexto, constituitur cum בְּ cum. Gen. 29. Adhuc ipse loquebatur cum eis, & Rachel ueniebat. & cap. 31. Cave ne loquaris cum Iacob a bono ad malum. Eccl. 1. Loquutus sum ego cum corde meo, pro eo ponitur in sequenti capite beth, in corde meo.

Participium praesens לֹּוֹמֵר Gen. 27. Audiui patrem loquentem ad Esau. & cap. 29. Et adhuc eo loquente cum illis. Et pluraliter לֹּוֹמְרִים Exod. 6. Ipsi loquebantur ad Pharaonem. Iesaias 65. Adhuc ipsis loquentibus. Et in genere foeminino לֹּוֹמְרֹת 1. Sam. 1. Et Hanna ipsa loquebatur in corde suo. Psal. 12. Linguam loquentem magna. Et pluraliter לֹּוֹמְרוֹת Iesaias 19. Loquentes labio Canaan.

Participium praeteritum לֹּוֹמַר Psal. 87. Quodcumque gloriosum loquutus est in te. In uoce passiuua לֹּוֹמָר Cantic. 8. In die loquetur de eo, id est, locutio fiet de ea.

In tertia coniugatione לֹּוֹמַר redegit in ordinem, cohercuit legibus, Psal. 18. Et in ordine redegit populos subtus me, pro quo uerbo 2. Sam. 22. legitur לֹּוֹמַר , id est subditis. Item Psal. 47. In ordinem rediget populos subtus nos. Neutiquam illis assensior, qui in illis duobus locis uerbo interimendi uertuntinam & hoc tanquam insigne dei donum ac beneficium rex Dauid praedicat, atque pro eo gratias agit, quod tot populi eius dicto sint obedientes, & quidem falluntur cum 2. Paral. 22. pro confirmanda sua opinione adducunt uerbum לֹּוֹמַר Et interemit omne semen regium, cum tamen non uideant 2. Reg. 11. legi לֹּוֹמַר Et sustulit omne semen regium.

In quarta coniugatione legitur tantum participium idque irregulariter seu potius defectiue לֹּוֹמַר scriptum, pro לֹּוֹמְרִים Num. 7. Et audiuit uocem loquentis secum.

INDE NOMINA:

לֹּוֹמַר Primo, uerbum: significat autem Hebraeis uerbum non unam seu simplicem aliquam

- rates in mare usq; ad locum, quem tu mihi indicaueris. pro quo 2. Paralipom. 2. **רָבִירָה** est scriptum, quod cum Græco concinit.
- רָבִירָה** Apis, ab ordine operarum mira industria quas facit. Iesaiæ 7. Sibilabit Iehoua mufcæ, quæ est in extremis fluminibus Aegypti, & Api, quæ est in terra Assur. Et pluraliter **רָבִירָה** Deut. 1. Et egressus Amorraeus, qui habitabat in monte illo obiit apud uobis, & persecutus est uos sicut facere solent apes. Iudic. 14. Et ecce examen apum in cadauere leonis, & mel. Psalm. 118. Circudederunt me sicut apes. Descriptionem apum lege in Plinio lib. 11. cap. 5.
- רָבִירָה** Pestis, pestilentia; arbitrantur quidam Hebræis sic dictam, quod seruet ordinem, nec cuiquam parcat, Aliqui alij contrario malo quod corruptio sit rei ordinata. Ego uero existimo dictam quia uastet, & faciat ciuitates & hominum habitaciones desertas, uel quod scriptura uoluerit horrendam hanc plagam generali uocabulo appellare rem, sicut Germani etiam uocant *das ding* / ut cū dicunt *Et hat das ding am hals*. Exod. 5. Et sacrificabimus ipsi Iehoua deo nostro, ne obruat nos peste aut gladio. Ezech. 6. Fame & peste cadet. Psalm. 91. A peste, quæ in caligine uersatur. ubi translatio uulgaris habet, A negatio perambulante in tenebris. Et pluraliter in statu affixi. Osee 13. Vbi sunt pestes tuæ mors; pro quo Aquila, & quinta editio, ubi sunt sermões tui. Et Septuaginta, ubi est causa seu uindicta tua.
- רָבִירָה** Quidam deriuantes à **רָבִירָה**, arbitrantur desertum ideo significare, quod locus sit contrarius uitæ humanæ. Dauid Kimhi in commentario suo super Iere. 12. definit locum esse pascuæ, ubi pascuntur animalia; & huic definitioni multi suffragantur ex Christianis, eò quod præter aliquot ueteris Testamenti locos, qui greges pasci in deserto testantur, Christus etiam calculum suum addat Luc. 15. Rabi Moyses Aegyptius lib. 3. cap. 51. Directoris nutantium prolixam tradit definitionem deserti illius, in quo Israel quadraginta annis uersatus est, quam partim ex Exo. cap. 20. & Ier. 2. partim ex psalmis, desumpsit. Quod autem ad etymologiam nominis attinet, placet mihi illorum sententia, qui à nomine **רָבִירָה** deriuatum existimant, quod ordinem rerum significat, & mem particulam esse priuatiuam, sicut in nominibus **רָבִירָה** & uastâ, in qua neq; horti, neq; arua, neq; prata, aut arbores sunt fructiferae, & multo esse horridius & uastius quam **רָבִירָה** campestris, quæ sunt in planicie, alterum etiam in montanis & locis saxosis & asperis. Et quia non rectius nisi ex scriptura definiti potest desertum, alioque locos adducam ex quibus quid sit & uocetur, si qui dō cognosci possit. Gen. 16. Et inuenit eam angelus Iehoua apud fontem aquæ in deserto. & cap. 36. Qui inuenit mulos in deserto cū pasceret asinos patris sui. Exo. 3. Et duxit gregem post desertum. Psalm. 78. Et duxit eos uelut gregem in deserto. Genes. 37. Projicite eum in cisternâ illam, quæ est in deserto. Deuter. 8. Trans Iordanem in deserto, in campestris regione maris rubri. 1. Samuelis 23. Erant in deserto Maon, in campestribus ad dexteram Iessimon. 2. Sam. 15. Ecce ego morâ facio in campestribus deserti. Psalm. 107. Qui ponit flumina in deserto. Iesaiæ 35. Quoniam eruperunt in deserto aquæ, & flumina in campestribus. cap. 41. Ponâ desertum in stagna aquarum. Et mox iterum: Ponâ in deserto cedrum, schittam, myrtum, & arborum oliuæ, & ponam in campestribus abietem, pinum & buxum simul. Psalm. 102. Similis sum onocrotalo deserti. Iesaiæ 50. Ponam flumina, desertum, ut putrescat piscis eorum absque aqua, moriaturq; siti. Proverb. 21. Melius est habitare in terra deserti, quam cum muliere contentiosa. Malach. 1. Et possessionem eius draconibus deserti. Iesaiæ 21. Onus deserti maris. Vocat autem Propheta hoc nomine Tyrum, quæ erat redigenda in desertum. & cap. 22. Et erit desertum in Carmel, id est, terram cultam & frugiferam. Ierem. 2. Vbi est Iehoua, qui eduxit nos de terra Aegypti, & duxit nos per desertum, per campestris, & serbosa, per terram aridam, & umbræ mortis, per terram in qua non transiit homo, & ubi nullus homo habitauit & c. & cap. 12. Et posuerunt agrum desiderij in deserto horribile. Threnorum 4. Contra animam nostram adducimus panem propter gladium deserti, id est facientem

- gæ propter Peor. Psalm. 79. Adiuua nos deus salutis nostræ propter gloriam nominis tui. Et sequente relatiuo **רָבִירָה** ualet propterea quod. Deuter. 22. Propterea quod non clamauit in ciuitate, & uirum, propterea quod compressit uxorem proximi sui. 2. Samuelis 13. Odio habuit Absolom ipsum Amnon, propterea quod compresserat Thamar sororem suam. At in statu affixorum, mutat prius **רָבִירָה** in seua, altero **רָבִירָה** seruato. Psalm. 107. Misit uerbum suum, & sanauit eos. Psalm. 119. Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Et pluraliter **רָבִירָה** uerba, historiae, sententiæ. Gen. 11. Et fuit uniuersa terra labij unius, & uerborum eorundem. Exo. 4. Obsecro Iehoua, non enim sum uir uerborum ego. *Jch tuu meine wort nicht osdenlich setzen*. Exo. 20. Hæc sunt decem uerba, id est, ordines uerborum, sententiæ. Psalm. 19. Non est sermo, neq; uerba, quorum sonus non audiat, id est, linguarum dialecti. Ezech. 38. Ascendent uerba super cor tuum, & cogitabis cogitationem malam. Item significat etiam res gestas, quæ ut se habent ordine narrant. Gen. 15. Post facta illa fuit uerbum Iehoua ad Abram in uisione dicendo. cap. 22. Et factum est post res illas gestas. cap. 24. Et narrauit seruus ipsi Izhak omnes res, quas fecerat. Deut. 4. Ne forte obliuiscaris rerum gestarum, quæ uiderunt oculi tui. Exo. 18. Adesto tu populo coram Deo, ut referas causas ad Deum, & cap. 24. Qui habuerit causas, accedat ad eos. In statu regiminis **רָבִירָה** Ierem. 1. Verba Ieremie. 2. Sam. 11. Et mittens Iob retulit Dauidi omnia gesta belli. 2. Reg. 15. Reliquum gestorum Iotham, nonne scripta sunt in libro gestorum regum Iuda? Hoc nomine etiam inscriptus est liber Actorum Apostolorum. Insuper quando ei præponitur præpositio **רָבִירָה** sic **רָבִירָה** tum ualet idem, quod Latinis de, uel propter. Ierem. 7. Non præcepi eis ab eo die, quo eduxi eos e terra Aegypti super causis holocausti & sacrificij, id est, propter. Iere. 17. Verbum, quod factum est à Iehoua ad Ieremiam super causis penuriæ, id est propter penuriam seu de penuria. Simili phrasi quando habet à fronte **רָבִירָה** sic **רָבִירָה** 1. Sam. 10. Et ecce deseruit pater tuus causas alienarum, & sollicitus est de uobis, id est destitit pater tuus ab alienabus, & c.
- רָבִירָה** Quanquam absolute non legatur, in statu regiminis legitur præposito **רָבִירָה** sic **רָבִירָה** super causa, seu consuetudine, & ordine, id est super, propter. Eccl. 3. Dixi ego in corde meo super filijs Adam de habitu filiorum Israel, ut res habet filiorum Adam. Et mox iterum: Propter iuramentum Dei. Et cum iud paragogico **רָבִירָה** sic **רָבִירָה** id est, secundum ritum, ordinem, consuetudinem, agendam. Psalm. 110. Iurauit Iehoua, & non poenitebit, tu es sacerdos secundum ordinem Melchizedek. pro quo **רָבִירָה** ad Hebræos cap. 5. posuit *κατὰ τὴν τάξιν*, id est secundum ordinationem. Et cap. 7. *κατὰ τὴν ὁμοιωσιν*, id est secundum similitudinem. hæc phrasi usum esse Stephanum Act. 7. non est dubium, ubi inquit, Qui accepistis legem per dispositiones angelorum, nec seruastis, angelorum scilicet loquentium in persona dei. quam phrasin ita Lucas reddidit *ἐκ διατάξεως*, à uerbo *διατάξω*, quod est ordino. Et cū affixo. Iob 5. Et ad deum ponam eloquium meum, seu causam meam.
- רָבִירָה** Loquela, loquutio. Ierem. 5. Et loquela non fuit in eis. Osee 1. Principium loquutionis in Osea.
- רָבִירָה** Pars templi interior, in qua reposita erat arca fœderis Domini, & duo Cherubim super propiciatorio, aliàs dicta, Sanctum sanctorum: atq; reddere licebit oraculum seu locutorium, eò quod deus sibi responsa dabat, ac consulentibus aperiebat uoluntatem suam. Psalm. 28. Audi uocem preceationum mearum cum clamo ad te, quando extollo manus meas ad loquutorium sanctitatis tuæ.
- רָבִירָה** Eloquia. Deut. 33. Accipiet ex colloquijs tuis. Et uidetur esse uox composita ex infinitiuis secundæ coniugationis, & nomine.
- רָבִירָה** Colloquium. Cantic. 4. Et colloquium tuum est gratum.
- רָבִירָה** Septum, caula, in quam oues rediguntur ac coercentur in ordinem. Latini caulam uocant. Mich. 2. Ponam eum sicut oues in caulam suam.
- רָבִירָה** Rates, id est ligna seu arbores in ordinem & seriem colligata, ut super aquis duci possint. 1. Regum 5. Serui tui deponent de Libano ad mare, & ego componam eas rates

Threnorum. Posuit me ream, quotidie debilem.

282 **רַחַק** Debilis, languifactus. Iesaiæ 1. Omne cor languidum, id est, destitutum uiribus. Iere. 8. Super me cor meum languifactum. Thren. 1. Et cor meum debile.

282 **רַחַק** Debilitas, infirmitas, languor, languiditas. Psal. 41. Iehoua sustentabit eum in grabato debilitatis.

282 **רַחַק** Nomen masculini generis, infirmitas, debilitas, languiditas. Et in statu regiminis **רַחַק** Deut. 28. Et adducet in te omnem infirmitatem Aegypti. Et pluraliter in statu regiminis **רַחַק** Deut. 7. Auferet Iehoua abs te omnem infirmitatem, & omnes agritudines Aegyptiorum malas. Et in statu affixorum uoce quidem nihil mutat, tantum modum significandi uariat: significat enim genus uestis, quæ quidem ab infirmitate nomen habet, & induebantur ea ueste tempore luctus in signum condolentiae. 2. Sam. 10. & 1. Paral. 19. Et prescidit uestes eorum in medio usque ad nates eorum. Sed de hoc etiam in themate **רַחַק**.

283 **רַחַק** Viseu impetu impulit, appulit. Et ut uoce, ita significatione congruit cum uerbis **רַחַק** & **רַחַק** atque in hac forma legitur tantum in tertia conjugatione **רַחַק**. Iere. 51. Expleuit uentrem suum delicijs meis, repulit me. 2. Paral. 4. Facturam holocausti impellebant in ea. Iesaiæ 4. Si lauerit Iehoua excrementa filiorum Israel, & sanguines Ierusalem repulerit e medio eius. Ezechielis 40. Ibi impellebat holocaustum.

284 **רַחַק** Contudit infra, detrusit. Et congruit significatione cum uerbis **רַחַק** & **רַחַק**, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Legitur autem uerbaliter tantum semel Num. 11. Et contundebant in mortario.

INDE NOMINA:

283 **רַחַק** Contusus, detrusus. Psal. 9. Et erit Iehoua contuso. Psal. 10. Ut iudices pupillum & contusum. Psal. 74. Ne auertatur contusus, ignominia affectus.

283 **רַחַק** Vas tunfile, in quo res contunduntur, quod nos mortarium appellamus. Num. 11. Et contundebant in mortario.

285 **רַחַק** In uoce actiua neutraliter, siluit. Et significatione congruit cum uerbis **רַחַק** & **רַחַק** Psal. 35. Ruperunt & non siluerunt.

Participium praeteritum **רַחַק** Ezech. 27. Quæ uelut Tyrus silentiata in medio maris, id est, compescita.

In uoce passiuua **רַחַק** obmutefactus est, obmutuit, conticuit. Exod. 15. Obmutefecit uelut lapis. Leuit. 10. Et obmutuit Aaron. Iere. 48. Etiam Madmen obmutefecit, ubi paronomasia Propheta usus est. In sequentibus quinque locis communem habet formam cum passiuua uoce uerbi geminati **רַחַק** Iob 31. Et contemptus familiarum conterruit me, & obmutefactus essem, ut non egressus essem ianuam. Psal. 30. Propterea psallat te gloria & non silebit. Thren. 2. Non sileat filia oculi tui. Et cap. 3. Sedebit solus, & silebit. Amos 5. Quare prudens in tempore illo silebit. In secunda conjugatione **רַחַק** silere fecit, compescuit. Psal. 131. Si non acquiparaui, & compescui animam meam.

INDE NOMINA:

285 **רַחַק** Silentium, locus silentij. Psal. 94. Partum absuit, quin uicina fuisset silentio anima mea. Psal. 115. Omnes descendentes in silentium. Ex istis locis, & Partum traditione arbitror etiam Ethnicos sepulchrum, seu infernum, seu statum mortuorum hoc nomine dixisse, sicut Virgilius lib. 6. Dij quibus imperium est animarum, umbræque silentes, & chaos, & Phlegethon loca nocte silentia late, &c.

Sicut **רַחַק** geminata ultima litera substantiali, silentium. Iesaiæ 47. Deside in silentium, & ingredere in tenebras filia Chaldaeorum. Habakuk 2. Væ qui dicit ligno, euigila, excitare, lapidi silentij. Et cum pathah loco cametz perinde ac si esset in statu regiminis. Threnorum 3. Bonus & expectabit, & in silentio ad salutem Iehoua.

286 **רַחַק** Nam in utraq; forma legitur, & significat ex fundamento iuris & iustitiae pronũciare sententiã, cui ab utraq; parte contendentiũ statur, statuit in alium quem

Ietur me osculo oris sui: quoniam meliores amores tui, quam uinum. Et cum pathah. Ezech. 23. Quando facerent, ex Aegyptijs ubera tua.

282 **רַחַק** Cum uau uel absque eo, patrius seu patruelis, ab amoris affectu. Leuit. 10. Et uocauit Moses ipsum Misael & Elzaphan filios Vziel patruis Aaron. Leuit. 25. Siue patrius siue filius patruis sui poterit redimere eum. 1. Sam. 14. Et nomen principis exercitus eius Abner, filius Ner patrius Saulis. Iesaiæ 5. Canticum patruelis mei de uinea ipsius. Amos 6. Et tollet eum patrius & auunculus eius, ut offerat ossa de domo. In genere foeminiuo **רַחַק** amita, id est, soror patris. Exo. 6. Accepit autem Amram locubed amitam suam in uxorem. Leuitic. 18. Vereda fratris patris tui ne reueles, ad uxorem eius ut accedas, quia amita tua est.

282 **רַחַק** A nomine **רַחַק** denominatiuum, charus, dilectus, adamatus. Deut. 33. De Benjamin dixit, dilectus Iehoua habitabit confidenter. Psal. 127. Sic dabit dilecto suo in somno. Iesaiæ 5. Cantabo nunc dilecto meo. Et pluraliter. Psal. 60. Propterea liberabuntur dilecti tui.

282 **רַחַק** Dilectio. Ieremiæ 12. Dereliqui domum meam, deserui hereditatem meam, tradidi dilectionem animae meae in manum inimicorum suorum. Et pluraliter **רַחַק**. Psal. 45. Canticum amorum. Psal. 84. Quam dilecta tabernacula tua Iehoua exercituum.

282 **רַחַק** Nomen compositum ex **רַחַק** dilectus & **רַחַק** Et appellatiuum Salomonis filij Dauid, id est, dilectus Ia. 2. Samuelis 12. Et consolatus est Dauid Bathseba uxorem suam, & ingressus ad eam, cubauit cum ea, & genuit filium, & uocauit nomen eius Salomo, & Iehoua dilexit eum, & dimisit in manu Nathan prophetae, & uocauit nomen eius Iedai propter Iehoua.

282 **רַחַק** Dauid, dictus ab amore. Item **רַחַק** etiam nomen proprium uiri, cuius fit mentio Iudicum 10.

282 **רַחַק** Chaldaice **רַחַק** uas in quo coquantur carnes, ad figuram uberum formatum: alij ollam, alij lebetem, alij caldarium uerterunt. 1. Samuel. 2. Et incutiebant tridentem in caldarium. Iob 41. De naribus eius egreditur fumus quasi e caldario ebulliente. Psal. 81. Quando subducerem humerum eius ab onere, & manus eius a caldario transirent. Iere. 24. In caldario uno erant ficus ualde bonae. Et pluraliter **רַחַק**. 2. Paralip. 35. Et sanctificata coxerunt in ollis, & in caldarijs. 2. Reg. 10. Iugularunt septuaginta uiros, & posuerunt capita eorum in caldaria. Et in statu regiminis **רַחַק** Iere. 24. Ostendit mihi Iehoua, & ecce duo caldaria ficuum erant posita ante templum Iehoua.

282 **רַחַק** Vetus translatio mandragoras uertit, quidam uolunt significare uiolas, alij herbam Satyrion, nonnulli poma gratissimi & odoris & saporis, R. Salomon ficus optimas & odoriferas, alij **Juden türsen**. Certum est habere appellationem a figura uberum. Genes. 30. Egressus Ruben in diebus messis triticeae inuenit mandragoras in agro. Cant. 7. Mandragorae dederunt odorem.

282 **רַחַק** Congruuit significatione cum uerbis **רַחַק** & **רַחַק**, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se parum discrepent. Et significat debilem, languidum, pertersum fieri, ut accidere solet mulieribus, quando menstrua patiuntur, aut cum homo, aut mebrum hominis uiribus suis naturalibus destituit, **las / trege / schwach / verdrossen / schwermütig sein**. Leuit. 12. Iuxta dies remotionis debilitari eam, immunda erit, id est, iuxta dies menstrui debilitatis suae.

INDE NOMINA:

282 **רַחַק** Nomen masculini generis, debilis, languidus. Threnorum 4. Propterea factum est languidum cor nostrum, super istis obtenebrati sunt oculi nostri. Et pluraliter in statu regiminis **רַחַק**. Iob 6. Quaecumque renuit attingere anima mea, ea sunt tanquam debilitates panis mei, scilicet quo utor in tempore debilitatis.

Et in genere foeminiuo **רַחַק** infirma, languida, debilis ex fluxu sanguinis. Leuitic. 15. Et reuelauerit nuditatem eius. Iesaiæ 30. Ab alienans ea tanquam debilem. 1. Thre-

provincia. Neh. i. Qui relictī sunt de captiuitate, sunt ibi in provincia. Eccles. 5. Si calumniam pauperis, & rapinam iudicij uideris in provincia, ne mireris. Esther 3. Et ad duces qui erant in provincia & provincia, id est, in singulis provincijs. Et pluraliter נְהַרְוֹת 1. Reg. 20. Per pueros principum provinciarum. Esther 1. Anno tertio postquam regnare coepit, fecit conuiuium omnibus principibus suis, & seruis suis, robur Persia, & Medorum praefecti & principes provinciarum erant coram ipso. Et cap. 3. In omnibus provincijs regni tui.

לְוָא Litera aleph est hemantica. Et significat fulcrum, sustentaculum, seu basim, qua aliquid innititur & sustentatur. Legitur autem singulariter in distinctione לְוָא Exo. 18. Talentum pro base. Et pluraliter לְוָאֵי cum cametz sub daledh ad differentiam לְוָאֵי Exo. 26. Duas bases sub tabula una. Et in statu regiminis לְוָאֵי Exo. 26. Quadraginta bases argenti facies. Exod. 38. Ut funderentur bases sanctuarij. Cantic. 5. Crura eius columnae marmoris fundatae super bases auri optimi. Similiter habet in statu affixorum. Exod. 27. Et bases earum uiginti. Excipitur tantum tercia persona utriusque generis quae habet alteram uocem cametz. Exo. 35. Columnas eius, & bases eius. Item cap. 39. Columnas eius & bases eius.

לְוָא Sustentator, columen familiae seu reipublicae, sic dicitur, quod ut basis aedificium, ita huic curatio & administratio rei incumbit ac nititur, qui sustentat ac regit uel domum uel politiam legibus ne cadat, cui incumbit cura & administratio rei familiaris siue politię. Et tam de deo, quam de hominibus dicitur. Psal. 12. Qui dicunt lingua nostra preualebimus, labia nostra sunt penes nos, quis est Sustentator noster. Gen. 45. Et posuit me patrem Pharaonis, & in sustentatorem domus sue. Psal. 105. Constituit eum sustentatorem domus sue. Exod. 23. & 34. Apparebit omnis masculus tuus coram facie Sustentatoris Iehoua. Psal. 114. A facie Sustentatoris contremisce terra. Ies. 1. Propterea ait Sustentator Iehoua exercituum fortis Israel. Malach. 3. Et statim ueniet ad regiam suam Sustentator. In statu regiminis לְוָאֵי. Iosue 3. Ecce arca foederis Sustentatoris uniuersae terrae. Psal. 97. Montes uelut cera liquefcent a facie Sustentatoris uniuersae terrae. Similiter habet in statu affixi personae primae. Genes. 78. Postquam inueterauit, erit mihi uoluptas, & Sustentator meus confenuit. & cap. 23. Audi nos Sustentator mi, princeps dei es tu. Exod. 21. Diligo sustentatorem meum. Psal. 110. Ait Iehoua dominatori meo, sede ad dextram meam. At cum reliquis affixis seruat literam Iod, & induit formam pluralis numeri. Gen. 24. Subter femur Abrahae sustentatoris sui. Et mox iterum: Vi sit in uxore filio sustentatoris tui. Iud. 3. Et ecce sustentator eorum ceciderit in terra. Psal. 45. Quia ipse est sustentator tuus & supplicabis ei. Psal. 135. Sustentator noster est supra omnes deos. Ies. 51. Quia ipse est sustentator tuus Iehoua, & deus tuus. Et pluraliter לְוָאֵי Ies. 19. Et concludam Aegyptios in manum sustentatorum in duritia. Et cap. 26. Iehoua deus noster affectauerunt nos Sustentatores praeter te. Deut. 10. Est deus deorum, & Sustentator sustentatorum. Psal. 136. Confitemini Sustentatori sustentatorum. Legitur tamen plurale pro singulari. 1. Reg. 22. Et dixit Iehoua, non est sustentator illis, reuertatur unusquisque in pace. Malach. 1. Et si Sustentator ego, ubi est timor mei dixit Iehoua. In statu regiminis לְוָאֵי & accipitur semper singulariter. Gen. 39. Et accepit Sustentator Iosephi ipsum, & dedit eum in domum carceris. Et cap. 42. Loquutus est uir, sustentator terrae nobiscum dura. 1. Reg. 16. Et uocauit nomen ciuitatis, quam aedificauit iuxta nomen Semer Sustentatoris montis Samariam. Deut. 10. Quoniam Iehoua deus uester est deus deorum, & sustentator sustentatorum. Et in statu affixi primae personae abiecta mem. litera pluralis numeri recipit sub nun uocem pathah. Gen. 19. Ecce euge Sustentatores mei, defecite quia so ad domum serui uestri.

לְוָא Subscripto sub litera nun cametz, semper & ubique de sustentatore deo dicitur, id est, filio dei, eo quod ipse sit sustentator & columna ecclesiae suae: quanquam aliqui uelint ut quidem apparet literam Iod esse affixum primae personae & esse positum pro לְוָא siquidem hoc affixa non assumat. Gen. 18. Sustentator si obsecro inueni gratiam

quem, stabiluit aliquem. Et plerumque in bonam partem accipitur pro iudicate seu pronuntiare pro aliquo stabiliendo. Iere. 22. Iudicauit causam oppressi, & egeni. & cap. 30. Iudicauit causam, ut esset emplastrum uicē, id est, stabiluit. cap. 5. Iudicando non iudicauerunt causam pupilli. Psal. 50. Aduocabit ad coelum desuper, & ad terram ad iudicandum populum suum. Ies. 3. Et stat ad iudicandum populos. Iere. 21. Iudicate mane iudicium. Gen. 30. Et dixit Rachel, iudicauit me deus, & acquieuit uoci meae deditque mihi filium: ideo uocauit nomen eius Dan. Gen. 6. Non iudicabit spiritus meus inter homines perpetuo.

Participium praesens לְוָא Gen. 15. Veruntamen gentem cui seruient ego iudicabo, id est, statuam in eos uindictam.

In uoce passiva legitur participium לְוָא 2. Sam. 19. Et omnis populus iudicialis, factus est in omnibus baculis Israel, id est, uno ore pronuntiauerunt, scilicet iustum.

In tercia coniugatione לְוָא potestatem iudicariam exercuit, iudicauit, & complectitur simul gubernationem, quae consistit in diiudicatione controuersiarum. Deut. 32. Quoniam iudicabit Iehoua populum suum, & super seruis suis misericordia mouebitur. Ad hoc dictum Christus alludens sic reddidit Luc. 18. Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantium die ac nocte. 1. Sam. 2. Iehoua iudicabit fines terrae. Psal. 7. Iehoua qui iudicabit populos, iudica me. Psal. 9. Iehoua iudicabit populos in reuerentibus. Psal. 54. Et in potentia tua iudicabis me. Psal. 130. Iudicabit inter gentes, implebit cadaueribus. Gen. 49. Dan iudicabit populum suum, sicut una tribuum Israel. Zach. 3. Et tu quoque iudicabis domum meam, atque etiam custodies atria mea, id est, reges, gubernabis, administrabis.

INDE NOMINA:

לְוָא Iudex, qui nititur iure, & secundum illud pronuntiat, qui stabilis iure pacem, iustitiam & salutem reipublicae. 1. Sam. 24. Et erit Iehoua in iudicem, & iudicabit inter me, & inter te. Psal. 68. Pater orphanorum & iudex uiduarum.

לְוָא Iudicium, sententia definitiua. Iob 19. Ut sciatis quod sit iudicium.

לְוָא Causa iudicialis, sententia definitiua, qua statuitur. Deut. 17. Inter sanguinem & sanguinem, inter causam & causam. Esther 1. Habentium notitiam legis & iudicij, seu causae iudicialis. Iob 35. Iudicium coram ipso est, expectes ipsum. cap. 36. Iudicium improbi impleuisti. Psal. 76. De coelo audire fecisti iudicium, terra timuit & quieuit. Psal. 140. Quoniam faciet deus iudicium oppresso. Prou. 20. Rex sedens super solio iudicij. In statu affixorum nihil mutat. Psal. 9. Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam. Iere. 30. Non iudicauit causam tuam.

לְוָא Tribunal, sedes iudicis seu iudiciaria. Iudic. 5. Qui uehimini a sinibus albis, sedetis super tribunali.

לְוָא Iudicium, reprehensio, contentio, lis, rixa. Psal. 80. Posuisti nos reprehensionem uicinis nostris. ubi passiuē ponitur. Aliquando etiam actiuē usurpatur, pro contentione. Prouerb. 15. Vir ardoris excitat contentionem. Iere. 15. Et uirum iudicij seu contentionis totius terrae. Et pluraliter לְוָאֵי Prouerb. 6. Et qui mittit contentiones inter fratres, & cap. 10. Odium excitat contentiones.

לְוָאֵי Contentiosi, nomen pluralis numeri tantum. Prouerb. 18. Et contentiosi uelut uectis palatij.

לְוָאֵי Contentiones, nomen pluralis numeri tantum. Prouerb. 6. Et contentiones emittet. & cap. 18. Contentiones sedabit fors. Et in statu regiminis לְוָאֵי Prou. 19. Stillidium perpetuum contentiones mulieris.

לְוָא Nomen proprium filij Iacob, quem ex Bala suscepit: unde postea cognominata est una duodecim tribuum. Gen. 30. Et dixit Rachel, iudicauit me Iehoua, & acquieuit uoci meae, deditque mihi filium: ideo uocauit nomen eius Dan.

לְוָא & לְוָא filij Abrahæ ex Kethura procreati: unde postea regiones nomina sua sortita sunt, quarum mentio fit Gen. 25. Exod. 2. Iud. 7. & 8. Psal. 83. & Ies. 9.

לְוָא Regio seu provincia siue colonia, iuri ac iudicij alicuius regni seu monarchiae subiecta. Danielis octauo, Et ego eram in Susan castro, quod est in Elam pro-

uocem esse compositam existimant, suffragatur primum dagges in dalet, quod quoque in alijs compositionibus habet דגדג דגדג דגדג Deinde quod ista significatio scripturae conformior esse, & Paulus Apostolus eam explicare uideatur Act. 17. ubi inquit, Deus qui fecit mundum & omnia quae in eo sunt, hic caeli & terrae cum sit Dominus non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, quum ipse det omnibus uitam & halitum per omnia, fecitque ex uno semine omne genus hominum, ut inhabitaret super uniuersam faciem terrae, praefinitque praestituta tempora, praefixitque terminos habitationis eorum, ut quaereret deum si forte palpent eum, & inueniant, quamuis non longe absit ab uno quoque nostrum: per ipsum enim uiuimus & mouemur & sumus, &c. Sic in priore ad Corint. 12. cum multa & diuersa hominum dona ordine commemorasset, tandem concludit istis uerbis: Sed idem est deus operas seu efficiens omnia in omnibus. Et paulo post iterum: Sed haec omnia efficit unus ille, & idem spiritus, diuidens pecuniaria unicuique, sicut uult. Ex his igitur facile nunc nominis huius significationem colligere poteris, quod non tantum aut simpliciter de Deo dicatur דגדג qd sit omnipotens, & omnia possit, quin etiam qd efficax sit, & efficaciter omnia in omnibus operetur & faciat, ipsiusque cura, providentia, sapientia, bonitate, cuncta existant, uiuant & moueantur, omnes homines, adeoque etiam creaturae de eius inexhausta plenitudine existentia, uitam, operationes, tanquam aeterno thesauro accipiant. Porro quod ad constructionem attinet, aliquando nomini דגדג iungitur epitheti uice. Genes. 17. Ego sum Deus omnipotens, ambula coram me. cap. 28. Et deus omnipotens benedicet tibi. Item cap. 35. Ego deus omnipotens, cresce & multiplicare. Aliquando absolute ponitur. Gen. 49. Et ab Omnipotente, qui benedixit tibi. Ruth 1. Vocate me Amaram, quoniam sic fecit me Omnipotens, perturbatam. Iesaias 13. & Ioel. 1. Quasi uastitas ab Omnipotente ueniet. Quod autem Prophetarum duo illi pronominata tantum uocum, quod ad pronuntiationem spectat delectati sint, & non ad significationem respexerint, testantur abunde loci a me iam citati. Psal. 68. Quando Omnipotens distribuit reges. Ezech. 1. Et audiui uocem alarum illorum, quasi uocem aquarum multarum, quasi uocem Omnipotentis cum ille loquitur, id est cum tonat. Psal. 22. Et erit Omnipotens munus tua. Quanquam alij sic legant: Et erit ingens uis auri tui & argenti incrementum tibi.

295 דגדג Vultur, & est genus ad omnes species uulturnm a celeritate uolatus, ut דגדג Deut. 14. Vulturem ac miluum iuxta speciem suam. Et pluraliter דגדג Iesaias 34. Illuc congregati sunt uultures, alter ad alterum.

296 דגדג Atramentum. Iere. 36. Et ego scribebam in libro atramento.

297 דגדג In hac forma reperitur tantum in tertia coniugatione, דגדג congruitque significatione cum uerbis דגדג & דגדג nisi quod ut forma a posteriore, ita modo parum significandi ab eo differt: significat enim attenuari, comminui. 2. Sam. 22. Sicut lutum platurum comminuum eos. 2. Reg. 23. Combussit eum in torrente Kidron & comminuit in puluerem. 2. Paralip. 35. Et comminuit & combussit in torrente Kidron. Exo. 30. Et contundas ex eo comminuendo.

INDE NOMEN,

דגדג Genus aedificij militaris ex ligno facti, ex uerbo adiuncto, deinde a comminutione appellationem habere, & in oppugnatione extra ad urbium muros positum esse ex ipso themate, & alijs circumstantijs certo constat: quale autem fuerit & quo nomine postea Graecis uel Romanis sit dictum, incertum est, ideoque interpretes usque adeo inuertendo uariarunt. Hieronymus uertit munitionem. Doctor Ioannes Reuchlinus praceptor meus sanctissimae memoriae uoluit significare tormentum bellicum, quod muros comminuit. Alij antemurale, alij turrim, alij speculam, alij aliter uerterunt. Nos communi uocabulo machinamentum transferemus, cuius usus fuit in

294 דגדג Sufficientia, sicut & דגדג & cum particulis eandem propemodum habet significandi rationem, ideo arbitror tantum transpositione literarum inter se differre. Malach. 3. Et deprompsero uobis benedictionem usque non sufficientiam, id est absque fine sufficientiae. Esther 1. Et erit secundum sufficientiam despectio & indignatio. Et in statu regimini 7. Leuit. 5. Et non tanget manus eius sufficientiam ouis, adducat pro reatu suo, quod deliquit duos turtures. Deut. 15. Et mutuum dabis ei sufficientiam defectus eius, quod defecerit illi. Prou. 27. Et sufficientia lactis caprarum pro pane tuo. Iesaias 40. Et Libanus non sufficietia incensum. Leu. 25. Et si non inuenit manus eius sufficientiam reddendi illi. Nahum 2. Leo diripiens in sufficientia catulorum suorum. Sic usus est Paulus 1. Timoth. 6. Est autem quatuor magnus pietas *μετὰ ἀνταρκείας*, id est cum sufficientia. Est & saepe particula expletua quoad a fronte accipit alias alphabeti literas ut דגדג Iob. 38. In cornu dicit heach. Iere. 51. Et laborabunt populi in uanitate, & populi in igne defatigabuntur. Habakuk 2. Et laborabunt populi in igne, & plebes in uanitate. Item דגדג Iob 17. In infernum descendit. Legitur etiam interserta iud דגדג Psal. 140. Demittantur in rupe iudices eorum. Hinc nimirum apparet congnationem habere cum nomine דגדג. Deinde assumit aduerbiu similitudinis דגדג Leuit. 25. Et apprehenderit manus eius, & inuenit iuxta sufficientiam redemptionis suae. Deut. 25. Et cadet ipsum iuxta sufficientiam improbitatis ipsius. Est & sic expletua particula. Iud. 6. Et tentoria eorum ueniebant inftar locustarum in copia. Valet interdum, secundum quod, quantum. Nehem. 5. Nos comparamus fratres nostros Iudaeos uenditos gentibus, quantum in nobis. Sepenumero assumit a fronte literam mem דגדג in comparatione uel extra comparationem. Exod. 36. Multiplicant populus ad adferendum praesufficientiam cultus in suppellectili. Sed extra comparationem est expletua, ita ut דגדג ualeat a, ab, post, ex quo. 1. Samuelis 1. Et sic faciebat singulis annis ab ascendendo eam in domum Iehoua. & cap. 7. Et ibat ab anno ad annum. 1. Sam. 18. Et factum est ab egredi eos, prudenter agebat David, quam omnes serui Saul. 1. Reg. 14. Et factum est ab ingredi regem domum Iehoua. Iesaias 28. A transire eum accipiet uos. Et cap. 66. Et erit a mense ad mensum eius, & a sabbatho in sabbathum eius. Iere. 26. Quoties a loquar uociferabor. Et cap. 31. A loqui meum, cum eo. Et Psal. 141. Legitur דגדג custodi me a laqueo, quem expandunt mihi. Porro hoc nomen דגדג in statu affixorum recipit in prima pathah. Exod. 36. Et materia fuit sufficientia sua pro omni suppellectili. Iere. 49. Si fures in nocte auferent sufficientiam eorum. Abdias 1. An non furabuntur sufficientiam suam. Prou. 25. Si mel inuenisti, comede sufficientiam tuam.

דגדג Praeposita mem litera cum pathah, sufficientia. 2. Paralip. 30. Quoniam sacerdotes non sanctificati erant ad sufficientiam.

דגדג Quidam Hebraeorum a דגדג uerbo deducetes literam iud loco geminata esse positam arbitrantur, ut de deo ideo dicatur quod דגדג דגדג fortis sit & perpetuus sit permeator uniuersae creaturae: aliqui alij a nomine דגדג uber, mamma, deriuant, quod Deus omnia eo charitatis affectu & amore nutriat, quo mater infantem uerbis applicando fouet lacteque alit ac nutrit, & ut alias a דגדג matrice dicitur דגדג misericordissimus, ita ab ubere appelletur uberrimus, quasi dicat diuina uberras, uis diuina & uniuersalis. Nonnulli uocem esse compositam censent ex schin relativo, & nomine דגדג sufficientia, abundantia, copia, plenitudo, copiae cornu, quasi dicas sufficientissimus, abundantissimus, copiosissimus, quod ipse per se non modo omnibus bonis abundet, sed etiam alijs abunde tribuat, sicut Ioannes de filio Dei dicit: De plenitudine eius accepimus omnes. Et Paul. 1. Timoth. 6. Neque spernant in diuitijs incertis, sed in deo uiuente, qui praebet nobis omnia abunde ad fructum, &c. Ac similem nominis rationem Rabi Saadias adducit, ideo Deum sic dicitur, quod ipse abundet, omnesque omnium creaturarum defectus expleat. Graeci nunc *ἀπείρητος*, nunc *παντοκράτωρ*. Latini uero ubique Omnipotens uerterunt. Hieronymus in Epistola ad Marcellam refert ab Aquila esse uersum *ἀλλυμωρ*, quod nos robustum & sufficientem ad omnia perpetranda accipere possumus. Atque his uocem

Dem.
82

si exhaustus ipse fuerit. Iud. 6. Ecce millenarius meus ipse exhaustus est. Ruth 3. Si ue exhaustum, siue diuitē. Psal. 72. Miserebitur super exhausto, & egeno. Prou. 22. Ne depraderis exhaustū, eodē q̄ exhaustus est. 2. Sam. 13. Quare tu ita exhaustus es, fili regis singulis mane. Et in distinctione sententię 77 Exo. 23. Et exhaustum nō ornabis in causa sua. Leuit. 19. Non assumes personā exhausti. Et pluraliter 77 2. Sam. 3. Et domus Saul abibant & exhausti. Iob 20. Filij eius placabūt exhaustos. Prouer. 20. Consternatio exhaustorum paupertas ipsorum. Et in genere femini nō 77 quod singulariter abstrahit uel usurpatur pro tenuitate. Iesa. 38. Præ tenuitate exhausti me. In statu regiminis 77 2. Reg. 24. Præ tenuitate populū terræ. Iere. 40. Et a tenuitate terræ. Cantic. 7. Et tenuitas capitis tui uelut purpura, id est cincinni, capillitium, a tenuitate. Et pluraliter 77 concretiuē. Gen. 4. 1. Et ecce septem uaccæ aliæ ascendebant post illas, exhaustæ. Iere. 52. Et de exhaustis terræ reliquit Nebuzaradan magister Laniorum uiniores & agricolas.

301

תל

Saltauit, transiuit, & importat quandam alacritatē, magnāq̄ habet affinitatem cum uerbo 77 nisi q̄ ut una litera eademq̄ tamen symbolica, ita modo significandi parum inter se discrepant. In prima coniugatione legitur tantū participium præsens 77 Zoph. 1. Et uisitabo super omnem, qui transibit super limen. Loquitur autem de ritu, quem à Philistæis acceperant, ut ingredientiē templum, transilirent limen, cuius fit mentio 1. Samuelis. 5.

In secunda coniugatione 77 2. Sam. 22. & Psal. 18. In deo meo transiliā murū. Iesaia 35. Tunc transillet tanquam ceruus, claudus.

302

תל

Participiū præsens 77 Cantic. 2. Ecce iste uenit, transiliens super montes. Exhaustit, extraxit in altum, eleuauit in altum, quicquid id tandem sit. Et licet significatione conueniat cum uerbo 77, tamen modum significandi habet generaliore. Exod. 2. Atq̄ exhauriendo exhausti nobis, & potauit oues. Et iterum: Veniebant & exhauriebant, & implebant canales. Prou. 20. Aquæ profundæ consilium in corde uiri, at uir intelligentiæ exhaurit eas.

In secunda coniugatione 77 Psal. 30. Exaltabo te, quia eleuasti me. Prouer. 26. Eleuate crura de claudo, sic prouerbiū in ore stultorum. Et quando nō se quitur obliquus, tum usurpatur neutraliter. Iesa. 38. Eleuati sunt oculi mei in altū.

INDE NOMINA:

77 Hauftrum, urna quā exhauritur aqua ex puteo, Græcè ἀντλημα. Hieronymus, & alij post ipsum reddiderunt Situla. Iesaia 40. Ecce gentes uelut gutta hauftri. Et in statu affixi. Num. 24. Stillabit aqua de haufstro suo.

77 Rami in arbore altiōres. Ier. 11. Et male affecti sunt rami eius. Ezech. 17. Respice ramos eius ad se. Et iterum: Omne alatum in umbra ramorū eius habitabat.

77 Ianua, sic dicta q̄ cardinibus in altum eleuata sit. Et cōmuniter ianuæ seu ostij uocabulo redditur, & differt à 77 quod apertionē quamlibet cuiuslibet rei significat: illud tamen ianuam seu tabulam, qua uel clauditur, uel aperitur ostium. Genes. 19. Et egressus ad eos Lot ad ostium, statim ianuā clausit post se. Et iterū: Et ianuam clauerunt. Exo. 21. Et faciet attingere eum ad ianuā, uel ad postem. 2. Sam. 12. Obfera ianuam post eam. Prouer. 26. Ianua circumuoluitur super cardine suo, & piger super reclinatorio suo. In distinctione sententiæ 77 Gen. 19. Et accesserunt ad effringendum ianuam. Habet autem dualem numerum eodē q̄ ianuæ duas habeant ualuas 77 ianuæ bifores, seu bifidæ. Deut. 3. Muro alto ualuas & uectibus. 1. Sam. 22. Quoniam cōclusus est intrando ciuitatem ualuarum & uectibus. Iob 38. Et confrinxit intra ualuas mare. Eccl. 12. Et claudentur ualuæ in platea. In statu regiminis 77 Iosue 2. Et erit omnis, qui egredietur ualuas domus tuæ. Iob 3. Quod cōcludit ualuas uentris mei. & cap. 41. Valuas faciei ipsius quis aperuit. Psal. 78. Et ianuas cœli aperuit. At in statu affixorū seruat puncta status absoluti. Iosue 6. Et in monte suo collocauit ualuas eius. Iob 31. Ianuas meas uiatori aperiebam. Iesaia 26. Vade popule meus, ingredere in cubicula tua, & claudē ualuas tuas pro te. Zacharia 11. Aperi Libanon ualuas tuas. Et pluraliter in statu absoluto

p. 3 luto

298

תל

oppugnatione urbium. 2. Reg. 25. & Iere. 52. Et edificauerunt contra eam machinamenta circumquaq̄. Ezech. 26. Et ponet cōtra te machinamenta, & fundet cōtra te aggerem.

Oppressione seu depreffione contusus est, & congruit significatione cum 77 & 77 & 77 nisi q̄ ut forma, ita modo significandi inter se discrepent. Legitur in prima coniugatione tantum in uoce passiuā 77 Psal. 38. Dissolutus sum, & contusus sum uehementissime.

Participium pluralis numeri 77 Iesaia 57. Et ut uiuificem cor contusorum:

In secunda coniugatione 77 opprimēdo cōtudit. Psal. 143. Quoniam persecutus est hostis animam meam, contudit in terram uitam meam. Psal. 89. Tu contudisti tanquam pollutum, superbū. Psal. 94. Populū tuum Iehoua cōtudent. Psal. 90. Redige hominem usq̄ ad cōtundere, id est ut contundatur. Psal. 72. Et contundet in iurium. Iob 6. Et contundat me. & cap. 19. Et obtunditis me dictis. Prouer. 22. Et non contundas oppressum in porta. Iesaia 3. Quid uobis contunditis populū meum, & facies oppressorum contunditis, id est, ne auint suspicere seu attollere faciem. Thren. 3. Ad contundendum sub pedibus eius omnes uinctos terræ. Et quando post se non regit accusatiuum, tum ponitur neutraliter. Iob 4. Quanto magis habitatores domorum lutū, quorum in puluere fundamentum eorum contundentur ipsi a uerme. Et cap. 5. Et contundebantur in porta, & nō erat ereptor. Iesaia 53. Deus uoluit contundere infirmitate.

Participium præteritum 77 Iesa. 53. Et contusus propter iniquitates nostras. Et pluraliter 77 Iesaia 19. Et erunt hamī eorum contusi.

In uoce passiuā 77 Iere. 44. Non sunt contusi usq̄ in hanc diē, non timēt, neq̄ ambulant in lege mea.

In quarta coniugatione 77 pro 77. Iob 5. Et contudentur in porta, & cap. 34. Conuertit noctem, & contudentur.

INDE NOMEN,

77 Contusus scilicet oppressione. Iesa. 57. Et cum contuso & humili corde. Et legitur etiam in abstracto. Deut. 23. Non ingredietur uulneratus contusione. Et pluraliter in statu regiminis 77 Psal. 34. Propinquus est Iehoua fractis corde, & contusos spiritu saluabit. Et cum affixo. Prou. 26. Lingua mendacij odit cōtufos, seu obtufos suos.

299

תל

Congruit significatione cum uerbis 77 & 77 & 77 nisi q̄ ut forma, & literis, ita modo parum significandi inter se uariāt. Significat autem opprimendo contundere, actiuē sequente accusatiuo. Psal. 51. Exultabunt ossa, quæ contudisti. Et neutraliter nullo sequente obliquo. Psal. 10. Contundetur, prosternetur & cadet robore eius cœtus dolentium.

In uoce passiuā legitur participiū masculini generis 77 Psal. 51. Cor fractum, & contusum deus non despiciet.

INDE NOMEN,

77

תל

77 Contusio. Psal. 93. Extollunt flumina contusionem suam, id est fluctus qui cōtundunt. eadem ratione, qua dicuntur 77 Psal. 18.

Exhaustum, extractū est, attenuatū est exhauriēdo. Significat autē ex imo seu profundo sursum trahere seu eleuare. Et congruit significatione cum uerbo 77 Iesaia 19. Exhausti sunt, & exaruerūt riuī Aegypti. Et cap. 38. Exhausti sunt oculi mei. Psal. 142. Quia exhaustus sum ualde. Iob 28. Exhaustæ ab homine auentur. Psal. 79. Quoniam exhausti sumus ualde. Psal. 116. Exhaustus eram, sed mihi est saluator.

In uoce passiuā 77 Iudic. 6. Et exhaustus erat Israel ualde à Midian. Iesaia 17. Et erit in die illa exhaurietur gloria Iacob.

INDE NOMINA:

77 Exhaustus facultatibus, seu uiribus, attenuatus, tenuis fortunæ homo, & opponitur nomini 77 Exod. 30. Et exhaustus nō diminet à dimidio siclo. Leuit. 14. Et si exha-

si exha-

zech. 24. Ingemiscendo file, mortuorum luctum non facias. Psal. 37. Sile ipsi Iehoua, & praestolare ei. Iesaja 23. Silete habitatores insulae.

In uoce passiva פָּסַח Ierem. 25. Et siluerunt habitacula pacis. 1. Sam. 2. Et improbi in tenebris silebunt. Ier. 49. Et omnes uiri bellicosi silebunt in die illa. Et cap. 51. Et euadere facite quisque animam suam, ne fileatis in iniquitate eius. Porro quinque loci sequentes habent communem formam in passiva coniugatione futuri in forma פָּח Job 31. Et contrēptus familiarū cōterrui me, et obmutefactus essem, ut nō egressus esses iam. Ps. 30. Propterea psallet te gloria, & nō silebit. Thre. 2. Nō sileat filia oculi tui. & cap. 3. Sedebit solus & silebit. Amos 5. Quare prudēs in tēpore illo silebit. In tertia coniugatione פָּחַ silere fecit, compescuit. Ier. 8. Quoniam Iehoua deus noster silere fecit nos, & potauit nos aquis fellis.

INDE NOMINA:

שֵׁטֶם Silentium, susurrus, siue sibilus leuior. 1. Reg. 20. Et post ignē uox silentij, id est, tacita, sedata. Job 4. Silentium erat, & uocem audiebam. Psal. 107. Stare faciet tempestatem in silentio, & silebunt procellae eius.

פָּחַ Subsellium, scabellum, super quo pedes resident ac quiescūt. 1. Paralip. 28. Ut aedificarem domum requiei pro arca fœderis Iehoua, & pro subsellio pedū dei nostri. Psal. 99. Et supplicate ad subsellium pedum eius. Psal. 110. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Iesaja 66. Coelum sedes mea, & terra subsellium pedum meorum. Quanquam hoc nomen posset etiam referri ad thema פָּחַ.

307

פָּחַ Primo, si absolute & neutraliter scribitur, tum significat silere, quiescere, perinde ut Graecis uerbum ἠσυχᾶω, ac congruit significatiōe cum uerbis פָּחַ & פָּחַ nisi quod ut forma, ita modo significandi tantū differant. Ier. 8. Ut ingrediamur ciuitates munitiois, & quiescamus ibi. & cap. 14. Deducunt oculi mei lacrymas noctu diuq; & non quiescent. Thren. 2. Desiderū in terram, siluerūt seniores filiae Zion & cap. 3. Oculus meus defluxit, & non silebat, id est, quiescebat. Job 29. Et silebant ad consilium meum, id est, acquiescebant. Psal. 31. Pudeant improbi, sileant in inferno. Legitur tamē semel transitiuē, quiescere fecit, compescuit. Osee 4. Et compescam marrem tuam.

In uoce passiva פָּחַ in silentium seu quietē redactus est, quietatus est, obmutefactus est, & est semper poenae, atq; Hebrais idē ualet quod Latinis, actum est, perijt, disperijt. Iesaja 15. In nocte uastata est Ar Moab, quietata. Voluit autem Propheta de industria uti isto uerbo, & opponere nomini פָּחַ ciuitatis, quae ab excitatione nomen habet, q. d. illa excitata quietata est. Osee 11. In diluculo quietando quietatus est Israel. Zoph. 1. Quoniam quietatus est omnis populus Canaan. Ierem. 47. Quietata est Afcalon. Abdia 1. Quomodo quietata est Iesaja 4. Vae mihi quia quietatus sum. Osee 4. Quietati sunt populus meus sine scientia. Psal. 49. Comparatus sum iumentis quae quietantur.

Participium masculini generis פָּחַ Osee 10. Quietatus est Samaria rex eius. In secunda coniugatione פָּחַ est actiuum, & poenae, silentium seu quietem intulit, exitio fuit. 2. Sam. 21. Et qui silentium intulit nobis, disperdemus.

INDE NOMINA:

פָּחַ Silentium, quies, patientia, patiens expectatio. Psal. 62. Verē ad deum expectatio animae meae.

פָּחַ Silentium. Psal. 83. Deus ne silentium tibi. Iesaja 62. Ne sit silentium uobis. Et mox iterum: Ne detis silentium ei, donec firmet, id est, quietem.

פָּחַ Silentium, quies, cessatio. Iesaja 38. Ego dixi in cessatione dierum meorum, ibo ad portas inferni.

פָּחַ Silentium. Psal. 39. Obmutui silentio, tacti à bono. Psal. 62. Vere ad deum silentium animae meae, id est, desiderium cum patientia.

פָּחַ Silentium, quies. Psal. 22. In uoco per diē, & nō respōdes: & noctu, & nō silentium mihi. Psal. 65. Tibi silentium laudis deus in Zion, id est, in patientia laus est in Zion.

פָּחַ Sarcocoracium, sterquilinum, simetum, quod in silentium seu quietem reiectum est.

Iuto יָחַד Iere. 35. Tres ianuas. Ezech. 41. Et duae ianuae ianitis. Nehem. 6. Ianuas nondum statueram in portis. At in statu regiminis ac affixorū יָחַד Iud. 4. Et clausit ianuas solarij. & cap. 16. Et surrexit in media nocte, & apprehēdit in ianuis porte ciuitatis. 1. Reg. 6. Est ostium oraculi fecit, ianuas lignorum pinguedinis. Ps. 107. Quoniam confregit ianuas aeris. Ezech. 16. Cōfractae sunt ianue populorum. Prouerb. 8. Ut uigilet super ianuis meis, singulis diebus.

יָחַד Ianua, ualua, per apocopen. Psal. 141. Obserua super ianuam labiorum meorum:

303

יָחַד

Magnam habet similitudinē tam literis q̄ pronuntiatiōe cum uerbis יָחַד & יָחַד, nisi quod ut forma parum, ita modo tantum significandi inter se differāt: Significat enim saltare in aquam, id est calcare seu conculcare saltando. Aliqui reddiderunt conturbare scilicet aquam, quod tamen fit saltando, & calcatione pedum. Et usurpatur tantum ab Ezechiele cap. 32. Qui euouisti de fluminibus tuis, & saltasti aquas, id est conculcasti aquas pedibus tuis. Et mox iterum: Nec calcabit eas pes hominis amplius, & unguiae iumentorum non conculcabunt eas.

304

יָחַד

Destillauit. Job 16. Ad deum meum destillauit anima mea. Psal. 119. Destillauit anima mea praedolore. Eccl. 10. Et in remissionibus manuum destillabit domus:

INDE NOMEN,

יָחַד

Destillatio, stillicidium. Prou. 27. Destillatio continua in die pluuiae. & cap. 19. Et destillatio continua, rixae mulieris.

305

יָחַד

Congruit significatiōe cum uerbis יָחַד & יָחַד nisi q̄ ut forma, ita modo tantum significandi inter se uariant. Et quando de homine dicitur, & construitur cum praepositione יָחַד, tum significat ardens & infesto animo insectari, quasi dicas transilire post aliquem. Gen. 31. Quid deliqui, quod insectaris post me. 1. Samuelis 17. Et reuersi sunt filij Israel ab insectando post Philistaeos. Similiter cū affixo. Thren. 4. Leuiore fuerunt persequutores nostri quam aquilae caeli, super montibus insectati sunt nos. Alias neutraliter legitur. Psal. 10. Quando eleuast improbus, insectabitur afflictus, id est insectationem patietur afflicus. Caeterum quando additur nomini יָחַד, aut de eo intelligitur, significat exardescere, inflammarī, in rem aliquam transilire, perinde ut ignis transiliens corripit proxima quaeq; Abdia 1. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Elau prostramento, & exardescet in eam, & absument eam.

Participium praesens pluralis numeri יָחַד Prouerb. 26. Ut est argentum scolarum opertum testa, ita sunt labia ardentia, & cor malum, id est labia quae odio & inuidia incensa insectantur alios. Psal. 7. positum arbitror per gerudium, ut saepe fit, & exempla aliquot in themate יָחַד adduxi: unde sic uerto, lacula sua ad inflammandum parauit. Sicut & Paulus ad Ephesios 6. lacula ignita dixit.

In tertia coniugatione יָחַד Ezech. 24. Vae ciuitati sanguinum, ego quoque magnificabo incendium, multiplicando ligna, incendendo ignem. Iesaja 5. Ve qui mane surgunt, ut sequantur liceram, protraentes in crepusculum usq; donec uinum inflamat eos.

INDE NOMEN,

יָחַד

Arдор, inflammatio. Deut. 28. Percutiet te Iehoua tumore, febris, inflammatione, aestu & gladio.

יָחַד

Sanguis uide supra in פָּחַ.

306

יָחַד

Siluit, quieuit, perinde ut Graecis uerbum ἠσυχᾶω silere & quiescere significat. Congruit quoque cum uerbis יָחַד & יָחַד nisi q̄ ut forma parum, ita modo tantum significandi inter se uariant. Job 30. Viscera mea ebulliendo sonuerūt, & non siluerunt. Psal. 4. Dicite in corde uestro & silete. Iere. 47. Recondere in uaginam, abripiare & file. Iosue 10. Sol in Gibeon, file, & luna in ualle Atalon, & siluit sol. 1. Sam. 14. Cum igitur ita dixerint, quiescite, donec uenerimus ad eos. Ezech.

& quicquid de torculari destillat. Et pluraliter נִרְוָה. Threnor. 2. Defecerunt propter lacrymas oculi mei. Vide supra in themate נִרְוָה.

נִרְוָה

309 נִרְוָה

310 נִרְוָה

Et legitur etiam interposita litera trau, Cera. Psal. 22. Fuit cor meum uelut cera liquefactum in medio uiscerum meorum. Psal. 92. Montes sicut cera liquefacti sunt a facie Iehoua. Mich. 1. Sicut cera a facie ignis.

Verbum est intransitiuum, extinctus est, quod fit compressione: congruentiam habet significatione cum uerbis נִרְוָה & נִרְוָה, nisi quod ut forma, ita modo significandi parum inter se uariant. Iesaiæ 43. Extincti sunt, sicut, inquam, linum extincti sunt. Job 18. Etiam lux improborum extinguetur. Prou. 20. Qui uilipendit patrem suum, & matrem suam, extinguetur lucerna in densissimis tenebris.

In uoce passiuua נִרְוָה Job 6. Cum incaluerunt ipsæ, extinguentur de loco suo, id est, extinctæ remouebuntur de loco suo.

In secunda coniugatione uoce passiuua נִרְוָה. Psal. 118. Extincti sunt uelut ignis spinarum. Aliqui tamen in contraria significatione accipiunt, ut sunt multa uerba, quæ in secunda coniugatione contrariam significationem habent primæ coniugationi, sic exponentes: Et arserunt uelut ignis spinarum.

Infamia, diffamatio, & uidetur cognitionem habere cum uerbo נִרְוָה Psal. 50. Sedens contra fratrem tuum loquebaris, in filium matris tuæ ponebas infamiam.

Significatione non est absimile uerbo נִרְוָה, nisi quod modo significandi tantum uariet: ut enim hoc est adherere, insectari, ita illud significat impellere seu impetum facere, & ut habet litteram pronuntiatione duriolem, ita duriolem quoque significationem. Genes. 33. Oues & boues foetæ sunt mihi, & si impellerem eas die uno statim morerentur omnes oves.

Participium præsens נִרְוָה. Cantic. 5. Vox dilecti mei pulsantis. In quarta coniugatione legitur participium pluralis numeri נִרְוָה Iudicum 19. Ecce uiri ciuitatis, uiri filij Beliaal, circumdantes domum, impetum faciebant contra ostium.

Quando post se regit accusatiuum, tum est transitiuum, & significat attenuare, subtiliare, comminuerè, & modo tantum significandi differt a uerbis נִרְוָה & נִרְוָה. Iesaiæ 23. Et stimuli eius non comminuent illud. Et cap. 41. Triturabit montes & comminet. In alijs locis neutraliter ponitur. Exo. 32. Et moluit usque ad comminui. Deut. 4. Usque comminui in puluerem.

In tertia coniugatione נִרְוָה. 2. Reg. 23. Et combussit Excelsum, comminuit in puluerem. 2. Paral. 34. Et fusilia confregit, & comminuit, & sparsit in superficiem sepulchrorum. Et iterum: Sculptilia contudit, donec comminui. Mich. 4. Et comminues populos multos.

INDE NOMINA:

נִרְוָה Nomen masculini generis, & nunc substantiuè, nunc adiectiuè usuuenit. Exo. 16. Et ecce in superficie deserti erat tenuè, orbiculatum, tenue quasi pruiua super terra. Iesaiæ 40. Ecce insulas uelut tentæ proijciet. Leuit. 3. Aut tenue, aut macula in oculo eius, id est pellicula. Iesaiæ 23. Et erit sicut puluis tenuis. Et in distinctione נִרְוָה. Leuit. 13. Et in ea pilus flauus, tenuis. Et in genere foeminino נִרְוָה Leuit. 16. Et implendo pugillum suum suffimeto aromatum tenui. 1. Regum 19. Et post ignem uox tacita, tenuis. Et pluraliter נִרְוָה Gen. 41. Et comedebant uaccæ malæ uisui, & tenues carnè. Et iterum: Et erant septem spicæ tenues, atque opponitur ibi nomini נִרְוָה.

נִרְוָה Pellis, a tenuitate. Iesaiæ 40. Qui extendit tanquam pellem caelos. Rabini Hebraeorum, hoc nomine Gramaticam uocant, eò quod subtilis est consideratio circa litteras, puncta, accentus, coniugationes, aliaque quæ in ea continentur. Deinde appellant illum נִרְוָה, qui subtiliter in lege, quæ in lege subtilia sunt exquirunt.

est, & nullius amplius usus. Et est poene, 2. Reg. 9. Et fuit cadaver Iezebel uelut sterquilinum in superficie agri. Psal. 83. Exterminati sunt in Endor, facti sunt sterquilinum terræ. Iere. 8. Non colligentur, neque sepelientur, in sterquilinum super faciem terræ erunt. Et cap. 9. Cadet cadaver hominum, sicut sterquilinum super faciem agri. Denominatiuum superioris, sterquilinum, stercorarium. Iesaiæ 25. Et triturbabitur Moab subter eum, sicut triturbatur stramen in sterquilinum.

נִרְוָה

נִרְוָה

Secundo, quando construitur siue cum datiuo mediante articulo lamed, uel cum accusatiuo mediante præpositione נִרְוָה significat neutraliter similem seu conformem esse alicui rei, congruere ad aliquid, quod equidem est acquiescere, non obstrepere. Et ut in priore modo significandi notat ablationem formæ, ita isto modo notat assimilationem, conformitatem & congruentiam ad rem aliam. Psal. 144. Homo uanitati similis fuit, dies eius sicut umbra præteriens. Ezech. 31. Nō similis fuit ad eam in pulchritudine sua. Cant. 7. Hæc statura tua similis est palme. Psal. 102. Similis sum pellicano deserti. Iesaiæ 1. Gomorræ similes fuissēmus. Psal. 89. Nam quis in millibus adæquabitur ipsi Iehoua, inter filios deorum. Ezech. 31. Ad quem assimilis es in magnificentia tua. Et ibidem iterum: Et fraxini nō similes fuerunt ad frondes eius. Legitur etiam actiuè semel regens post se accusatiuum. Iere. 6. Amoenitati & delicijs assimilauit filiam Zion. Vel sic, cum amœnitate & delicijs assimilauit filiam Zion.

Participium præsens נִרְוָה Cantic. 2. Similis est dilectus meus hinnulo.

In uoce passiuua נִרְוָה Ezech. 32. Leoni gentium assimilatus es.

Participium masculini generis נִרְוָה Iesaiæ 46. Cui assimilatis me, & æquiparatis, & comparatis me, ut similis sim.

In secunda coniugatione נִרְוָה assimilauit, formauit similitudinem, similitudinē fecit, imaginatus est, cogitauit. Thren. 2. Quid assimilabo tibi. Os. 12. Per manum prophetarum assimilabam. Iesaiæ 40. Et ad quem assimilabitis deum. Cantic. 1. Equitauit in curribus Pharaonis assimilauit te, sodalis mea. Nu. 33. Et erit, sicut imaginatus sum, facere illis, ita faciam uobis. Iudic. 20. Me cogitauerunt interficere. Esther 4. Ne cogites in anima tua, ut euadas. Psal. 50. Cogitasti quod essem sicut tu. Iesaiæ 10. Ipse uero non sic cogitabit. Et cap. 14. Si non quemadmodum cogitasti, ita factum est. Psal. 48. Cogitauimus Iehoua pietatē tuam in medio templi tui.

In quarta coniugatione semel legitur defeciuè sine thau caractërica quartæ coniugationis. Iesaiæ 14. Ascendam super excelsa nubium, similis ero altissimo.

INDE NOMINA:

נִרְוָה Similitudo, sicut a נִרְוָה formatum est נִרְוָה & a נִרְוָה formatum est נִרְוָה Ezech. 19. Mater tua sicut uitis in similitudine tua iuxta aquas plantata, id est, sicut tu.

נִרְוָה Similitudo, conformitas. Gen. 1. Et dixit Deus, faciamus hominem in imagine nostra, secundum similitudinē nostram. Gen. 5. Et genuit eum in similitudine sua. Et iterum: In similitudine dei fecit eum. 2. Reg. 16. Et misit rex Achaz ad Uriam sacerdotē, similitudinē altaris. 2. Paral. 3. Et similitudo boum erat subter ipsum. Iesaiæ 13. Vox multitudinis in montibus, similitudo populū magni. Ezech. 1. Et de medio eius similitudo quatuor animalium. & cap. 8. Et ecce similitudo, sicut uisio ignis.

נִרְוָה Similitudo. Psal. 17. Similitudo eius sicut leo cupiens diripere.

308 נִרְוָה

Lacrymatus est, emisit lacrymas. Iere. 13. Et si non audieritis hoc in absconditis, flebit anima mea propter superbiam, & lacrymando lacrymabitur.

INDE NOMEN,

נִרְוָה Lacryma. Psal. 126. Qui seminât in lacryma. Iesaiæ 25. Et absterget Sustainator Iehoua lacrymã ab omnibus faciebus. Iere. 13. Et deducet oculus meus lacrymam. In statu regiminis נִרְוָה Eccl. 4. Et ecce lacryma oppressorū, & non erat illis consolator. Et in statu affixorū נִרְוָה Psal. 6. Cū lacryma mea grabbatū meū liquefaciã. Iesaiæ 38. Vidisti lacrymã tuã. Thr. 1. Et lacryma eius in maxillis ipsius. Exo. 22. Plenitudinē tuã & lacrymã tuã nō tardabis. Vocat Moses lacrymã quæquid est fluidum ut sunt uis, oleum, &

rum tuorū. Iob 28. Non calcauerunt eam bestia rapinę. Iesaię 42. Per semitas quas non cognouerunt, calcare faciam eos. Psal. 25. Calcare faciam humiles in iudicio. Iere. 9. Et calcauerunt linguam suam scilicet tanquā arcum. cap. 51. Filia Babel fuit ut area tempus calcandi eam. ubi hirik ponitur pro pathah.

INDE NOMINA

317 Et in distinctione sententię 777 uia, quę scilicet calcata est, & calcatur pedibus, id est, uia trita: Vandali sua lingua uocant droga. Transfertur autem sępissimę ad doctrinam, dogma, sectam, religionem, cultum, studia, opera, in quibus uersantur homines: item morem, consuetudinem, quę longo tempore introducta est. Gen. 49. Sit Dan serpens super uia. & cap. 45. Et dedit illis uaticum ad uiam. Et in quibusdam locis Hebręis id ę ualeat, quod nobis in Latina lingua uersus. Deut. 11. Postea uia occasus solis, id est, uersus occasum solis. Ezech. 40. Et porta cuius facies eius uersus Aquilonem. Et mox iterum: Et duxit me uia austris, id est aduersus austrum. & sic sępissimę in eo loco usurpatur. Secundo, pro more seu consuetudine. Gen. 19. Secundum uiam uniuersę terrę. cap. 31. Quia uia mulierum est mihi. Iesai. 10. Et baculum suū leuabit contra te in uia Aęgypti, id est, in morę Aęgypti, id est, in modum illum quo in Aęgypto. Et mox iterum: Et excitabit contra eum lehoua Zebaoth flagellum iuxta plagam Midian in petra Oreb, & baculum suum super mare, & eleuabit eum in uia Aęgypti. Item pro iudicio, seu causa in iudicio. Amos 2. Et uiam humilium declinabam. Item pro instituto, cultu, religione, dogmate, siue bono siue malo. Deut. 11. Et recesserit a uia, quam ego pręcipio uobis hodie. Reg. 15. Et ambulauit in uia patris sui. Amos 8. Et uiuit uia Beersaba, id est, cultu. Psal. 11. Et in uia improborū non stetit. Item ibidem: Quoniam nouit lehoua uiam iustorum. Item: Et uia improborum auferetur. Sic in ista figurata significatione nō raro usi ueniunt in Actis Apostolicis ut cap. 13. & 18. & 22. & 24. & ibidem quoq; illius legitur declaratio. In statu affixorum mutat prius sęgol in pathah, & alterum in seua. Num. 24. Balaak abiit in uia sua. Psal. 77. Deus, in sanctitate uia tua. Ies. 55. Derelinquat improbus uiam suā. Ezech. 18. Nūquid uia mea nō est recta. Iere. 29. Via eorum ipsius. Prou. 8. In principio uia suę, id est, instituti operis sui, creationis suę. Et dualiter 777 Prouerb. 28. Peruersus uiarū. Et pluraliter 777 Deut. 28. Et per sepre uias fugient. Ezech. 21. In capite duarū uiarum. In statu regiminis & affixorum 777 Prouer. 2. Ut ambulent in uis tenebrarū. & cap. 9. Coram oculis lehoua uia uiri. 2. Para. 21. Et in uis Asa. Pro. 3. In omnibus uis tuis cognosce illū. Pl. 119. Vias meas doce me. Ezech. 7. Et iudicabo te iuxta uias tuas. Calcatio, id est, uestigium. Deuter. 2. Non dabo uobis de terra eorum uestigium plantę pedum.

318

777

777

319

777

777

Auster, plaga meridionalis ab altitudine, aliās dicta 777 quod fertur ardore solis, aliās 777 quod ad dextram sita est. Deut. 33. Mare & austrum possidebis. Iob 37. Quando trāquilla est terra ab austro. Ezech. 42. Ventum austris mensus est, id est, partem australem. Generaliter significat querere, inquirere, exquirere, perquirere, sciscitari, percōtari, & simul importat curam, sollicitudinē & diligentia: mutat autē modū significandi secundū cōstructionē, quā habet multiplicē. Primo, ponitur absolute. Deut. 13. Et quesieris & scrutatus fueris & interrogaueris. Et cap. 17. Et inquires & indicabit tibi. Iud. 6. Et quęsierūt & interrogauerūt, & dixerunt. Psal. 10. Inquietus prę superbia uultus sui nihil querit, id est, curat. frag nichs darnach. Et mox iterū: Dixit in corde suo nō inquis, id est, nihil uel neminem curas. Secundo, regit post se accusatiuū mediante articulo 777, sine figura. Leuit. 10. Et hęc dum pro errato, quarendo querebat Moses. Deut. 21. Et sit tecum, donec quareat frater tuus eum. Ierem. 29. Quęrite pacem ciuitatis. Ezech. 34. Et non quesierūt pastores mei oues meas. Deinde quando dicitur quari Dominus seu deus, tum significat peculiari phrasi quærere uerbum & uoluntatem dei ex sacerdotibus, petere seu exquirere uoluntatem dei per sacerdotem. Ierem. 21. Quere nunc pro

314

777

exquirit, porro grammaticę discipulum appellant 777. Perfodit, transfixit, trāsodit. Notatq; talem transfossionē, quę penetrat interiora, intima, & secreta. Videtur cognationē habere cū 777, & significationē contrariam cū uerbo 777. Num. 25. Et trāsodit ambos ipsos. 1. Sam. 31. Euagina gladium tuū, & transode me, ne forte ueniānt in circūcisi illi, & transodiant me. Zachar. 12. Et respicient ad me, quem transoderūt. Ioānes Euāgelista citās hoc prophete dictum de Christo in cruce impletū cap. 19. ita reddidit: Videbit in quem transfossus, id est, pupugerunt. Similiter Apoc. 1. Et ueniet in nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum 777, id est, compunxerunt. In uoce passiuā 777 Iesaię 13. Omnis qui inuentus fuerit transodietur. In secunda coniugatione participium präteritum pluralis numeri 777 Iere. 37. Et remanserint ex eis uiri transfossi. & cap. 51. Et transfossi pateis eius. Threnorum 4. De fluxerunt transfossi.

INDE NOMEN,

777 Prouerb. 12. Tanquam transfossiones gladij.

315

777

Nomen substantiuum, & significatione congruit cum uerbo 777: significat enim libertatem, seu liberam remissionē, & differt a 777 sicut genus a specie: nam non tantum libertatem mutui, sed & debitorum, aliorumq; bonorum, atq; adeo etiā corporis notat, qualis concedebatur lege Mosaiica Leuit. 25. Anno quim quagesimo. At 777 libertatem mutui tantum significat, quę fiebat anno septimo iuxta legem Exo. 23. & Deuter. 15. Legitur autem Leuitic. 25. Et prędicabitis libertatem, &c. Iesaię 61. Ut prędicaret captiuis libertatem. Iere. 34. Ad prędicandum eis libertatem. Exod. 30. Myrrham libertatis, id est, liberę fluentem. Significat etiam hirundinem, eō quod sine corte, sine disciplina uaga uolandi libertate gaudet. Psal. 84. Etiam passer inuenit domum, & hirundo nidum sibi. Prouerb. 26. Sicut hirundo ad uolandum.

777 Nomen lapidis, quem parium esse dicunt coloris candidi, arbitrōr marmoris esse speciē, seu marmor candidū. Esther 1. Super pavementū smaragdo & pario stratū. 777 Tribulus, sic dictus, q; libera & sua sponte, absq; cultura in agro succrescit. Gen. 3. Et spinam & tribulum producet tibi. Osee 10. Spina & tribulus ascendet super altarihus eorum. Sic 777 ad Hebr. cap. 6. etiam 777 ueritit.

777

316

777

Inde nomen 777 gradatio unius arulę ad alteram superiorem in formam pyramidis: itaq; congruentiā habet significatione cum 777 & 777 nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Canticum 2. In absconsiōne gradationis. Et pluraliter 777. Ezechielis 38. Et cadent gradationes, & omnis murus in terram cadet.

317

777

Congruit aliquo modo cum 777, & significat calcare pedibus siue terram & uiam, siue quid aliud. Deut. 1. Et ipsi dabo terram, in qua calcabit ipse. Thren. 1. Torcular calcauit lehoua. Iesaię 62. Torcular calcui solus. Mich. 1. Et calcabit excelsa terrę. Iosue 14. Nisi per quam calcauerit pes tuus. Num. 24. Calcavit stella ex Iacob. Threnor. 4. Calcavit arcum suum, id est, calcando retendit, seu pedibus tetendit. Mich. 6. Calcabis oliuā. 1. Sam. 5. Ideo non calcabant sacerdotes Dagon. Participium præsens 777 Iesaię 59. Omnis calcans per eam. & cap. 63. Et uestimenta tua sicut calcantis in torculari. Et pluraliter 777 Iere. 25. Celeusma sicut calcantes respondebit. Nehe. 13. Vidi in Iehuda calcātes torcularia. Et in statu regiminis 777 Iere. 46. Calcantes arcum. Participium präteritum foeminini generis 777 Iesaię 21. A facie arcus calcati. Et pluraliter 777. Iesaię 5. Et omnes arcus eius calcati. In tertia coniugatione 777 Iesaię 11. Et calcare faciet in calceamentis. Prou. 4. Calcare feci te in semita rectitudinis. Psal. 119. Fac calcare me in semita mādatorum

mini, inquiens, scripturas, hæ enim sunt, &c. Decimo construitur semel cum præpositione. Iob 39. Inuestigat montes, pascua sua & post omnia quæ sunt uiridia inquirat.

Participium præsens וּשְׂרָה Esther 10. Quærens bonum populo suo. Ies. 16. Quærens iudiciū. Et pluraliter in statu regiminis וּשְׂרָה Psa. 69. Quærentes deum. Psa. 9. Non dereliquisti quærentes te Iehoua.

Participium præteritū pluralis numeri masculini generis וּשְׂרָה Psa. 111. Magnifica sunt facta Iehoua, exquisita omnibus cupientibus ea. Et in genere fœminino וּשְׂרָה Ies. 62. Et tibi dicit requisita ciuitas, & non deserta.

In uoce passiuæ וּשְׂרָה Gen. 42. Et ecce sanguis eius requiritur. 1. Paral. 26. In anno quadragesimo regni Dauid requisiti sunt, & inuenti sunt. Ies. 65. Quæsitus sum à non interrogauerunt, id est, ab illis, qui nõ uenerant antea, me ut quærent. Ezech. 14. An quærar quæsitus ab illis. Et cap. 20. Vivo ego, quæsitus nõ inueniar ab eis. Sic Ezech. 26. Adhuc inquirar à domo Isral.

INDE NOMEN:

וּשְׂרָה Quæsitium in quo res à regibus gestæ quæruntur, nos uocamus repertoriū, uel historiam, uel annales. 2. Paralip. 13. Et reliquas res Abia, & uias eius, & gesta eius, scripta sunt in quæsitio Prophetæ Iddo. 2. Paral. 24. Ecce ista scripta sunt in quæsitio libri Regum.

וּשְׂרָה 320 Programinavit, progerminauit, & non tantum de terræ nascentibus germinibus, sed etiam arborum dicitur. Ioelis 2. Ne timeatis bestia agrī, quia programinauerunt pascua deserti.

In tertia coniugatione וּשְׂרָה programinavit, progerminauit. Gen. 1. Progerminet terra progerminationem, herbam seminificantem semen, lignum fructus, faciens fructum secundum speciem suam, &c.

INDE NOMINA:

וּשְׂרָה Generale nomen ad gramina, herbas, & arborū folia, q. d. progerminatio seu progermen. Gen. 1. Progerminet terra germen, herbam seminificantem semen, lignum fructus, faciens fructum secundum speciem suam. Et mox iterum: Et produxit terra germen. Deut. 32. Fluat sicut ros sermo meus, sicut imber tenuis super germen, & sicut pluuia densa super gramen. 2. Sam. 23. A splendore post pluuia, germen e terra. 2. Reg. 19. Erunt uelut herba agrī, & olus germinis fœnum tectorum, & aruum ante culmum. Iob 6. Num rudet fera super gramine, & cap. 38. Et adgerminare faciem dum productione germinis. Psa. 23. In pascuis graminis recubare fecisti me. Psa. 37. Sicut uiror gramini marcescent. Proverb. 27. Apparet fœnum, & uidetur gramen, & colliguntur herbae motium. Ies. 15. Quoniam aruit fœnum, celsauit gramen, uiror non fuit. & cap. 66. Et ossa uestra quasi gramen germinabunt. Iere. 14. Quin etiam cerua in agro genuit, & derelinquendo, quia non fuit gramen.

וּשְׂרָה Gramen. Iere. 50. Lasciuuetis sicut uitula in gramine.

וּשְׂרָה 321 Impinguatus est. Deut. 31. Et comedit & saturabitur & impinguabitur. In secunda coniugatione וּשְׂרָה impinguauit. Psa. 23. Impinguasti oleo caput meum. Prou. 15. Auditus bonus impinguat ossa. Psa. 20. Et holocaustum tuum impinguet car. ubi ultima litera he est paragoga, quanquam multi alij sic exponant. Incineretur, scilicet cœlitus.

In uoce passiuæ וּשְׂרָה Prou. 11. Anima benedictionis impinguabit. & cap. 28. Cōfides super Iehoua impinguabitur. Ies. 34. Et puluis eorū ab adipe impinguabitur.

In tertia coniugatione uocis passiuæ semel legitur, & irregulariter Ies. 34. Gladius Iehoua repletus est sanguine, impinguatus est ab adipe.

INDE NOMINA:

וּשְׂרָה Pinguis. Ies. 30. Et erit pinguis & uber. Et pluraliter וּשְׂרָה Psa. 92. Pingues & uirides erūt. Et in statu regiminis וּשְׂרָה Pf. 22. Et incuruabit se omnes pingues terræ.

וּשְׂרָה Pinguedo. Psa. 63. Sicut adipe & pinguedine saturabit anima mea. Ies. 55. Et oblectabit

pro nobis ipsum Iehoua. Ezech. 20. Venerunt uiri ad me, ut quærent Iehoua, & sederunt coram me. Ies. 9. Iehoua Zebaoth non exquisiuerunt. Psa. 34. Quæsiuit Iehoua & respondit mihi. Psa. 14. An sit quærens deum. Gen. 25. Abijt ergo ad querendum Iehoua. 2. Reg. 22. Quare obsecro hodie uerbum Iehoua. Et quando deo adscribitur, tum significat deo cura esse. Deu. 11. Terra quam Iehoua deus tuus curat, suntq; oculi Iehoua dei tui in ea. Legitur tamen ter habens ultra articulum נָשׁ literam mem, & uale, per. 1. Reg. 22. Et inquiramus per eum. Et mox iterum: Est uir unus, ut queramus Iehoua per eum. 2. Reg. 3. Ut queramus Iehoua per eum.

Tertio, legitur aliquoties tamē absq; articulo נָשׁ Exod. 18. Quoniam ueniet ad me populus ad querendum Iehoua. Exod. 17. Et quando audieris, & inquisieris probe. Psa. 9. Quærens sanguines eorum, recordabitur. Psa. 119. Quoniã mandata tua exquisiui. Prouerb. 31. Quærit lanam & linum. 1. Paralip. 16. Quia omnium inquit Iehoua. Quarto, cum pronominibus affixis. Gen. 9. De manu omnis animantis requiram eum. 1. Paralip. 28. Si quæsieris eum, inuenietur abs te. Psa. 9. Quoniã non derelinques quærentes te, Iehoua. Quinto, construitur semel cum he articulo emphatico. 2. Paral. 32. Ad inquirendum miraculum illud, quod erat in terra.

Sexto, construitur aliquoties pro cum datiuo mediante articulo lamed, & tum dupliciter accipitur: primò pro præpositione de. Gen. 9. Sanguinem uestrum de animabus uestris requiram. Et iterum: Idem uerbum repetitur cum mem præpositione, ut inde cõjcere licet lamed pro mem accipiendum. Item 2. Sam. 11. Et misit Dauid & querebat de muliere illa, dicens: Est ne hec filia Eliam? Iob 10. Ut quæras de iniquitate mea, & scruteris de errato meo. Psa. 142. Non est qui inquirat de anima mea. Iere. 38. Vir iste non quærit de pace populi. Aliàs accipitur pro נָשׁ ad. Et notat peculiari phrasi spe quadam concepta conferre se ad aliquem petiturus seu quæsiturus cõsilium seu auxilium & salutem ab eo. Deut. 12. Et ne quæras ad idola eorum, quo inquiens, modo gentes illæ coluerunt deos suos, sic ego quoq; faciam, id est, ne conferas te ad idola. 1. Paralip. 22. Et nunc date cor uestrum, & animam uestram, ut queratis ad Iehoua. 2. Paralip. 15. Quicumq; uero non quæret ad Iehoua ut ipsum cõsulat. 2. Paral. 17. Et non quæsiiit ad Baalim, sed ad deum patris sui quæsiiit. 2. Paral. 31. Ut quæret ad deum suum. Esdra 4. Quia perinde ut uos quærimus ad deum uestrum. Ies. 66. A populo meo, qui quæsiiit ad me. Ezechielis 14. Et quando uenerit ad Prophetam, ut conferat se ad ipsum petiturus cõsilium in uerbo meo. Item, construitur cum נָשׁ ut in subiectis quinq; locis, & peculiari phrasi, ut supra quoq; admonui, significat conferre se ad aliquem quæsiturus cõsilium uel auxilium ab eo. Deuteron. 18. Et qui quærit ad mortuos, id est, recipit se ad mortuos, eos ut quærat. Iob 5. Venerunt enim ego quæram ad Deum, id est, ad deum deseram quæstionem. Ies. 19. Et quærent ad idola. Sic Ies. 11. Ad eum gentes quærent, id est, cõferent se ad eum, quæsiturus per ipsum salutem. Ita uidemus hunc locum cõcinere cum alijs scripturae locis, quibus Ecclesiam gentiū ad Christū congregandam Prophetæ alijs licet uerbis prædixerunt: Qui, inquã, omnes in prophetiã Iacobi patriarchæ. Gen. 49. Et erit ad ipsum aggregatio populorū, respexerūt. Ies. 2. Et cõfluēt ad eum omnes gētes. Mich. 4. Et cõfluent ad eū populi, & ibūt gentes multe. Hagget 2. Et ueniet cū desiderio gentes, &c. Et usi sunt uerbis quæ motū & quidē uoluntariū, & pronã animi lubentiã & inclinationē important.

Septimo, construitur cū beeth præpositione. 1. Sam. 28. Quærite mihi mulierē habentem Pythonem ut uadam & quæra in ea. 2. Reg. 2. Vos ambulatis ad querendum in Baalzebub, deo Ekron. 2. Paralip. 34. Et ad regem Iehuda qui misit uos ad quærendū in Iehoua, sic dicetis. 1. Paralip. 10. Et non quæsiiit in Iehoua.

Octauo, construitur cum נָשׁ. 2. Paralip. 24. Quare non quæris super Leuitis, id est, exiit a Leuitis, ut adferant de Iehuda & de Ierusalem tributum Mosi. 2. Paralip. 31. Et Ezechias querebat super sacerdotibus.

Nono, construitur cum נָשׁ. Ies. 34. Quærite in libro Iehoua, & legite. Et hac phrasi Ioannes Euangelista uerba Christi ad Iudæos refert, Scrutamini

הו יראת ייחיה היא חכמה

330

ה

ARTICVLVS est seruans omnibus casibus nominum appellatiuorum.

Secundo, restringit significationem nominum, quibus preponitur, ideo nominibus proprijs non preponitur, eo quod non opus habeat restrictione. Tertio, addita nomini appellatiuo, addit quoque illi emphasin, non aliter atque Latini ista pronomina, ille, ipse. Psal. 1. Beatus uir ille. Quarto, est aduerbium uocandi o. Mich. 2. O diuina domus iacob. Quinto, preposita uerbis significationem habet relatiui uel siue uel Gen. 4.6. Omnis anima domus iacob, quae uenit. Psal. 18. Qui cingis me uirtute. 1. Paralip. 29. Omnis populus qui inuentus est. Iesai. 41. Qui dico tibi. Sexto, preposita dictionibus subscripto communiter hateph pathah est interrogatiua, an, num, nunquid. Gen. 4. Num custos fratris mei ego. Iob 5. Voca nunc an sit qui respondeat. Septimo, anteposita nominibus notat quandoque motum ad locum, sicut si in fine localibus apponitur. 2. Reg. 2. In caelum. 1. Paral. 26. Ad ascensum. Octauo, interponitur aliquando duabus dictionibus nihil significando. 2. Paralip. 7. Et ignis descendebat a caelo. 1. Sam. 17. Batai tharai. Nono, expositiue, ut intelligas eandem personam, aut rem, de qua prius facta est mentio. Decimo, efficit ex uerbis nomina uerbalia, & communiter generis foeminini, si in fine additur precedente cametz, notitia scabellum. Iesai. 66. Terra autem scabellum pedum meorum. Tharai notitia, cognitio. Iesai. 3. Cognitio faciei ipsorum respondet contra ipsos. Esther 1. Et ereptio stabit iudeis. Thren. 3. Sine intermissionibus. Undecimo, nomini appellatiuo apposita ex masculino foemininum constituit. Gen. 2. Propterea uocabitur uira, quoniam de utro sumpta est. Duodecimo, addita in fine nomini foeminini generis auget significationem illius. Exod. 15. Cecidit super eos formido, & metus. Psal. 3. Non est illi salus in deo. Psal. 44. Surge in auxilium nobis. Iob 5. Et iniustitia contrahet os suum. Ezechiel. 28. Donec inuenta est iniustitia in te. Decimotertio, in fine nominibus localibus adiuncta, importat motum ad locum. Ge. 28. Et dilataberis in occidentem, & in orientem, & in Aquilonem, & in Austrum. 2. Sam. 13. Et intulit ad Amnon fratrem suum in penetrabile. Decimo quarto, in fine apposita tum nominibus, tum uerbis, etiam relatiui officium subit foeminini generis precedente cametz, & accepto saepe puncto, qui a Grammaticis mappik dicitur, de quo in pronomibus uidere poteris: induit enim tum naturam pronominis. Caterum quando habet super-nem, holum tum est masculini generis. Gen. 13. Tentorium eius. Et cap. 49. Ligas ad uitem pullum suum. Et mox iterum: Et in sanguine uuarum operimentum suum. Exo. 22. Et dimiserit iumentum suum. 2. Reg. 20. & Iesai. 39. Et ostendit eis omnem domum aromatum suorum. Habakuk 3. Et ibi latibulum fortitudinis suae, &c.

331

הז

Demonstrandi aduerbium, en, ecce, sicut in Gen. 47. Ecce uobis semen. Ezech. 16. Ecce uia tua.

החב

Vide in themate.

332

התל

Vanitas, res leuis & cito euanescent. Et ut literarum tantum transpositione, ita modo solum significandi differt a uerbo בתל: utrunque enim tempus correptum importat, sicut e contra בתל & בתל productionem important. Et legitur singulariter tantum in statu regiminis בתל Eccl. 1. Vanitas uanitatium. Et pluraliter בתלים Eccl. 1. Vanitas uanitatium. & cap. 5. Quia in multitudine somniorum etiam uanitates, & uerba multa. Iere. 10. Disciplina uanitatium lignum est.

Vanitas, res uanida & cito euanescent. Iob 7. Quia uanitas sunt dies mei. Psal. 72.

q 2 Vanit-

stabit se in pinguedine anima uestra. Et in distinctione sententiae Job 36. Et quies mentis tua plena pinguedine. Iere. 31. Inebriabo animam sacerdotum pinguedine. Et in statu affixorum mutat prius saegol in hirik ad differentiam alterius quod cinerem significat. Iud. 9. Num cessare faciam pinguedinem meam.

333

Contrario modo significandi accipitur pro cinere, qui omni pinguedine amplius caret, calore ignis exiccatus, materia exiccata igni, & macra. Leuit. 4. Iuxta effusio nem cineris comburetur. & cap. 6. Et leuabit cinerem in quem consumperat ignis holocaustum. 1. Reg. 13. Ecce altare findetur, & effundetur cinis, qui est super ipso. Iere. 31. Et omnem uallem cadaverum & cineris. Et in distinctione sententiae Leuit. 1. Ad locum cineris. Et in statu affixorum mutat prius saegol in pathah, & alterum in seua, & circa primam uocem pathah discernitur a priore, quod pinguedinem significat, & cum hirik punctatur. Exo. 27. Facies ollas eius pro cinere eius.

INDE VERBUM,

334

Decinerauit, id est, a cinere repurgauit, cinerem remouit. Num. 4. Et decinerabunt altare, & expandent super illud pannum purpureum.

332

הת

Lex, mandatum, edictum, statutum, decretum. Et in lingua Babylonica magis est usitatum, quam Hebraea. Deut. 33. A dextera eius ignis, mandatum ad eos. Esther 1. Et ipsa compositio secundum decretum, non cogens. Et iterum: Coram omnibus scientibus decretum, & sententiam. cap. 2. Iuxta statutum mulierum. Item pro tributo scilicet statuto & decreto usurpatur. Esdr. 6. Et de thesauris regis, quos ex tributo habet trans flumen. Et in statu affixi manet inuariatum. Esther 2. Cum audiretur uerbum regis & mandatum eius. Legitur in Daniele cum aleph הנה cap. 2. Et decretum editum est, & sapientes interfecti sunt. Et iterum: Quare mandatum publicatum est a rege.

Et in statu regiminis & affixorum הנה Esdr. 8. Et dederunt mandata regis ad satrapas regis. Esther 1. Scribatur iuxta decreta Persarum & Medorum. Et cap. 3. Et decreta eorum muta ab omni populo, & decreta regis non facientes, &c.

DE NOMINIBVS MULTILITERIS ET PEREGRINIS.

323

הבשה

Gibbus seu tuber camelorum, & arbitratur uocem esse peregrinam. Iesai. 30. Et super gibbo camelorum thesauros suos.

324

הובנית

Gallus syluestris, cuius fit mentio Leuit. 11. & Deuter. 14. Et est de numero prohibitarum aurum.

325

המשק

Damascus, quare in themate.

326

הרו

Quare in themate.

327

הרמ

Stimulus. 1. Sam. 13. Et ad stabiliendum stimulum. Et pluraliter הרמים Ezech. 12. Verba sapientum sunt sicut stimuli.

328

הרמונים

Drachmae: nomen a Graecis mutuatum, sicut הרמונים. Esdr. 2. Secundum facultatem suam dederunt in thesaurum operis aurum, drachmas sexaginta millia & mille. Nehe. 7. De capitibus patrum dederunt in thesaurum operis aurum drachmas uiginti millia.

329

הרמונים

Drachmae, sicut הרמונים a Graecis mutuatum. 1. Paralip. 29. Et drachmas decem mille. Esdr. 8. Et crateras auri drachmas millenas.

potest, ibi ipsum. Et in genere foemino subscripto hirik subhe sequente uat
היה, uel iod היה illa ipsa. Gen. 38. Et fuit in tempore illo. Et iterum: Vbi est pro-
phana illa. Et mox iterum: Ipsa educitur. Gen. 14. Et rex Bela, ipsa est Zoar. cap. 38.
Et ipsa misit ad focerum suum. Ezech. 21. Ipse est acutus gladius, & ipse est politus.
Et mox iterum: Ipse est in populo meo, ipse est inter omnes principes Israel. Et cap.
23. Et dixit ad inueteratam adulterijs, nunc meretricabuntur cum ea meretricatio-
nes eius, etiam ipsa. 1. Reg. 17. Et comedit ipsa, & ipse.

342

הרה

Legitur uerbaliter tantum in secunda coniugatione הרה, & congruit signi-
ficatione cum uerbis הרה & הרה accipitur in malam partem: significat enim
cogitare, statuere, decernere aliquid ex malo desiderio seu affectu. Psa. 62. Vsq-
quo desideratis seu cogitatis super uirum, ut occidatis.

INDE NOMEN,

הרה Nomen foemini generis: sed ut nomen הרה non nisi in statu regiminis הרה &
cum affixis הרה, ita etiam hoc tantum in statu regiminis הרה & cum affixis הרה
legitur, atq; eadem propemodum significatione, nisi quod hoc semper de prauo
desiderio dicitur. Deinde quod ad significandi rationem & modum attinet, simi-
liter se habet ut nomen הרה. Primo enim significat actiue desiderium seu studium
prauum, quod ex corruptione naturae nascitur, quo aliquis non renatus sua tan-
tum, no quae dei, aut proximi sunt, quaerit: imo, quae deo aduersa, & proximo dam-
nosa sunt & nocent, facit: ut Mich. 7. Et magnus loquitur scientiam animae suae, id
est, desiderium, scilicet sciendi. Prouerb. 10. Non esurire sinet lehoua animam iusti,
& scientiam improborum expellet, id est, cupiditatem habendi seu avaritiam. &
cap. 11. Iustitia rectorum liberabit eos, sed in scientia excussores capientur. In sta-
tu affixi ponitur passiuè, pro infortunio seu calamitate, qua aliquis afficitur ex al-
terius hominis petulantia. Job 6. Si ponderando ponderaretur dolor meus, & in-
fortunium meum. cap. 3. Ad infortunium meum proferentur. Psa. 52. Corrobo-
ratur in infortunio meo. Et pluraliter הרה & הרה Job 6. Aut palatus meus
non sentiet scientias. Psa. 5. Non est in ore ipsorum certum, internum ipsorum
scientia. Psa. 38. Quarentes malum meum loquuti sunt scientias. Psa. 52. Fien-
tias cogitabit lingua tua. Psa. 91. A peste scientiarum. Prouerb. 19. Scientia patri suo
filius stultus.

הרה & הרה Vide in suo themate הרה.

343

הרה

Legitur uerbaliter semel in scriptura sacra, & quidè in tertia coniugatione, eoq;
difficilius propria illius significatio deprehendi potest: quatum autem ex loco
Numeri 14. & ex Onkelos & septuaginta translatione consicitur, significat ea
quae sparsa erant colligi, & condensari, & coartari: unde uerbo contendendi trans-
tulserunt. Deut. 1. Et contredistis ascendere in motem, pro quo Num. 14. scriptum
legitur ויבטלו, id est, & conati sunt seu contenderunt ascendere.

INDE NOMINA:

הרה Copia ex multis rebus in unum collecta, opulentia, diuitia. Psa. 119. In uia testi-
moniorum tuorum gauisus sum, sicut super omni collecta, id est, opulentia. Pro-
uerb. 13. Est qui pauperem se simulat, & opulentia multa. cap. 10. Opulentia diui-
tis ciuitas potentiae suae. Ezechiel. 27. Tharsus negociatrix tua, de omni opulentia
in argento, in ferro, stanno & plumbo, dederunt mercatus tuos. Prouerb. 13. Opu-
lentia ex uanitate minuetur. Et cap. 19. Domus & opulentia, hereditas parentum.
& cap. 30. Et quarrum non dicit opulentia. Et iterum: Et ignis non dicit opulentia.
Et legitur semel cum aleph הרה Osea 12. Equidem diues sum, & inueni opulenti-
am mihi. Et cum affixis. Prouerb. 3. Honora lehoua de opulentia tua. Et cap. 28.
Multiplicans opulentiam suam usura, & incremento. Et pluraliter הרה quod
legitur cum affixo Ezech. 27. In multitudine opulentiarum tuarum, & mercium tua-
rum distasti reges terrae.

הרה Mensurae genus liquidorum, ut uini & olei continens duodecim הרה, at הרה con-
tinuit
q 4

INDE NOMINA:

הרה Decor, ornatus. Dan. 11. Et stabit super sede eius exactor in ornatu regni. Et in
plurali statu regiminis הרה Psa. 110. Populus tuus liberalitatum in die uirtutis
tuae, in ornatus sanctitatis ut ex utero aureo, ita tibi natiuitas tua, quamquam in
aliquibus codicibus scriptum sit & legatur הרה in montibus sanctitatis.

הרה Decor, ornatus, forma masculini generis. Deut. 33. Tanquam primogeniti bouis
decor ei, & cornua unicornis cornua eius. 1. Paralip. 16. Celebritas & decorum
ipso. Psa. 8. Gloria & decore coronabis eum. Psa. 29. Vox lehoua in uirtute, uox
lehoua in ornatu. Iesaja 53. Non est forma ei, neq; decor. In statu regiminis הרה
Prouerb. 20. Decor iuuenum robur ipsorum, & ornatus senum canicies. Iesaja 2.
Abscondere in puluere à pauore lehoua, & à decore cellitudinis eius. Iesaja 35.
Gloria Libani dabitur ei, & decor Carmeli & Saron. In statu affixorum. Thren. 1.
Et egressus est à filia Zion omnis ornatus eius. Ezech. 16. Quoniam absolutum est
propter decorem meum. Et in forma foeminea status regiminis הרה 1. Par. 11.6.
Venite ante ipsum, genua flectite ipsi lehoua in ornatu sanctitatis. Prouerb. 14. In
multitudine populi decor Regis.

הרה

Celebrauit: congruit significatione cum uerbis הרה & הרה, nisi quod ut
forma, ita modo significandi inter se differant. Psa. 23. Et cantico meo celebra-
bo eum. est autem prima persona futuri primae coniugationis.

INDE NOMEN,

הרה Celebritas, dignitas, gloria, maiestas à qua aliquis celebratur & quae celebrem &
gloriosum reddit. 1. Paralip. 29. Magnificauit lehoua Salomonem gloria in ocu-
lis totius Israel, & posuit super eum gloriam regni, qualis non fuit super ullo rege
ante ipsum. Et Christus Matth. 6. ubi de gloria Salomonis loquitur, reddidit Grae-
co nomine δόξα. Item Zacharia 6. Ipse edificabit Basilicam lehoua, portabitq;
gloriam. Psa. 21. Gloriam & decorem posuisti super eum. Iesaja 30. Audire faciet
lehoua maiestatem uocis suae. Zacharia 10. Et posuit eum quasi equum gloriae suae
in bello. Prouerborum 5. Ne des alijs gloriam tuam, &c. De hoc nomine etiam
in themate הרה &c.

341

הרה

Et cum aleph in fine הרה fuit, congruit significatione cum uerbo הרה, nisi quod
deriuata utriusque modo significandi uariant. Ita quoque ut forma, ita mo-
do significandi dissentit à uerbo הרה. Insuper arbitror Latinos haec uerba suo,
& suo ab hoc Hebraeo mutuasae, eò quod tam uoce, quam significatione con-
gruunt. Genesis 27. Fias heros fratribus tuis. Job 37. Quam diu dicit fias super
terram. Ies. 26. Moab fias abscondio eis. Ecclesiast. 11. In loco quo ceciderit lignum,
ibi fiet: uel, ibi ipsum.

Participiū praesens הרה Eccl. 2. Quid sit homini ex omni labore suo; Nehemiae
6. Et tu sis illis in regem.

INDE NOMINA:

הרה Nomen participiale, scientia, euentus: & semper in malam partem sumitur pro scien-
tia mala, seu euentu & accidete aduerso dicitur, quod fiet, & futurum est, & tamen
non definitur quid & quale sit: Vnde eadem ratione hoc nomen scientiam malam
significat, qua רבה malum indefinitum. Iesaja 47. Et ueniet super eum malum, cuius
originem ignoras, & cadet super te scientia, quam non poteris placare. Ezech. 7.
Scientia super scientiam ueniet, & rumor super rumorem erit.

הרה

Cum schurek in uau est pronomen masculini generis, ille, ipse, & dicitur de perso-
na seu loco seu re absente. Et simul includit sapissime uerbum substantiuum, Est.
Gen. 4. Et Abel attulit etiam ipse de primitijs ouium suarum. cap. 44. Qui furatus
est cyphum, ipse seruus meus. Gen. 2. Ipse est qui circuit, &c. Et cap. 10. Ipse fuit po-
tens uenator. cap. 41. Somniauimus somnium nocte eadem ego & ipse. cap. 32. Et
uocauit nomen loci illius. Leuit. 24. Quia sanctum sanctorum ipsum ei. Legitur
semel הרה quod mulier pro tertia futuri accipiunt sic interpretantes locum Eccl. 1.
11. In quo loco ceciderit lignum, ibi fiet. tamen pronominaliter etiam sic exponi
potest

6. Vestigia Seba expectarunt sibi. Psalm. 68. Viderunt vestigia tua Deus, vestigia dei mei, regis mei in sanctitate. Habakuk 3. Itinera mundi. Prouerbiorum 31. Speculatur ipsa vestigia domus suae. Nahum 2. Impingent in itineribus suis. Psal. 68. Vestigia tua Deus.

חלבוהו Ambulatores, seu ambulationes, ambulatoria. Nehem. 12. Et ambulacra ad dextram super murum.

חלה Iter, uia, itinerarium, deambulatorium. Et in statu regiminis חלה Ezec. 42. Et ante exedras deambulatorium decem cubitorum. Ionae 3. Itinere trium dierum. Et pluraliter חלה Zachariae 3. Et dabo itinera inter istos stantes, id est duces.

חלף Transposita litera he, & eadem mutata in aleph, angelus, legatus, siue homo siue spiritus, qui destinatus est ad legationem seu ministerium perficiendum, quiq; habet mandatum a domino suo eundem ad annuncian dum uel efficiendum aliquid, Graecis ἀγγελος uel ἄγγελος. Quando autem de homine, uel spiritu intelligi debeat, ex uerbo sibi adiuncto uel alijs circumstantijs cognoscere licebit: uerbum חלה apparendi de angelis spiritibus semper dicitur, sed quando de angelis hominibus dicitur, tum uerba apponuntur quae corporibus congruunt non spiritibus.

DE ANGELIS HOMINIBVS.

1. Samuelis 23. Et legatus uenit ad Saul dicens. 1. Reg. 19. Et misit Iesabel nuncium ad Eliam. Prouerbior. 16. Nuncius improbus cadet in malum. Et cap. 17. Improbus quaerit malum, & nuncius crudelis mittetur ad illum. Eccl. 5. Ne dicas coram legato ignorantia est, id est coram ministro sacerdote. Job 33. Si est iuxta eum legatus eloquens. In statu regiminis חלה Iudic. 2. Ascendit autem nuncius Iehoua de Gilgal ad Bochim, id est, Pinhas sacerdos. Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & doctrinam quaerit ex ore eius, quoniam angelus ipsius Iehoua exercituum est. In statu affixorum retinet sub aleph cametz. Iesaias 42. Quis est cecus nisi seruus meus, & surdus, sicut nuncius meus, quem missurus sum. Malach. 3. Ecce ego mitto nuncium meum, & repurgabit uiam in conspectu meo, scilicet doctrina. Et pluraliter חלה Gen. 32. Et misit Iacob nuncios ante se ad Esau fratrem suum. Iosue 6. Quoniam abscondit nuncios, quos misimus. In statu regiminis חלה Genes. 28. Et ecce angeli Dei ascendentes, & descendentes in ea. 1. Samuel. 19. Fuitq; spiritus Dei super legatos Saul, & prophetauerunt etiam ipsi. Prouerb. 16. Furor regis, nuncij mortis. In statu affixorum retinet formam pluralis absoluti. Numeri 14. Nunquid nuncijs tuis, quos misisti ad me loquutus sum. Iesaias 44. Et consilium nunciorum suorum ipse perficit. Nahum 2. Et non audiat amplius uox nunciorum tuorum.

DE ANGELIS SPIRITIBVS.

Atq; eodem modo se habet in statibus ut supra. 1. Sam. 29. Et respondens Achis ad Dauid, scio qd bonus sis, & es in oculis meis sicut angelus Dei. 2. Sam. 14. Sicut angelus dei est sustentator rex, ut audiat bonum & malum. Et mox iterum. Et sustentator meus sapiens est secundum sapientiam angeli Dei, ut sciat omnia, quae sunt in terra. 2. Sa. 19. Et detulit seruum tuum apud sustentatorem meum, sed sustentator meus rex tanquam angelus Dei: fac igitur quod bonum est in oculis tuis. Gen. 16. Et inuenit eam angelus ipsius Iehoua iuxta fontem. Exo. 23. Ecce ego mitto angelum ante te ad custodiendum te in uia. Num. 20. Et cum clamassem ad Iehoua, exaudiuit uocem nostram, misitq; angelum, & eduxit nos ex Aegypto. Psal. 34. Castrametatur angelus Iehoua circumquaque timetes eum. Gen. 31. Et dixit angelus Iehoua ad me in somnis. 1. Reg. 13. Et tunc ego sum propheta sicut tu, & loquutus est angelus ad me in uerbo Iehoua dicens. 2. Reg. 1. Et loquutus est angelus Iehoua ad Eliam. Gen. 24. Iehoua deus coeli & terrae, &c. mittit angelum suum ante te. Et pluraliter חלה Gen. 19. Et uenerunt duo angeli Sodomam. In statu affixorum. Psal. 103. Benedicite ipsum Iehoua angeli eius. Psal. 104. Qui facit angelos suos uentos, & ministros suos ignem flammae. Ex his iam enumeratis locis licet colligere definitionem angeli, quod sit substantia spiritualis, sapiens, iusta, obediens dei, creata a Deo in ministerium Ele-

Et ibat de anno in annum. Deuteron. 17. Et fui tecum in omnibus in quibus ambulasti. Gen. 34. Et accipiemus filiam nostram, & ibimus. Iere. 32. Et in lege tua non ambulauerit. Num. 22. Ut quid non profectus es ad me, &c. Haec sunt uerba Balak, ideo peregrina lingua usus est hoc uerbo. Hebraeus usus esset uerbo חלה iuxta supra dicta, & ista ibidem, Ne queso prohibeatis proficisci ad me. Porro Iosue 10. Et dixit ad principes, uiros belli, qui profecti erant cum ipso. aleph litera est paragogica. In Imperatuo etiam perfecte, sed tantum semel. Ierem. 41. Qui euasistis a gladio, abite, ne stetis. At in alia forma frequentissimo est usu. In futuro similiter est usitatus in forma חלה qd in ista, tamen aliquot in locis scripturae legatur regulariter, ut Iob 16. Non reuertar, ibo. Et mox iterum: Quid a me abibit. Legitur tamen bis irregulariter in alia forma. Exod. 9. Ambulabat ignis super terra. In infinitiuis similiter non est ita usitatum ut in forma חלה Genes. 8. Et reuertebantur aquae desuper terra eundo & redeundo. & cap. 31. Et nunc ambulando ambulasti.

Participium praesens חלה 1. Sam. 2. Et Samuel pergebat. Eccl. 1. Generatio abit, & generatio uenit. Hic componuntur ista duo uerba diuerso modo motum significantia, ut supra admonuimus. Et pluraliter חלה Gen. 37. Euntes ut descendere faceret in Aegyptum. Psal. 119. Qui ambulant in lege Iehoua. Et in statu regiminis חלה Iudic. 5. Et ambulantes semitas. Iere. 6. Ambulantes fraude. Et in genere foemino חלה Iere. 3. Ambulat ipsa omnem montem. Et in altera forma חלה Gen. 32. Placabo eum munere, quod pergit ante me. Et pluraliter חלה Exod. 2. Et puellae eius ibant. 1. Samuel. 25. Et quinque puellae eius ibant ad pedes.

In uoce passiuua חלה significatione neutrali. Psal. 109. Sicut umbra cum declinat, ambulauit.

In secunda coniugatione חלה importat plerumq; conuinitatem ambulationis. Iob 30. Ater incessi sine aestu. Psal. 38. Tota die incessi. Psal. 131. Neq; ambulauit in magnis. Eccl. 11. Et ambula in uis cordis tui. Psal. 86. Ambulabo in ueritate tua. Psal. 85. Iustitia ante eum ambulauit. Iesaias 59. In caliginibus ambulabimus. Psal. 89. In lumine uultus tui ambulabunt. Semel est transituum, & fungitur officio tertiae coniugationis, quam in hac forma non habet. Iob 24. Nudum ambulare fecerunt absq; indumento, id est dimiserunt, seu expulerunt.

Participium praesens pluralis numeri חלה Eccles. 4. Vidi cunctos uiuentes, qui ambulauit sub sole.

In quarta coniugatione חלה in ultima cum zere, at quando sequitur dicitio cui cum uirgula makaph coniuncta est, tum mutat zere in sagol, & plerumq; ambulationem significat, quae fit animi gratia. Exod. 21. Et si surrexerit & ambulauerit in platea super baculo suo. 1. Sam. 30. Et in omnibus locis in quibus conuersatus erat Dauid ipse, & uiri eius. 2. Sam. 11. Et deambulet super tecto domus regis. Psal. 35. Tanquam frater meus esset conuersatus sum. 2. Sam. 7. Et in omnibus quibus ambulauit cum omnibus filijs Israel. Psal. 12. Circumquaq; improbi ambulabunt, scilicet in functione publica, regnabunt pro arbitrio. Psal. 82. In tenebris ambulabunt.

Est autem circa hanc coniugationem obseruatu dignissimum, qd quando aliquis חלה cum, uel חלה coram Deo ambulare dicitur, id est significet, quod in publico esse ministerio dei, & officio fungit sacerdotali. Genes. 5. Et ambulauit Hanoch cum Deo. & cap. 6. Et cum Deo ambulabat Noach. 1. Sam. 2. Dicendo dixi, qd domus tua & domus patris tui ambulet coram me. Et mox iterum: Et suscitabo tibi sacerdotem fidelem iuxta cor meum, & iuxta animam meam faciet, & edificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo omnibus diebus.

INDE NOMINA:

- חלה Ambulator, uiator. 2. Sam. 12. Et uenit uiator ad uirum diuitem.
- חלה Ambulatio. 1. Sam. 14. Et ecce ambulatio mellis, id est, fluxus seu fluor.
- חלה Ambulatio, iter, incessus, uestigium. Legit pluraliter חלה. Et in statu affixi חלה Iob 29. Quando leuaba uestigia mea butyro. Et in forma foeminea חלה Iob

Et quia superstitione quadam Iudaei imbuti, putarunt a Deo astra ordinata esse, ut actiones & labores gubernarent, factum est ut sacrificia instituerint, quibus sibi propria redderent, & fortunarentur actiones ipsorum. cap. 7. Mulieres subagitant pastam, & faciunt placentas, ministerio caelorum. & cap. 44. Ut sufficit faciamus ministerio caelorum. Chaldaeus uertit מְבַרְכִים Tamerisi nonnulli ab אֲשֵׁרֶן deducentes, pro planetis accipiunt, a gradiendo, quasi gressiles dicas, sicut Astronomi illos erroneos seu stellas erraticas uocant.

351
תָּרַס

Concussit, quassauit, conquassauit, pulsauit, conculcauit. Iudic. 5. Et conquassa uit Sisram. Iesaiæ 16. Domini gentium quassauerunt propagines eius. Prover. 23. Quassauerunt me, & non cognoui. Psal. 74. Nunc autem sculpturas eius pariter securi & bipennibus conquassabunt. Psal. 141. Pulset me iustus, & erit beneficium. Porro neutraliter usurpatur si nullum post se regit accusatum. Iud. 5. Tunc conquassatae sunt ungulae equi. 1. Samuelis 14. Et ecce multitudo dissoluebatur, & ibat etiam conquassando.

Participium praeteritum תָּרַס Ier. 28. Conquassatorum uino.

INDE NOMINA:

- תָּרַס Percussio, percussura, res cudenda. Iesaiæ 41. Et faber lignarius confirmat conflatorem, expolientem malleo percussuram in incude.
- תְּרַסוֹת Instrumentum percussorium, quo aliquid quassatur, nos Latine malleum uocamus. Iudic. 5. Manum suam ad clauum mittebat, & dextram suam ad malleum laborantium.
- תְּרַסוֹת Verbera, plagae, percussurae. Proverb. 18. Labia stulti ueniunt cum rixa, & os eius uerbera accersit. cap. 29. Parata sunt illis foribus iudicia, & uerbera tergo stultorum. pro quo cap. 18. & 26. legitur literarum transpositione facta תְּרַסוֹת.
- תְּרַסוֹת Lapis pretiosus tate duritiae, ut ictum respuat, & eo ferrum percussum utriusque dissulter, incudesque ipsi dissiliant, contemptor & uictor ignis: Latinis adamas, Germanis diemant dictus. Exod. 28. In secunda carbunculus Saphirus & adamas.
- תְּרַסוֹת Percussura, pulsatio: & cum uerbo constructum, ab it in natura aduerbij loci, ubi uidelicet percussura pedis consistit. Et ualet interdum hic, interdum huc, interdum illuc, sicut ex circumstantia textus facile cognosces. Exod. 20. Date consilium hic. Gen. 16. Nonne etiam hic uidi posteriora uidentis me. Exod. 3. Ne appropinques huc. Iud. 18. Quis adduxit te huc. 1. Sam. 10. Et interrogauerunt Iehoua, an uenturus est adhuc illuc uis.

352
תָּרַס

Vt uoce, ita quoque significatione congruit cum uerbis תָּרַסוֹת nisi quod & תָּרַסוֹת nisi quod ut forma parum, ita modo significandi inter se uariet: significat enim turbationem. Exod. 23. Terrorem meum mittam coram te, & turbabo omnem populum, ad quem ueneris. Deut. 2. Atque etiam manus Iehoua fuit contra eos ad turbandum ipsos de medio castrorum donec consumeret eos. Iosue 10. Et turbauit eos Iehoua coram Israele. 1. Sam. 7. Et tonare fecit Iehoua in uoce magna illa contra Philistaeos & turbauit eos, & prostrati sunt coram Israele. 2. Samuel. 22. Misit sagittas & dissipauit eos, & fulgur & turbauit eos. 2. Paral. 15. Quia Iehoua turbauit eos in omni angustia. Esther 9. Iecit Pur, hoc est sortem ad turbandum eos. Iere. 51. Comedit me, turbauit me Nebucadrezar.

INDE NOMEN,

- תָּרַס Tumultus, turbatio. Iesaiæ 28. Et tumultus rotae plaustrum, & stimuli eius non comminuent ipsum.
- תָּרַס Congruit significatione cum uerbis תָּרַסוֹת & תָּרַסוֹת nisi quod forma, ita modo significandi inter se parum uariant, & significat tumultuari, murmurare, susurrare, garrere, fremere, sonare. Ieremias 31. Fremuerunt uiscera mea. ca. 51. Et fremet procellae eorum & aquae multae. Zach. 9. Fremuerunt ut uinum. Psal. 77. Memor ero dei, & murmurabo. Iesaiæ 59. Frememus uelut ursi omnes nos. Pf. 59. Conuertentur ad uesperam, murmurabunt uelut canis. Psal. 33. Ecce inimici tui fremunt. Ieremias 48. Cor meum ad Moab sicut tuba fremet. Iesaiæ 17. Instar

etorum, quemadmodum etiam epistola ad Hebraeos angelos definiens esse spiritus administratorios, qui in ministerium emittuntur propter haeredes salutis. Ceterum sit tamen interdum mentio in scriptura singularis angeli, qui non est creatura, sed creator & Dominus angelorum, adeoque omnium creaturarum, filius scilicet Dei mittendus, ut annunciarer nobis uoluntate patris sui caelestis, & esset redemptor generis humani. Gen. 48. Benedixitque Iacob ipsum Ioseph & dixit, Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Izhak, deus qui nutriuit me quandiu fui usque in hanc diem, Angelus ipse, qui redemit ab omni malo, &c. tribuit ei diuina opera nempe liberationem a morte, peccato, ira dei, &c. quae gloria non potest nec debet tribui ministris angelis, qui etiam protegent corpora piorum, tamen nec peccatum, nec mortem aeternam tollunt, nec tollere possunt. Postremo, & malorum angelorum seu spirituum scriptura meminit, quorum ministerio & opera deus utitur in ultionem malorum. 2. Samuelis 24. Et cum emisisset manum suam angelus contra Ierusalem, ut eam quoque perderet, poenituit statim Iehoua mali, & dixit angelo perenti. Psal. 78. Misit in eos furorem irae suae, &c. immisionem angelorum malorum. Et talium angelorum lapsum subindicat Iob cap. 4. ubi inquit, Ecce in seruis suis deus non innititur, & in angelis suis posuit dedecus. qui postea clarius 2. Petri 2. explicatur.

תְּרַסוֹת Nuncium, delegatio, ministerium. Haggai 1. Et dixit Haggaeus nuncius ipsius Iehoua in legatione Iehoua ad populum. Et hoc modo uidetur etiam Paulus apostolus esse usus hac uoce 1. Timoth. 1. Paulus apostolus Iesu Christi iuxta legationem dei &c.

תְּרַסוֹת Generaliter quamlibet rem significat, quae ad ministerium & usum hominum credit, siue sint artes, siue pecora, siue opera alia, industria, & labore parata. Et quia in sermone Latino ministerij uocabulum non usquadeo late patet, alijs nominibus redere licebit. Exod. 31. Et impleui eum spiritu dei in sapientia & in prudentia & in scientia, & in omni ministeriali, id est arte. Gen. 33. Ego minabo paulatim iuxta modum ministerialis, quod est ante me, id est pecoris. 1. Sam. 15. Et pepercit Saul & populus ipsi Agag, & melioribus gregibus, & armis pinguioribus. & agnis, atque cunctis quae bona erant, neque uoluerunt delere ea, sed omne ministeriale uile, & flacidium peremerunt. Exod. 12. Die prima erit conuocatio sancta, similiter in die septima nullum ministeriale fiat in eis. Exod. 20. Non facies omne ministeriale tu & filius tuus. Iudic. 16. Si ligando ligauerint me funibus nouis, quibus adhuc nullum factum est ministeriale. Psal. 107. Qui descenderunt in mare nauibus ut facerent ministeriale in aquis multis. Ier. 50. Quia ministeriale est ipsi Iehoua exercituum in terra Chaldaeorum. Ezech. 15. An sumi potest de uite lignum ex quo fiat ministeriale ali quod. Et in statu regiminis תְּרַסוֹת Exod. 22. Si quis dederit proximo suo argentum, aut uasa ad custodiendum, & surrepta fuerint de domo uiri, si inuentus fuerit fur reddat duplum: si uero fuerit inuentus, accedat paterfamilias ad deos an non miserit manum suam in ministeriale proximi sui. & cap. 35. Et obtulerunt in contributionem Iehoua pro ministeriali tabernaculi testimonij. Leuit. 23. Omne ministeriale seruitutis non facietis. 1. Paral. 9. Et Sallu filius Korah & fratres eius erant super ministeriale seruitutis custodientes uasa tabernaculi. Iere. 17. Maledictus factus est ministerium Iehoua remissa. Et in distinctione sententiae תְּרַסוֹת 2. Paralip. 13. Et Leuitae in ministeriali. Et in statu affixorum prima littera seua, altera recipit pathah. Gen. 2. Et consummauit Deus in die septima ministeriale suum quod fecerat. Ionae 1. Quod est ministeriale tuum? & unde uenis? Et pluraliter תְּרַסוֹת 1. Paralip. 28. Omnia in scriptura de manu Iehoua artificiose ostendit mihi omnia ministerialia exemplaris. Psal. 73. Bonum est mihi, ut ponam in Iehoua fiduciam meam & annunciem omnia ministerialia tua.

תְּרַסוֹת Sine aleph legitur in Ieremia duobus in locis, quod septuaginta interpretes militiam uerterunt, Hieronymus quasi a תְּרַסוֹת esset deductum, Regina uertit. Existimo autem ministerium illud supernum caeli sic dictum, quod in haec inferiora habet.

Et

& turbæ in ualle diuisionis.

נַחֲלֵי הַחַיִּים Nomen loci, in quo Salomo uineam coluit. Canticorum 8.

חַיִּי הַחַיִּים Nomen ciuitatis, in qua sepulchrum destinatum fuit ipsi Gog. Ezech. 39. Atque etiam nomen ciuitatis Amona: fortita est autem hoc nomē ab euentu, ut in textu clare habetur.

חֲמֻצָה Strepitus, tumultus: multi referunt ad hoc thema חֲמֻצָה ut lamed pro nun sit positum, alij ad חֲמֻצָה sicut in illo themate reperies. Ezech. 1. Vocem tumultus quasi uocem castrorum. At Ieremiæ 11. legitur חֲמֻצָה Cum uoce tumultus magni succendit ignem in eam.

355 חֲמֻצָה Nomen quod semel in hac forma, & quidem pluraliter legitur חֲמֻצָה, id est, liquidum: congruit autem cum forma, tum significatione cum uerbis חֲמֻצָה & חֲמֻצָה. Iesaiæ 64. iuxta accendi ignem, liquidas aquas deferuet ignis, id est, iuxta accensum ignem.

356 חֲמֻצָה Nomen uiri, à quo uallis proxime Hierosolymam amoenissima, quam possedit, cognominata est חֲמֻצָה. Item חֲמֻצָה בֶּן חֲמֻצָה. Iosue 15. Ascendit hic terminus per uallem filij Hinnom, iuxta latus Iebusæi, hæc est Ierusalem, & ascendit hic terminus in uerticem montis, qui est è regione uallis Hinnom ad Occidentem, qui que est in extremitate uallis Rephaim uersus Aquilonem. & cap. 18. Et descendit terminus ad extremitatem montis, qui est in conspectu uallis filij Hinnom qui est in ualle Rephaim ad Aquilonem, & descendit in uallem Hinnom ad latus Iebusæi ad meridiem. Ieremiæ 7. Et edificauerunt Excelsa Thopheth, quæ est in ualle filij Hinnom, ad comburendum filios suos & filias suas igni. Et mox iterum: Ecce dies ueniunt ait Iehoua, & nõ dicetur amplius Thopheth, & uallis filij Hinnom, sed uallis interfectionis, & sepelient in Thopheth absque loco. 2. Reg. 23. Et prophanauit Thopheth, quod est in ualle filiorum Hinnom, ne quis combureret filium suum, aut filiam suam in igne ipsi Molech, &c. Et quia in ea ualle extruxerunt excelsa Thopheth, in quibus proprios suos liberos Iustrauerunt per ignem ipsi Molech, ac rē reprehensione Prophetæ hanc immanitatem damnarunt. Hinc etiã in Euangelio hoc nomen Gehenna male audit, & pro cruciatibus ignis infernalis usurpatur Matthæi 5. & 16.

357 חֲמֻצָה Siluit. Et in secunda coniugatione legitur tantum in imperatiuo, & defectiue. Zachariæ 2. Sile omnis caro à facie Iehoua. Et mutat pathah in cametz in distinctione. Amos 6. Et dicit sile. Nehem. 8. Silete, quoniam dies iste sanctus est, id est, quiescite ab operibus uestris.

In tertia coniugatione חֲמֻצָה defectiue. Iudic. 13. Et silere fecit Caleb populum.

358 חֲמֻצָה Idem Hebræis significat, quod Latinis uerbo cum suis compositis, auerto, conuerto, euerto, inuerto, obuerto, subuerto: quare uersionem significat, uel in nihilum, uel in formam seu qualitatem aliam, uel in locum aliquē alium: & quando regit post se accusatiuum, tum est transitiuum: si uero accusatiuum post se non regit, ponitur neutraliter. Ieremiæ 20. Sicut ciuitates illas, quas subuertit Iehoua. Leuitic. 13. Et pilus in plaga uersus in albedinem. Iob 28. Subuertit à radice montes. Psalm. 30. Vertisti luctum meum in chorum. Deuteron. 23. Et uertit Iehoua deus tuus tibi in maledictionem. 2. Reg. 5. Quando conuersus est homo de curru suo in occursum tuum. 2. Reg. 21. Et subuertet super faciem eius. Psalm. 66. Vertit mare in aridam. Iere. 13. Nunquid uertet Æthyops pellem suam. Genesis 19. Et subuertit ciuitates illas, & omnem regionem, & omnes habitatores ciuitatum, & germen terræ. Exod. 10. Et uertit Iehoua uentum Occidentalem uehementem ualde. Psalm. 78. Filij Ephraim armati iaculantes arcu, auersi sunt in prælio, id est, uersi sunt in fugam. Iosue 7. Vertit Israel ceruicem coram inimicis suis. Iudic. 20. Et uersus est uir Israel in bello. 1. Samuelis 25. Et conuersi sunt pueri Dauid in uiam suã, & reuersi sunt, & uenerunt, & annunciauerunt ei omnia uerba ista. 2. Paralip. 9. Et uertit & abiit in terram suam. 2. Reg. 9. Et uertit Iehoram manum suam, & fugit. 1. Reg. 22. & 2. Paral. 18. Verte manum tuam & educ me ex castris.

Instar fremere maria fremet, id est instar marium fremet.

Participium præfens masculini generis חֲמֻצָה Ieremiæ 4. Cor metum fremit mihi. Prouer. 20. Derisorum uinum, fufurronem sicera. Eius foeminau חֲמֻצָה 1. Regum 1. Quare uox ciuitatis sonantis. Et pluraliter חֲמֻצָה Ezechielis 7. Et erunt super montibus sicut columbæ uallium omnes murmurantes, quiscq; propter iniquitatem suam. Et legitur etiam participium, seu nomē participiale foemini generis חֲמֻצָה Garrula, tumultuaria. Prouer. 22. Garrula est, & defecit, id est ob strepera. Et cap. 9. Mulier stultitiæ est garrula perfrassonum, neq; nouit quicquã. Iesaiæ 22. Ciuitas sonora. Et pluraliter חֲמֻצָה substantiue, Turbæ. Prouer. 1. In capite turbarum prædicabit.

חֲמֻצָה Sonitus strepitus. Et in statu regiminis חֲמֻצָה Iesaiæ 14. Detracta est ad infernũ superbia tua, sonitus Nablorum tuorum.

חֲמֻצָה Sonitus, strepitus. Ezechielis 7. Iniuria fuit exit in baculum improbitatis, nihil de illis, neq; de substantia eorum, neq; de sono eorum, neq; lamentator in eis. Iocatur de sono instrumentorum musicalium, quamquam alij pro pronomine accipiunt, neq; ex eis, &c.

חֲמֻצָה Er per apharesin primæ literæ, pronomē est masculini generis tertiæ personæ, si significat pluralitatem seu multitudinem, quæ equidem non est sine sono seu strepitu. Gen. 44. Ipsi egressi sunt urbem. Numeri 16. Num oculos hominum istorum erues? Psalm. 38. Et lumen oculorum meorum, & isti non sunt mecum. Psalm. 95. Et isti nõ cognouerunt uias meas. 2. Reg. 9. Venit nuncius ad eos & nõ reuertitur. Ezech. 7. Neq; ex diuitijs eorum, neq; ex illis ipsis. sed de hoc loco etiam supra in חֲמֻצָה Et accipit aliquoties he paragogicum חֲמֻצָה Genesis 6. Isti erant heroes. Psalm. 20. Ipsi incuruati sunt & ceciderunt. Iesaiæ 44. Et testes eorum, illi ipsi non uident, &c.

354 חֲמֻצָה Congruit significatione cum uerbis חֲמֻצָה & חֲמֻצָה nisi quod modo significandi inter se uariant: significat namq; multiplicari, sicut uerbaliter tantum semel reperitur Ezech. 5. Propter multiplicari uos præ gentibus, quæ sunt circũcirca uos, scilicet impietates.

INDE NOMINA:

חֲמֻצָה Cuiuslibet rei multitudo, copia, turba, à tumultu seu strepitu, quæ multitudo facit, imò etiam pro ipso tumultu seu strepitu sæpe usruenit, perinde ut Græcis ὄχλος & turbam, & tumultum significat. Lucæ 22. Quarebatq; opportunitatem, ut traderet illum sine turba, id est tumultu. Interdum etiam pro diuitijs usurpatur. 1. Samuelis 14. Et ecce multitudo dissoluebatur & abibat. 1. Regum 10. Vidisti sine turbam istam magnam? Iesaiæ 13. Vox multitudinis in montibus. Sic Ieremiæ 3. Multitudo in montibus. 1. Samuelis 4. Et dixit quæ uox tumultus huius. 1. Samuelis 14. Et tumultus qui erat in castris Philistinorum. Danielis 10. Et uox uerborum eius, sicut uox tumultus. Ecclesiast. 5. Qui diligit argentum, non satiabitur argento, & qui appetitum habet in copia, id est diuitijs, non erit prouentus.

In statu regiminis, חֲמֻצָה Genesis 17. Et eris in patrem multitudinis gentium. Et mox iterum: Et non uocabitur nomen tuum Abram sed erit nomen tuum Abraham, quia patrem multitudinis gentium dedi te. 1. Reg. 13. Ascende, comede, bibes, quia uox sonitus pluuia. 2. Paralip. 11. Et quæsiuit multitudinem mulierum. Iesaiæ 60. Quoniam mutabitur ad te multitudo maris. & cap. 63. Et multitudo iustorum tuorum & miseracionum tuarum erga me detentæ sunt. Ezech. 26. Cessare faciam sonitum cantionum tuarum. Amos 5. Aufer à me strepitum cantionum. Et pro diuitijs. Psalm. 37. Melius modicum iusto, quam copia impiorum multorum. Similiter habet in statu affixorum. Iudic. 4. Currus eius & copias eius. Iesaiæ 5. Et turba eius aruit siti. Et mox iterum: Et descendit decore eius & uulgus eius. & cap. 31. Et à multitudine eorum non reprimitur. Ezech. 31. Dic ad Pharaonem regem Aegypti, & ad multitudinem eius. Ezech. 7. Neq; de copia eorum, neq; de sonitu ipsorum, id est, neq; de diuitijs ipsorum, neq; de lætitijs eorum. & cap. 29. Et auferet copiam eius & spoliabit spolia eius. Et pluraliter חֲמֻצָה Ioselis 4. Turbæ &

sta in altum. Et pluraliter in statu regiminis מונטות montes seu montana. Gen. 7. Et aquae praevaluerunt supra terram, & operi sunt omnes montes excelsi, qui sub uniuerso caelo. Psal. 36. Iustitia tua sunt montes dei, id est, a deo creati, qui magni, praecelsi, & aeterni sunt. & opponit eos motibus hominum opera exaggeratis, qui ut non sunt excelsi, ita corrunt, nec sunt perpetui. Psal. 50. Animalia in montibus mille. ubi numerus finitus pro infinito ponitur. Psal. 76. Gloriosus praemontibus rapinae, id est regnis mundi, quae ex praeda constant.

Abblata litera geminata frequentiore in usu est. Deut. 3. A torrente Arnon usque ad montem Hermon. Iosue 17. Quia mons erit tibi. Iob 14. Equidem mons cadens emarcescet. Iesaias 40. Omnis uallis eleuabitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Iere. 51. Ecce ego ad te mons perditissime. uocat urbem Babylonem isto nomine propter magnam molem aedificiorum, sicut etiam cap. 17. Zachar. 11. Et stabunt pedes eius in die illa super monte oliuarum, qui est in prospectu Ierusalem ab Oriente. Numeri 20. Et profecti de Kades uenerunt filij Israel, uniuersa congregatio in Hor montem & dixit Iehoua ad Mosen & ad Aaron in Hor monte. ubi חר est nomen proprium loci montosi. Et quando a fronte accipit he notificatiuum, tum utrumque habet camez subscriptum. Exod. 3. Coletis deum super monte isto. Et cap. 19. Et uocauit Iehoua de monte. Deuteron. 5. Et mons iste flagrabat in igni. Similiter quando adiungitur in fine he litera motum ad locum importans, additur tertium camez subscriptum. Gen. 12. Et profectus inde ad montem ab Oriente. Et cap. 19. Ad montem eripare. Exod. 24. Ascende ad me in montem. Deuteron. 11. Et respicientes ascenderunt in montem. Excepto Genes. 14. Et reliqui in montem fuerunt. ubi scribitur מונטות Et in statu affixi seruat pathah. Psal. 11. Auola ad montem uestrum uelut auis, id est, montana uestra. Et pluraliter מונטות Gen. 8. Et conpecta sunt cacumina montium. Psal. 18. Fundamenta montium commouebuntur. Psal. 104. Ascendunt montes, descendunt ualles. Et iterum: Montes excelsi ibicibus. Iob 9. Ipse transfert montes, ut non cognoscant. Psal. 72. Adferent montes pacem populo. Iesaias 44. Proferte montes ouationem. Mich. 6. Audite montes conentionem Iehoua, id est regna, magnates. Et legitur semel מונטות pro מונטות Zach. 14. Et fugietis per uallem montium. Et tam in statu regiminis, quam affixorum מונטות Gen. 8. Et resedit arca in mense septimo super montibus Ararat. Ezech. 6. Pone faciem tuam ad montes Israel. Legitur tamen semel pro מונטות 2. Sam. 1. Montes in Gilboa. Iesaias 49. Et ponam omnes montes meos in uiam. Malach. 1. Et posui montes eius uasitatem.

361 מונטות

Disfraxit, id est trahendo difsecuit, trahendo sica interfecit uel disfraxit, animam scilicet a corpore: nam congruit significatione cum uerbis מונטות גור מונטות גור מונטות גור nisi quod ut forma, ita modo significandi tantum inter se uariant. Et Eccl. 3. opponitur uerbo מונטות Iud. 9. Qui interfecit eum. Et iterum: Qui interfecit eos. 2. Samuelis 14. Propter animam fratris sui, quem interfecit. Iesaias 27. Et interficiet draconem. Osee 6. Interfeci eos sermonibus oris mei. Num. 11. Interfice me nunc interficiendo. Exo. 2. Et quesituit interficere Mosen. & cap. 21. Ad interficiendum eum callide.

Participium praesens מונטות Gen. 4. Omnis interficiens Cain. Et pluraliter מונטות 2. Reg. 17. Et fuerunt interficientes ex eis. Iere. 4. Quia lapsa est anima mea propter interfectores. Et cum affixo per syncopen iud legitur. Ezech. 28. Deus sum coram interficientibus te.

Participium praeteritum מונטות Esther 9. Venit numerus interfectorum. Ezech. 37. Veni spiritus & suffla in interfectos. Item מונטות Iesaias 14. Et uestis interfectorum.

Et in statu regiminis מונטות Ier. 18. Atque uiri eorum erunt interfecti mortis, id est, uulnerati mortaliter. Iesaias 26. Et non operiet ultra interfectos eius.

In uoce passiuua מונטות Thren. 2. Si interficietur in sanctuario Iehoua sacerdos. Ezech. 26. Filiae eius quae erit in agro interficient. Et mox iterum: Cum interfecta fuerit interfectio in medio tui, ubi characteristica infinitiui passiuue uocis abiecta est euphoniae gratia.

In se-

stris. 1. Paralip. 19. Ad inuestigandum, & ad uertendum & ad explorandum terram. Gen. 19. Absque subuertere me ciuitatem, de qua loquutus es, id est, ut non subuertam.

Participium praesens מונטות Amos 5. Et uertit in diluiculum umbram mortis. Et cum iud paragogico מונטות Psal. 114. Qui conuertit petram in stagna aquarum. Et pluraliter מונטות Amos 5. Qui uertunt in absinthium, iudicium.

Participium praeteritum foemini generis מונטות Threnor. 4. Quae subuersa est quasi in momento. Osee 7. Ephraim sicut ustulata, quae non est uersa.

In uoce passiuua מונטות Exod. 7. Et baculum, qui uersus erat in serpente, accepit in manum suam. Et iterum: Uersae sunt omnes aquae, quae erant in riuo in sanguinem. Et cap. 14. Et uersum est cor Pharaonis & seruorum eius ad populum. Leuit. 13. Et uertetur in album. Iosue 8. Et uersus est populus in persequentem. 1. Samuel. 4. Nam reuersus est super eam angustiae ipsius. & cap. 10. Verteris in uirum alium. Iob 19. Et quos dilexi uersi sunt in me. Et cap. 41. In stipulam uersi sunt ei lapides funeae. Psal. 32. Versus est humor meus. Psal. 78. Versi sunt sicut arcus impositurae. Thren. 4. Hereditas mea uersa est ad alienos.

Participium מונטות Iob 20. Panis eius in uisceribus suis uertitur. Prouerb. 17. Et peruersus lingua sua cadet in malum.

In tertia coniugatione uoce passiuua מונטות Iob 36. Conuersa est super me terrorum multitudo.

In quarta coniugatione מונטות Iob 38. Vertetur sicut lutum signaculum eorum.

Participium מונטות Iud. 7. Ecce panis hordeaceus uertebat se in castris Midian, & ueniebat ad tentorium usque. Iob 37. Ipse reuolutiones uertit in gubernationibus suis pro operatione eorum. Et in foemino genere מונטות Gen. 3. Et fecit ad habitare ab anterioritate horti Eden Cherubim, & laminam gladij uertentis se, id est, uersatilem.

INDE NOMINA:

מונטות Nomen forma masculini generis, uersio, contrarium. Ezechiel. 16. Et fuit in te uersio ab alijs mulieribus, id est, contrarium, diuersum. Et mox iterum: Et factum est in diuersum.

מונטות Forma foeminea, subuersio. Genes. 19. Et emisit ipsum Lot e medio subuersionis. Subuersio. 2. Paralip. 16. Et dedit eum in domum subuersionis, id est, in qua detinebantur, qui subuertendi erant. Iere. 20. Et dedit eum super subuersione, quae erat in porta Benjamin. Et in statu regiminis מונטות Deuter. 29. Et non crescet in ea omnis herba, sicut in subuersione Sodomae. Iesaias 1. Et solitudo iuxta subuersionem alienorum. & cap. 13. Iuxta subuersionem dei Sodomam.

מונטות Peruersus. Prouerb. 21. Peruersa est uia uiri alieni.

מונטות Peruersitates, peruersa. Deuter. 32. Quoniam generatio peruersitatum ipsi filij, in quibus non est ulla fides. Prouerb. 10. Os iusti profert sapientiam, & lingua peruersitatum excidetur.

מונטות Fucus, quo uertitur color faciei. 1. Reg. 9. Et composuit fucos oculos suos. Ieremiae 4. Si aperueris fucos oculos tuos, frustra decorabis te. Est & nomen lapidis pretiosi, a mutatione coloris: eius fit mentio 1. Paralip. 29. & Iesaias 59. Est autem uersimile eundem dici מונטות Ezechiel. 28. & utrumque esse illum lapidem, quem nos Rubinum uocamus.

359 מונטות Genus uehiculi, quo in bello utebantur: & arbitror esse uocem peregrinam. Legitur tantum semel Ezechiel. 23. Et uenient super te in rheda, curru, & plauastro, & cum congregatione populorum.

360 מונטות Mons, a festinacia, qui festinus deorsum fert, atque etiam fontes & flumina praecipitat: quanquam saepe figurate pro magnis & arduis rebus aut personis transsumitur: magnaque habet cognitionem cum uerbis מונטות & מונטות Gen. 14. Et horreum in monte suo Seir. Apparet tamen scriptum pro plurali iuxta linguam Edomitaram in motanis Seir. Ier. 17. Mons mihi in agro, substantia tua, omnes thesauros tuos dabo in direptionem. Sic uocat Babylonem urbem quae instar montis est in campo extru-

cta

Participium generis foeminiנין נחריס Prouerb. 24. Et maceria lapidum eius diruta. Et pluraliter נחריסו Ezech. 36. Et solitudines & ruinas munitas habitabit. In secunda coniugatione נחריס Exod. 23. Sed diruendo dirues eos. Participium praesens נחריסו Iesa. 49. Diruentes te, &c.

INDE NOMINA:

רויטו Ruina. Iesaia 49. Et terra ruina tua. Et pluraliter נחריסו. Amos 9. Et ruinas eius erigam.

363 חתל

Verbum anomalon secunde coniugationis, transponens plerunq; punctulum dagges ad hirik, perinde ac si media litera una esset ex gutturalibus, communicatq; significatione cu uerbis חלה & חלל, & significat esse falsum erga aliquem suspendendo promissis animu ipsius. Hieronymus & alij uerterut uerbis nunc fallendi, nunc decipiendi. Gen. 31. Pater uester falsus est erga me: nam mutauit mercedem meam decem uitibus. Exo. 8. Veritamen non addat Pharao fallere no dimitto. Iud. 16. Ecce falsus es erga me, & loqueris ad me mendacia. 1. Reg. 18. Et falsus erat erga eos. Iob 13. Si quasi falsum esse erga hominem, falsi eritis erga illum. Ier. 9. Et uir in proximum suum falsus erit, & ueritatem non loquetur.

INDE NOMINA:

חוסל Falsum. Iesaia 44. Pascit cinerem, cor fasum inclinat eo. חתלים Fallitates, deceptiones. Iob 17. Etiam si non sunt fallaciae mecum, tamen in amaritudinibus suis morabitur oculus meus. חתלות Fallaciae. Iesaia 30. Loquimini nobis blanda, uidete fallacias.

Danielis 12.

וְלֹא יִבְנֶה בָּל רְשָׁעִים וְהַמְשִׁבִּילִים יִבְנֶה

364

Primo, quia sexta est alphabeti litera, ideo etiam in numerationibus ualet sex. Secundo, quando dictionibus praepositur, coiuunctio est plerunq; copulatiua, Et. Gen. 1. In principio creauit Deus caelum & terram, & terra erat inanis & uacua. Interdum ualet Hebraeis idem quod Latinis etiam, quod, Exod. 12. Accipiet etiam uicinum suum. Iob 23. Preceptum labiorum eius etiam non amouebo. Prouerb. 24. Postea etiam aedificabis domum tuam. Ier. 51. Et populi ad ignem etiam defatigentur. Zach. 7. Ieiunasti etiam plangendo. Eccl. 5. Quia in multitudine somniorum etiam uanitates & uerba multa sunt. Quando praepositur uerbis praeteriti temporis tum ultra copulationis officium, plerunq; tempus illud praeteritum in futurum: & e contra, quando praepositur uerbis futuri temporis, mutat futurum illud tempus in eandem personam praeteriti: ideo a Gramaticis tum uau conuersiuu dicitur. Exemplu prioris. Exo. 25. Et faciet mihi sanctuarium, &c. Exempla posterioris. Gen. 1. Et dixit Deus fiat lux. Et mox iteru: Et fecit deus firmamentum, & diuisit inter aquas, &c. Ponitur etiam quandoq; expositiuu: idemq; ualet qd Latinis, id est, hoc est, & hanc figuram Latini appositionem uocant. Psal. 4. Sacrificate sacrificia iustitiae, & sperate in Iehoua. Psal. 115. Sacrificabo hostiam laudis, & nomen Iehoua inuocabo. 2. Paral. 28. Quia nudationem fecerat in Iehuda & prauaricatione praeruaricationem contra Iehoua. Interdum est causalis, na, quia, enim. Iesa. 64. Ecce tu iratus fuisti, quia peccaueramus. Praeterea saepe est temporis, & notat celeritatem, perinde ut Latinis, simulatq; statim, tunc. Gen. 3. Et statim aperientur oculi uestri, & eritis sicut deus scientes bonum & malum. Exod. 17. Quando leuaret Moses manum suam statim praeualebat Amalek. Leuitic. 6. Et si in uase aeris cocta fuerit, statim defricabitur & lauabitur aqua. & cap. 15. Statim erit immunditia eius super eum. 2. Samuelis 14. Si est in me iniquitas, statim interfici-

cias

In secunda coniugatione uocis passiuae חריס Iesaia 26. Si secundum interfectionem interfectorum eorum interfectus est. Psal. 44. Propter te interficimur quotidie.

INDE NOMINA:

חריס Distractio, quae fit gladio seu alio instrumento animae a corpore. Iesaia 27. Si secundum interfectionem interfectorum eius interfectus est. Et cap. 30. In die interfectionis magna.

חריצה

362 חרה

Forma foeminea, interfectio, distractio. Iere. 7. Vallis interfectionis. Zachar. 11. Pasce oves interfectionis.

Significat fluxum seminis festinanter suscipere, id quod Latini uocant concipere, scilicet semen, quod postea instar montis in utero intumescit, ingrauescitq; atq; regit post se accusatiuum, si non absolute fuerit positum. Congruit autem significatione cum thematibus חרה & חרי, nisi quod modo significandi inter se uariant. Psal. 7. Et concipiet laborem. Num. 11. Num ego concepi omnem populum hunc. Gen. 16. Et uidit quod concepisset. Iudic. 13. Et concipies & paries filium. Gen. 4. Et Adam cognouit uxorem suam, concipitq; & peperit Kain. & cap. 38. Et ingressus est ad eam, & concepit illi. Gen. 19. Et conceperunt duae filiae Lot. Iesaia 33. Concipietis quisquillas. Et cap. 59. Concipere laborem. Et mox iterum: Concipere & loqui de corde uerba mendacij.

Participium praesens pluralis חריס Gen. 49. Benedictiones patris mei fortiores fuerunt benedictionibus progenitorum meorum. Et in genere foemino חריה Osea 2. Pudefacta est conceptrix eorum. Cantic. 3. Donec introduce eum in domum matris meae atq; in conclave conceptricis meae.

In secunda coniugatione uoce passiuae חרי Iob 3. Et nox in qua dictum est, conceptus est uir.

INDE NOMINA:

חרה Quae concepit, & fluxum seminis habet in utero, unde uterus instar montis tumet, ideo Graece uersum est ὄρη γαστρι, in utero habes: ut Matth. 1. Paulus 1. Theff. 5. Apocalypsis 12. & Latini praegnantem seu grauidam uocant. Gen. 39. Meretricata est Thamar nurus tua, atq; etiam ecce grauida ex meretricatione. Et mox iterum: De uiro cuius sunt haec, sum ego grauida. Exo. 22. Si contenderint homines, & percusserint mulierem grauidam. 1. Sam. 4. Et nurus eius uxor Pinhas grauida ad pariendum. Iesa. 7. Ecce uirgo grauida & pariet filium. & cap. 26. Sicut grauida appropinquans ad pariendum. Iere. 31. Grauida & puerpera simul. In statu regiminis חרה Iere. 20. Et matrix eius grauida perpetuitatis, id est perpetuo. Et pluraliter חריה Amos 1. Eo quod secuerunt ipsi grauidas Gilead. 2. Reg. 8. Et grauidas earum secabis. Item חריה Osea 14. Et grauidae eius dissecabuntur.

חרו Conceptus, ingrauidatio. Gen. 3. Multiplicabo dolorum tuum, & conceptum tuum. חריה Conceptio, conceptus, ingrauidatio. Ruth 4. Et Iehoua dedit ingrauidationem, & peperit filium. Osea 9. A partu, ab utero, & a conceptione.

363 חרט

Diruit einveissen. Thre. 2. Diruit in furore suo munitiones filiae Iehuda. Exo. 15. Et in multitudine magnificentiae tuae dirues insurgentes tuos. Et cap. 19. Descende, contestare in populo ne diruant ad Iehoua, ut uideant & cadant. Et mox iterum: Et populus non diruetur ut ascenderent ad Iehoua, scilicet per septum in radice montis factum. Iudicum 6. Et dirues altare Baal. Iob 12. Ecce ipse diruit, & non aedificabitur. Prouerb. 29. Rex in iudicio stabiliet terram, at uir exactioinum diruit eam. Iesaia 14. Et ciuitates eius diruit. Iere. 24. Aedificabo eos, & non diruam. Malach. 1. Ipsi extruent, ego uero diruam. Psal. 58. Deus dirue dentes eorum in ore ipsorum. Participium praesens חרי Iere. 45. Ecce quod aedificauit, ego diruo.

Participium praeteritum חריס 1. Reg. 18. Et ille reparauit altare Iehoua, quod dirutum erat.

In uoce passiuae חריס Psal. 11. Quoniam fundamenta diruentur. Prouerb. 11. Benedictione rectorum exaltabitur ciuitas, at ore improborum diruetur. Ezech. 38. Et diruentur montes.

Parti-

tum pigmentarij. Insuper Deum suum Aekronitæ appellarūt **בצל זכור**, id est principem seu dominum muscæ. 3. Reg. 11. Ite, consulite in Baalzebub deo Aekion. Et Iudæi tempore Christi principem dæmoniorum appellarūt. Matthi. 12. In prin-
cipe dæmoniorum (inquit de Christo) eijcit dæmonia.

Donauit. Inde nomen **דָּוֹן** donum, donatio. Et utrunq; legitur Gen. 30. Dona-
uit me Iehoua donatione bona. Et præterea nuspian in scriptura legitur.

371
דָּוֹן
372
דָּוֹן

Idē proprie significat, quod **דָּוֹן**: initiales enim literæ sunt cōmutabiles. Deut. 12. Equidem in omni desiderio animæ tuæ mactabis, & comedes carnem iuxta benedictionem Iehoua dei tui. Et iterū: Et mactabis de armētis tuis, & de gregibus tuis, quæ dederit tibi Iehoua. 1. Sam. 28. Et fuit mülteri uitulum saginæ in domo, & festinauit, statim mactauit eum. 1. Reg. 19. Et accepit par boum, statim mactauit illud. Sed postea per metonymiam usuenit plerunq; pro pecudes mactatas offerre in sacrificijs: unde uulgariter uerterunt uerbo sacrificandi. Gen. 31. Et sacrificauit Iacob sacrificium in monte, & uocauit fratres suos ut comederent panē. 1. Reg. 8. Et sacrificauit Salomo sacrificium retributionū, quod sacrificauit ipse Iehoua. Exo. 20. Et sacrificabis super illud holocausta tua. Psalm. 50. Sacrificabo sacrificio deo celebrationis. 1. Sam. 15. Quoniam pepercit populus super meliore grege & armento propter sacrificare Iehoua deo tuo, id est ut sacrificarent. Deuter. 16. Et sacrificabis Phase ipsi Iehoua deo tuo oues & armenta, &c. Mar. 14. sic est redditū, Primo Azimorum cum pascha immolarunt.

Participium præsens **דָּוֹן** Exod. 8. Iccirco ego sacrifico ipsi Iehoua. Psalm. 50. Sacrificans celebrationem honorabit me. Eccl. 9. Et sacrificanti, & ei qui non est sacrificans. Et pluraliter **דָּוֹנִים** Leuit. 17. Offerent sacrificia sua, quæ ipsi sacrificant. Zachar. 14. Et uenient omnes sacrificantes. Oseæ 13. Sacrificatores hominis.

In secunda coniugatione **דָּוֵן** 2. Paralip. 33. Et omnibus sculptilibus, quæ fecerat Manasse pater ipsius sacrificauit, & coluit ea. 2. Reg. 16. Sacrificauit & suffiuit in Excelsis. Psalm. 106. Sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quos sacrificauerunt idolis Canaan. Oseæ 12. In Gilgal boues sacrificauerūt. Habakuk 3. Propterea sacrificabit sagem suam.

Participium præiens **דָּוֹנָה** 1. Reg. 3. Tantū in Excelsis sacrificabat. Et pluraliter **דָּוֹנָהִים** 1. Reg. 3. Tantum populus sacrificant in Excelsis. Et in genere foemino **דָּוֹנָה** 1. Reg. 11. Et sic fecit omnibus uxoribus suis peregrinis, sufficientibus & sacrificantibus dijs suis.

INDE NOMINA:

דָּוֹן Sacrificium ex mactata pecude, uictima, seu hostia. Exod. 12. Et dicetis, sacrificiū est ipsi Iehoua, qui transiuit super domos filiorum Israel in Aegypto. & cap. 34. Et non pernoctet in mane sacrificium festi Phase. Leuit. 3. Et si sacrificium retributionum, oblatio eius. 1. Sam. 9. Nā ipse benedicet sacrificiū, postea uero comedet inuitati. 1. Sam. 15. Ecce obedire sacrificio est melius. Prouer. 15. Sacrificiū improborum abominatio ipsi Iehoua. Iesā. 34. Quia sacrificium ipsi Iehoua in Bozra, & mactatio magna in terra Aedom. ubi hæc duo sunt posita **דָּוֹן** & **דָּוֹנָה** Et uocat mactationem per Mimesim sacrificium. In distinctione **דָּוֹן** 2. Sam. 16. Et uocabis Isai ad sacrificium. Leuit. 17. Qui offerat holocaustum uel sacrificium. Oseæ 9. Beneficentiā uolui, & non sacrificium. In statu affixorū mutat segol in hirik, & pathah in seua uel hatephpathah. Exod. 23. Non sacrificabis iuxta fermentum, & pathah in seua uel hatephpathah. Exod. 23. Non sacrificabis iuxta fermentum, sanguinem sacrificij mei, & cap. 34. Comedas de sacrificio eius. Leuit. 19. In die sacrificij uestri comedetur. Et pluraliter **דָּוֹנִים**. Genes. 46. Et sacrificauit sacrificia Deo patris sui. Exod. 19. Tu dabis in manus nostras sacrificia & holocausta. Exo. 18. Et accepit Iethro focer Mosi holocaustum & sacrificia. In statu regiminis **דָּוֹנִי** Deut. 33. Vbi sacrificabunt sacrificia iustitię. Psalm. 51. Sacrificia dei spiritus fractus. In statu affixorum. Deut. 32. Qui adipem sacrificiorū suorū comedebant. Ies. 1.

s Ad

cias me. & cap. 17. Et si inique egerit, statim castigabo eum. Psalm. 51. Quoniam non uoles sacrificium, statim darem. Psalm. 138. In die quo inuocaui, statim exaudisti me. Psalm. 141. Statim oratio mea contra malitiam eorum. Iesā. 34. Et findet, simulatq; incubauit. Aliquando est aduersatiua. Gen. 42. Et dixerunt ad eum non sustentator mi, sed seruis tuus uenit. Deut. 11. Sed terra ad quam uos trāstis. Psalm. 7. Sed spoliabo inimicos meos sine causa. Prouer. 21. Equus paratur ad bellum, sed spiritus Iehoua est salus. Iesā. 10. Vt innitatur super percutientem se, sed super Iehoua.

Est & interdum diffiunctiua, uel, siue, aut. Exo. 21. Et percutiens patrem suū, uel matrem suam. Iudic. 11. Et erit Iehoua uel offeram illud. Exo. 21. Et maledicens patri suo uel matri suæ. Sæpe idem ualet, quod relatiuum **דָּוֵן**. Gen. 9. Arcum posui in nube, qui erit in signum fœderis. & cap. 49. A deo patris tui, qui adiuuit te, & ab omnipotēte, qui benedixit te. Etiam interdū idem ualet quod prepositio cum. Exo. 1. Et Ioseph, qui fuerat in Aegypto erant septuaginta animæ, id est, cū Ioseph, Iudic. 12. Vir litis fui ego, cum populo meo & cum filijs Ammon ualidæ. 1. Sa. 14. Erat enim arca Dei cum filijs Israel. Iere. 49. Angustia cum doloribus apprehēdit eam. Iob 26. Gigantes enitentur subter aquis cum cohabitatoribus eorum.

Porro si geminatur, tum ualet idem, quod Latinis tam & quā. 2. Reg. 8. Benasias autem filius Ioade & Creti & Plethi, id est, erat super tam Creti quā Plethi. Psalm. 76. Consopitus est tam currus, quā equus. Dan. 8. Tam sanctuarium quā militiam in conculcationem.

366
דָּוֵן

Legitur tantum pluraliter **דָּוֵי** & significat capitella in forma literæ uau, seu capitis cum collo, ideo Hieronymus quoq; uertit capita, fuerūt autem columnis supernē adhibita ornatus gratia. Exod. 38. Fecit capitella ad columnas. In statu regiminis & affixorum **דָּוֵי** Exod. 27. Capitella columnarum, & cap. 26. Capitella earum erunt aurea.

367
דָּוֵי

Nomen proprium uiri, cuius fit mentio Numeri 13.

368
דָּוִי

Proprium nomen reginæ. Esther 1. Vasthi quoq; regina fecit conuiuium.

דָּוִי

Quare in themate suo **דָּוִי**.

Psal. 119.

זָכַרְתִּי מִשְׁפָּטֶיךָ מִעוֹלָם יְהוָה וְאַתְנַחֵם

369

דָּוִי

LUPUS, animal seuum & rabiosum, impatiensq; famis, & quem morsu semel læsit non facile curatur, & cognationē habet cum uerbis **דָּוִי** & **דָּבִי** Iesā. 11. Et habitabit lupus cum agno. Gen. 49. Benjamin uelut lupus diripiet, mane comedet prædam, & uespere diuidet spoliū. In statu regiminis nihil mutat. Iere. 5. Lupus campestris uastabit. Et pluraliter **דָּוִי** Ezechiel. 22. Sicut lupi diripientes prædam. In statu regiminis **דָּבִי** Habakuk 1. Iudices eius sum uelut lupi uesperæ.

370
דָּבִי

Arbitror congruere cum **דָּוִי** & **דָּבִי**, & inde nomen **דָּבִי** speciem significare muscæ uenenatæ emittētis fluxum seu humorum teterissimi foetoris, quo læsum hominē rostro inficit & necat. Et ut **דָּבִי**, de mala fama, seu infamia, ita hoc de malo odore dicit. Iesā. 7. Sibilaui Iehoua muscæ, quæ est in extremitate fluuio- rum Aegypti. Et pluraliter in statu regiminis **דָּבִי**, quāquam construatur cum uerbis singularis numeri. Eccl. 10. Musica mortis foetere & exhalare facit unguē-
tunt

id est, specie, valde est usitatum. Cuius plurale מרי. 2. Paral. 16. Posuerunt eum in lectum, quem ipse repleuerat aromatis & speciebus scilicet aromaticis.

מרי Nomen, quod generaliter quaecumque sunt esculenta, ut hordeum, pisa, ciceres, & alia legumina, significat. Gen. 4. 5. Et misit decem asinas ferentes far, panem, & esculenta patri suo in usaticum.

מרי Nomen participiale pluralis numeri, secundae coniugationis, passivae uocis, id est, saginati, pasti, saturati pabulo, lasciuui. Iere. 5. Quasi equi lasciuientes mane, quicquid ad uxorem proximi sui hinniebat. quanquam putem scribarum inscitia deprauatum, & initio fuisse scriptum מרי.

מרי Arbitror nomen esse generale seu collectiuum omnium instrumentorum, quae semper ad usum prophanum erant exposita. Deuter. 23. Et paxillum sit tibi iuxta instrumenta tua. Chaldaeus quoque uertit מרי, id est, instrumentum.

מרי Nomen a מרי deductum, facta priorum duarum literarum transpositione, & adiecta litera mem, & significat generaliter ornamentum, quod publice uel in fronte, uel in naribus, uel auribus prostituitur causa merendi gratiam. Et monile uertere licebit. Chaldaeus plerumque מרי trahit. Exo. 35. Obtulerunt fibulam, & monile. Iud. 8. Peto a uobis petitione ut detis mihi, quicquid monile spoliij sui. Gen. 24. Et accepit uir monile aureum. & cap. 47. Et posui monile supra nasum eius. Prou. 11. Monile aureum in naso suis, mulier carens ratione. Ezech. 16. Posui monile supra nasum tuum. Prou. 25. Monile aureum & torques aureis corripientem sapientem super aure obtulerant.

In statu affixi. Osee 2. Ornans se monili suo. Et pluraliter מרי Gen. 35. Atque monilia quae erant in auribus eorum. In statu regiminis מרי Exo. 32. Auellite monilia auri, quae sunt in auribus uxorū uestrarum. Ies. 3. Annulos & monilia nasi.

מרי Mouit se: uerbum est neutri generis. Esther 5. Et non surrexit neque mouit se. Eccl. 12. In die qua mouebunt se custodes domus.

Legitur etiam geminatum in forma secundae coniugationis in participio מרי Habakuk 2. Et expurgentur commouentes se.

INDE NOMINA:

מרי Commotio. Iesaja 28. Sola commotio intelligere faciet auditum. Deut. 28. Et eris in commotionem omnibus gentibus.

מרי Sudor, qui ex labore commouet. Ezech. 4. 4. Non accinget se in commotione, i. sudore.

מרי Sudor, qui ex labore commouetur, seu ex commotione profuit. Gen. 3. In sudore nasi tui comedes panem tuum.

מרי Verbum hoc, ut duplicem habet constructionem, ita duos quoque modos significandi contrarios. Primo, quando actiue ponitur, tum significat rem separatam, seu sparsam, seu hiantem in unum & simul contrahere, constringere, comprimere, comprimere: & congruit cum uerbo מרי in primo modo significandi sumpto. Item cum מרי Iud. 6. Et compressit lanam detonsam, & expressit ex ea rotam, lagenulam aquae plenam. ubi R. D. Kimhi monet legendum esse מרי pro מרי Iesaja 1. Et uulnera non compresserunt, id est non sunt compressa: Loquitur autem de eiusmodi compressione, qua chirurgi uulnera hiantia comprimunt, & constringunt. Iob 39. Et obliuiscitur quod pes comprimet ea, & bestia agri conculcabit ea.

Participium praesens מרי Iesaja 29. Et copia comprimetur tuorum. Tamen si nonnulli pro uentilatoribus, alij pro alienis accipiunt.

Participium praeteritum מרי Iesaja 59. Et si unum aliquod compressum fuerit, ex eo erumpet regulus.

Secundo, quando autem hoc uerbum post se habet ablatiuum mediante praepositione mem, id est a, tum significatione neutralem & priori contrariam habet, hoc est, significat id quod prius erat consumptum, separari, abalienari, distrahi: & congruit cum uerbo מרי, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Iob 19. Fratres mei procul a me recesserunt, noti mei abalienati sunt a me. Psal. 58. Abalienati sunt improbi ab utero. & Psal. 78. Non abalienati erant a desiderio suo. Iob 19. Anhelitus meus alienus erat ab uxore mea, id est, ab eo se abalienabat. ubi tamen cum lamed est constructum:

etio & fastidito expetunt Molech. Deuter. 31. Et meretricabitur post deos alienos terrae. Ezech. 6. Et ob oculos eorum quos lasciuia defleunt post idola eorum.

Nono, cum מרי Osee 1. Et meretricando meretricatur terra a Iehoua, id est a Domino primo uero & legitimo lasciuia lasciuuit. Decimo, cum מרי Ezech. 16. Et meretricata est Ahola sub me.

In secunda coniugatione מרי & cum praepositione מרי Ezech. 16. Post te non est facta meretricatio, id est ad te non accesserunt, ut tecum lasciuirent.

In tertia coniugatione מרי transitiuue. Leuit. 19. Non publicabis filiam tuam ut facias mereri eam, ne terra lasciuat & impleatur scelere. Item neutraliter. Osee 4. Meretricabuntur, & non satientur. Et iterum: Meretricado meretricati sunt. ca. 5. Quare nunc meretricatus es Ephraim. Item constructur cum מרי transitiuue. 1. Paralip. 21. Et meretricari fecit habitatores Ierusalem. Et ibidem iterum: Sed ambulasti in uia Regum Israel, & meretricari fecisti Iehudam, & habitatores Ierusalem, sicut meretricari fecit domus Achab, ubi est obseruandum, quod primum uerbum debeat in prima habere pathah, ut sit tertiae coniugationis, sicut recte Massora Rabinorum admonuit. Item cum מרי Exo. 34. Nec accipias de filiabus eius terrae filijs tuis, & meretricentur filiae eius post deos ipsorum, & meretricari faciant filios tuos post deos ipsorum.

INDE NOMINA:

מרי Nomen participiale masculini generis, meretricarius, qui rem habet cum meretrice, quicquid abnegat primam fidem, & eam abalienat. Psal. 73. Perdes omnem meretricarium abs te. Et adiectiuue. Ezech. 6. Factus sum propter cor eorum meretricum, id est lasciuum, petulans. In genere foeminino מרי lotrix, cauponaria, publicana, quaestuarua & meretrix, eod quod lotrices & cauponariae antiquitus erant quoque famosae, & simul etiam corpore merebant. Iosue 2. Qui abeuntis uenerunt in domum meretricis, cuius nomen erat Rahab. Licet multi contendant eo, in loco non scortum significare, sed cauponariam seu hospitam. Sic pollerit fortasse locus Iudi. 11. intelligi, Iephte Giliadites uir bellicosus, uir multus meretricis. Et Iacob. cap. 2. ad Hebraeos rediderunt, quod a מרי id est uendo descendit, & commune est cuius corpori meritorio: unde etiam מרי prostitutio.

Apoc. cap. 17. Inebriati sunt qui habitant terram de uino prostitutionis eius. Item Genes. 34. Nunquid quasi cum meretrice agere debebat cum sorore nostra. Prou. 23. Fouea profunda meretrix. Deut. 23. Non inferas mercedem meretricis in domum Iehoua. Et pluraliter מרי 1. Reg. 3. Et ueniebant duae mulieres meretrices ad regem. Chaldaeus habet מרי, id est cauponaria. 1. Reg. 22. Et linxerunt canes sanguines eius, & lotrices abluerunt. Prou. 59. Qui alit meretrices dissipat facultates. Libido, lasciuia, luxuria, prostitutio. Osee 4. Lasciuia & uinum & mustum auferunt cor. Osee 6. Propter facilitatem prostitutionis seu libidinis eius. Ier. 5. Scelus lasciuiae tuae super collibus. Et pluraliter מרי Num. 14. Et ipsi portabunt libidines seu lasciuas uestras, id est idololatrias.

מרי Libido, lasciuia, meretricatio. Ezech. 13. Polluerunt eam lasciuia sua. Et pluraliter מרי Ezech. 23. Et posuit meretricationes eius super eos.

מרי Libido, lasciuia, meretricatio: uoce pluralis, significatione singularis numeri, sicut multa alia. Gen. 38. Meretricata est Thamar nurus tua, lasciuia. 2. Reg. 19. Quadiu manebit meretricatio Isabel matris tue. Osee 1. Accipe tibi uxorem lasciuam, & filios lasciuiae seu meretricationis.

מרי Collectiuue omnia eduliorum genera complectitur, quae publice in caupona prostituntur, & ueniunt pro mercede. Ios. 4. Dederunt pueros pro edulijs, & puellas pro uino ut biberent.

מרי Nomen, quod tamen uidetur esse participiale a forma מרי, & significat etiam generaliter uaria genera seu uarias species siue eduliorum, siue aromatum, seu unguentorum, quae in thecas reponuntur, & inde in usum hominum depromuntur & ueniunt.

מרי Psal. 144. Penuaria nostra plena, de specie proferentia ad speciem. Chaldaeis pro מרי id est

memoriā in historijs ingreditur, accipitur. Gen. 1. Marem & foeminā creauit eos. cap. 17. Omnis mas inter uiros Abrahā. Leuit. 12. Hęc est lex parientis masculinum. Num. 1. Omne masculinum iuxta capita eorum. Et mox iterum: Omne masculinum a filio uiginti annorum & supra. & cap. 3. A mare usq; ad foeminam. Deut. 15. Masculinum sanctificabis ipsi lehoua. Iere. 20. Natus est tibi filius masculus. Num. 31. Summa eorum in numero omnis masculini a filio mensis & ultra. Et pluraliter זָכָרִים Exod. 13. Masculi erunt ipsius lehoua. Et iterum: Omnē apertionem matricis, masculos, & omnem primogenituram filiorum meorum redimam. Iosue 5. Masculos eō quōd omnes uiri bellicosi essent mortui in deserto.

Magnam habet significatione cognationē cum uerbis זָכָר & זָכָרָה nisi quōd ut forma, ita modo significandi inter se discrepent. Legitur autem ex eo tantum participium praesens זָכָר quod nominaliter illum significat qui rem aliquam ceu uilem prodigit decoquitq; & absumit. Deut. 21. Comessator & potator. Prouerb. 23. Nam potator & comessator ad inopiam redigetur. Matthaeus & Lucas Euangelistae, quando uerba Phariseorum recensent, quibus Christum sunt calumniati, reddiderunt Graecē φωβος: Ecce inquietus homo edax & uini potator. Et pluraliter זָכָרִים Prouerb. 28. Qui pascit comessatores, ignominia afficit patrem suum. Et in statu regiminis זָכָרִים. Prouerb. 23. Ne sis inter potatores, inter uoratores carniū.

INDE NOMINA:

זָכָר Nomen abstractū generis masculini, id est abiectū, uile, & opponitur nomini זָכָר Jer. 15. Qui eduxisti pretiosum a uili, eris sicut os meū. In genere foeminino זָכָרָה Threnor. 1. Vide lehoua & aspice, quā uilis ego sum.

זָכָרִים Nomen pluralis numeri, utilitates. Psal. 12. Vbiq; improbi ambulant cum euehantur utilitates, inter filios Adā, id est, homines comessatores, decoctores, uoratores. Culmi, qui succum & alimentum absumunt, & decoquunt. Iesā. 18. Statim abscinder culmos falcibus.

זָכָרָה Require in uoce זָכָר.

זָכָר Tacite cogitauit, excogitauit, concepit animo, formauit aliquid in animo. Et si sit meson, plerumq; tamē de cogitatione mali uel culpae uel pēnae accipitur. Et ut dalet h & sdain sunt symbolicae, ita à זָכָר modo tantum significandi uariat, & congruit significatione cum uerbo זָכָר Zach. 8. in utranq; partem tam malam quā bonā accipitur, ubi deus sic loquitur: Sicut cogitauit malefacere uobis cum ad iracundiā prouocarūt patres uestri me, ait lehoua exercituum, & nō pœnitui, ita rursus cogitauit in diebus illis benefacere Ierusalē, & domui lehoua. Deut. 19. Et facietis ei quemadmodū excogitauit facere fratri suo. Iere. 51. Quin etiā excogitauit lehoua. Thren. 2. Fecit lehoua quā cogitauit. Psal. 31. Ut eriperent animam meam excogitauerunt. Prou. 31. Excogitat agrū, & acquirat eum. Psal. 17. Quod cogitauit non transiuit os meum. Prouerb. 30. Aut excogitasti aliquid, manum ad os. Iere. 4. Quia loquutus sum quā cogitauit, non etiā pœnitit me.

Participium praesens זָכָר Psal. 37. Excogitat improbus iusto, & frendit super eum dentibus suis.

INDE NOMINA:

זָכָר Excogitatum, cōceptum animo malum, cogitatio praua. Legitur in forma ista semel in affixo Psal. 140. Cogitationem eius non promoueas.

זָכָר Excogitatu & cōceptu animo malū, cogitatio praua, malo affectu perpetrātū malū. Et licebit uertere scelus, זָכָר תּוֹעֵב בִּבְבֵּי שְׂטֵט. Leuit. 18. Nuditate uxoris & filiae eius nō reuelabis, neq; filia filij ipsius, neq; filia filiae ipsius accipias in uxore, ut reueles nuditate eius: consanguinei sunt, scelus est. & cap. 29. Non publicabis filia tuā, ut mereat ipsa, ut nō meretricetur terra & repleat scelere. & cap. 20. Et uir q; acceperit uxore & matre ipsius, scelus est: igne cōburant, tam ipsa q; illa, ne sit scelus in medio uestri. Iud. 20. Arripiēs igit pellicē meā conficidi eā in frustra, nisi q; eā in

In uoce passiuā זָכָר recordatus est, recordatio facta est. Num. 10. Et recordabimini coram lehoua deo uestro. Iere. 11. Et nomen eius non recordabitur amplius. Ezech. 3. Non recordabuntur iustitiae eius. Iob 28. Ramoth & Gabith non recordabitur, id est, non habebitur eius ratio, seu recordatio. Exod. 34. Omnis apertio matricis est mea, item omne pecus tuū quod masculabitur, apertio bouis & ouis. Et ad differentia illius, quōd simpliciter recordabitur significat, in ultima pro zere, habet cametz. Cur autē hoc uerbum masculari, & nomen זָכָר masculus dicatur, paulo infra indicabimus.

Participium masculini generis זָכָר Esther 9. Et dies isti recordandi, & fiendi in omnem posteritatem.

In tertia coniugatione זָכָר commemorauit. Iesāe 49. Ab utero matris meae commemorauit nomē meum. Genes. 49. Et cōmemorabis me apud Pharaonem, Iosue 22. Et in nomine deorum illarum ne cōmemoretis neq; iuretis. Psal. 20. Sed nos in nomine lehoua dei nostri commemorabimus. 2. Sam. 18. Propter cōmemorari nomen meum, id est, ut commemoretur nomen meum. Psal. 38. Canticum Dauidis ad commemorandum. 1. Paral. 16. Et dedit coram arca lehoua de Leuitis ministrantibus ad cōmemorandum, & ad celebrandū & ad laudandū lehoua deo Israel. Psal. 71. Commemorabo iustitiam tuam. Iesāe 19. Qui cōmemorauerit eam, ad eum expauescet. Cantic. 1. Commemorabimus amores tuos supra uinum. Inde etiā illa phrasit intelligitur qua Christus est usus, Hoc facite in recordationē mei, id est, ut cōmemoretis me. Sicut & Paulus apostolus interpretatur, Mortem Domini annuntiabit donec uenerit, &c. Nam hoc uerbum in tertia coniugatione significat annuciare, seu cōcionari, seu praedicare, sicut citata exempla docent.

Participium praesens, seu nomen participiale זָכָר Genes. 48. Peccata mea ego commemoro. Iesāe 66. Commemorās thus, quasi benedicat iniquitatem. Accipitur aliquando nominaliter pro tali persona, & eiusmodi officio cōstituta quae negotia regalia curat referri inter annales, & commemorat preteritas historias. 2. Samuel. 8. Et lehofaph filius Ahilud erat commemorator. Et pluraliter זָכָרִים Iesāe 62. Qui commemoratis ipsum lehoua. Et in genere foeminino זָכָרָה Numeri 5. Munus recordationis commemorans iniquitatem.

INDE NOMINA:

זָכָר Cum quinque punctis, memoria, reminiscencia, recordatio. Exod. 17. Delendo delebo recordationem Amelech. Psal. 111. Recordationē fecit mirabilium suorum, & Psal. 112. In recordatione perpetua erit iustus. Prouerb. 10. Recordatio iusti ad benedictionem. In statu affixorum mutat zere in hirik & saegol in seua. Psal. 6. Quia non est in morte recordatio tua. Exod. 3. Et haec recordatio mei. Osee 14. Recordatio eius sicut uinum Libani.

זָכָר Recordatio. Exod. 12. Et erit dies iste uobis in recordationem. cap. decimotertio, Et erit tibi signum in manu tua & in recordationem inter oculos tuos. Malachiae 3. Et scriptus est liber recordationis coram ipso. Exod. 28. Lapides recordationis filijs Israel. Numeri 5. Oblationem recordationis. In statu regiminis & affixorum זָכָרִים Eccl. 1. Non est recordatio priorum. Iesāe 57. Et post ianuam & post postem posuisti recordationē tuā. Et pluraliter forma masculula זָכָרִים Iob 13. Recordationes uestrae sunt similitudines cineris. Et in forma foeminea זָכָרָה Esther 2. Et dixi ut afferrent librum recordationum, & uerba dierum, id est, historias rerum gestarum.

זָכָר Recordatio. Leuitic. 24. Et erit super pane in recordationem. Et in statu affixi mutat he in thau. Numeri 5. Et capiet pugillum sacerdos de oblatione eius, recordationem eius.

זָכָר Mas, masculus, hoc nomine dictus, quōd sit recordatio & monumentum, atq; ut Paulus dicit gloria dei, quodq; sit prior creatioe, donis, alijsq; prerogatiuis ipsi foeminae, eiusq; fiat in catalogo Genealogiarū, & in mumerationibus recordatio, nō item foeminarū: itaq; pro genere seu sexu masculino & uirilī ut digniore, ut qui in memo-

Primo, cum articulo datiuu casus, qui est ei proprius. Iud. 5. Psallam ipsi Iehoua deo meo Israel. Psal. 33. In nabo & decachordo psallite ei. Psalm. 98. Psallite ipsi Iehoua in cithara & uoce psalterij. Secundo, cum pronomine בך quod notat motum ad locum. Psal. 59. Robur meum ad te psallam. Tertio, sine articulo, & tum significat psallendo praedicare seu celebrare. Psal. 7. Et psallam nomen Iehoua, id est, predicabo. Psal. 9. Psallam nomen tuum Altissime. Psal. 21. Cantabimus & psallemus fortitudinem tuam. Psal. 66. Psallite gloriam nominis eius. Psal. 147. Quoniam bonum est psallere deum nostrum. Similiter quando construitur cum pronomine affixo. Psal. 30. Psallat te gloria & non taceat. Psal. 57. Psallam te psalmis in populis. Psal. 138. Coram dijs psallam te.

INDE NOMINA:

- פַּלְמֵי** Palmes, ab incidendo. Num. 13. Resecuerunt sibi palmitem, & botrum uuarum. Ies. 7. Et palmitem peregrino inferes ei. Ezech. 8. Ecce ipsi porrigunt palmitem ad nasum suum. Describit ritum colentium idola, applicantium ad nares palmitem. Ezech. 15. Quod erit lignum uitis praestantius alijs lignis, palmes illa quae est inter ligna syluae. Et pluraliter in forma masculina פַּלְמִים Nahum 2. Quoniam euacuauerunt eos euacuatores, & palmitem eorum abstulerunt.
- פַּלְמֵי** Palmes. Ies. 25. Palmes praeualidorum deprimetur. Item incisio seu putatio. Cant. 2. Tempus incisionis seu putationis attigit. aliqui tamen pro cantu auium accipiunt, & interpretantur, & inde ab auium cantu etiam Germanis aestatem dictam esse **Sommer**, quanquam existimem dictum a Sole, aut si est ab Hebraeo mutuatum, dicit ab incisione quod aestatis tempore fit incisio graminum, arborum, herbarum, uisum, frumentorum & aliorum terrae nascentium.
- פַּלְמֵי** Palmes. Et in statu regiminis פַּלְמֵי Genes. 43. Accipite de palmite terrae in uasa uestra. pro quo Chaldaeus פַּלְמֵי quem alij sequuti uerterunt de melioribus terrae. Ego autem arbitor generaliter & collectiue significare fructus decisos, ut staten, resinam, mel, lotum, quae incisione proueniunt.
- פַּלְמֵי** Nomen animalis, quod Chaldaeus פַּלְמֵי alij Camelopardum, imitates septuaginta, alij capram rupicolam, alij Alcen. Arbitror autem nomen id habere ab incisione palmitem seu ramorum quos in cornibus habet & barbaris dictum Rangiferum, Latinis Ramiferum. Deut. 14. Et urum, & Ramigerum.
- פַּלְמֵי** Falcula, instrumenta seu cultelli quibus uites inciduntur. Ies. 2. Cudent gladios in uomeres, & cuspides in falculas. Ioelis 4. Cudite uomeres uestros in gladios, & falculas uestras in lanceas. Ies. 18. Et excidet ramusculos falculis.
- פַּלְמֵי** Instrumenta quibus fiunt incisiones: poteris uertere forcipes quibus lichni igne usti praescinduntur. 1. Reg. 7. & 2. Reg. 12. Item 2. Paral. 4. Jer. 52. Quidam tamen pro psalterijs accipiunt, instrumentis musicis.
- פַּלְמֵי** Nomen instrumenti musici, quod psalterium uertere licebit: dictum quod in eo Psalmsi decantentur. Psal. 81. Sumite psalterium & date tympanum. Psal. 98. Psallite Iehoua in cithara, & uoce psalterij. Ies. 51. Laetitia & gaudium inuenietur in ea, celebratio & uox psalterij. In statu regiminis פַּלְמֵי Amos 5. Aufer a me sonitum canticorum tuorum, & modulationem naborum tuorum non audiam. Legitur tamen פַּלְמֵי in statu absoluto. Exod. 15. & Psalm. 118. Item Ies. 12. Robur meum & Psalmus.
- פַּלְמֵי** Psalmus, carmen, uersus, metrum. Et hoc nomine multi inscripti sunt Psalmi, ut Psal. 98. Item 3. & c. Et aliquando habet praecedens nomen פַּלְמֵי Psal. 48. Canticum Psalmi filiorum Korach. Item Psal. 66. & Psal. 83. Interdum autem sequitur. Psal. 30. Psalmus, canticum dedicationis domus Davidis. Psal. 67. & 92.
- פַּלְמֵי** Psalmi, carmina, modulationes concisae. 2. Sam. 23. Et suauis Psalmorum Israel. Iob 35. Nec quisquam dicit ubi est deus factor meus, qui dat Psalmos in nocte. Psal. 95. In Psalmis iubilemus ei. Psal. 119. Psalmi fuerunt mihi statuta tua. Ies. 24. Ab ala terrae Psalmos audiuius.
- פַּלְמֵי** Significat caudam seu extremitatem cuiuslibet rei uel animatae uel inanimatae. Iud.

in omnem agrum hereditatis Israel, quonia fecerunt scelus & stultitiam in Israel. Iob 31. Molat alteri uxor mea, & super ea geniculatur alij, quia est scelus & iniquitas ludicum, id est, quae ad iudices pertinet. Psal. 26. In quorum manibus est scelus. Psal. 119. Appropinquauerunt persecutores sceleris. Proverb. 10. Quasi risus stultus, si faciat scelus. & cap. 21. Sacrificium improborum abominatio, eo quod in scelere adducit illud. In statu regiminis פַּלְמֵי Prouer. 24. Cogitatio stultitiae erratum. Iere. 31. Scelus meretricationis tuae super collibus. Petrus apostolus usus est isto nomine, & Lucas Graece uertit *επινοια* Actorum 8. Roga deum si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. In statu affixorum. Ezech. 16. Scelus tuum & abominaciones tuas tu portasti. Et pluraliter פַּלְמֵי Iob 17. Dies mei praeterierunt, & cogitaciones meae abruptae sunt.

- פַּלְמֵי** Scelus, denominatiuum, sicut a פַּלְמֵי fit פַּלְמֵי Ierem. 11. In domo mea faciendo eam scelus cum multis.
- פַּלְמֵי** Cogitatio tacita, uafricies, machinatio, stratagema, scelus. Iob 42. Scio quod tu omnia potes, & non amouebitur abs te cogitatio. Psal. 21. Cogitauerunt stratagema neque poterunt. Psal. 139. Qui dicunt tibi in astutia. Prouer. 1. Ut detur simplicioribus astutia, puero scientia, & stratagema uel industria. & cap. 3. Obserua successum, & stratagema. In statu affixorum. Iere. 51. Quoniam contra Babel cogitatio eius est ad auferendam eam. Et pluraliter פַּלְמֵי cogitaciones prauae, argutiae, technae, machinationes, practicae artes. Iob 21. Ecce cognoui cogitaciones uestras & machinationes, quas contra me machinantur. Psal. 10. Cōprehenduntur in practicis quas excogitauerunt. Et iterum. Et non est deus, omnes cogitaciones eius. Psal. 37. In uiro faciente practicas. Prouer. 5. Ut custodias cogitaciones. cap. 8. Ego sapientia cohabito astutia, & scientiam stratagematum inuenire studeo. cap. 12. Bonus hauriet gratiam a Iehoua, sed uir machinationum improbe aget. & cap. 24. Qui cogitat malefacere, hunc autorem scelerum uocabunt. Et Paulus eiusmodi uocat excogitatores malorum Romanor. 1. & Ieremiae 23. Et donec confirmauerit cogitaciones cordis sui.
- פַּלְמֵי** Tempus constitutum. Eccl. 3. Omnibus est tempus scilicet constitutum. Nehemiae 2. Et dedit ei tempus. Et cum affixo accipit dagges. Esther 9. Secundum tempus eorum. Similiter in plurali פַּלְמֵי Esther 9. Ad ratificandum dies sortitum istarum in temporibus suis.

INDE VERBUM,

- פַּלְמֵי** Verbum secundae coniugationis cuius participium praeteritum tantum in usu est פַּלְמֵי Esdrae 10. Veniet ad tempora constituta. Et in genere foeminino פַּלְמֵי Esdrae 13. In temporibus constitutis.
- פַּלְמֵי** Incidit, putauit raptim: & congruit significatione cum uerbis פַּלְמֵי & פַּלְמֵי, nisi quod ut transpositione literarum, ita modo significandi inter se uariant. Leuit. 25. Sex annis incidet uineam tuam.
- In uoce passiuua פַּלְמֵי Ies. 51. Non incidetur, neque coaceruabitur.
- In secunda coniugatione refertur ad uocem, seu incisionem musicam. Et significat incidere uerba seu uocem, facere caesuras seu incisuras syllabarum, canere modulos, modulari, canere carmen. Nam de alijs solutis cantionibus non dicitur, nisi de numeris, quae mensuratione constant & in laudem & gloriam dei modularunt. Et quia tales propter artificium iucundae sunt & gratiae, ideo quoque pro optimis quibusque carminibus seu cantilenis, seu selectissima musica & modulatione accipiuntur. Itaque in hoc distinguitur a uerbo פַּלְמֵי quod generaliter de solutis & uulgariibus, neque arte modularis cantionibus dicitur, uerum פַּלְמֵי tantum de arte compositis & concisis correptisque modulationibus intelligitur quae concisae & breues continet sententias: illud generale & uulgare, hoc uero artificiosae modulationis, quae uas caesuras seu mensuras & numeros habet & quidem breues & concisas. Et non solum de modulatione uocis humanae, uerum etiam aliorum instrumentorum musicalium dicitur, ut ex exemplis cognoscere facile licebit. Construitur autem triplaciter. Primò

ecce conturbati. Dan. 1. Qui si uiderit facies uestras conturbatas prae pueris.

INDE NOMINA:

צטו Conturbatus, commotus, furiosus. 1. Reg. 20. Et abiit rex Israel domum suam intra stabili & furiosus.

צטו Furor, aestus, feror, commotio ex ira. 2. Paral. 16. Quia in furore apud se super hoc. & cap. 28. Et interfecistis eos in furore. Prouerb. 19. Quasi frémitus leunculi furor regis. Iesa. 30. In furore irae, & flamma ignis absumentis. Mich. 7. Furorem Iehoua portabo, quia peccavi ipsi. Et cum affixo. Ionæ 1. Et stet mare a furore suo.

405

צטו

Generaliter significat clamare propter angustiam, & compressionem animi, congruitque significatione cum uerbo צטו, ac tantum modo significandi uariatur a uerbo צטו. Primo, legitur absolute. Exod. 2. Ingemuerunt filii Israel propter seruitutem, & exclamauerunt. 1. Sam. 28. Et exclamauit uoce magna. 2. Sam. 13. Et posuit manum suam super caput suum, & ambulando ambulabat, & exclamabat. Secundo construitur cum בָּא לוד. 3. & 6. Et clamauerunt filii Israel ad Iehoua. Psal. 142. Uoce mea ad Iehoua clamabo. Tertio, regit post se accusatiuum median te articulo נָא לוד. 12. Acclamaui uos, & non saluastis me. Quarto, cum affixo. Nehe. 9. Et conuersi acclamauerunt te & tu es caelo exaudiebas. Quinto, cum dario medio articulo lamed. Osee 8. Mihi acclamare debuerant.

In uoce passiuua צטו exclamatus, conclamatus est. Iudic. 18. Et uiri qui in domibus, quiq; erant in domo Michæ conclamati sunt. Et mox iterum: Quid tibi quod exclamatus es? 1. Sa. 14. Et conclamatus est Saul, & omnis populus, qui erat cum eo. In tertia coniugatione צטו construitur cum accusatiuo mediante articulo נָא. Iudic. 4. Et acclamauit Barak Zebulon. Et mox iterum: Et acclamauit Sifera omnem curum suum. Zacha. 6. Et acclamauit me, & loquutus est ad me. 2. Samuel. 20. Et dixit rex ad Amasa, conclama mihi uiros Iehuda: & abiit Amasa, & conclamauit Iehudam. Et absolute legitur semel Iob 35. Prae multitudine iniuriarum exclamant.

INDE NOMINA:

צטו Nomen masculini generis, clamor. Iesaia 30. Ad uocem clamoris tui.

צטו Forma foemini generis. Esther 4. Et clamabat clamore magno. Iesaie 15. Siquidem circumdedit clamor terminum Moab. & cap. 65. Vox fletus & uox clamoris. Iere. 5. Et clamor in gentibus exauditus est. In statu regiminis צטו. Prouer. 21. Qui obturat aurem suam a clamore exhausti. In statu affixorum צטו Esther 9. Ad ieiunia, & clamorem ipsorum. Iob 16. Neque sit locus clamori meo, &c.

406

צטו

Parum, paulum, paululum, paulisper, modicum: & est temporis. Iesaia 28. Modicum tibi, modicum tibi. Et cum ioc צטו Iob 36. Circui mihi paululum, & illuminabo te.

צטו Denominatiuum, parum, paululum, modicum. Et est aliquando temporis, ut Iesa. 10. & 29. Adhuc ualde modicum. Aliquando quantitatis discretæ. Iesaia 16. Et reliquum erit ualde modicum. cap. 24. Et relinquetur homo modicus, id est, homines pauci. Habet autem hoc nomen quandam cognationem cum uocabulo צטו, & contrariam significationem uerbo צטו.

407

צטו

Pix. Exo. 2. Et bituminauit eam bitumine & pice. Iesaie 34. Et uertentur torrentes eius in picem, & erit terra eius in picem ardentem.

408

צטו

Defecatum, decolatum, subtiliatum est, neutraliter: & congruit significatione cum uerbis צטו צטו צטו, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Iob 28. Quoniam argento exitus, & locus auro, quo defecantur. & cap. 36. Quoniam ipse diminuet stillas aquarum, quæ decolant pluuiam in uapore suum. In secunda coniugatione צטו. Malach. 3. Et sedebit uelut excoctor: & purificator auri, & emundabit filios Leui, & defecabit eos sicut aurum & sicut argentum. Participium praeteritum צטו Psal. 12. Argentum excoctum in sublimatorio terreo, defecatum septulum. Et pluraliter צטו Iesa. 25. Et fecibus decolatis.

Iud. 15. Et uertit caudam ad caudam. Deut. 28. Et ponet te Iehoua in caput & non in caudam. Iesaia 9. Et praecidet Iehoua ab Israel caput & caudam. Et mox iterum: Et propheta docens falsum ipse est cauda. In statu affixorum. Exod. 4. Et apprehende in cauda eius. Iob 40. Cauda eius uelut cedrus. Et pluraliter צטו. Iesaia 7. Et posuit faciem intra duas caudas. Et in regimine צטו. Iesaia 7. Et cor non mollescat a duabus caudis titulum.

INDE VERBUM,

צטו

Decaudauit, praecidit caudam seu extremum. Deut. 25. Et decaudauit in te omnes debiles post te. Iosue 10. Persequamini inimicos uestros, & decaudetis eos.

צטו

Vide paulo superius proxime post צטו ubi in forma inuitata צטו inserimus, unâ cum nominibus & deriuatis ibi explicatis.

צטו

Amouit, remouit loco. Osee 8. Amouit Israel bonum. Et mox iterum: Et amouit (hostis) uitulum tuum o Samaria. Threnor. 3. Remouit Iehoua altare suum. Psal. 88. Ut quid Iehoua amoues animam meam. Threnorum 3. Et remouisti ex pace animam meam.

צטו

In tertia coniugatione צטו Remouere fecit loco. 2. Paralip. 28. Et remouere faciet te in perpetuum. 2. Paral. 29. Et omnia uasa quæ remouere iussit rex Achaz, &c. Iesaia 19. legitur interposita litera aleph צטו & neutraliter. Et amouebuntur loco flumina: uel sic, recedent loco. Et apparet literam he esse positam pro thau characteristica quartæ coniugationis.

צטו

Saltauit alacriter more leonis: legitur tantum uno in loco & neutraliter Deut. 33. Dan catulus leonis saltabit de Basan.

צטו

Significatione congruit cum uerbo צטו. Sunt enim duæ primæ initiales literæ confines & symbolicae. Legitur semel tantum in uoce passiuua צטו, id est, extinctus est, scilicet compressione. Iob 17. Anhelitus meus corruptus est, dies mei extincti sunt, scilicet quasi lumen.

צטו

Idem significat, quod uerbum צטו: habent enim ultimas literas eiusdem instrumenti & symbolicas: significant autem turbationem, commotionem, aestum, & furorem. Malach. 1. Et populum, quem furenter tractauit Iehoua perpetuo. Num. 23. Quo modo furenter tractabo, quem non furenter tractauit Iehoua. Et ibidem iterum: Et uade, & furenter tracta Israel. Prou. 24. Furēter tractabunt eum plebes. Iesaia 66. Et furenter tractabit inimicos suos. Dan. 11. Et furenter aget contra pactum sanctitatis. Zach. 1. Furenter tractasti septuaginta annis.

צטו

Participium praesens צטו Psal. 7. Et deus furenter agit quotidie. Participium praeteritum in statu regiminis צטו Prouer. 22. Et furenter agitur ipsius Iehoua, cadet tibi. Et in genere foemino צטו Michea 6. Et epha paritatis, agitata. In uoce passiuua legitur participium pluralis numeri צטו Prou. 25. Et facies furibundas, lingua absconsonis.

INDE NOMEN,

צטו

Commotio animi, furor. Psal. 78. Tam furor quam angustia. Iesaia 10. Et consummabitur furor. & cap. 30. Et labia eius plena sunt furore. Thren. 2. Et insectatus est in furore iræ suæ regem, & sacerdotem. Et in distinctione sententiæ צטו Ies. 26. Donec transeat furor. Ezech. 22. Non compluta est in die furoris. In statu affixorum mutat alterum pathah in seua. Psal. 38. Non est integritas in carne mea propter furorem tuum. Psal. 69. Effunde super eos furorem tuum. Iesaia 10. Et baculus ipse in manu eorum furoris mei. Nahum 1. Coram furore eius quis stabit.

צטו

Congruit significatione cum uerbo צטו eò quod ultimæ literæ sint eiusdem instrumenti, & symbolicae: significat enim feruere seu furere tra, uel turbari tristitia, seu metu. Prouer. 19. Et aduersus Iehoua furet cor eius. 2. Paralip. 26. Et furiit Vziah. Et iterum: Et in furendo ipsum cum sacerdotibus, id est, cum sic fureret.

צטו

Participium praesens צטו Gen. 40. Et uenit ad eos Ioseph mane, uidit eos, & ecce

uestri, atque omnes uiri Israel. Iosue 23. Et uocauit Iosue uniuersum Israel, seniores eius, capita eius, iudices eius, & praefectos eius. Iudic. 8. Et conscripsit ei principes Succoth & seniores eius. 2. Reg. 19. & Iesaiæ 37. Et seniores sacerdotum opertos faccis. Iere. 19. De senioribus populi, & de senioribus sacerdotum. Et pluraliter in genere foeminino זקנות Zach. 3. Adhuc habitabunt senes & senes. prius est masculinum, alterum foemininum.

זקנים Nomē uoce pluralis numeri, significatione singularis, senectus: sicut זקניו זקניו זקניו pueritia, uirginitas, meretricatio, &c. Legitur semel Gen. 37. Quoniam filius senectutis ipse ei, id est, quam senex genuerat.

זקן Senectus, senium. Genesis 48. Oculi Israel erant graues praesentio, nec poterat uidere.

זקניו Senectus. Psalm. 71. Ne abijcias me in tempore senectutis. Et mox iterum: Quinetiam ad senectutem & canicem Deus ne deferat me. Ies. 46. Usque ad senectutem ego ipse, & usque ad canicem ego portabo. Et in statu regiminis זקניו 1. Reg. 11. Et factum est in tempore senectutis Salomonis. Et cum affixis. Gene. 24. Post senectutem sua. 1. Reg. 15. Tantum in tempore senectutis sua aegrotauit pedibus suis.

זקן Barba, nomen generis communis, & inde nomen, quod seniores gestabant barbas. Ierem. 48. Omnis barba rasa. cap. 41. Rasi barba. Exod. 13. In capite, uel barba.

Et in statu regiminis זקן 2. Samuelis 20. Et apprehendit manu dextra Iob in barba Amasa, ut oscularetur eum. Psalm. 133. Usque in barbam, barbam Aaron. Similiter punctatur in statu affixorum. Leuitic. 14. Radet omnes pilos suos, nempe caput suum & barbam suam. Leuitic. 19. Non perimas extremitatem barbae tuae. 1. Samuelis 17. Et apprehendi in barba eius. 2. Samuel. 10. &c. 1. Paralip. 19. Crescat barba uestra.

411 זקן Erexit. Et legitur tantum ex eo participium praesens masculini generis זקן. Psalm. 146. Iehoua erigit incuruatos. & Psalm. 45. Et est erector omnibus incuruatis. Et est hic obseruandum quod Grammatici Hebraeorum duos habeant accentus subdistingtuos, quos nomine זקן uocant, uidelicet זקן qui habet duo puncta similia ipsi seu supra syllaba in altum erecta. Deinde זקן qui eadem duo puncta eodem modo habet, sed a sinistra parte iuxta haec duo puncta, uirgulam quoque erectam sic: , atque plus distinguit quam prior. Legitur autem posterior rarius.

412 זקן Non legitur in hac forma nisi semel in uoce passiuæ secundæ coniugationis, ac significatione congruit cum uerbis זקן & זקן: significat enim aduri. Iob 6. In tempore, quo adurentur, constringentur, & incallescendo eos, extinguentur de loco suo.

413 זקן In modis significandi perinde se habet, atque uerbum זקן, tamen in primo significandi modo tantum semel, & in tertia coniugatione scriptum sit, ubi ea, quæ dissoluta & sparsa erant significat complicare, & accingere, congruitque significatione cum uerbo זקן 2. Sam. 22. Accinxisti me fortitudine ad bellum. pro quo tamen Psalm. 18. usurpatum est in secunda coniugatione, sicut & Psalm. 139. Semitam meam & cubile meum circumcinxisti, id est, accinctus circumdediti.

Deinde in altero modo significandi contrario, significat spargere, sparsim abijcere, uentilare. Exod. 32. Et comminuit in puluerem & sparsit super faciem aquæ. Num. 17. Et ignem sparge hinc inde. Ies. 30. Sparsim abijcias ea tanquam mestruum.

Participium praesens זקן Ruth 3. Et ipse uentilat in area hordeum in ipsa nocte. In uoce passiuæ זקן Ezech. 6. Dum uos dispersi, erit in regiones. & cap. 36. Et dispersi eos in Gentes, & dispersi sunt in regiones.

In secunda coniugatione זקן Leuit. 26. Et dispergam uos in Gentes. Prouer. 15. Labia sapientum dispergunt scientiam, id est, seminant. Iere. 51. Et mittam in Babylonem uentilatores & uentilabunt eam.

Participium praesens זקן Prouerb. 20. Rex sedens pro tribunali, dispergit oculis suis omne malum.

409 זקנים

Genus uinculorum, quo manus uinciuntur seu constringuntur. Et si quidam putent a זקן derivatum, tamen ego existimo cognationem habere cum uerbis זקן & זקן & dicta retinacula, seu apprehensoria. Iob 36. Et si uincti in uinculis seu laqueis. Psalm. 149. Ut uinciant reges eorum in laqueis. Iesaiæ 45. In manibus transtibunt. Nahum 3. Et omnes magnates eius constricti fuerunt funibus. Dicuntur etiam hoc nomine alij laquei, qui incensi igne ardent. Prouer. 26. Sicut abscondit se qui eiacularur laqueos, sagittas & mortem. Iesaiæ 50. Accinctores laqueorum. Item mox iterum: Et in laqueis quos accendistis. Legitur tamen bis in Ieremia cum aleph quiescente זקנים cap. 40. Et ipse uinctus laqueis. Et mox iterum: Et ecce nunc soluit e hodie ex laqueis, qui erant super manibus tuis.

410 זקן

Senuit, cōsenuit, senex factus est, estque contrarie significationis uerbo זקן quod alacriter insilire significat. Genes. 27. Et factum est cum senuit Izhak. Iosue 23. Et Iosua senuit uenitque in dies, dixit Iehoua ad eum, tu senuisti. Psalm. 37. Puer fui, etiam senui. Prouer. 23. Neque despicias, quando senuit mater tua. 1. Para. 23. Et Dauid senuerat, & satur erat dierum.

In tertia coniugatione זקן Iob 14. Si consenuerit in terra radix eius. Prouer. 22. Etiam cum senuerit, non recedet ab ea.

INDE NOMINA:

זקן Nomen participiale, masculini generis: ponitur interdum substantiue, interdum adiectiue. Et in statu absoluto significat simpliciter senem, ut opponitur nomini זקן Gen. 19. & Iosue 6. Esther 3. A puero usque ad senem. Threnor. 2. Puer & senex. 2. Paral. 36. Non pepercit ulli iuueni, nec uirgini, nec seni, nec decrepito. Iob 42. Et mortuus est Iob senex, & satur dierum. Iere. 6. Senex cum pleno dierum. Ezech. 9. Senem, iuuenem, & uirginem, & paruulos & mulieres interficite. Adiectiue. Genes. 44. Est nobis pater senex. Iudic. 18. Ecce uir senex uenit. In statu regiminis זקן Gen. 24. Et dixit Abraham ad seruum suum seniore domus sua. Et obserua bis quod hoc nomen in statu regiminis, quando de publicis personis dicitur, ponatur non tam de senibus ætate, quam de publicis personis in administratione cum æconomica, tum politica & ecclesiastica constitutis: quare dignitatis est, & officij publici, potius quam ætatis: quanquam illi ad rerum gubernacula adhibentur, qui senes sunt, & longam habent multarum rerum experientiam. Vnde cōmuniter per comparatiuum uertitur, Senior, qui alijs etiam ætate senibus propter publici ministerij dignitatem anteponuntur. Deinde scias quod singulariter nuspam in tota scriptura legatur in statu affixorum. Et pluraliter זקנים senes positiuè, senes scilicet ætate. Iob 32. Quia senes sunt plusquam ipse in diebus. Psalm. 148. Iuuenes & uirgines, senes cum pueris. Prouer. 17. Corona senum, filij filiorum. & cap. 20. Decus senum canicies. Iesaiæ 21. Pueros & senes. Esdrae 3. Et senes qui uiderat domum priorem. Sed frequentius in comparatiuo, ut est dignitatis & publici officij. 1. Regum 12. Sed dereliquit consilium seniorum, qui consuluerant ei, & cōsulauit cum pueris. 2. Reg. 10. Et misit in Samariam ad principes Iezreel, seniores & ad nutritos Achab. Esdrae 10. Iuxta consilium principum & seniorum. Iob 12. Aufert labium de ueracibus, & rationem seniorum tollet. Atque etiam hic discrimen est obseruandum inter זקנים & זקנים. Principes & capita plerumque isdem sunt, hoc est capitanei, officiales tam domi quam militiæ, ideoque sepe unum pro alio ponitur, sed in aulis regum seniores sunt ipsi consiliarij, & in ciuitatibus siue regionibus siue populo ipsi magistratus, qui prudentia & consilijs res publicas gubernant: זקנים sunt iudices, qui causas cognoscunt & dijudicant, זקנים uero sunt pedelli magistratus & iudicum. In statu regiminis & affixorum semper de illis dicitur qui alios antecedunt dignitate, & sunt in magistratu. Numeri 11. Cōgrega mihi 70. uirgos ex senioribus Israel, quos nosti, quod seniores populi & praefecti eius sunt. Deuter. 5. Accessistis ad me cum capitibus baculorum uestrorum, & seniorum uestrorum. & cap. 21. Egredientur seniores tui & iudices tui. cap. 29. Vos omnes statis hodie coram Iehoua deo uestro, capita uestra, baculi uestri, seniores uestri

416 זרמה Fluxus, imber, cataraeta: legiturq; in statu regiminis & affixorū. Ezech. 23. Quorum caro est sicut caro asinorum, & fluxus equorum fluxus eorum.

מזרים Fluxus, imber. Job 37. Post tremorem ueniet tempestas, & post imbrem frigus.

416 זרע

Seminauit, seuit, semen proiecit, & sparsit ad cōseruationem & sustentationem speciei. Et non nihil habet commune cum uerbis זרע & זרעו. Iudic. 6. Quum seminasset Israel, ascendebat Midian. Oseæ 12. Seminauerunt tritica. Eccl. 11. Mane semina semen tuum. 2. Reg. 19. Seminate & metite. Job 31. Seminabo & alius comedet. Ecclesiast. 11. Obseruans uentum, non seminabit. Iesaiæ 28. Num tota die arabit arans ad seminandum. Deut. 22. Non ferēs uincam tuam diuersis seminum generibus. Iesai. 17. Et ramum alieni inferes eum.

Participium præsens זרעו Prouerb. 11. Et seminanti iustitiam merces fidelis. & cap. 22. Seminans iniustitiā, metet iniquitatem. Et pluraliter זרעו Psal. 126. Qui feminant cum lacryma, cum exultatione metent. In statu regiminis זרעו Job 4. Et feminantes iniquitatem, metent eam.

Participium præteritum זרע Psal. 97. Lux seminata est iusto, id est, dispersa. Et in genere fœminino זרעה Iere. 2. In terra non seminata.

In uoce passiuā זרע Numeri 5. Et seminabitur semine. Ezech. 36. Et colemini & feminabimini. Nahum 1. Non seminabitur semine tuo.

In secunda coniugatione uocis passiuæ זרע Iesaiæ 40. Etiam non seminabitur.

In tertiā cōiugatione זרעהו feminificauit, semen suscepit. Leuit. 12. Mulier cum feminificauerit, & pepererit masculum.

Participium præsens זרעהו Genesis 1. Germinet terra germen, herbam feminificantem semen.

INDE NOMINA:

זרע Generaliter omne semen, unde species sustentatur, sementum. Genesis 1. Herbam feminificantem semen. cap. 8. Sementi & messis. cap. 4. Posuit mihi deus semen alterum. Item pro prole seu posteritate. Genes. 20. In femine tuo benedicentur omnes Gentes. Leuitic. 20. Qui dederit de femine suo ipsi Molech, pro quo sæpe alibi declarandi causa ponitur filios seu filias. Deut. 25. Si quis mortuus fuerit non habens semen. In statu affixorum mutat sægol in pathah, & pathah in seua. Gen. 1. Et semen eius in eo. cap. 3. Inter semen tuum, & inter semen illius, ipsum conteret caput tuum. & cap. 22. Et benedicentur in femine tuo omnes gentes. cap. 24. Et hæc reditet semen tuum portam inimici eius. Similiter in plurali status affixi. 1. Sam. 8. Et semina uestra & uineas uestras, id est, fata.

זרע Semen, granum. Et in statu regiminis זרע Num. 11. Sicut semen coriandi.

זרוע Nomen adiectiuum, seminarium, quod scilicet est seminabile. Leuit. 11. Et si cadet de cadauere eorum super semen seminabile, quod feminabitur, quod scilicet ex fatione prouenit, & ad seminandum seruatur.

זרעים Et pluraliter זרעים semina, grana, legumina. Daniel. 1. Et dent nobis de leguminibus. Et cum nun paragogico זרעים Dan. 1. Et dabat eis legumina.

מזרע Semen, sementum. Iesai. 19. Et omne sementum riuū arefcet.

זרוע Brachium, quod & quo spargitur & uentilatur. Et tam de brachio hominis, quam armō animalium dicitur. Et quia ingens robur inest brachijs, metaphorice pro potentia & sustentatione sæpe accipitur. Exod. 6. Et redimam uos in brachio extento. Numeri 6. Et armum coctum arictis. Deuteron. 18. Dabunt sacerdoti armum. Psal. 10. Frange brachium improbi. Similiter se habet in statu affixorum. Iesaiæ 30. Et depressionem brachij sui ostendet. Iesaiæ 63. Et seruabit mihi brachium meum. Et pluraliter זרועים Danielis 11. Et brachia ex nobis stabunt. Et in statu regiminis זרוע Gene. 49. Brachia manuum eius. 2. Reg. 9. Et percussit Iehoram inter brachia eius. Legitur etiā in forma fœminina זרעה Deut. 33. Subter brachia seculi. Job 22. Brachia pupillorū conterentur. Ezech. 30. Et roborabo brachia

Participium præteritum זרמה Prouerb. 1. Frustra spargitur rete ob oculos habentium alas.

In uoce passiuā זרע Job 18. Et spargetur super habitaculum eius sulphur. Psalm. 58. Dispersi sunt à matrice.

Participium præsens זרע Iesaiæ 30. Quod uentilatum est uentilabro & uanno.

INDE NOMINA:

זרזר Peripheria, circumferentia, corona, cinctura, qua extremitates in arca fœderis, mensa, & altare thimiamatis cinctæ erant. Exod. 25. Et facies ei coronam in circuitu. Et cum affixo seruat zere, Exod. 30. Et facies duos annulos aureos sub corona eius.

זרזיר Vide paulo inferius in quadriliteris.

זררים Nomen participiale, pro זררים disperfores, uentilatores. Iere. 51. Et mittam uentilatores in Babylonem, & uentilabunt eam.

מזרנה Ventilabrum. Iesaiæ 30. Quod uentilatum est uentilabro, & uanno. Iere. 15. Et uentilabo eos uentilabro.

מזררה Pro lucifero communiter accipiunt, eò quòd spargat undique radios suos, & tenebras dispellat: alij pro uentis septentrionalibus, qui sunt frigidit: alij pro arcturo. Job 38. Aut si poteris educere planetas in tempore suo.

מזרים Hieronymus pro arcturo accepit. Est autem dictus à uentis uehementibus & frigidis qui dispergunt & uentilant res. Job 37. Et à Septentrione frigus, &c. sed uide in זרע.

414 זרחה

Exortum est, sparsit seu diffudit se. Psalm. 112. Exortum est in tenebris lumen re-ctis. Gene. 32. Et exortus est ei sol. 2. Sam. 23. Et sicut lux matutina, quando exoritur sol. Job 9. Quis dicit sol ut non exoriat. Malach. 4. Et orietur uobis timentibus nomen meum, sol iustitiæ. Deut. 33. Et dixit, Iehoua de Sinai uenit, & ortus est de Seir. Iesaiæ 60. Gloria Iehoua super te exorta est. 2. Paral. 26. Et lepra exorta est in fronte coram sacerdotibus.

Participium præsens זרחה Eccl. 1. Et ad locum suum anhelat, & oritur ibi.

INDE NOMINA:

זרחה Ortus, cum affixo. Iesaiæ 60. Et reges ad splendorem ortus tui.

מזרחה Ortus, Oriens. Psal. 103. Quantum distat ortus à uespera. Zachar. 8. E terra Orientis. Numeri 21. Iuxta planiciem Moab ab ortu solis. Et quando additur in fine he, tum notat motum ad locum. Exod. 27. Ad orientem. Legitur tamen semel per apocopen 1. Paralip. 9. Ad quatuor uentos erant ianitores, ad Orientem, Occidentem, Septentrionem, & Meridiem.

מזרחה Indigena, qui non aliunde uenit, nec alibi ortus est, estq; contrarium nomini זרחה. Leuit. 16. Indigena & aduena. Num. 9. Statutū unum erit uobis, aduena & indigena terræ. Ezech. 47. Et sint uobis uelut indigena inter filios Israel. Et dicitur semel de arbore non aliunde transplantata, sed quæ est in eo loco, ubi orta est: Psalm. 37. Vidi Improbum potentem & uirètem quasi indigenam. pro quo alij cedrum, alij laurum transtulerunt.

מזרחי Cognomen uiri, cuius fit mentio Psal. 88. Intellectus Haman Ezrahita.

415 זרעם

Subitaneauit, præcipitauit, fluctuauit raptim. Et ut literarum tantum positi, ita modo tantum significandi differt à uerbo זרע, quod nictare oculis (quod raptim fit) significat. Item à uerbo זרע quod abripere, seu raptim abscondere notat. Psal. 90. Abripuisti eos, somnus erunt.

In secunda cōiugatione uoce passiuā זרע Psal. 77. Erupte sunt aquæ e nubibus.

INDE NOMINA:

זרע Fluxus, scilicet repentinus & impetuofus, imber rapidus, cataraeta, seu fluctuatio, & inundatio celera, quæ ex abrupto fit: eitz platzregen. Job 24. Ab imbre montium madefient. Iesaiæ 4. In abscofionem ab imbre & à pluuia. Et cap. 25. Defensio ab imbre, umbra ab æstu, cap. 28. Sicut cataraeta grandinis. Habakuk 3. Cataraeta aqua-

חֶסֶדְךָ יְהוָה מִלְאָחַת הַאָּזְנוֹת הַקִּיֹּר לְמִדְּבַר

ח

422 חת

Vt forma, ita significatione cognationem habet cum חת & חת Et significat instrumentum instar spinæ fabrefactum ex auro, quo uestis configitur, & Latine uncinū, seu fibulam, seu spinā appellare licebit, Germani uocant Haten, mutuato ab Hebræis uocabulo. Gen. 35. Attulerunt spinā & in aurem, & anulum. Et pluraliter חתים id est, spinæ, id est, instrumenta facta in modum spinæ, quibus captiui figebantur. Ezech. 19. Et adduxerunt eum in spinis, in terram Ægypti. & cap. 38. Et ponam spinas in maxillis eius.

423 חבב

In sinum abdere, in sinuare, complecti amore. Deut. 33. Etiam complectitur populos. Congruit autem significatione cum uerbis חבב & חבב.

INDE NOMEN,

424 חב

Sinus, gremium, quo quis aliquid abdere potest. Et in statu affixi mutatholem in kybutz daggestata litera beth. Iob 31. Ad abscondendum in sinu meo iniquitatem meam.

Legitur in hac uoce in prima coniugatione tantum in uoce passiuua חבב significatione neutrali & intransitiua, & significat occultari, abditu; congruitq; significatione cum חבב & חבב, nisi q; modo significandi inter se uariant. Iud. 9. Et relictus est Iothā filius Ierubaal paruus, quia abditus fuerat. 1. Sam. 10. Ecce ipse abditus est apud uasa. Gen. 3. Cū nudus essem, mox abdidit. cap. 31. Quare abdidisti ut fugeres, & furatus es me. Iosue 10. Et abditū sunt in cauerna. 1. Sam. 19. Sedeas in absconsione, & sis abditus. Iob 5. A flagello linguæ abderis. & ca. 29. Et uox principum abdebat. Amos 9. Et si abderentur in cacumine cameli. 1. Reg. 22. Intra cubiculum ad abdendum. 2. Reg. 7. Et egressi sunt ex castris, ut abderentur in agro, ubi data opera scriptū est cum he loco aleph, ut significaret non metu se abdidisse, sed ut clam infidias fruerent. Dan. 10. Et fugerunt ut abderentur.

Participium חבב 2. Sam. 17. Ecce nunc ipse abditus in una fouearum. Iere. 49. Et abditus esse non poterit. Et pluraliter חבב Iosue 10. Inuenti sunt quinque reges abditū in cauerna.

In secunda coniugatione uoce passiuua חבב Iob 24. Simul abduuntur oppressi terræ.

In tertia coniugatione חבב abdidit. Iosue 6. Quoniam abdidit nuncios, ubi tamē irregulariter scribitur pro חבב, ut paulo inferius regulariter est positum. 1. Reg. 18. Et abdidit eos, nempe quinquaginta uiros in cauerna. Et mox iterum: Et abdidit de prophetis Iehoua. Iesaiæ 49. Sub umbra manus suæ abdidit me.

In uoce passiuua חבב Iesaiæ 42. Et in domibus carcerum abditū sunt. In quarta coniugatione חבב Gen. 3. Et abdidit se Adam, & uxor eius à facie Iehoua dei. 1. Samuelis 13. Et abdidit se populus in cauernis. Iob 33. Quæ si lapide abduunt se.

Participium חבב 2. Reg. 11. Et fuit cum ea in domo Iehoua abditus sex annis. 2. Paralip. 22. Et ipse abditus erat in Samaria. Et pluraliter חבב 1. Samue- lis 14. Et omnes uiri Israel abditū erant in monte Ephraim. 1. Paral. 21. Et quatuor filij eius cum ipso abdit.

INDE NOMEN,

425 חבב

Abditum, latibulum. Iesaiæ 32. Et erit ille tanquam abditus uento, id est, à uento. Et pluraliter חבב 1. Samuelis 23. Et cognoscite de omnibus abditis, id est, latibulis.

425 חב

Abdidit: congruit significatione cum uerbis חבב & חבב Iesaiæ 26. Abde te modicum temporis donec transeat furor.

regis Babel. Psal. 18. Depressus est arcus arcus brachij meis. Prouer. 31. Et corroborat brachia sua.

417 חר

Brachium, per prothesin literæ aleph. Ierem. 32. In brachio extento. Iob 31. Et brachium meum à canna frangatur.

Sparsit, aspersit, fudit. Exod. 24. Et dimidium sanguinis aspersit super altare. Et cap. 9. Accipite uobis plenum pugillum fauilla fornacis, & sparget illam Moses in cœlum. Ezech. 36. Et aspergam super uos aquam mundam. Osee 7. Aspersa est canicies in eo. Ezech. 10. Et imple uolas tuas carbonibus ignis de medio Cherubim & asperge super ciuitatem. Leuit. 2. Et sanguinem eius sparget. Ezech. 43. Et ad spargendum super eum sanguinem.

Participium præsens חר. Leuit. 16. Sacerdoti spargenti sanguinem. Et pluraliter חר 2. Paralip. 30. Sacerdotes spargentes sanguinem.

INDE NOMEN,

418 חר

Aspersorium, infusorium, uas in quod, uel ex quo aliquid spargitur, seu funditur. Hieronymus uertit phalam. Numeri 7. Aspersorium unum argenteum. Zach. 9. Et implebunt quasi aspersorium. Et pluraliter חר Zach. 14. Quali aspersoria ante altare. In statu regiminis חר Numeri 7. Duodecim aspersoria argenti. Amos 6. Qui bibunt in aspersorijs uini. Legitur etiam in forma fœminina חר 1. Reg. 7. Et aspersoria. Exod. 27. Et aspersoria eius.

418 חר

Tantum spacijs, quātum uir metitur extentione palmi, inter pollicem & auricularem, & nos Latine palmum, Germanice ein spanne oder spann lang uocamus, quorum duo cubitum faciunt. Exod. 28. Quadratum erit, & duplicatum: palmus longitudo eius, & palmus latitudo eius. Iesaiæ 40. Et cœlum palmo confirmauit. Ezech. 43. Per circuitum palmus unus. Et in distinctione sententiæ חר 1. Sam. 17. Altitudo eius sex cubiti, & palmus.

DE QUADRILITĒRIS ET PEREGRINIS.

419 חר

Nomen fœminini generis cōstans quinque literis, & significat adustionem, ardorem, æstum. Et inuenitur tantum ter in sacris Biblijs. Psal. 119. Adustio corripuit me ab improbis. Et pluraliter חר Threnor. 4. Cutis nostra quasi clibanus adusta est à facie adustionum famis. Et cum nomine חר coniunctum, & habes in prima hirik חר Psal. 11. Pluet super improbos, laqueos, ignem, & sulphur, & uentus adustionum portio calicis eorum.

420 חר

Legitur tantum uno in loco. Psal. 72. Descēdet sicut pluuia super detonsum, sicut gutta, irroratio terræ. ut sit appositio, & quasi expositio uocis חר. Similis appositio etiam legitur Iesaiæ 30. Riuuli, fluentia aquarum. Significat autem humorem roscidum seu irrorationem.

421 חר

Sicut à חר deriuantur nomina חר & חר abiecta litera substantiali beth, ita à uerbo חר deducitur חר quod leopardum significat à distrahendo appellationem habens, quod dicitur distractor: commendatur autem à Salomone à lumborum agilitate & firmitudine Prou. 30. Tria illa bonum faciunt incessum, & quatuor bonam faciunt ambulationem: Leo præualidissimus inter animalia qui non auertit se à quoquam: Leopardus lumborum.

mensus est duos funes, id est partes, portiones. Iob 21. Et ueniet super eos calamitas ipsorum, funes distribuet in ira sua. Iesaiæ 13. Angustia & funes apprehendent, & uelut parturiens infirmabuntur. Iere. 13. An non funes apprehendent te, sicut parturientem, id est, dolores. In statu regiminis תביל. Esther 1. Tenebatur funibus byssi. Prou. 5. Et funibus peccati sui retinebitur. Iosue 17. Et ceciderunt funes Manasse decem, preter terram Gilead & Basan. 2. Sam. 22. & Psal. 18. Circumdederunt me funes mortis, & torrentes Belial terrebant me, funes inferni circūderunt me, laquei mortis. Osee 15. Funes parturientis ueniet ei. Psal. 119. Funes improborum ceperunt me. Secundū hanc significationē etiam Petrus phrasin suam mutauit ut est Actorum 2. Quem Deus suscitauit solutis doloribus mortis, quatenus impossibile erat teneri illum ab ea. In statu affixorum. Iesai. 33. Et omnes funes eius non rumpentur. cap. 26. Sicut grauida appropinquat ad partum, infirmatur & clamat in funibus suis, id est, doloribus, quibus detinetur & constringitur. Iob 39. ponitur pro ipso partu, quando partus suos emittunt.

תביל Malus, arbor nauis, à funibus dictus, quos cit cum quaq; in eius summitate alligatos habet ut illis retineatur, & in cuius summitate gubernator sedens nauē gubernat. Prouer. 23. Et uelut qui dormit in summitate mali.

תביל A nauis gubernatione, ad quamlibet aliam publicam gubernationem trāsfertur, quæ consilio, industria & experientia regēda est. Iob 37. Et ipse circumuolutiones uertit in gubernatione sua, ad operationem earum. Prouer. 11. Et prudens gubernationem acquirit. Legitur tamen sepius in forma תביל. Prouer. 11. Sine gubernatione corruiit populus. cap. 12. Cogitationes iustorum iudicium, gubernatio improborum impostura. & cap. 20. Et cum gubernatione gere bellum, id est, moderamine. cap. 24. Cum moderatione gere bellum.

תביל Funis, ligatq; hoc nomine Hebræi pignus uocant, quia ligat & obstringit hominem. Ezech. 18. Pignus non restituerit. cap. 33. Et pignus restituerit improbus. Et in forma fœminea cum affixo. Ezech. 18. Pignus suum debitori restituet.

תביל Secundaria & omnino contraria significatione, significat dissolui, rumpi, abrumpi, corrumpi cum difficultate, uolentia & dolore. Nehe. 1. Abruptioe abrupti sumus tibi, neq; custodiimus mādata. Iob 34. Quoniam ad deum loquar, assumam: non enim abrumpere possum.

In uoce passiuā תביל Prouer. 13. Qui contemptibilis est erga uerbum, corruptioni est sibi.

In secunda cōiugatione תביל Eccl. 5. Et dissoluet facturam manuum tuarum. Iesaiæ 13. Ad dissoluendum uniuersam terrā. & cap. 32. Ad dissoluendum afflictos sermonibus mendacij. & cap. 54. Et creauit perditorem ad dissoluendū. Mich. 2. Propter immundiciem corrumpēris. Et dicitur quoq; de uehementi illo nisu & cōtentione mulieris in partu laborantis in illa cotilidonum dissolutione & ruptura, qua cum intenso dolore absoluit & enititur infantem. Cant. 8. Ibi absoluit te mater tua: ibi, inquam, absoluit te genitrix tua. Itē trāsfertur quoq; à coitu illo primario qui fit cum uehementi contentione, & dissolutione coniuncto dolore, ad uehemens & contentiosum improborum animi studium: ut Psal. 7. Ecce cum contentione concipiet concupiscentiam, & grauidus erit labore, & pariet falsum.

Participium præfens תביל Canticor. 2. Capite nobis uulpes paruas, corruptentes uineas.

In uoce passiuā תביל Iob 17. Anhelitus meus dissolutus seu corruptus est. Iesaiæ 10. Et dissoluetur iugum à pinguedine.

INDE NOMEN,

תביל Nomen pluralis numeri tantum, corruptiones. Zach. 11. Et accepi duos baculos unum uocauit iucunditatem, & alterum uocauit corruptionem, & paui oues.

תביל Quadrat significatione cum uerbis תביל & תביל nisi quod literis, ita modo significandi inter se discrepent: significat autem brachia fortiter inflectere, seu brachijs fortiter amplecti. Ecclesiast. 3. Est tempus ad amplexandum, &

INDE NOMINA:

תביל Abditum, latibulum, latebra. Habakuk 3. Et ibi latebra fortitudinis suæ.

תביל Instrumentum ferreum, in quo abditur res frigenda & comprimitur, eitt psanne. Leuit. 2. Et si oblatio in sartagine. & cap. 6. In sartagine in oleo fiat uectura. Ezech. 4. Et tu accipe tibi sartagine ferri.

תביל Sartaginalia. 1. Paralip. 9. In fide erat super opere sartaginalium.

תביל Excussit, & de excussione dicitur, qua uel frumēta, uel fructus de arboribus, seu legumina excussit excutitur, quæ fit succisione quadā: quare significatione conuenit cum uerbo תביל, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariet. Deut. 24. Cum excusseris oliuas tuas. Ruth 2. Et excussit quod collegerat. Ies. 27. In die illa excutiet Iehoua ab alueo fluminis, usq; ad flumen Ægypti, & uos filij Israel colligemini. quo loco metaphorice est usus Prophetica.

Participium præfens תביל Iud. 6. Giddeon filius eius excutiebat triticum.

In uoce passiuā תביל Ies. 28. Sed uirga excutietur Githi.

תביל Duas habet contrarias significationes: primo significat contrahere, constringere, obstringere, obligare, colligare tanquam fune. Et sic utuntur Hebræi hoc uerbo, pro eo quod Latini uocant pignus accipere: sumitur autē pignus à creditore, ut sit uinculum datæ fidei: nos interpretabimur nunc uerbo obligadi, nunc pignori. Exo. 22. Si obligando obligaueris uestimentum proximi tui, in occasu solis restitues illud ei. Deut. 24. Nō obliget molam inferiorē & superiorē. Et mox iterū: Non obligabit uestimentum uiduæ. Iob 22. Quoniam obligasti fratrem tuum sine causa. Iob 24. Et super oppressum obligabunt, id est, pignus accipient, seu pignus imponent. Ezech. 14. Et funem non cōstrinxerit, id est, pignus non pignorauerit.

Participiū præfens, seu potius nomen participiale תביל, de quo inter nomina.

Participium præteritum pluralis numeri תביל. Amos 2. Et super uestimentis obligatis accumbunt iuxta omnia altaria, id est oppignoratis.

In secunda coniugatione תביל & intendit significationem. Prou. 20. Tolle uestimentum eius, qui spondet pro alio, & propter alienam obliga eum, id est, accipias ab eo pignus.

INDE NOMINA:

תביל Nomen participiale, & significat eū, cui in nauī cum funibus est negociū, nauita, nauiclerus, gubernator, q. d. funarius. Ionæ 1. Et accessit ad eum magister ille funarius. Et pluraliter תביל Ezech. 27. Ipsi sunt funarij tui. Et mox iterū: Omnes funarij maris.

תביל Funis. Iosue 2. Et demisit eos fune per fenestrā. Iob 40. An extrahes Leuiathan hamo, aut funem immerges lingue eius. Zach. 2. Et in manu eius funis mēforius. Micheæ 2. Non erit tibi, qui projiciat funem pro sorte in ecclesia Iehoua. Accipitur tamen sæpe figurate pro tanto spacio, quantū funiculo mensuratur. Deut. 3. Sexaginta ciuitates totius funiculi Argob. cap. 32. Funiculus hereditatis eius. Iosue 17. Quare dedisti mihi in hereditatem sortem unam, & funiculum unū. Zoph. 2. Habitatores funiculi maris. Legitur tamen semel cum quinque punctis תביל 2. Sam. 8. Et plenum funiculum cōseruabat in uita. ubi fit mentio duorum funiculorū, quorum alter est mortis, alter uitæ & cōseruationis, non aliter quā duplex est regula ædificationis & uastationis, de qua in uerbo תביל. Deinde etiā semel significatione aliquantū liberiore, sicut Græci utuntur σπῆρα fune, seu cohorte, caterua. 1. Sam. 10. Et obuiam uenies funiculo Prophetarum de excelso, id est, cateruæ seu cōlegio. Tertio, pro dolore intensissimo, quo quis ceu fune detinetur, & unde se quis explicare facile non potest, donec ui abrumptur. Mich. 2. Propter immundiciem corrumpēris, & quidem dolore abruptionis. Iesaiæ 66. Antequam uenit distensio, id est, dolor, emisit masculum. In statu affixorum mutat prius sægol in pathah, alterum in seua. Iob 18. Absconditus est in terra funis eius. Et pluraliter תביל 2. Sam. 17. Et portabunt omnis Israel ad ciuitatem hanc funes, & trahemus eam usq; in torrentem. 1. Reg. 20. Et funes in capite nostro. Psal. 140. Et funibus extenderunt rete. Ierem. 38. Et dimiserunt Ieremiam funibus. 2. Samuel. 8. Et mensus

Participium praesens חָרַח 1.Reg.10.Non glorietur accingens se, sicut qui soluit se. 2.Reg.3.Ab accingente cinctorium, & supra.

Participium praeteritum חָרַח accinctus. Iud.18.Vir accinctus armis belli. 1.Samuelis 2.Puer accinctus humerali lineo. Et pluraliter חָרַחִים Exo.12.Lumbi uestri accincti. Iud.18.Sexcenti uiri accincti armis belli. Dan.10.Et ecce uir unus indu tus lineis, & lumbi eius accincti cum auro Vphaz. Et in statu regiminis חָרַחִי pro חָרַח Ezech.23.Accinctos cingulo in lumbis suis. In genere foeminino singulariter status regiminis חָרַחִי Ioelis 1.Vlula ut uirgo accincta sacco.

INDE NOMINA:

חָרַח Cingulum, cinctorium, cinctura, masculini generis. Prouer.31.Et cingulum dedit Cananeo. Iesaiæ 22.Et ad caluitium, & ad cinctorium facci. In statu affixorū ma net inuariatum. 1.Sam.18.Et usq; ad cinctorium suum. Et in foeminino חָרַחִי atq; ut ex scripturae locis claret eo donabatur, qui nūc, uel idoneus esset ad bella geren da, uel praecleara in bello gesserat facinora. 2.Sam.18.Quare non percussisti eum in terram, et meum fuisset tibi dare decem argenteos, et cingulum unum. 2.Reg.3.Ab omni accingente cingulum, & supra. Iesaiæ 3.Et pro cinctura erit scissura. & cap.32.Et cinctura facci super lumbis. In statu affixi. 1.Reg.2.Ponens sanguines belli in cingulum suum. Et pluraliter חָרַחִי Gen.3.Et fecerunt sibi cinctoria. Hierony mus Graeca uoceredit, qua Septuaginta περιζώματα.

חָרַח Cinctura. Iesaiæ 3.Pro clauo cinctura facci.

435

חָרַח

Acutum fuit unitione, seu applicatione, seu collisione duarum aut plurium re rum: & congruit significatione cum uerbis חָרַח & חָרַח חָרַח nisi quod ut for ma, ita modo significandi inter se differant. Habakuk 1. Et acuti erant praelupis uesperae.

Participium praeteritum, pluralis numeri status regiminis חָרַחִי Iob 41.Subter ipso sunt acies seu acuitates testæ, id est, acutæ testæ.

In uoce passiva חָרַח Prouerbiorum 27. Ferrum ferro acuitur, & uir acuetur fa cie proximi sui.

In tertia coniugatione uoce passiva legitur participiū foeminini generis חָרַחִי Ezech.22.Gladius exacuatus.

INDE NOMEN,

חָרַח Nomen generis foeminini. Iesaiæ 49.Et posuit os meum sicut gladiū acuti. Pro uerb.5.Acuta, uelut gladius biceps.

436

חָרַח

Ad animū refertur, & Hebraeis idē significat, quod Latinis exhilarare, quod fit unitione rei seu consensu animi super re aliqua, seu actione, qua animus ceu à ferrugine expolitur, & illustratur, atq; tantum significandi modo differt à uer bis חָרַח חָרַח חָרַח Exod.18.Et exhilaratus est Iethro, super omni bonitate, quā fecit Iehoua Israel. Iob 3.Non exhilarabitur in diebus anni.

In secunda coniugatione חָרַח Psalm.21.Et exhilarabis eum in lætitia cum uul tu tuo.

INDE NOMEN,

חָרַח Hilartas. 1.Paralip.16.Potētia, & hilaritas est in loco eius. Et in statu regiminis חָרַח Nehe.8.Exhilaratio Iehoua est potentia uestra.

437

חָרַח

Cessauit, desit, destitit, abstinuit, defecit. Et cognationē habet significatione cum nomine חָרַח facta tātum literarum transpositione. Gen.18.Et cessauit esse Sara uia secundum mulieres. & cap.41.Cessauit numerare, quia nō erat nume rus. Psal.36.Cessauit intelligere, ut beneficeret. Iesaiæ 24.Desitit strepitus exultan tium. Iud.15.Adhuc ulciscar in uobis, postea cessabo. 1.Reg.22.An ibimus in bel lum, aut abstinēbimus. Exo.23.Si uideris asinum odientis te decumbentē sub one re suo, statim cessabis, ne relinquoas illi, scilicet onus. Deut.15.Quia nō desinet ege nus de medio terræ. Christus reddidit affirmatiue, Pauperes semper habebitis. Matt.26.Icē 1.Sam.9.Ne desinat pater meus ab asinabus, & sollicitus sit de nobis.

u 2 Psal.

giminis חָרַח Exod.12.Quia festiuitas Iehoua nobis. & cap.23.Et festiuitas messis. Deuter.16.In festiuitate azymorum. Psalm.118.Vincite festiuitatem funibus usq; ad cornua altaris, id est, frondes festiuitatis, ut Iesaiæ 29.Et in statu affixorum dag gessatur litera gimel. Exod.23.Et non pernoctabit adēps festiuitatis meae usq; ad mane. Deuter.16.Et lætaberis in festiuitate tua. Psalm.81.In die festiuitatis nostræ. Osee 2.Cessare faciam omne gaudium eius, festiuitatem eius, neomeniam eius, &c. Et pluraliter חָרַחִים Ezechiel.46.Et in festiuitatibus, & in stasis erit oblatio. Iesaiæ 29.Secate festiualia, id est, frondes ad festiuitates. Et in statu affixorum. Amos 5.Reieci festiuitates uestras. Nahum 1.Festiua Iehuda festiuitates tuas. Ma lach.2.Stercus festiuitatum uestrarum.

חָרַח Circumagitatio, circumrotatio, circulatio. Iesaiæ 19.Et erit terra Iehuda Ægypto in festiuitatem, id est, circumagationem, scilicet praemetu, non lætitia, nam per sistit in allusione ad חָרַח & cultus, quos deus peraget cum Ægyptijs non lætos illis, sed tristes, quod dicitur, futuræ sunt alia mouendæ & alię circumagitatio nes quam quæ in lege à Deo institute sunt, quę lætę erant, & iucundæ.

חָרַח Nomen proprium prophete, cuius scriptum extat in sacris Biblijs, forte à festiuitate sic dictus.

432

חָרַח

Nomen insecti uolantis & quadrupedis, recuruum dorsum, & quatuor genicula supra pedes habentis, quorum adminiculo super terra saltat, atque ideo à Mose in cibum concessum. Aliqui bruchum, alij locustam uerterunt. Est autem certum, speciem esse locustę. Ego arbitror cicadam esse. Leuitic.11.Verum illud comedetis ex omni reptili alato, quod graditur super quatuor, cui sunt genicula superne, pedibus eius, ut saltet super terra. Hęc autem ex illis comedetis, Locustam iuxta speciem suam, & Attacum iuxta speciem suam, & Ophimachum iuxta speciem suam. 2.Paralip.7.Et ecce precipiā super cicada ut absumat terram. Ecclasiast.12.Et florebit amygdalus, & onerabitur cicada, id est, ut incuruo incedat dorso, sicut cicada. Et pluraliter חָרַחִים Num.13.Vidimus ibi gigantes filios Anak de gigantibus, & fuimus in oculis nostris uelut cicadę. Iesaiæ 40. Qui sedet super horizontem terrę & habitatores eius uelut cicadę.

433

חָרַח

Verbaliter nō est usitatum, à quo tamen nomen legitur pluralis numeri, status regiminis חָרַחִי id est, foramina quę habent circularem rotunditatem: nam congruit cum חָרַח & חָרַח, Cantic.2.Columba mea in foraminibus rupis. Iere.49.&

434

חָרַח

Abdię 1.Habitatrix in foraminibus rupis. Si post se non regit accusatum, tum neutraliter significat cingere, accingere se, uel cingi, seu accingi, quod fit quando se homo preparat ad aliquid operis sciendum, quo expeditior sit, congruitq; significatione cum uerbo חָרַח Deuteron.1.Et accinxit se Dauid gladio suo. Psalm.45.Accinge te gladio tuo super se mur fortissime. Psal.109.Sit ei uelut uestimentum, quo inuoluatur, & in cingulum quo iugiter cingatur illo. Iesaiæ 15.In plateis eius accincti sunt sacco. Ezech.44.Non accingentur in sudore. Psalm.65.Stillauerunt antena deserti, & exultatione colles accingant se, id est, Laborantes accingent se exultantes ad colligendos fructus in collibus. Psal.18.Filij alieni emarcescebant, & constringebant se à claustris suis. Et de gestu cum corporis tum animi dicitur, constringentium se à re aliqua seu pœna, à qua ferungit & abhorret. Vide etiam in חָרַח. At si post se regit accusatum precedente articulo חָרַח, uel etiam sine eo, tum est transitiuum. Exod.29.Et accingens eo baltheo Aaron & filios eius. Leuit.8.Et accinget eum baltheo. 2.Regum 4.Cinge lumbos tuos. Prouerb.31.Cinxit in fortitudine lumbos suos. Obseruabis autem diligenter hunc locum propter obscuritatem, qui legitur Psal.76.Furor hominis celebrabit te (ut ad) reliquū furorum accinges te. prius membrū de furore hominis est intelligendum, qua prebetur deo occasio, ut celebretur, sicut furor Pharaonis prebuit occasionem, quod deus postea celebratus est: in posteriore uero mēbro furor accipitur passiuē de furore dei in homines, quo est accinctus etiam ceteros homines impios corripere.

Parti-

447
חרר

Violari, prophanari, affici cruciatu & dolore, ang. Et ut forma parum, ita modo tantum significandi discrepant inter se חרר & חרר דעוטר. 23. Qui audierint famam tuam statim contremiscent, & dolebunt à facie tua. Iesa. 23. Non dolui neque pepereri. Et iterum: Grauidi sumus, dolemus quasi peperissemus spiritu. Iesaia 54. Et hinni quæ non doluisti. & cap. 66. Sed doluit, in super peperit filia Zion filios suos. Ieremia 5. Percussisti eos, & non doluerunt. cap. 51. Et commota est terra & doluit. 1. Paralip. 16. Dolete à facie eius omnis terra. Psal. 114. A facie sustentatoris dolo terra. Michea 4. Dole, & erumpe filia Zion sicut parturiens. Ezechielis 30. Dolendo dolebit Sin, munimentum Aegypti. Et quando construitur cum prepositione בַּי tum dolorem seu cruciatum ascendere, seu ingruere super aliquem significat. 2. Regum 3. Et cum dolore ingruet super caput Iob. Ierem. 23. Tempestas dolorifica cum dolore ingruet super caput improborum. Similiter cum beth importat motum ad locum. Osea 6. Et dolorem inferebat gladius in ciuitates eius.

In secunda coniugatione חרר Job 39. Dolere ceruarum custodies. Psal. 29. Vox Iehoua dolere facit ceruas. Prouerb. 25. Ventus Aquilonis dolere faciet imbrem, id est, parturiet. Iesaia 51. Et ad Saram, quæ dolere fecit uos, id est, enixa est uos.

Participium præsens חרר Prouer. 10. Magister enixe facit omnia. Et in genere foemino חררה Iesaia 51. Quæ dolere facit draconem.

Participium præteritum חררה Ies. 53. Et ipse dolore affectus est propter transgressiones nostras.

In uoce passiuua חרר Job 15. Ante colles enixus sum. Psal. 51. In iniquitate enixus sum. Prouer. 8. Quando nõdum essent abyssi enixa eram. Iob 26. Gigantes enitentur subter aquis cum cohabitatoribus suis. significat autem uerbũ in hac uoce illum nisum, qui est in coitu, & fit cum dolore.

In tertia coniugatione חרר Psal. 10. Enixe urgent uias suas: uel sic, dolere faciunt uias suas: uel sic absolute, dolent in uis suis. Psal. 29. Vox Iehoua dolere facit desertum, dolere facit Iehoua desertum Kades. Iesaia 26. Sicut grauida quæ ad parturientum dolebit. & cap. 45. Quid dolebit. cap. 66. Antequam dolebat, genuit. Osea 8. Et dolebit breui propter onus regis. 1. Samuel. 31. Et doluit ualde à sagittarijs. Psal. 55. Cor meum doluit intra me. Iesa. 13. Sicut parturiens dolebit. Est & hoc obseruandum, quod in hac coniugatione, & quarta ualeat Hebrais idẽ, quod uerbum expectandi seu præstolandi cum dolore & anxie, maxime autem si construitur cum lamed, denotatẽ motum ad personam. Gen. 8. Et expectauit anxie adhuc septem dies alios. Vide infra in quarta coniugatione.

In uoce passiuua חררה Iesa. 66. Num dolore parabitur terra die uno.

In quarta coniugatione חררה Iob 35. Iudicium coram eo est, ut sustineas illi. Psal. 37. Sile ipsi Iehoua, & anxie sustineas illi.

Participium חררה Iob 15. Omnibus diebus improbus ipse dolori est sibi, ipsi. Iere. 23. Et tempestas dolore afficiens.

Legitur etiam in quarta coniugatione semel forma geminata חררה Esther 4. Et dolore affecta est regina uehementer.

INDE NOMINA:

חרר Dolor uehemens. Exod. 15. Dolor apprehendit habitatores Palestina. Psal. 48. Et dolor quasi parturientis. Ier. 6. Angustia apprehedit nos, sicut dolor parturientis.

Et in forma foeminea חררה Iob 6. Refocillarer in dolore.

חררה Dolor intẽsus, cruciatus, à forma חררה Ies. 21. Propterea impleti sunt lumbi mei dolore. Ezech. 30. Et erit dolor in Aethyopia. Nahum 2. Et dolor in omnibus lumbis.

חרר Strenuitas, quæ scilicet in labore & exercitio consistit, & quodammodo enitit facinorosa & præclare facta: & sæpissime collectiue pro cœtu, seu exercitu usurpat in quo sunt strenui der eern/ oder gewaltige hauffe: ad differentiam חררה latrunculo-rũ, der Sackmã/ oder Streiffete vort, q tantũ ad excursionses & depopulationes faciendas instructi sunt. Iud. 11. Iephthe Gileadites erat heros strenuitatis, i. strenuus.

u 4 nuus.

do tantum significandi differt à uerbis חרר & חרר Iudicium 14. Acumen acuisisti filijs populi mei, & mihi nõ indicasti. Et mox iterum: Acue acumen tuum. Et iterum: Et acuam nunc acumen.

INDE NOMEN,

חרר Acumen, acute dictum, ænigma, problema, obscure dictum, quod requirit acumen ingenij & declarationem: sicut à uerbo חרר acuit, deriuatum est nomen חררה, id est acerbe seu aculeatum dictum. Iudic. 14. Acumen acuisisti filijs populi mei. Et cum affixo חררה Iudicium 14. Non inuenissetis acumen meum.

Et pluraliter חררה Numeri 12. Ore ad os loquar ei, & non per acumina. Psal. 78. Eructabo acumina ab antiquo. Et Christus citans hoc Psalmsi dictũ Matth. 11. uocat ænigmata, parabolas, quas populus est audiat, non tamen audiat nec intelligat, nisi accedat, qui acuat & exponat, sicut ipse discipulis suis interpretatur.

443
חרר

Verbum secunda coniugationis tantum, & transitiuum, ideo cum accusatiuo construitur, magnamq; habet significatione cognitionem cum uerbo חרר qd de uita dicitur (siquidem lux & uita magnam inter se quoq; habent affinitatẽ): proinde ut חרר uiuificationem & uitæ propagationem, qua corpus alio qui mortuum & iners informatur & uires suas exerit, ita חרר lucem notitiæ significat, qua animus hominis alio qui ceu densa caligine obscuratur, illustratur, & postea extra etiam in alios diffunditur & propagatur. Obseruabis autem quando actio eius in personam transit, uerbo illustrandi seu illuminandi exponendum esse, ut Iob 15. Illustrabo te, audi me, quodq; uidi enarrabo. cap. 32. Et timui ne illustrarem scientiam mea uos. & cap. 36. Expecta paulisper ut illuminem te. Si uero sine accusatiuo personæ ponitur, sed alium habet accusatiuum rei, tum licebit uertere uerbo patefaciendi. Iob 32. Respondebo etiam pro parte mea, patefaciam scientiam etiam ego. Psal. 19. Dies diei eructat sermonem, & nox nocti patefacit scientiam, id est patefaciẽdo propagat.

INDE NOMEN,

חררה Patefactio, reuelatio, declaratio, quod in statu affixi legitur Iob. 13. Audiendo audite sermonem meum, & declarationem auribus uestris.

444
חרר

Inde nomen in statu regiminis חררה quod alij prouinciã, alij regionem, alij terminum, quidam portum transfulerunt. Arbitror autem cognationem habere cum uerbo חרר & significare prospectum, id est locum prospectum & præuisum. Legitur semel Psal. 107. Et deduxit eos ad prospectũ uoluntatis eorum, id est portum.

445
חרר

Spina uel naturalis, ex terra nata, uel artificialis ex ferro facta, qua aliquis perforatur, & captiuus constringitur ac retinetur. Et ut forma parũ, ita modo tantum significandi differt ab חרר & חרר 2. Reg. 14. Spina quæ est in Libano misit ad cedrum, quæ est in Libano. 2. Paralip. 25. Et transiuit bestia agri quæ in Libano, & cõculcauit spinam. Iob 31. Pro tritico egredietur spina. Prouerbiorũ 26. Spina ascendit in manu ebrij. Iesaia 34. Vrtica & spina in munitionibus eius. Osea 9. Spina in tentorijs eius. Iob 40. Et spina perforabit maxillam eius. Et in statu affixi manet inuariatum. 2. Reg. 19. & Iesaia 37. Et ponam spinam meam in summitum. Et pluraliter חררה Canticor. 2. Sicut rosa inter spinas. 2. Paralip. 33. Et ceperunt Manasse spinas. Et in forma חררה acies, seu, ut ita dicam, spinosas, hoc est præacutas rupes seu dentes ruptum significat, in quas tempore persecutionis tanquam loca tutiora se recipiebant, & ne de alijs spinis uel naturalibus ex terra natis, uel artificialibus ex ære factis intelligeretur, formula pluralis numeri ab חררה aliquantulum mutata est. 1. Samuelis 13. In cauernis & in spinis, & in rupibus.

446
חרר

Filum, funiculus. Gen. 14. Si à filo usq; ad corrigiam calciamenri. Iosue 2. Applicationem funiculi coccinei istius ligabis in fenestra. Iudic. 16. Et dirupit eas à brachijs, quasi filum. Eccles. 4. Funiculus triplicatus non cito rumpetur. Cat. 4. Sicut filũ coccineũ labia tua. 1. Reg. 7. & Ier. 52. Et funiculus duodecim cubitorũ.

חרר

xit, in errorem abduxit. 1. Reg. 14. Tradetq; Israellem propter errata Ierobea, quibus errauit, & errare fecit Israellem. 1. Reg. 15. Et ambulauit in uia patris sui, & in errore ipsius, quo errare fecit Israellem. Exod. 23. Non habitent in terra tua, ne errare faciant te contra me. Deut. 24. Et ne aberrare facias terram, id est, in errorem abducas terram. Eccl. 5. Ne dederis os tuum ad seducendum carnem tuam. Et Paulus uidetur expressisse hoc uerbum Rom. 7. Peccatum occasione accepta per praecipuum seduxit me, id est a uia abduxit, & decepit me.

Participium praesens אֲשׁוּחָה Iesaiæ 29. Aberrare facientes homines in uerbo. In quarta coniugatione אֲשׁוּחָה Iob 41. Ab eleuatione eius formidat fortes, pro cellis deflecent se, id est, proripient se aliud. Num. 8. Et expiauerunt se, & lauarunt uestimenta sua. & cap. 19. Et expiabit se illa, scilicet aqua.

INDEX NOMINA:

חָטָא Erro, erroneus, errabundus, reus, culpandus: tamen si eius plurale חָטָאוֹ tantum in usu est. Genes. 13. Et uiri Sodomæ erant mali & erronei contra Iehoua ualde. 1. Samuelis 15. Vade, & extermina erronei Amalechitas. Proverb. 1. Fili mi, si lactauerint te erronei, ne acquiescas. Psal. 1. Et in uia erronei non stetit. Psal. 25. Bonus & rectus est Iehoua: ideo diriget erronei in uiam. 1. Reg. 1. Cum dormierit sustentator meus cum patribus, ero ego & filius meus erronei, id est, extorres, exules. In statu regiminis חָטָאוֹ Amos 9. Gladio morietur omnes erronei populi mei.

חָטָא Erratum, delictum, culpa, reatus, eiti seil. Leuit. 19. Ne portes pro ipso erratum. Deuter. 16. Ne clamet contra te ad Iehoua, & fiat in te erratum. Deut. 21. Si fuerit in uiro erratum iudicio mortis. Psal. 51. Et in errato concepit me mater mea. In statu affixorum mutat zero in sægol. Leuit. 20. Erratum suum portabunt, orbi ambo morientur. Num. 27. Quia in errato suo mortuus est. Et pluraliter חָטָאוֹ errata. Eccl. 10. Quoniam lenitas quietabit errata magna. In statu regiminis חָטָאוֹ Ezech. 23. Et errata idolorum uestrorum. In statu affixorum nullas uoces mutat. Gen. 41. Erratum meorum ego recordor hodie. Iesai. 1. Si fuerint errata uestra uelut coccinum.

חָטָאוֹ Erratum, delictum: est etiam culpa. Exod. 34. Tollens iniquitatem & transgressio nem & erratum. Iesai. 5. Et quasi catenis plaustrum trahet erratum.

חָטָאוֹ Erratum delictum: & est etiam culpa. Gen. 20. Quid erraui contra te, quod adduxisti super me & super regnum meum erratum tam magnum. Exod. 32. Induxisti super eum erratum magnum. 2. Reg. 17. Et errare fecit eos errore magno. Psal. 32. Cui ablata est transgressio, & tectum erratum. Psal. 109. Et oratio eius sit in erratum. Psal. 40. Holo caustum & erratum, id est, piaculum.

חָטָאוֹ In statu absoluto. Exod. 5. Ecce serui tui percutiuntur, & erratum est populus tuus: deit volce muß vnrecht haben.

חָטָאוֹ Secundum modum significandi primæ, tertie & quartæ coniugationis, erratum, delictum. Genes. 4. Nonne si bene egeris, supportatio: si uero non benefeceris, ad ianuum erratum cubat. Num. 12. Ne ponas super nos erratum, quod fecimus, & quod aberrauimus. 1. Reg. 12. Posuit unum uitulum in Bethel, & alterum in Dan, & facta est res ista in erratum. Paulus uidetur reddidisse παραπτώμα Galat. 6. Si occupatus fuerit in aliquo delicto, & opposuisse uerbo σιχόμεαι, quod ordine incedere significat. In statu regiminis חָטָאוֹ 1. Sam. 2. Et erat erratum puerorum grande ualde. 1. Sam. 15. Quoniam erratum imaginæ est rebellio. In statu affixorum recipit in penultima cametz, & ab absoluto nihil uariat חָטָאוֹ Exod. 18. Clamor Sodomæ & Gomorræ equidem mutuis, & erratum ipsorum magnum ualde. 1. Sam. 15. Nunc igitur tolle erratum meum. Psal. 51. Tibi soli, inquam, tibi erratum meum, & coram te malum feci. Est autem nomen, quia accentum habet in ultima. Et pluraliter חָטָאוֹ Nehemiæ 10. Pro erratis. Iob 13. Quot sunt mihi iniquitates & errata. Et in statu regiminis cum uau חָטָאוֹ 2. Reg. 15. Neq; discessit ab erratis Ierobeam filij Nebath, quibus errare fecit Israel. 1. Regum 16. Propter omnia errata Baesa. Legitur tamen sapius sine uau חָטָאוֹ Num. 5. Si uir aut mulier fecerint unum ex omnibus erratis hominis, id est, contra aliquem hominem. 2. Reg. 24. Propter

malis ingenium exprimit 2. Epist. 2. Et sus Iota, reuerfa ad uolutabrum cœni. Et quidem hæc uox Chaldæis quoq; uolutionem significat.

Neutraliter significat errare, aberrare, deuiare, deflectere, scilicet a uia, scopo, lege, uerbo Dei prescripto, in quo recte ambulare oportebat, Germanicè ab wesen/feilen/ item delinquere (sicut Augustinus in Psalmorum enarratione definit) tanquam de liquido quodam defluere, a stabilitate firmamenti & iustitiæ, siue a bono deficere. Vulgaris editio semper uerbo peccare reddidit, quod cum proprie dictum sit, quasi pellicare, id est cum pellice coire, seu adulterium committere. Malui uerbo errandi siue delinquendi uertere. Primo, quod ad constructionem ipsius attinet, sæpe absolute legitur: ut Exo. 32. Obscuro errauit populus iste errore magno, fecit enim sibi deos aureos. Iosue 7. Errauit Israel, transgressi sunt foedus meum, quod præcepit cum eis. Leuit. 4. Si sacerdos unctus errauerit in reatum populi. 1. Reg. 8. Non est, qui non erret. Psal. 4. Irascimini & non erretis. Psal. 106. Errauimus cum patribus nostris, inique egimus, & improbi fuimus. Iob 5. Visitabis habitaculum tuum, & non errabis. cap. 33. Et dixit, Erraui, & rectum curuaui. Secundo, licet deerrationem significet, tamen ad modum uerborum אָשׁוּחָה אָשׁוּחָה אָשׁוּחָה nunc cum lamed, nunc cum beth, nunc cum mem constructur, licet cum postrema præpositio ne constructio sit illi propria. Hæc enim omnia significant aberrare a uero, aut bono, aut lege prescripta, a Deo, & uerbo dei, & contra illa aliquid perpetrare. Cum lamed, quæ est aduersatiua. Genes. 4. Quid erraui contra te. Exod. 32. Vos deliquistis delicto magno. Genes. 20. Et prohibui tibi ne delinqueres contra me. ubi uas scriptum est pro aleph. Cum beth, Gen. 42. Ne delinquant in puerum. 1. Sam. 19. Et dixit ad eum, ne delinquat rex in seruum suum Dauidem. Cum mem. Leuit. 4. Anima si errauerit ex ignorantia ab omnibus præceptis Iehoua.

Participium præsens חָטָאוֹ Prover. 19. Qui perperat pedibus, aberrat. & cap. 11. Si iusto in terra retribuetur, quanto magis improbo & erranti. Eccles. 7. Qui bonus est coram Deo is liberabitur ab ea, sed aberrans capietur ab ea, scilicet meretricem. Et in penultima subscripto sægol more uerborum desinentium in he litera חָטָאוֹ Eccl. 8. Etiam si errabundus faciet centies malum. Et pluraliter חָטָאוֹ 1. Sam. 14. Ecce populus aberrat contra Iehoua comedendo iuxta sanguinem, id est propterea quod comedit sanguinem. Et in genere fœminino חָטָאוֹ Ezechiel. 18. Anima quæ errat ipsa morietur.

In secunda coniugatione חָטָאוֹ significationem habet actiuam, & alijs coniugationibus contrariam: significat enim reducere in uiam, seu statum pristinum, munditiam puritatem & sanctitatem restituit, erratum seu delictum abstulit, repurgauit, compensauit restitutione: Latini commode reddiderunt uerbo expiandi. Gen. 31. Laceratum non reportauit ad te, ego expiaui illud, id est culpam errati in me traxi, & compensaui. Exod. 29. Et iuuenicum errati facies in die, pro propiciationibus, expiabisq; super altare. Leuit. 8. Et expiabis altare, & sanguinem funder ad fundamentum altaris. cap. 9. Et adduxit sacrificium populi, accepitq; caprum errati, qui erat populi, mansuetusq; eum expiauit illum. cap. 14. Et accipiet ad expiandum domum duos passeres. Num. 19. Et asperget mundus super immundum die tertio, & quarto, & expiabit illum die septimo. Psal. 51. Expiabis me Esopo, & mundus ero. Alludit hoc uersu Propheta ad legem Num. 19. atq; simul explicat typum. Petit enim sanguine Christi expiari ab erratis, sicut & Iohannes Euangelista de sanguine Christi inquit, Sanguis Christi emundat nos ab omni iniquitate. & uerbo καθαριζω reddidit.

Participium præsens חָטָאוֹ Leuit. 6. Et sacerdos qui expiat eam, comedet eam. Porro quis modus & ritus expiationis fuerit, leges Leuit. 6.

In tertia coniugatione חָטָאוֹ si absolute scribitur, significat aberrare a scopo. Iudicum 20. Et illi iaculabantur funda ad capillum, neq; aberrabant. Si autem ponitur in regimine, significat transitiuè errare, seu aberrare fecit, id est abduxit, seduxit,

456
L
F

mundum, & inter uiuum, quod comedere licet, & inter uiuū, quod non comedere licet. Item pro uiuo scilicet fero, id est, bestia seu fera, quae non est mansueta, q̄ in ea magna uiuacitas sit etiā, & uescatur uiuis carnibus. Gen. 7. Et extincta est omnis caro, quae mouetur super terram, in uolatili, in iumento, & in bestia, & in omni reptili, quod reptat super terram, sed & omnis homo. cap. 8. Et recordatus est Noach, & omnis bestiae, & omnis iumentū, quod erat in ipsa arca. Iob 37. Et ingreditur fera in latibulū. Gen. 37. Bestia mala deuorauit eum. Leuit. 17. Qui peregre proficiscitur ex uobis, & uenatus fuerit uenationem ferę uel auis, quam comedere licet, &c. Ex circumstantia uerborum sumitur nomen **חיה** in hoc citato loco debere accipi pro bestia seu fera. Est igitur obseruandum, quod quādo hoc nomen seorsim ponitur, & non sit simul mentio nominis **חיה** quod tum generaliter utrūq̄ significat, hoc est animal magnum siue sit domesticum & cūcū, siue ferum & syluestre. Sin autem expresse sit mentio nominis **חיה**, tum specialiter pro fera, sed tamen, quae quadrupes sit & super terra pedibus altē graditur, & hoc **חיה** pro animali mansueto atq̄ etiā magno, & super terra pedibus gradiente accipiendū sit, sicut uiderelicit ex exēplis precedentibus & sequentibus. In statu regiminis **חיה** Gen. 1. Sed & omni uiuo terrae, & omni uolatili coeli, & omni reptanti in terra, in quo est anima uitae. Gen. 9. Pauor uestri, & tremor uestri erit super omne uiuum terrae, &c. Gen. 1. Et fecit deus uiuum terrae iuxta speciem suam, & iumentum iuxta speciem suam, &c. 1. Sam. 17. Et dabo cadauera Philistinorum hodie uolatili coeli, & bestie terrae. Prouerb. 5. Et a bestia terrae non timebit. Transfertur tamen ad homines aliquando idē collectiue, ac duplici ratione uel in bonū, & de bono animalium genere: ut Psal. 68. Animalcula tua habitabunt in ea. uel in malum & de malo ferarū genere. Psal. 68. Increpa bestiam arundinis. ac tamen simul & coniunctim in uno eodemq̄ uersu de feris & mansuetis animalibus, id est, pijs & malis hominibus scriptum legitur Psal. 74. Ne tradas feram animam turturis tui, animalculis afflictorum tuorum ne obliuiscaris omnino. Legitur in quibusdam locis, ubi post se regit nomen **חיה** generaliter pro tam feris, quam mansuetis animalibus. Genes. 2. Et formauit deus de humo omne uiuum agri, & omne uolatile coeli, adduxitq̄ ad hominē, ut uideret quomodo appellaret illud. In alijs tamen locis specialiter pro fera usurpatur. Gen. 2. Et imposuit Adam nomina omni iumēto & uolatili coelorum, & omni uiuo agri, &c. & cap. 3. Maledictus tu praeter omni iumento & praeter omni uiuo agri. Et ex hoc loco clarum est serpentem ante maledictionem recto incessisse corpore, ut caetera iumenta, & caetera fere. Exod. 28. Et residuum ipsorum comeder uiuum agri 2. Samuelis 21. Nec permisit uolucrē coeli quiescere super illos per diem, neq̄ uiuum agri per noctem. Et in statu affixorū habet in altera cametz. Iesaja 4. Et bestia eius non sufficit ad holocaustum. Psal. 68. Animal tuum habitabunt in ea. Psal. 78. Et animal eorum tradidit pesti. Et pluraliter **חיה** Psal. 104. Animalia parua cum magnis. Iesaja 35. Non erit ibi leo, & eruptio ferarum non ascendet per eam. Ezech. 1. Similitudo quatuor bestiarum. Et in statu regiminis **חיה** Psal. 50. Mihi sunt omnia animalia sylvae. Psal. 79. Carnem piorū bestie terrae. Psal. 104. Potabunt omnes bestiae agri. Et iterū: In nocte progrediuntur omnia animalia sylvae. Iesaja 56. Omnes bestiae agri uenite ad comedendū, omnia animalia sylvae. quāquā alij existiment esse nomē singularis numeri, & literā uau paragogicā.

חיה Secūdo, uita nō substantialis, aut essentialis, quae est ipsa anima qua corpus uiuificatur, sed uita animalis, id est conuersatio, seu res gestae in corpore per animā, hoc est energia & Entelechia seu perpetuū exercitium, perpetua actio, perpetuae operationes animales & uitales, ut sunt sentire, audire, uidere, edere, bibere, uigilare, dormire, ualere, esse sanū, &c. sicut Christi uerba declarāt Matth. 6. Ne sitis solliciti uitae uestre, quid esuri sitis, aut bibaturi, &c. Et Paulus 1. Cor. 15. *ψυχην* uocat. Vnde pro cōmoditate uitae usurpatur, sicut in exemplis uidebimus. Gen. 18. Ad tempus certū reuertar ad te iuxta tempus uitae. In statu regiminis **חיה** Iesaja 57. Vitam manus tuae inuenisti. Legitur etiā positum pro comedendū auiditate seu inglu-

INDE NOMEN,

חיה Viuum, substantiue. Gen. 6. Et ex omni uiuo omnis carnis bina. & cap. 8. Neq̄ adam amplius percutere omne uiuum. Iob 12. In cuius manu est anima omnis uiui, & spiritus omnis carnis sigillatim. Genes. 3. Quia ipsa est mater omnis uiui. Itē adiectiue. Leuit. 13. Et uiuacitas carnis uiuae, id est recentis, non putridae aut mortuae. 1. Samuel. 2. Non is accipiet abs te carnem coctam, sed uiuum, id est crudam & recentem. Et pluraliter **חיה** Genes. 26. Et inuenerunt ibi puteum aquarum uiuarum, id est quae mouentur & fluunt. Deut. 5. Quae unquam fuit caro, quae audiuit uocem dei uiuentis ē medio ignis sicut nos, & uixit. Vbi utrūq̄ est pluralis numeri ad significandum Trinitatem personarum in diuinitate. Prouer. 1. De uorabimus eos tanquam infernus, uiuos.

Not. de Trinitate

462

חיה

Accusauit de debito. Danielis 1. Et accusabit caput meum apud regem.

INDE NOMEN,

463

חיה

חיה Debitor. Ezech. 18. Qui non depradabitur, pignus debitori restituerit.

Vixit, uires & operationes uitales habuit, ut sunt sentire, edere, bibere, uigilare, dormire, digerere, esse sanum, atq̄ illis uitae commodis uti ac frui; ac congruit cum significatione tum modo significandi cū uerbo **חיה** nisi quod prius coniungitur tribus coniugationibus, posterius uero nempe **חיה** sit defectiuum, & imperfectum, & irregulare. Deinde congruit **חיה** cum uerbo **חיה** nisi quod tātum modo significandi inter se uariant: nam illud de uitae, hoc de lucis propagatione intelligitur. Gen. 7. Vitam Imael uiuat coram te. cap. 27. De gladio tuo uiues. Ezech. 37. Et sta in istos interfectos & uiuent. Iesaja 35. Audite & uiuet anima uestra. Deut. 8. Nō in pane solum uiuet homo, sed in omni quod egreditur ex ore Iehoua uiuet homo. Habakuk 2. Iustus in fide sua uiuet. Gen. 45. Et reuixit spiritus Iacob patris ipsorum. Iud. 5. Et cū biberet reuersus est spiritus eius, & reuixit, id est resocillatus est. 2. Reg. 1. Ite & interrogate Baalzebub deū Ekrō, num uiuā ab infirmitate ista, id est conualescam. 2. Reg. 20. Et posuerūt super ulcus, & uixit, id est conualuit.

In secunda coniugatione **חיה** uiuum, uel in uita cōseruauit, uiuificauit. Psal. 22. Et qui animam suā non uiuificauit, id est in uita cōseruare potuit. Gen. 19. Et uiuificemus ex patre nostro semen, id est excitemus. 1. Sam. 27. Neq̄ uiuificauit uirū, uel mulierē. Ezech. 13. Et uiuificandum animas quae nō uiuēt, i. in uita cōseruandum. 2. Sam. 12. Nisi agnicula una paruula, quā cōparauī & in uita cōseruauī. Habakuk 3. Iehoua opus tuū in medio annorū uiuifica illud. Nehe. 4. Reuificabūt lapides ex aceruis pulueris.

Participium praesens **חיה** 1. Sam. 2. Iehoua occidit, & uiuificat. Nehe. 9. Et tu uiuificas ista omnia, id est cōseruas in esse.

In tertia coniugatione **חיה** uiuificauit, cōseruauit in uita, resuscitauit ex morte, restituit uitae. 2. Reg. 8. Et Elisaeus loquutus est ad mulierem, cuius filium uiuificauerat. Gen. 19. Ut uiuificares animam meam. Num. 22. Iam interfecissem te, & illam uiuificassem, id est cōseruassem in uita. Iosue 2. Cōseruabitis in uita patrem meū, & matrē meam. Iud. 8. Viuit Iehoua si in uita cōseruassetis eos, non occiderēt uos.

INDE NOMINA:

496 פָּרַח Texit, protexit, operuit; & congruit significatione cum uerbis פָּרַח & פָּרַח nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Et nomini פָּרַח omnino contrariam habet significationem. Legitur autem in hac forma tantum participium praesens פָּרַח Deut. 13. Protegens super ipso omni die.

INDE NOMINA:

פָּרַח Protector. Iob 33. Mirdus sum ego absque transgressione, protector, & non iniquitas mihi.

פָּרַח Protectio, protectorium. Vocant autem Hebraei hoc nomine portum maris, eo quod sit protectio nauium à uentis & tempestatibus. Germani uocant quoque eiusmodi portum ein haven. Gen. 49. Zabulon ad portum marium habitabit, & ipse ad portum nauium. Iere. 47. Et ad Ascalon, & ad portum maris.

פָּרַח Protectio, protectorium, tegumentum. Ies. 4. Et super omni gloria erit protectio. Et in statu affixorum פָּרַח Psal. 19. Et ipse egreditur tanquam sponsus de protectorio suo, id est thalamo suo. Ios. 2. Et sponsa de thalamo suo. Dicitur autem hoc nomine cubiculum in quo sponsus cum sponsa se abscondit, & Graece συμφυε dicitur, id est nuptiale cubiculum. Et hodie quidem Iudaei nuptias uocant hoc nomine, sicut & Christus nuptiales uocat filios thalami Luc. 5. Num potestis facere ut filij thalami. & Marci 2. Non possunt filij thalami nuptialis, in quo cum illis sponsus est, ieiunare, &c.

497 פָּרַח Celauit, texit, uelauit ornandi gratia, ornauit aliquid, ne id quod turpe est, appareat; congruit significatione cum uerbis פָּרַח & פָּרַח, & tantum ab illis differt modo significandi. Et legitur in hac forma tantum 1. Reg. 17. Et uelauerunt filij

498 פָּרַח Israel facta, quae non ita, contra Iehoua deum suum.

498 פָּרַח Modo tantum significandi differt à uerbis פָּרַח & פָּרַח & à nomine participiali etiam ipsa significatione: & significat aliquid operire seu tegere, uel ignominiam, uel ornatus causa. 2. Sam. 15. Et omnis populus, qui erant cum ipso operuerunt quoscumque caput suum. Iere. 14. Et ignominiam afficiens, & operiens caput suum. Esth. 7. Et cum uerbum egressum esset ex ore regis, statim facies Hamoni operuerunt. Fuit autem mos antiquitatis dānatis ad supplicium, caput uelare, ut testantur etiam haec uerba apud Ciceronem & Liuuium, Vade licetor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici suspendito, &c.

Participium praeteritum פָּרַח 2. Sam. 15. Et Dauid ascenderat per gradus olearium ascendens & flens, & caput ipsi erat opertum, & ipse ibat discalceatus. Esth. 6. Et Hammon pulsus ad domum suam & opertus capite.

In uoce passiva פָּרַח Psal. 69. Vtraque ala aperta argento.

Psal. 104. Scopuli sunt protectio pro cuniculis. Iesa. 4. Et turgurium erit umbra per diem ab actu, & in protectorium, & in latibulum ab imbris & pluuia. Legitur tamen cum hatephpathah פָּרַח Psal. 46. Deus nobis protectio, & munitione. In statu affixorum seruat pathah. Psal. 14. Consilium oppressi uultis confundere, sed Iehoua protectio eius est. Psal. 62. Protectio mea in deo. Iesa. 28. Quonia posuimus mendacium protectionem nostram, & falsitate absconditi sumus. Et cum hateph pathah. Iere. 14. Protectio mea est in die malo.

492 פָּרַח Absumpsit sine omni parsimonia, seu comparatione: nam ut literarum positum differt à uerbo פָּרַח, ita omnino contrariam illi habet significationem. Deuter. 28. Quia absument & illud locusta.

INDE NOMEN,

פָּרַח Absumptor, depastor, species locustae. Hieronymus & alij post ipsum uerterunt bruchum. 1. Reg. 8. Locusta absumptor cum fuerit. Psal. 78. Et dedit absumptori progerminationem eorum. Iesaias 33. Et colligetur spolum uestrum collectione absumptoris.

493 פָּרַח Oculis, obstruxit, obthurauit, coeuit, scilicet os, uel nares: & ut forma, ita modo tantum significandi differt à uerbis פָּרַח & פָּרַח Deut. 25. Non obthurabis bouem, dum ipse triturat.

Participium praesens פָּרַח Ezech. 39. Et obthurat ipsa praeterentes, scilicet nares praeterentium, seu arcet ipsa praeterentes, scilicet foetore.

INDE NOMEN,

פָּרַח Claustrum, capistrum, quo coerecet os. Psalmo 39. Pro custodia imponam os meo claustrum.

494 פָּרַח In lingua Hebraea legitur tantum semel, in uoce passiva primae conjugationis, ac significatione conuenit cum uerbis פָּרַח & פָּרַח: significat enim protegi, recondi. Iesa. 23. Et erit negociatio eius sancta ipsi Iehoua, non reponetur neque recedet. Verum in lingua Chaldaica etiam in hac significatione usitatius est ut Danielis septimo bis legitur.

INDE NOMINA:

פָּרַח Protector. Psal. 89. Iehoua deus exercituum, quis sicut tu protector Iehoua.

פָּרַח Thesaurus, scilicet reconditus, & protector. Prouerb. 15. In domo iusti thesaurus magnus. cap. 27. Quia non perpetuo durat thesaurus. Iesa. 33. Et erit fides tempore tuo, thesaurus, salus, sapientia & scientia. Ieremiae 20. Et dabo omnem thesaurum ciuitatis huius, &c. Ezech. 22. Thesaurum, & quicquid pretiosum est tollent.

פָּרַח Protectio, protectorium in quo fiducia collocatur. Iesaias 1. Et erat protectio uelut stappa, & fabricator eius uelut scintilla, &c. loquitur de idolo. Amos 2. Et ego deleui Amorraeum à facie ipsorum, cuius altitudo erat, sicut altitudo cedrorum, & protectio sicut quercuum, id est umbra.

495 פָּרַח Defecit, neutraliter: quanquam Latinum non usque late patet significatione, neque sermo non ita commode ferat, tamen singulari consilio retinere uolui. 1. Reg. 17. Et in lenticula oleum non defecit. Gen. 8. Et defecerunt aquae à fine quinquagesimi & ceteris diei. cap. 18. Si defecerint à quinquaginta iustis, quinque. Nehem. 9. Aluisti eos in deserto, ut in nihilo defecerint. Psal. 23. Iehoua pastor meus: ideo in nihilo defecit. Et mox iterum: Querentes Iehoua non deficient ullo bono. Prouerb. 13. Sed uenter improborum deficiet. Iesa. 51. Neque deficiat panis eius. Iere. 44. Defecimus in omnibus. Ezech. 4. Propterea non deficient panis & aqua. Et ad secundam personam. Deut. 2. Iehoua Deus tuus fuit tecum, ut non defeceris in aliqua re. & cap. 8. Comes in ea panem, neque deficies in quacumque re, id est defectum patieris.

Participium praesens seu nomen participiale פָּרַח 1. Reg. 11. Quem tu defectum pateris mecum. Eccl. 6. Et non ipse defectum patitur in anima sua. Et cap. 10. Etiam in qua stultus ambulat cor eius defectum patitur. Et in statu regiminis פָּרַח 1. Sam. 21. Nunquid defectum patior furiosorum ego. 2. Sam. 3. Cadens in gladio, & deficiens pane. Prou. 7. Princeps deficiens prudentia multiplicat iniurias. cap. 10. Et uirga super dorsum

Gen. 34. Nec cunctatus est iuuenis facere remissam, quia beneplacitum habebat in filia Iacob. Num. 14. Si beneplacitum habuerit in nobis Iehoua, introducer nos in terram istam. Paulus hac phrasin imitatus 1. Corinth. 10. Sed non in pluribus eorum beneplacitum habuit deus, uerbo Graeco ευδωκισθη reddidit. Deut. 21. Si uero non habet beneplacitum in ea, dimitte eam pro arbitrio eius. 1. Sam. 18. Loquimini ad David clam, dicentes, ecce beneplacitum habet in te rex. Psal. 109. Non habuit beneplacitum in benedictione. Psal. 147. Non in robore equi beneplacitum habebit. Iesa. 13. Et in auro non habebunt beneplacitum. & cap. 62. Quia beneplacitum habuit Iehoua in te. Haec quoque uox patris repetita Matth. 3. & 17. e caelo super filio. Hic est filius meus dilectus in quo complacitum est, &c. Ezech. 9. Non habeo beneplacitum in morte morientis, ait Sustentator Iehoua, sed conuertimini, & uiuete.

Participium praefens תָּנָּהוּ 1. Reg. 21. Da mihi uineam tuam pro argento, aut si non uis tu, dabo tibi uineam pro ea. Psal. 5. Quoniam non deus uolens iniquitatem tu es. Iesaia 42. Iehoua est uolens propter iustitiam suam. Mich. 7. Volens misericordiam ipse. Et pluraliter תָּנָּהוּ Nehe. 1. Qui uolunt timere nomen tuum. Ma Iach. 3. Et angelus foederis, quem uos uultis, ecce ille uenit. In statu regiminis תָּנָּהוּ Psal. 35. Ouabunt & laterunt uolentes iustitiam meam. Psal. 40. Agantur retrorsum, & ignominia afficiantur uolentes malum meum. Et in genere foeminino תָּנָּהוּ 1. Paralip. 28. Et tu Salomo fili cognosce deum patris tui, & cole eum corde perfecto & anima uolente.

INDE NOMEN

תָּנָּהוּ Placitum, beneplacitum, complacentia. 1. Sam. 15. Et dixit Samuel, an beneplacitum ipsi Iehoua in holocaustis. & cap. 18. Non est beneplacitum regi in dote. Iob 22. An beneplacitum omnipotenti, si te iustifices. Eccles. 12. Non est mihi in eis beneplacitum. Et mox iterum: Quaesit Ecclesiastes ut inueniret uerba beneplaciti. Iesaia 54. Et omnes limites tui in lapides beneplaciti. Malachia 3. Vos eritis terra beneplaciti. Vsurpatur tamen in aliquibus locis non pro ipso affectu tantum, uerum etiam pro intento, seu proposito, seu actione, & negotio aliquo, quod cui placet, ut perficiatur. Eccles. 3. Vnicuique instituto suum est tempus, & tempus unicuique instituto. cap. 5. Si calumniam pauperis, & rapinam iudicij & iustitiae uideris in prouincia, ne mireris super instituto illo. & cap. 8. Habet enim omne institutum suum tempus & modum. 2. Sam. 23. Ideo tota salus mea & omne institutum est, ut nihil adeo germinet. Iob 31. Si prohibui ab instituto pauperes. In statu regiminis nihil mutat. Proverb. 31. Et facit institutum manuum suarum. In statu affixorum recipit sub prima sagol, alteram uocem mutat in seua. 1. Reg. 5. Ego faciam omne beneplacitum tuum. 1. Reg. 10. Rex Salomo dabat reginae omne beneplacitum illius, quicquid postulabat. Psal. 1. Et in lege Iehoua beneplacitum eius. Psal. 16. Et in gloriosis omne beneplacitum meum. Psal. 107. Ducet eos ad portum beneplaciti eorum. Iesaia 44. Ipse dicit de Cyro, pastor meus est & perficiet omne beneplacitum meum. Et pluraliter תָּנָּהוּ Proverb. 8. Melior est sapientia, quam margarita, & omnia beneplacita non possunt aequiparari cum ea. In statu affixorum תָּנָּהוּ Psal. 111. Magna sunt facta ipsius Iehoua exquisita pro omnibus beneplacitis ipsorum.

501

תָּנָּהוּ

In prima coniugatione infrequenti usu est. Et primo significat proprie fodere, seu infodere, quod fit animi & oculorum intentione, & exploratione: & ut metathesi literarum, ita modo significandi differt a uerbis תָּנָּהוּ & תָּנָּהוּ Genes. 21. Quoniam infodi puteum istum. cap. 26. Et reuersus Izhak effodit puteum aquarum, quos infoderant in diebus Abraham. Deut. 23. Et sit tibi pala, & cum foris sederis, & foderis cum ea, rursum cum ea operias. Iob 3. Qui expectant mortem & non est, & effoderent eam in absconditis. cap. 11. Et confidebis, quia spes est, & effodies, ut secure cubes. cap. 39. Fossuram facit in profundum. Psal. 38. Frustra foderunt animae meae. Ieremiae 13. Abij ad Euphratem, & infodi, & accepi cingulum. Iob 39. In petra habitat, & loco munito, inde explorauit escam; nam in longinquum prospit.

In secunda coniugatione תָּנָּהוּ 2. Paralip. 3. Et domum maiorem operuit lignis abietinis. Et ibidem: Et solaria operuit auro. 2. Reg. 17. Et operuerunt filij Israel res, quae non ita, contra Iehoua deum ipsorum. ubi loco he scriptum est aleph: sed de hoc in suo themate.

INDE NOMEN

תָּנָּהוּ Pars manus interior, quae tegitur, & res operit seu tegit, quam alij uolam, alij palmam, alij pugnum: Germani congruente cum Hebraeo nomine ein gausser, appellant. Ego tantum etymologia differre existimo a nomine תָּנָּהוּ quod a ciuitate appellationem habet. Et legitur tantum forma duali תָּנָּהוּ Eccles. 4. Melior est uola quietis, quam plenitudo utriusque uolarum cum labore & afflictione spiritus. Et in statu regiminis תָּנָּהוּ Ezech. 10. Et posuit in uolas induti lineis. Similiter in statu affixorum. Exo. 9. Accipite uobis plenitudinem utriusque uolae uestrae, fauilla fornacis. Proverb. 3. Quis colligit uentum uolis suis.

499

תָּנָּהוּ

Abripuit, seu subduxit se festinanter metu periculi: & si Latinum esset, commo de redderet uerbo aestinandi. Et contrariam omnino rationem significandi habet a uerbo תָּנָּהוּ Deuter. 20. Ne timeatis, ne abducite uos, neque praualearmini a conspectu ipsorum. Iob 40. Ecce uim facit flumini, & non subducit se. 2. Samuelis 4. Et factum est cum subduceret se ipsa ad fugiendum, cecidit, &c. 2. Reg. 7. Et uasa quae proiecerunt cum abripent se. Psal. 31. Ego dixi in abripiendo me, id est, in extasi mea.

In uoce passiuua תָּנָּהוּ Psal. 48. Perturbati sunt, abrepti sunt. Psal. 104. A uoce tonitruu absterriti sunt, seu subducti sunt.

Participium תָּנָּהוּ 1. Sam. 23. Et erat David subreptitius, abeundo a facie Saulis.

INDE NOMEN

תָּנָּהוּ Abreptio, subductio, subtractio, scilicet celera, aestinantia. Exod. 12. Et comeditis ipsum in aestinantia. Deuter. 16. Quoniam in aestinatione egressus es e terra Aegypti.

500

תָּנָּהוּ

Hoc uerbum proprie significat placuit, beneplacuit, complacitum est: at quia haec uerba Latina constructionem Hebraei uerbi non recipiunt, illa uero datiuo praepoant, ideo si constructur cum accusatiuo mediante articulo תָּנָּהוּ uel sine eo, necesse est uertere uerbo uolo, importas simul adfectionem, adfectionem, acceptationem, habetque contrariam omnino significationem uerbo תָּנָּהוּ Iesa. 55. Sic erit uerbum meum quod egredietur ex ore meo, non reuertetur ad me uacuum, sed perficiet, quod uolo. 1. Reg. 13. Et faciebat de extremis populi sacerdotes Excelsorum, quoscunque uolebat. Psal. 51. Ecce ueritatem uoluisti, quae est in absconditis. Et mox iterum: Quoniam non uis sacrificium, alioqui darem. Et iterum: Tunc uoles sacrificium iustitiae. Psal. 15. Quodcunque uoluit, fecit. Iesa. 1. Sanguinem arietum, bouum & hircorum non uoluisti. Osee 6. Pietatem uolui, & non sacrificium. Psal. 40. Sacrificium & oblationem non uoluisti. Similiter quando constructur cum infiniti uo. Deut. 25. Et si non uoluerit accipere in uxorem cognatam suam. Iudic. 13. Si uoluisse deus occidere nos, non accepisses de manu nostra sacrificium. Iob 9. Si uoluerit rixari cum eo. Iesa. 53. Et Iehoua uoluit contere eum. Item si absolute ponitur. Iob 33. Loquere quia uolo, iustitiam tuae. Ibi accusatiuus referendus est ad prius uerbum, scilicet loquere. Iob 4. Velis furores irae tuae, & uide omnem superbiam, & humilia eam. Oratio est ecliptica, Velis, scilicet accendere. Et mox iterum: Volete caudam suam in modum cedri, id est, si uoluerit caudam suam in modum cedri extendet. Cantic. 2. Ne excitetis adamatam, donec ipsa uoluerit.

Sed quando cum ablatiuo constructur mediante praepositione beth, tum Latina constructio fert, imo etiam exigit, ut exponatur per beneplacitum habuit, complacuit. Et in hac constructione non multum differt a uerbo תָּנָּהוּ cum beth constructo, quod bonam uoluntatem habere significat, siquidem beneplacitum habere, & bonam uoluntatem habere propemodum idem significant. Ideo etiam Graeci utrunque uerbo ευδωκισθη reddiderunt: sed uideamus iam exempla. Gen.

trīs sui. 2. Reg. 17. Et ambulauerunt in statutis Israel, quæ ipsi fecerunt, id est cultibus. Job 38. An nosti statuta cœli. Ieremias 31. Et statuta lunæ, & stellarum in lumine noctis. Ezech. 43. Hæc statuta altaris in die faciendi illud.

נְקִימָה Nomen pluralis numeri tantum, & status regiminis, statuta, constitutiones. Iud. 5. Ruben fuerunt magnæ constitutiones cordis, id est imaginationes. Iesaias 10. Væ statuentibus statuta concupiscentiæ.

קֶוֶן Vel interposito Iod **קִוֵּן** anterior pars corporis inde à pectore ad pedes usque, intra duo brachia & duos pedes, complexus, circumscriptio, pars corporis constituta & certis limitibus circumscripta. Et Latinis ea pars nunc sinus, nunc gremium dicitur. Et quia pars illa corporis interior est, figurate, & à similitudine ad interioritatem & concavitatem cuiuslibet rei transumitur. Et tam in statu regiminis quæ affixorum manet inuariatum, ut differentia sit, qua discernatur à nomine quod multas uariationes recipit. Prouer. 16. Et fors in gremium projicietur, & cap. 21. Et munus in sinum. Ieremias 32. Et reddens iniquitatem patrum in sinum filiorum ipsorum. Threnorum 2. Cum effunderetur anima ipsorum in sinu matrum suorum. Prouerb. 5. Et amplexaberis sinum extraneæ. Eccles. 7. Ira in sinu stultorum quiescit. 1. Reg. 22. Effusus est sanguis plagæ in sinu currus. Ezech. 43. Et sinus eius id est concavitas. Et iterum: Et à sinu terræ usque ad Hazaroth. In statu affixorum. Genes 17. Et dedi ancillam meam in sinum tuum. Exod. 4. Introduce nunc manum tuam in sinum tuum. Deut. 13. Si uxor, quæ est in sinu tuo. Num. 11. Gesta eunt in sinu tuo. Job 19. Defecerunt renes mei in gremio meo. Ex istis igitur locis perspicuum est, hanc uocem accipi pro intimo, quo quis intimo amoris affectu alii concipitur, & tanquam signatæ & impressum in pectore fouet. Vnde Ioannis 1. dicitur, Filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit nobis, id est qui est intimus, & cor, & animus, & mens, & character, & sermo patris. Item cap. 13. Erat autem unus ex discipulis Iesu, recubens in sinu, nimirum is, quem diligebat Iesus, &c.

509
חֶקֶן

Differt tantum forma, & modo significandi à uerbo **חָקַן** non significatione. Ideo tantum ab eo participium præteritum seu nomen uerius participiale masculini generis legitur **חָקַן** & haud dubie Hebræis idem significat, quod Græcis **χαρκτης** Ezech. 8. Et ecce omnis similitudo reptilis & animalis abominationis, & omnium pollutionum Israel effigata seu expressa super pariete circum circa. 1. Reg. 6. Et obduxit aurum directe super imagine. Ezech. 23. Et uidi uitros effigie super pariete. Et isto nomine dicitur etiã filius Dei Dominus noster Iesus Christus character patris ad Hebræos. Qui cum sit resplendentia gloriæ & **χαρκτης**, id est impressa seu expressa imago substantiæ illius.

In quarta coniugatione **חָקַן** Job 13. Super radicibus pedum meorum imaginaris, id est uestigia pedum meorum obseruas.

510
חֶקֶר

Perscrutatus est aliquid remotius seu penitius, & intimius: congruit significatio ne cum uerbis **חָקַר** & **חָקַר** nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Deut. 13. Inquiras, perscruteris, & interroges probe. Iudic. 18. Ad explorandum terram, & ad perscrutandum eam, & dixerunt ad eos, ite, perscrutamini terram. 1. Sam. 20. Quia perscrutabor patrem meum. Psal. 44. An non deus perscrutabitur istud, siquidem ipse nouit abscondita cordis. Psal. 139. Perscrutare me deus, & cognosce cor meum. Prouer. 18. Iustus prior in causa sua, quæ uenit proximus ipsius ut perscruteretur ipsum. & cap. 23. Tardantibus ad uinum, uenientibus ad perscrutandum infusionem. & cap. 52. Et gloria regum perscrutari rem. & cap. 29. Sapiens est in oculis suis diues, & exhaustus: qui intelligens est, perscrutabitur illum.

Participium præsens **חָקֵר** Iere. 27. Ego Iehoua perscrutor cor, proba renes. Et ex hoc loco colligi etiã potest, quod eodem uerbo sepius usa sit scriptura Nouite sciamini: ut Rom. 8. At ille qui scrutatur corda, nouit quis sensus spiritus. 1. Corint. 2. Spiritus enim omnia scrutatur, etiã profunditates Dei, &c.

In uoce passiuâ **חֻקַּרְתָּ** 1. Reg. 7. Non perscrutatum est pōdus aris. Iere. 31. Simifurabuntur cœli superinè & perscrutabuntur fundamenta terræ infernè. & cap. 46.

In coniugatione quadrata **חָקַן** Prouer. 8. Et principes constituent iustitiam. Participium præsens, seu nomen participiale **חָקֵן** statutaris, qui constituit formam aliquam, & præscribit normam uiuendi, & Græcè dicitur νόμος, id est legis peritus, qui est in gubernatione, & leges præscribit. Maioris igitur autoritatis fuit quam **סָבֵר** scriba. Gene. 49. Non recedet sceptrum à Iuda, nec statutaris de pedibus eius, donec uenerit Silo. Num. 21. Foderunt eum beneficii populi cum statutaris cum sapientibus suis. Psal. 69. & 108. Ephraim potentia capitis mei, & Iehuda statutaris meus, id est Legislatur. Iesaias 33. Iehoua est iudex noster, Iehoua & statutaris noster. Et pluraliter **חָקֵן** Iudicum 5. De Machir descenderunt statuta rii, id est dictatores, legislatores, &c. Et quidem post reges Iehuda, qui fuerunt in gubernatione in isto populo, tam in captiuitate Babylonis, quam post illam usque ad Herodis tempora, sub quo filius dei dominus noster Iesus Christus natus est homo, durauerunt de regia stirpe eiusmodi **חָקֵן** quorum collegium postea Græcè **συνοδου** & corrupta uoce **סנהדרין** appellati sunt, & domus magni concilij, & illorum numero 70. fuisse ueteres scriptores testantur, tandem paulo ante Herodis mortem iussu ipsius trucidati sunt. Hoc autem propter Iacob patriarchè prophetiam, & ut discrimen inter **חָקֵן** & **סָבֵר**, id est scribas & statuarios eerneretur, annotare uolui.

INDE NOMINA:

חֻק Sine uau, præscripta forma seu norma, ordinatio seu forma certa alicuius statuti seu ritus, siue cultus, cui aliquid est impressum ut representet, statutum, constitutum, constitutio, ceremonia aliquid referens, & representans. Gen. 47. Tantum humum sacerdotum non comparauit, quia constituta erat pro sacerdotibus à Pharaone. Job 26. Statutum circumduxit circa facies aquarum. Psal. 148. Statutum dedit, quod non præteribit. Prouer. 31. Et dat cibum domui suæ, & statutum puellis suis, id est demensum. Iesaias 5. Et distendit os suum absque statuto. Genes 47. Et dedit hoc Ioseph in statutum usque in hunc diem. Exod. 12. Hoc est statutum Phasæ. Iudicum 11. Et factum est statutum in Israel, id est ceremonia, ritus. Psal. 2. Recitabo de statuto, Iehoua dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, id est de cultu. Michæ 7. Dies est ad ædificandum sepem tuas, dies propagabit statutum, id est cultum. Zophoniae 2. Antequam signatur statutum. Est & hoc dignum obseruatione, quod quando hoc nomen constituitur cum nomine **חֻק**, tum plerumque pro cultu seu ritu ponitur Ecclesiastico, ut sunt sacerdotium, circumcisio, sacrificia, Neomeniæ, festa, sabbatum, templum, altare, uestitus, & alia ceremoniæ præscriptæ à Deo: at **חֻק** pro politis ritibus & constitutionibus, quibus uita humana conseruatur, & in secunda tabula continetur. Exo. 12. Ibi dedit ei statutum & iudicium. Iosue 24. Et proposuit ei statutum, & iudicium in Sichem. 2. Samuel. 30. Et constituit illud in statutum, & iudicium in Israel, &c. Et in statu regiminis mutat holem in hatephcemetz. Leu. 10. Est enim statutum tuum, & statutum filiorum tuorum. Et cap. 24. De ignitis Iehoua statuto perpetuitatis. At in statu affixorum mutat holem semper in kybutz, dagges fata litera kuph. Prouer. 8. Cum poneret ipse mari statutum eius. Exod. 30. Quare non perfecistis statutum uestrum in laterificando. Prouer. 30. Ciba me pane statuti mei. Job 23. Supra statutum meum, obseruaui sermones oris mei. Et pluraliter **חֻקִּים** Exod. 18. Et docebis eos statuta & leges. Leuit. 26. Hæc sunt statuta, & iudicia, & leges. Deut. 4. Et nunc Israel audi statuta & iudicia, quæ ego doceo uos. Et in statu regiminis **חֻק** Exod. 18. Et cognita facio statuta dei, & leges ipsius. In statu affixorum. Job 14. Statuta eius fecisti, quæ non præteribit. In forma feminina **חֻקָּה** Exo. 13. Et custodie statutum hoc, tempore suo. Num. 15. O congregatio statutum unum uobis. In statu regiminis **חֻקִּים** Exo. 11. In generationibus uestris statuto perpetuo celebrabitur illum. Num. 19. Hoc statutum legis. Num. 17. Et erit filijs Israel in statutum iudicij. Et pluraliter **חֻקֵּי** Leuit. 18. Et custodite uos statuta mea. Et iterum: Nec faciatis de statutis abominationum, quæ factæ sunt ante uos. 1. Reg. 4. Et dilexit Salomo Iehoua, quod ambularet in statutis patris

Handwritten marginal notes in Latin:
Sua se...
mea...
pau...
Vide...
fac...

Job 1. In ore gladij. Et in statu regiminis mutat prius sēgol in pathah & alterum in seua, daggeffata litera beth. Gen. 3. 4. Et acceperūt qscq; gladiū suū. Et cap. 27. Et in gladio tuo uiues. 1. Sam. 15. Sicut orbauit mulieres gladius tuus. Exod. 15. Eua- ginabo gladiū meū. Pf. 37. In gladio suo. Et pluraliter הַרְבִּיחַ Ier. 21. A facie gladiō rū fugerūt. Ioei. 3. In gladijs. Et in statu regiminis ac affixorū הַרְבִּיחַ Ioei. 5. Fac tibi gladios acierū. Ezech. 32. Gladijs fortitū cadere faciā multitudinē tuā. & ca. 28. Et euaginabūt gladios suos. & cap. 26. Et turres tuas destruet gladijs suis, i. machinis. **הַרְבִּיחַ** Exiccatio. Leuit. 26. Et ciuitates uestræ erunt siccitas. Legitur etiam הַרְבִּיחַ Ier. 44. Et ecce erant siccitas. Ezech. 5. Et dabo te in siccitatem. cap. 29. Et erit terra Aegy- ptī in uastitatem, & siccitatem.

הַרְבִּיחַ Siccitas. Gen. 7. Ex omnibus quæ erant in siccitate, mortua sunt. Exo. 14. Et posu- it mare in siccitatē. Ezech. 30. Et dabo flumina in siccitatem. Et pluraliter הַרְבִּיחַ Psal. 9. Inimici cōsummata sunt siccitates, prfus. Ezech. 13. Sicut uulpes in siccita- tibus. & cap. 38. Super siccitates habitabiles. Et in statu regiminis ac affixorum הַרְבִּיחַ Exod. 29. Et dabo terrā Aegypti in siccitates siccitatis. Psal. 109. Et quarant à siccitatib. suis. Ies. 51. Cōsolatus est omnes siccitates eius. & ca. 49. Siccitates tuæ.

הַרְבִּיחַ Siccitates, nomē plur. numeri tantū, status regiminis. Psal. 32. In siccitatib. æstatis.

הַרְבִּיחַ Catenæ, uinacula, q̄ cōstrictos illis adurāt. Psal. 73. Quoniā nō sunt uinacula ad mo- riēdū ipsos, i. quib. ad supplicia & mortē trahant. Ies. 58. Solue uinacula iniurię, &c. **הַרְבִּיחַ** Cōstrinxit se, uel cōstrictus est, neutraliter: cōgruitq; significatione cum uerbo הַרְבִּיחַ nisi quōd הַרְבִּיחַ de constrictiōe & coartatione corporis tantū dicatur, quæ fit prē animi angustia, & formidīne p̄cēę. 2. Sam. 22. & Psal. 18. Filij alieni emarce- scēbant, & constringebant se à uinulis suis.

הַרְבִּיחַ Proprie cōmotionem significat apertā & uisibilem ac manifestā, uel corporis, uel animi, uel utriusque simul, siue ex pia cura & sollicitudine, siue ex metu mali ortā: & est contrariū quieti & tranquillitati. Deinde etiā nomini הַרְבִּיחַ quod loca interna, & tranquilla significat: unde licebit in prima cōiugatione uertere neutra liter uerbo tremēdi, seu trepidādi. Eze. 14. Et mōs Sinai fumabat totus, p̄pterea q̄ descendērat super eū Iehoua in igne, et ascēdebat fumus eius sicut fumus clibani, et tremēbat totus mōs ualde. Gen. 27. Et tremuit Izhak tremore magno uehemēter dicēs, quis, i. cōmotus seu turbatus est. Sic etiā Septuaginta ἰσχυρὸν reddiderūt, qd̄ monētē Augustino cōmutationē seu cōmotionē mentis significat. 1. Samuel. 13. Et uniuersus populus tremēbāt post ipsum, i. cōmoueabantur, seu turbabantur, seu tumultuabantur post ipsum. Ies. 19. Et tremet & expauescet. 2. Reg. 4. Ecce tremui sti erga nos cū omni tremore isto, quid faciemus tibi, i. pia & officiosa tumultua- tione circa nos tumultuata es. Et Christū existimo isto uerbo simili in phrasi usum esse, quod tamē explicādi causa Lucas cap. 10. duobus uerbis exprimere studuit: Martha, Martha sollicita es & tumultuans circa multa. Itē Ezech. 26. Nūc tremēt insulæ ad diē ruinæ tuæ. & cap. 32. Tremēt ad momēta. Oseā 11. Et tremēt quasi auis ex Aegypto. Iob 9. Et tremuit.

הַרְבִּיחַ Participiū præsens seu nomē participiale הַרְבִּיחַ tremēs, trepidus. 1. Sam. 4. Nā erat cor eius tremēs p̄pter arcā dei. Iud. 7. Quicūq; timidus est, & tremēs, reuertatur. 1. Esd. 9. Et ad eū cōgregabant omnīs tremēs in uerbis dei Israel, i. studiosus & obser uās cū sollicitudine. Et pluraliter הַרְבִּיחַ Ies. 66. Audite uerbū Iehoua, tremētēs ad uerbū Dei. Esd. 10. Et nūc percutiemus fœdus cum deo nostro, & educemus uxores, & prolē ex illis iuxta cōsilij Iehoua, & tremētēs in mādato dei nostri, & iuxta legē fiat. In tertia cōiugatione הַרְבִּיחַ tremefecit, terruit, perturbauit. Iud. 8. Et om- nia castra tremefecit. 2. Sam. 17. Et tremere faciam eū. Ezech. 30. Egredientur nun cij à facie mea in nauibus, ad tremefaciendum Aethiopiām.

הַרְבִּיחַ Participiū præsens הַרְבִּיחַ Leuit. 26. Et habitabis, & nō erit tremefaciēs. Iob 11. Cubabis, & non erit tremefaciens.

INDE NOMINA:

הַרְבִּיחַ Nomen participiale, tremens: de quo supra in participio.

A 3 **הַרְבִּיחַ**

Succiderunt syluam eius, ait Iehoua, quia non perscrutabitur. In secunda coniugatione הַרְבִּיחַ Eccles. 12. Et audiuit & perscrutatus est.

INDE NOMINA:

הַרְבִּיחַ Cum quinq; punctis, quæ semper sine uariatione seruat, perscrutatio. Iob 38. Et in perscrutatione abyssi ambulasti, id est, profunditate. cap. 5. Qui facit magna absq; perscrutatione. cap. 8. Et ordina ad perscrutationē patrum ipsorum. Et cap. 11. An perscrutatione dei inuenies, id est, profunditatem. Psal. 145. Et magnitudinis eius nō est perscrutum. Prouer. 25. Cor regū absq; perscrutatione. hoc tamen scri- ptum est sex punctis, & quidem in fine sententiæ.

הַרְבִּיחַ Nomē pluralis numeri, status regiminis, id est, abstrusissima, profundissima. Psal. 95. In cuius manu sunt profunditates terræ.

הַרְבִּיחַ Verbum geminatū, secundæ coniugationis, congruitq; significatione cū uer- bis הַרְבִּיחַ & הַרְבִּיחַ nisi quōd ut forma parū, ita modo significandi inter se ua- rient. Significat autē accendere, inflammare. Prouer. 26. Et uir contentionum ad accendendum rixam.

INDE NOMINA:

הַרְבִּיחַ Accensa, arida, adusta, torrida, nomen pluralis numeri tantum. Ieremię 17. Sed in- habitabit adusta in deserto.

הַרְבִּיחַ Adustio, accessio, incensio, inflammatio, exæstiuatio. Deuter. 28. Percutiet te Ie- houa, &c. & inflammatione.

הַרְבִּיחַ Siccum fieri, exiccari, uel adustione solis, uel ignis, uel gladij. Et congruit signi- ficatione cum uerbis הַרְבִּיחַ הַרְבִּיחַ הַרְבִּיחַ nisi q̄ ut litera, uel literarū posito, ita modo significādi inter se differat. Et nota etiā quōd quæ siccantur, etiam aperiuntur & dilatantur. Gen. 8. Et ecce exiccata erant superficies terræ. Ies. 19. Et exiccaban- tur flumina Aegypti. Oseā 13. Et exiccabitur fons eius. Psal. 106. Increpauit mare iunci, & exiccatum est. Iob 14. & Ies. 19. Et pluuius exiccabitur, & arefcet. Ex istis duobus locis deprehenditur discrimen inter הַרְבִּיחַ & הַרְבִּיחַ Iem Ies. 60. Et gentes exiccando exiccabuntur. Ier. 50. Exiccate uniuersos uitulos. & cap. 2. Obstupesci- te cœli super hoc, & timete, exiccabimini. Et cap. 26. Et ciuitas ipsa exiccabitur.

In uoce passiuæ הַרְבִּיחַ 2. Reg. 3. Exiccādo exiccati sunt reges illi, scilicet gladio.

Participiū generis foeminini הַרְבִּיחַ Ezech. 26. Cum dederō te ciuitatem exic- catam. Et pluraliter הַרְבִּיחַ Ezech. 30. In medio ciuitatum exiccatarum erunt.

In secunda coniugatione uoce passiuæ הַרְבִּיחַ Iud. 16. Si ligatus fuerit funibus re- centibus, qui non siccati fuerunt.

In tertia coniugatione הַרְבִּיחַ Ezech. 19. Et ciuitates eorū exiccauit. Nahum 8. Et flumina exiccauit. Zoph. 3. Exiccauit prædia eorum. Iere. 51. Et exiccabo mare illius. Ies. 42. Et exiccabo montes.

Participiū præsens הַרְבִּיחַ Iud. 14. Et exiccantem terram nostram. Et plu- raliter הַרְבִּיחַ Ies. 49. Et exiccantes te. Et in genere foeminino הַרְבִּיחַ Ies. 51. Nonne tu ipsa es, quæ exiccās mare.

Participiū præteritum pluralis numeri הַרְבִּיחַ Ezech. 29. In medio ciuitatū exiccatarum. In uoce passiuæ הַרְבִּיחַ 2. Reg. 3. Exiccando exiccati sunt reges illi.

INDE NOMINA:

הַרְבִּיחַ Exiccatus, siccus, nomē adiectiui participiale, masculini generis. Iere. 33. Exic- catus est absq; homine. Et ibidē iterum: In isto loco qui est exiccatus absq; homine. Et in genere foeminino הַרְבִּיחַ Leuit. 6. Conspersa oleo & siccata. Nehe. 2. Quis Ierusalem exiccata. Prouer. 27. Melior est buccella sicca.

הַרְבִּיחַ Siccitas, æstus. Gen. 31. In die cōsummabat me siccitas. Iud. 6. Et super omnē terrā siccitatis. Et iterū: Sit obsecro siccitas super uellere. Ies. 16. Et instaurabit ciuitates siccitatis. Zoph. 2. Siccitas in limine, i. nullus homo. Alij tamē legūt שִׁבְרִי cōmuus.

הַרְבִּיחַ Siccitas, exiccatio. Deut. 28. Et aridore & siccitate. Dicis autē Hebræis cōmunitē hoc nomine gladiū, quōd exiccāt hominē sanguine. Leuit. 26. Et gladius nō trāsī- bit terrā uestram. In distinctione sententiæ הַרְבִּיחַ Deut. 22. Et occidam uos gladio. Iob

mem tu creasti. Prouer. 20. Propter hyemē, piger nō arat. Dicitur etiam isto nomine iuuentus, quōd nimirum ea aetas uitijis, & probriis maxime obnoxia sit, id eoq; perpetua aratione, agricolatione, & cultura opus habeat, sicut uel ex isto Ieremiae loco cap. 31. nominis ratio sumi potest, ubi dicit: Abstulisti probū iuuentutis meae. Ponitur autem pro iuuentute Iob 29. Sicut fui in diebus iuuentutis meae.

INDE VERBUM,

חַיַּמַּיַּת Hyemauit. Iesaiāe 18. Et uniuersa bestia terrae super eum hyemabit.

522 חַרַּר Acuit, exacuit, strinxit, extertauit uim, & uirtutem suam, acriter & alacriter egit, urisit, ad finē rem suam perduxit, sicut instituerat: congruitq; significatione cum uerbis חָרַח חָרַח nisi quod ut literarum transpositione, ita modo significandi inter se differant. Exo. 11. Non acuet canis linguam suam. Iosue 10. Nō acuet aliquis contra Israelitam linguam suam. Vsurpatur etiam absolute, & non sequente accusatiuo. 1. Reg. 20. Sic erit iudicium tuum, ut acuisi, id est decreuisti, urisisti. 2. Sam. 5. Cum audieris strepitum incessus in summitatibus montium, tunc acer esto. pro quo Chronographus 1. Paralip. 14. uertit, Tunc egredieris ad bellum.

Participium praeteritū masculini generis חָרַח Ies. 10. Consummatio concisa exnū dabit iustitiam. & cap. 41. Ecce posui te in traham acutam nouam. Legitur tamen in abstracto positum. Dan. 9. Et aedificabitur platea, & concisio. Ioel. 4. Multitudo hic, & illic multitudo in ualle concisionis. Et pluraliter חָרַחַיַּת Iob 14. Concisi sunt dies eius, id est, definiti.

In uoce passiuā legitur participium foemini generis חָרַחַת & חָרַחַת & accipit nominaliter pro concisione, praecisione, determinatione, rem aut tempus definitū, ad aliquid finiendum. Dan. 9. Cōcisio desolationis. Et paulo post iterum: Et consumptio, & concisio super desolatione. & cap. 11. Et prospere ager usq; ad consummationem irae, quia concisio facta est. Ies. 28. Consumptionem & concisionem audiui. Ies. 10. Consumptionem & concisionem sustentator Iehoua exercituum faciet in medio totius terrae. Atq; hic obiter notandum, quod Paulus apostolus postremū hunc locum Iesaiāe citando Rom. 9. uerbum hoc חָרַחַת exponit per σαρωτική μωρη, id est, abbrevians, decurtans. Et Christus quoc; alluisse uidetur Matth. 24. ubi inquit ακολούθουσας, id est, decurrati fuissent. Similiter in Marco capite 13. ακολούθους, decurrasset, amputata scilicet parte aliqua prioris mensurae. Significat igitur haec uox determinationem, decisionem, concisionem, praefinitionem, decurtationem, uel rei de qua dicitur, uel temporis.

INDE NOMINA:

חרוז Nomē participiale quod eum significat, qui ad negociū perficiendum, acer & strenuus est, quicq; laborē ad finē destinatū perducit, cin rustiger man, der schleimig hindurch gehet / der nachdrucke. Salomo nunc hominī opponit, qui serio rem nō agit, nūc pigro, & desidi, qui rem obiter percunat, uel de instrumentō dicit fabri & rustico ab acriedine, quod nos rustrū seu tribulā uocamus quae cōcidit terram. Prouer. 12. At substantia hominis acris pretiosa. Prouerb. 21. Cogitationes acris seu strenui tantū ad abundantia. Ies. 28. Quia rastro non triturat lens. Significat etiam illum qui in corpore membrū habet concisum. Leuit. 22. Vel fractū, uel cōcisum. Itē aurū cōcisum seu cōtūsum gestampfen oder gemakten gold. Iob 41. Sternat aurum iuxta lutum. Prou. 3. Supra aurū contusum, proventus eius. Et pluraliter חָרַחַיַּת Prouer. 10. Agestatē parat manus fraudulenta, sed manus acrum diuitias parabit. Item חָרַחַיַּת Prouer. 13. Anima acrum impinguabitur. Et in forma foeminea חָרַחַת Amos 1. Propterea quod triturauit tribulis ferri ipsam Gilead.

523 חַרְרַיַּת Cuius plurale חָרַחַיַּת legitur 2. Sam. 12. Et posuit in tribulis ferri. 1. Paral. 20. Et dispersit terra, & rastro ferri. Legitur etiam in eadem forma pro caseis. 1. Sam. 17. Et decem caseos lactis, a compressione, sicut Poeta dicit, Et pressi copia lactis.

חרק Frenidit, seu stridit dentibus: & cōgruit significatione cum uerbo חָרַח nisi q; ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Et est abominantis, seu exhibantis pra-

ne retis genus exitialis piscibus, eadē ratione qua etiā חָרַחַת dicitur Iere. 5. Trāslatio nostra antiqua uertit fagena. Mich. 7. Quicq; fratē suum uenatur in fagena.

In statu affixi habet in prima sagol. Habak. 1. Et trahet eum in fagenā suā. Et pluraliter חָרַחַיַּת Ecclef. 7. Et inueniebam ego amariorē morte mulierē, cuius cor uenabula & fagena. Ezech. 26. Expansio fagenarum erit in medio maris.

חרטמים Inferra litera teth, Magi, incātores, deuōtores, interemptores. Et de Magis dicitur tā Aegyptijs, q; Chaldeis. Ge. 41. Et retuli ad Magos. & c. Exo. 8. Et fecerūt sic Magi cū incātionib. suis, & ascēderūt rānē sup̄ terrā Aegypti. Et iterū: Et fecerūt etiā ita Magi incātionib. suis, & c. & dixerūt Magi. Dan. 1. Et omne uerbū sapientiae & intelligentiae, qd postulauit ab eis rex, statim inuenit eos decies esse supra omnes Magos. In statu regiminis חַרְטָמַי Gen. 41. Et uocauit omnes Magos Aegypti & sapientes. & c. Exo. 7. Et fecerunt etiam ipsi Magi Aegypti incātionibus suis ita.

520 חַרְס Sol, ab ardore & exiccatione. Iud. 8. Et reuersus est Gideon de bello supernē existente sole. Iob 9. Quis dicit soli, ut nō oriat. Ies. 19. Cuias solis dicef unī. Legit̄ semel cū he paragogyco חַרְסוּ Iud. 14. In die septimo ante quā occūberet sol. Significat etiā hoc nomē חַרְס genus ulceris adusti & inflammati. Deut. 28. Percutiet te Iehoua ulcere Aegyptio, & ficis, & inflammatione, quaē sanare non poteris. Denominatiuum, solare, seu Orientale. Iere. 19. Iuxta introitum portae solaris.

חרטה Probris & cōuicijs perfodit. Et ut metathesi literarū, ita modo tantū significandi differt a uerbo חָרַח uolauit, uiciuauit, dehonestauit, uel uerbo uel facto, alterius uel famā, uel bona, uel decorē, uel uirginitatē. 2. Sam. 23. Eleazar inter tres Heroes fuit, qui Philistaeos conuiciaret. Iob 27. Non exprobrabit cor meum propter dies meos. Participium praesens, seu nomē participiale חָרַחַת Psal. 119. Et respondebo exprobratori meo uerbum.

In uoce passiuā legitur participium generis foeminini חָרַחַת Leuit. 19. Si quispiam cōcubuerit cum muliere concubitu seminis, quae est ancilla uiciata a uiro, id est, cuius flos uirginitatis uiolatus est, quae prius perfolia, seu deflorata est: loquitur enim de illa, quae uiolata est, nec tamen ducta in uxorem.

In secunda coniugatione חָרַח Iud. 5. Zabulon populus temerauit animā suam ad moriendū, id est, non dubitauit animam suam uiolari morte, prostituere uitam suam. Iud. 8. En Zeba & Zalmuna, qui cōuiciati estis mihi. 1. Sam. 17. Et dixit Philistaeus, ego probris puoco agmina Israel hodie, date mihi uirū, ut pugnetis simul. Et mox iterū: Is ad cōuiciandū Israellem ascēdit. 2. Reg. 19. Quem sustentator eius rex misit, ut cōuiciet deum uiuentē. Ps. 57. Conuiciat illi qui absorbere me studet.

Participium praesens seu nomen participiale חָרַחַת conuiciator, exprobrator, contumeliosus. Psal. 44. A uoce contumeliosi seu exprobrantis.

INDE NOMINA:

חרפה Conuicium, cōtumelia, probrum, opprobrium, Graecis ὕβρις. Gen. 30. Abstulit deus probū meū. Sic etiā Elizabeth dicit Luc. 1. Sic fecit mihi Dñs in diebus, quibus me respexit ut auferret probū meū inter homines. Gen. 34. Nam id probrum nobis esset. Ies. 3. Tantūmodo inuocet nomen tuū super nos, ut auferatur opprobriū nostrū. Et ut supra admonuimus in uerbo, ita etiam in nominibus uerbalibus obseruandū est, quod non solum de uerbalī probro, seu cōuicio, sed etiā reali conuicio, hoc est, deformatione, seu defloratione, siue deuastatione & corruptione dicitur, quae fit uel per gladium, uel famem aut alias calamitates: ut Iere. 5. Et dabo te in solitudinē & deformationem inter Gentes. Ezech. 36. Multiplicabo fructum arborū, & prouentū agrī: ideo non accipies amplius deformationem famis inter gentes. Et pluraliter חָרַפַּיַּת Psal. 69. Et factum est in opprobria mihi. Dan. 12. Et hi ad opprobria. Et in regimine חָרַפַּיַּת Psal. 69. Et opprobria exprobrantiū tibi.

חרף Hyems, & dicitur id tempus anni, quo sequitia & iniuria frigoris herbae, flores, gramina, arbores, capi, pasua, syluā, aliq; omnia, quae aestatis tempore florebat & germabat, corrupta & uiciata sunt. Gen. 8. Aestas & hyems. Psal. 74. Astatē & hyemem

מחרשת Nomen participiale, uomer, quo fit aratio. Et cum affixo, 1. Samuelis 13. Ad acutendum quisque uomerem suum, & cultrum suum. Et pluraliter מחרשתו 1. Sam. 13. Et fuit restitio orum, uomerum, & cultrorum.

חרשת Nomen adiectiuum, intensus, uehemens, acer, penetrans, proscindens. Ionæ 4. Et ordinauit deus uentum anteriorem uehementem.

חרש Attentio, nomen quod constructum cum uerbo aduerbascit. Iosue 2. Qui explorarent attentius.

חרש Secundo significationem superiori habet cōtrariam, & significat omittere seu remittere actionē, cessare ab actione. Et in isto modo significandi non est usitatum in prima coniugatione, nisi in futuro actiua uocis, ubi ad differentiam alterius habet sub literis futuri sēgol, & prima substantiali hatephsēgol. Psal. 28. Ad te Iehoua uocabo, petra mea, ne cesses à me. Psal. 50. Veniet deus & non cessabit, Mich. 7. Et aures eorum cessabunt, id est absurdescent.

In tertia coniugatione חרש Genes. 34. Et cessauit Iacob donec uenirent illi. Exod. 14. Iehoua pugnabit pro uobis, uos cessabit. Num. 30. Quia cessauit erga il lam. Iudicū 18. Cessa, pone manū tuam super os tuum. 2. Sam. 13. Et nunc foror mea cessa, frater tuus est. 1. Sam. 7. Ne cesses à nobis. 2. Reg. 18. Et cessauerūt populus, & nō responderūt. Habakuk 1. Cessabis cū deglutiit improbus iustiorē se. Zophonieg 3. Cessabit propter dilectionē suam. Esther 4. Si cessando cessaueris tempore isto.

Participium præfens חרש Genes. 24. Cessans, ut cognosceret. 1. Samuel. 10. Et fuit ut cessans, id est, surdus. Proverb. 17. Et stultus cessans, sapiens reputabitur. 1. Samuelis 13. Cognoscens Dauid, quod contra ipsum Saul tacite machinaretur malum. Vide etiam supra in altera significatione, quanquam utrunque coniunctim completi uideatur. Et pluraliter חרשו 2. Samuelis 19. Et nunc quare uos cessatis reducere regem.

In quarta coniugatione חרשה Iud. 16. Et insidiati sunt illi tota nocte in porta ciuitatis.

INDE NOMINA:

חרש Is Hebraeis dicitur, cuius auditus cessauit, nec intendere potest ad uocem loquentis, nos Latine talem uo camus surdum. Exod. 4. Quis ponit mutum, aut surdum. Leuit. 19. Non maledices surdo. Psalm. 38. Ego tanquam surdus non audiebā. Et pluraliter חרשו Iesaiæ 29. Et audient in die illa surdi uerba libri. Et cap. 15. Et aures surdorum aperientur.

חרש Cessatio, nomen quod constructum cum uerbo aduerbascit. Iosue 2. Qui explorarent cessanter, id est, clam, tacite.

חרש Cum sin sinistro, Testa ex argilla figuli opera facta, uel in sole, uel igni cocta: nam congruit significatione cum חרש Leuit. 6. Vas autē testā in quo cocta est, confringetur. Psal. 22. Aruit tanquam testa, uirtus mea. Ies. 30. Non inuenitur in fractione eius ulla testa, qua uel ignis ferri possit de foeco. Iob 2. Et accepit testā ad scalpendū se cum ea. Et in distinctione sententiæ חרש Iob 41. Subter ipsum sunt acutæ testæ. Et pluraliter in statu regiminis חרשו Ies. 45. Væ si cōtentat aliquis cum sigulo testæ, nempe testæ terræ. Et cum affixo. Ezech. 23. Et testas eius.

חרת Exarauit, inculpuit. Legitur ex isto uerbo tantum participium præteritum חרתה Ex. 32. Et scriptura erat scriptura Dei, exarata super tabulis. Chaldeus uertit חרש & Paulus Apostolus חרש 2. Cor. 3. Informata seu inculpata in lapidibus.

חש Stramē, stuppa, fomes, aut aliud simile, quod celeriter ignē concipit ac absumitur: & cognitionem habet ut uoce, ita significatione cum uerbo חש festinauit. Ies. 1. Et stramen flamma dissoluet. & cap. 33. Impregnamini stramine, parietis stipulam, spiritus uester uelut ignis absumet uos.

חשב Hebraeis idem significat, qd̄ latinis cogitare, excogitare, imaginari, cōsiderare, ratiocinari, arbitrari, estimare, existimare, putare, cōputare, imputare, reputare. Et q̄a hec omnia cū animi attentione sūt, magnā cognationē habet cū uerbis חשב & חשבו Et ut Grecis uerbū λογίζω est polysemō ad cogitare, imputare, & reputare, aesti.

præ indignatione. Iob 16. Stridit super me dentibus suis. Psalm. 112. Dentibus suis stridebit. Thren. 2. Et striderunt dente.

Participium præfens חרש Psal. 37. Et stridens super me dentibus.

INDE NOMEN,

חרש Stridor: sic enim uocalis in Grammatica dicitur, quod stridore dentium efferatur.

524 חרש

Primo significat studio & arte operi mechanico instare, intendere, dare operā, urgere opus, ut solent aratores & fabri: quāquam lingua Latina uerbum unum non habeat, quo per omnia reddi possit. Et ut uoce, ita significatione non multum abludivit a uerbo חרש. Est præterea & hoc obseruandum, quod in hoc modo significandi non sit in usu, nisi in prima coniugatione, & in futuro habeat sub prima pathah, & sub substantiali hateph pathah, ad differentiam alterius, quod habet sēgol. Psal. 129. Super dorso arauerūt aratores. Iud. 14. Nisi arassetis uitula mea. Ofese 10. Non arabis cum boue & asino pariter. Proverb. 20. Propter frigus piger nō arabit. Ies. 28. Nunquid tota die arabit arator, ut seminet. Ofese 10. Arabit Iehuda. 1. Samuelis 8. Et ad arandum. Proverb. 3. Ne arabis super sodali tuo malum, id est, nō machineris contra sodalem tuum malum.

Participium præfens חרש 1. Reg. 19. Et ipse arabat. Ies. 28. Nunquid tota die arabit arator. 1. Reg. 7. Et pater eius erat Tyrius, faber aeris. Amos 9. Et accedet arator cum messor. Et pluraliter חרשו Psal. 129. Super dorso meo arauerunt aratores. Et in statu regiminis חרשו Iob 4. Quemadmodū uidi aratores iniquitatis, & seminarios doloris. In genere feminino חרשו Iob 1. Boues erant arantes.

Participium præterit temporis חרשו Ier. 17. Exaratu in tabula cordis eorum. In uoce passiuā חרש Iere. 26. & Mich. 3. Zion ut ager arabitur.

In tertia coniugatione legitur tantum participium præfens חרש 1. Sam. 13. Et cognoscens Dauid quod contra ipsum Saul fabricaret malum. Sed de hoc etiam in altero modo significandi.

INDE NOMINA:

חרש Faber, qui intentus est rei conficiendæ. Exo. 35. Ut facerēt omne opus fabri. 2. Regum 24. Et omnem fabrum, & claustrariū. Ies. 40. Et sculpsit fudit faber. Exo. 28. Factura fabri lapidis. Et in statu regiminis bis legitur in forma חרש Ies. 44. Faber ferri forcipem. Et mox iterum: Faber lignorum extēdit perpendiculum. Et pluraliter חרשו 2. Reg. 22. Fabrīs, & ædificantibus, & sapientibus. 2. Paralip. 24. Fuerunt conducētes latomos & fabros. Ies. 44. Et fabri ex hominibus sunt. Item in forma חרש 1. Paralip. 4. Et Seraia genuit Ioab patrem uallis fabrorum: nam fabri erant. Nehe. 11. In ualle fabrorum. Ies. 3. Et sapientem fabrorum. In statu regiminis חרשו 2. Sam. 5. Et fabros ligni, & fabros lapidis. 1. Paral. 14. Et fabros parietis, & fabros lignorum, & cap. 22. Et fabros lapidis, & ligni.

חרש Fabrile. Ge. 4. Et Zilpa etiā ipsa genuit Thubalkain, q̄ cudebat fabrile eris et ferri, חרש Ramus, à cædendo per fabrum. Iesaiæ 17. In die illa erunt ciuitates præsidij eius, sicut desertio rami, & uirgultus. Ezechiel. 31. Ecce Assur uelut cedrus in Libano, pulchra fronde, & ramo umbroso.

חרשה Sylua cædua, fabrilis. 1. Sam. 23. Dauid erat in deserto Ziph in sylua. Et pluraliter חרשו 2. Paralip. 27. Et in syluis ædificauit castra, & turres.

חרשה Fabrefactura. Exo. 31. Et in fabrefactura lapidis ad implendum, & in fabrefactura ligni. Iud. 4. Et ipse habitabat in fabrica Gentium.

מחרשת Nomen participiale, fabrile scilicet instrumentum, quod legitur in statu affixi. 1. Sam. 13. Et securim suam, & fabrile surum.

חרמש Interposita litera mem, fabrile scilicet instrumentū, quod nos falcē uo camus. Deut. 16. Ab incipiēdo falce in segete. & cap. 23. Et falcē nō leuabis in segetē pximi tui.

חריש Aratio. Genes. 45. Et erunt ad huc quin que anni, in quibus nec aratio, nec messis. Exod. 34. In aratione & in messe quiesces. Et in statu affixorum mutat cameluz in hateph pathah. 1. Sam. 8. Et ad arandum arationem suam.

tionem, quia omne figmentum cogitationum intelligit. 1. Paral. 29. Conferua hoc perpetuo in figmento cogitationum cordis populi tui. Et in statu regiminis רוחו בך Gene. 6. Omne figmentum cogitationum cordis eius tantummodo malum omni tempore. Job 5. Dissipat cogitationes callidorum.

חשבון

Ratio cinatio, inuentio, excogitatio, industria, ars. Eccl. 7. Et excquirere sapientiam & artem. Et paulo post iterum: Vnum ad unum ut inuenirem artem. Et pluraliter רוחו בך Eccl. 7. Ecce hoc inueni, quod deus fecit hominem rectum, sed ipsi quassuerunt artes multas. Legitur etiam in prima cum חירק רוחו בך 2. Par. 26. Et fecit Oziah in Ierusalem machinas excogitatione artificis super turribus & tectis ad ei aculandum cum sagittis & lapidibus.

529

חשן

Siluit, tacuit, quiescit, cessauit, & opponitur nomini חשן Ies. 62. Propter Zion non tacebo. Psal. 28. Ne taceas a me. Psal. 107. Et tacuerunt fluctus eius. Eccl. 3. Est tempus ad tacendum, & tempus ad loquendum.

In tertia coniugatione חשן Ies. 42. Tacui a seculo. 2. Reg. 2. Etia ego scio, tacete. Participium praesens חשן Ies. 57. Nonne ego taceo. Et pluraliter חשן Iud. 18. Et uos tacetis. Nehem. 8. Et Leuitae silentium faciebant omni populo.

INDE NOMEN,

חשן

Pectorale, in quo mysteria dei comprehensa erant, & tacita depromebantur: quare Graeci uocarunt χροα quod uulgaris editio uertit, Rationale. Legitur in historijs etiam sacerdotibus Romanos ufos fuisse scutis ex ferro factis, quae ancylija appellarunt, et Numam Pompiliu illis persuasisse ut e caelo delapsa crederent, quae haud dubie a gente Iudaica habuit. Exod. 28. Et facies pectorale iudicij, &c. Et in eo loco tota eius descriptio extat.

חשמים

Interposita litera mem, significat oratores, legatos. Psal. 68. Venient legati ex Aegypto.

530

חשך

Cohibitum, prohibitum, detectum fuit lumen, obscuratum, seu obtenebratum fuit: habet autem congruentiam cum uerbis חשך & חשך nisi qd ut literarum transpositione, ita modo significandi inter se differant. Ies. 13. Obscuratus est sol in ortu suo. Threnorum 5. Obscurati sunt oculi nostri. Eccl. 12. Et obscuratae sunt, quae uidebant per fenestras. Exod. 10. Et obscurata est terra. Job 3. Obscurentur stellae.

In tertia coniugatione חשך Amos 5. Et diem, ut noctem obscurauit. Et cap. 8. Et obscurabo terram. Psal. 139. Etiam obscuritas non obscurabitur apud te. Psal. 105. Misit obscuritatem & obscurauit.

Participium praesens חשך Job 39. Quis est hic obscurans consilium.

INDE NOMINA:

חשכים

Obscuri, nomen participiale. Prouer. 22. Non stabit coram obscuris.

חשך

Obscuritas, tenebra. Gen. 1. Et obscuritatem uocauit noctem. Et iterum: Et diuise deus inter lucem, & inter obscuritatem. Et in statu affixi mutat holem in hateph camerz. 2. Sam. 22. Et lehoua illuminabit obscuritatem meam.

חשכה

Obscuritas, tenebra. Gen. 15. Et ecce horror, obscuritas magna cecidit super ipsum. Psal. 39. Ut obscuritas, ita lux & contra. Et in statu regiminis חשכה Psal. 18. Obscuritatem aquarum densitatem nubium. Et pluraliter forma masculina חשכים Ies. 50. Qui ambulauit in obscuritatibus, neq; splendor illi.

חשכה

Obscuritas, tenebra. Psal. 88. Elongasti a me amicum, & familiarem, et notos meos in obscuritate. Et in statu regiminis חשכה Ies. 29. Et erit in obscuritate factorum ipsorum. Et pluraliter חשכה Psal. 88. In obscuritates, in profunditates. Threnorum 3. In obscuritates collocauit me. In statu regiminis חשכה Psal. 74. Quia plena sunt obscuritates terrae.

531

חשך

Cum sinistro puncto: congruitq; significatione cum uerbis חשך & חשך Et ut transpositione tantum literarum, ita modo solum significandi inter se differunt: significat autem cohibere, prohibere, retinere. Gen. 39. Et non prohibuit a me quicquam. 1. Sam. 39. Et seruum suu prohibuit a malo. Ezech. 30. Et in Thebaphnehes retentus est dies, cum frangerem ego ibi uetes Aegypti. Genes. 22. Tam

B cogno-

aestimare, ita similiter Hebraum, ut ex exemplis cognoscere licet: constructur autem cum articulo datiui casus. Gen. 38. Et cogitauit seu putauit esse meretricem. 1. Sam. 1. Et putauit Eli eam esse ebriam. Ies. 10. Cor eius non sic cogitabit. 1. Sam. 18. Et Saul cogitauit obijcere Dauidem in manus Philistinorum. 2. Sam. 25. Quare cogitasti tale contra populum dei. Esther 8. Et machinatione eius, quam excogitauerat contra Iudaeos, Psal. 36. Iniquitatem excogitat super strato suo. Genes. 50. Vos cogitatis contra me malum, deus uero reputauit in bonum. Job 13. Et arbitraris me inimicum tibi. & cap. 19. Et arbitratus est me eius esse hostem. Psal. 46. Lehoua cogitat de me, uel pro me. Ies. 33. Non reputauit hominem. Gen. 15. Credidit in lehoua, & imputauit hoc ei iustitiam, quod Paulus Rom. 4. passiuè reddidit: Et imputatum est ei ad iustitiam. & antea quoq; est usus uerbo isto cap. 3. quod Graecè ita reddidit λογίζομαι, id est, Arbitramur igitur fide iustificari hominem absque operibus legis. Psal. 32. Beatus uir, cui non imputauit lehoua iniquitatem. 2. Sam. 19. Non imputet mihi Sufferator meus iniquitatem. Exo. 31. Ad excogitandum cogitationes ad faciendum in auro, & in argento, & in aere.

Participium praesens, seu nomen participiale חשך ingeniosus, industrius, politus, artificiosus, excogitator, id est in re qualibet. 2. Paral. 26. Et fecit in Ierusalem machinas industrijs, ut essent super turribus, & tectis ad ei aculandum cum sagittis & lapidibus. Exod. 26. Cherubim opere industrijs facies eos. Et pluraliter חשכה cogitantes, excogitatores. Nehem. 6. Cogitantes mihi facere malum. Et mox iterum: Cogitantes rebellare. In statu regiminis חשכה Exo. 35. Facientes omne opus & excogitantes cogitationes.

In uoce passiuua חשך & constructur similiter cum datiuo, mediante articulo lamed. Num. 18. Et reputabitur uobis leuanda uestra, sicut frumentum ex area. Genes. 31. Nonne extraneae reputatae sumus ei: nam uendidit nos. Leuit. 7. Non gratus erit is, qui offert illud, non reputabitur ei, abominatio erit. Psal. 106. Et imputatum est ei ad iustitiam. Thren. 4. Quomodo reputati sumus, quasi uasa testacea. Deut. 2. Gigantes reputantur ut Enakim. Job 18. Quare reputatur uelut iumentum. Ies. 29. Et Carmelus in syluam reputabitur, id est, uertetur. Semel lamed idem ualeat, quod כּ Iosue 13. Haec ad Canaan computatur. Item semel cum כּ 2. Sam. 4. Etiam Beroth computabitur ad Beniamin. Item cum praepositione חשך 2. Reg. 22. Tantum non computetur cum eis, id est, non exigatur ab eis argentum, quod datum est in manus ipsorum.

Participium חשך Ies. 2. Quoniam in eo reputandus est ille. Loquitur autem de ipsius spiritu propter quem sit reputatione dignissimus. 2. Paralip. 9. In diebus Salomonis argentum nihil quicquam est reputatum.

In secunda coniugatione חשך Nahum 2. Quid cogitatis contra lehoua. Psal. 144. Quid est homo quod agnoscis eum, & filius hominis ut reputes illum. Ionae 1. Et nauis cogitabat frangi. Item cum כּ. Leuit. 25. Et computabit cum emptore suo. Et mox iterum, sed cum articulo lamed datiui casus: Et supputabit ei. Item transitue cum articulo חשך accusatiui casus. 2. Reg. 12. Non supputabat uiros, id est, non exigebat rationem ab eis.

In quarta coniugatione חשך Num. 23. Ecce populus solus habitabit & inter gentes non reputabitur.

INDE NOMINA:

חשך

Opus ingeniosum, & industrium. Exod. 28. Artificium cincturae eius. Et mox iterum: De super uero artificium Ephod.

חשכה

Cogitatio, Ieremias 8. Et cogitauit contra uos cogitationem. Ieremias 49. Et excogitabit contra eos cogitationem, id est, rationem. Et in statu regiminis חשכה Esther 2. Ad reuocandum literas, praeticam Haman filij Hamdatha. Legitur tamen semel in statu absoluto. Exo. 35. In omni opere ingenij seu industrijs, id est, ingenioso & industrio. Et cum affixo Esther 2. Cogitationem eius, quam excogitauit contra Iudaeos. Et pluraliter חשכה Exod. 35. Ad excogitandum cogitationes

INDE NOMINA:

השק Promptitudo, propētio, animi facilitas, animus propensus, & uoluntarius. 1. Reg. 9. Et uoluntatem Salomonis, qua promptus fuit aedificare in Ierusalem. Et cum affixo mutat zere in hirik, & saegol in feua. Iesaiæ 21. Corpusculum uoluptatis posuit mihi in horrorem.

השקים Nomen participiale pluralis numeri tantum, amplexus, circuli, circumferētiæ, cincturæ. Exod. 27. Vncini columnarum & circuli earum, argentum.

השקום Canthi, id est exterior rotæ circumferētia. 1. Reg. 7. Sicut factura rotæ quadrigæ, axes eorum, sublimitates eorum, & canthi eorum, & c. sic dicti ut circuli, quod uolentes complectantur rotas.

השר 535 Congruit significacione cū uerbo **שקף** Inde nomen **השרה** colligantia, coadunatio. Et in statu regiminis **השרה** 2. Sam. 22. Et posuit tenebras circū circa se, tuguria, colligantia aquarū, densitates nubiū. licet Psal. 18. legat **השרה** in prima cū **סגול**. Sumitur pro radijs in rota, quibus colligatur. 1. Reg. 7. Et radij eorum.

השורים 536 Congruit significacione cum uerbo **הנה** nisi q̄ ut forma, ita modo significandi inter se uariant: nam hoc descendere seu incubere, illud uero abijci seu deijci & consternari, uel animo, uel uirtute, & robore corporis. 2. Reg. 19. Et habitatoribus eorum præcinduntur manus, consternabuntur & pudescunt. Iob 32. Consternati sunt, & nō respōderunt ultra. Iesaiæ 8. Accingite uos & prosternemini. cap. 31. Consternentur a uexillo principes eius. Iere. 14. Terra prostrata est, quia non fuit pluuia in terra. Et cap. 50. Prostratus est Merodach.

Participiū **השת** Ier. 46. Quare uidi ipsos cōsternatos. 1. Sam. 1. Arcus herouū prostrati. In uoce passiua **השה** Malach. 2. Et a nomine meo consternatus est. Deut. 1. Ne timeas, nec consterneris. 1. Sam. 2. Ipsiūs Iehoua consternabuntur inimici ipsius. Iob 39. Ridet pauorem, & non cōsternatur. Prou. 17. Consternatio fiet increpatione in intelligente maior, quàm si stultum centies uerberes. Iesai. 30. Quoniam a uoce Iehoua consternabitur Assur. Item cap. 31. A uoce eorum non cōsternabitur. Iere. 10. A signis cœline consternamini, siquidem gentes consternuntur ab illis. 2. Sam. 22. & Psal. 18. Iob 21. Et in momento in infernum prosternentur. Ies. 7. Prosternetur Ephraim, ne sit populus. Iere. 51. Et iustitia mea non prosternetur.

In secunda coniugatione **השה** Iob 7. Et consternatum reddis me in somnis. Iere mia 51. Et prostrauit arcus ipsorum.

In tertia coniugatione **השה** Iob 31. Si formidauit multitudinem magnā, & si contemptus ex familia consternatam me reddidit. Iesaiæ 9. Virgam exactoris eius prostrauisti, sicut in die Midian. Iere. 1. Ne consterneris ante faciem ipsorum: nec enim cōsternatum reddam te ante illos. Et cap. 49. Et prosternam Elam coram inimicis suis. Habakuk 2. Et deuastatio animalium consternabit eam.

INDE NOMINA:

הה Consternatio, deiectio animi. Iob 41. Ipse factus est, ut sit absq̄ consternatione.

ההת Consternatio. Iob 6. Videtis consternationem, & timetis.

ההת Consternatio. Gen. 35. Et fuit consternatio diuina super ciuitates illas. Et cap. 9. Et timor uestri, & consternatio uestri erit super omne animal terræ.

ההת Machina siue instrumētum bellicū, paratū ad prosternendū homines, uel muros. Licebit uertere arietē, uel tormentū. Iob 41. Quasi stipulam aestimabit tormentum.

ההת Consternatio. Ezech. 32. Qui incusserunt consternationem in terra uiuentium.

ההת Prostratio. Psal. 89. Posuisti munitiones eius in prostrationem. Prou. 10. Ori stulti prostratio propinqua est. Et cap. 18. Os stulti est prostratio sibij ipsi. Iere. 48. Factus est Moab in derisum, & in prostrationem apud omnes circumquaq̄.

ההת Eccl. 12. Et excelsa timēt, & prosternuntur in uiam.

ההת Significatio indicat ex isto themate descendisse: significat enim proprie, sub, subter, subtus, inferne, deorsum. Sed quia Latina lingua phrasis alia est ab Hebræa, ideo q̄ alijs interdum necesse habet reddere particulis, nempe, pro, propter, loco. Deut. 25. Delebis memoriā Amalek sub cœlo. Psal. 10. Sub lingua eius labor & do

cognoui quod times deum tu, & non prohibuisti filium tuum unigenitū a me. Iob 39. Et a facie mea non prohi uerunt sputum. Psal. 19. Etiam a superbis prohibe feruum tuum. Prou. 21. Iustus dabit, & retinebit.

Participium præsens **השה** Prou. 10. Prohibens labia sua est prudens. & cap. 13. Prohibens uirgam suam, odit filium suum.

In uoce passiua **השה** Iob 16. Si loquar nō prohibebit dolor meus. cap. 21. Quia ad diē calamitatis prohibebit malus, i. reseruabit, parcei illi usq̄ ad diem interitus.

השה Deiecit, subiecit, domauit: cōgruit significacione cum uerbis illis **השה** **השה** **השה** nisi q̄ ut forma literarum, ita modo tantum significandi inter se distideant. Dan. 2. Quemadmodum comminuit & deijciēt omnia.

In uoce passiua legitur participiū **השה** Deut. 25. Et decadauit in te oēs deiectos. Interposita litera mem, quod rem significat lucidissimam, & excitatissimam flammam ignis, qua uisum & aciem oculorum propter excellentiam debilitat, qualis est electri, seu aris igne candentis. Ezech. 1. Et de medio eius tanquam species fulgoris de medio ignis. Et ibidem iterum: Et uidebam tanquam speciem fulgoris, tanquam uisionem ignis. Et cap. 8. legitur **השה** Et a lumbis eius & sursum tanquam aspectus fulgoris. Hieronymus uertit Electrum. Plinius aut lib. 34. Natur Hist. scribit, Electrum esse genus metalli ex auro & quinta portione argenti constantis, cuius natura sit ad lucernarum lumina clarius argento lucere. Et quidem Ioannes Theolog. in Apoc. sua alludens ad hanc uisionem uidetur Chalcolibantum appellare in camino ardente.

Utscriptura nō nisi literarū transpositione, ita modo tantum significandi a uerbo **השה** uariatur: utrunq̄ enim nudare, denudare significat. Iesaiæ 52. Nudauit Iehoua brachiū sanctitatis suæ coram oculis omnium gentium. Ier. 49. Ego nudauit Esau, erui abscondita eius, ut abscondi non possint. Sic Abdias simili sententiæ usus est uerbo **השה** in uoce passiua, Quomodo, inquit, nudabuntur Esau, & eruetur thesauri eius. Iere. 13. Et ego nudauit fimbrias tuas in conspectu tuo. Psal. 29. Vox Iehoua parturire fecit ceruas, & nudat syluas. Iesaiæ 47. Nuda tibiam, reuera crus. Ios. 1. Denudando denudauit eam & proiecit. Similiter cum de aquis dicitur, & nostri exposuerunt pro haurire. Iesai. 30. Ut non inueniatur in conuassatione eius resta ad fouendum ignem de foco, & ad nudandum aquam de fouea. Hagg. 2. Venit ad dolium ad nudandum quinquaginta battos, & erunt uirgini.

Participium præteritū pluralis numeri **השה** pro **השה** Ies. 20. Adducet rex Assur captiuitatem Ægypti, & migrationem Æthiopiæ, pueros & senes, nudū & discalceatū, denudatos podice, nuditatē Ægypti. Et in genere fœminino **השה** Ezech. 4. Et brachium tuum erit denudatum, & tu prophetabis contra eum.

INDE NOMINA:

השה Nuditus. Genes. 30. Et decorticauit in eis cortices albos nuditate albedinis, quæ super uirgis.

השה Nomen pluralis numeri, status regiminis. 1. Reg. 20. Posuerunt filij Israel cōtra eos castra, quasi duo nudī greges caprarum, Syri aut impleuerant terram, i. rari greges.

השה 534 Cōgruit significacione cū uerbis **השה** & **השה** nisi q̄ ut forma literarum, ita modo significandi inter se uariant: significat aut hoc leui esse animo erga aliquem, esse animo propenso in aliū, uoluptatē & delectationē habere in aliquo. Et regit post se ablatiū mediante præpositione beth. Deut. 7. Voluptatē habuit Iehoua in uobis. Et cap. 10. In patribus uestris uoluptatē habuit Iehoua. Psal. 91. Quoniam in me uoluptatē habuit, libero eum. Gen. 34. Sichel filij mei uoluptatem habuit anima eius in filia uestra. Deut. 21. Et quādo uideris in captiuitate mulierem elegantem forma, & uoluptatē habueris in ea, & c. Et semel tantum constructur cum accusatiuo, & significat ex amore acceptare. Iesai. 38. Ecce pro incolumitate amaritudo mihi amarissima, tu acceptasti animam meam ex fouea putrefactionis.

In secunda coniugatione **השה**, & cōstruitur cum accusatiuo. Exo. 38. Et operiet capita earum & cinger eas.

fanationes, ut poneretur fascia ad emplastrandum eam.
Inuolucrum, uestis linea, qua aliquid obuoluitur. Job 38. Cum ponerem ego nubem indumentum eius, & caliginem inuolucrum eius.

תלבושת

מלתחה

540

חתם

Vestiarium, id est locus in quo reponerentur inuolucra, i. uestes linea. 2. Reg. 10. Et dixit illi, qui erat super uestiario, profer indumentum pro cunctis ministris Baal. Occlusit, obstruxit, obsignauit, sigillo confirmauit. Et modo tantum significandi differt à uerbis חתם חתם חתם Ier. 8. Ob signa lege in discipulis meis. Dan. 12. Claudit uerba, & ob signa librum. Esther 8. Ob signate anulo regis. Ier. 32. Et scripsi in libro & ob signaui. 1. Reg. 21. Et ob signauit anulo eius. Job 9. Et adhuc stellas ob signabit. Iere. 32. Et scribere in libro, & ob signare. Dan. 9. Et ad ob signandum uisionem. Sic sapenumero in nouo Testamento usuuenit. Ioan. 3. Qui accepit testimonium is ob signauit, quod deus uerax sit, id est, signo confirmauit, nam sigillum addidit, rem certam efficit. Item cap. 6. Hunc enim pater ob signauit deus, i. hic habet testimonium sigillum & literas à patre. Sic Paulus 1. Corinth. 9. Si ceteris non sum Apostolus, at sane uobis sum, siquidem sigillum apostolatus mei uos estis in Domino. Itē 2. Corinth. 1. Porro qui confirmat nos unam uobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus est, qui etiam ob signauit nos, scilicet in rei certitudine. Ephe. 1. In quo etiam posteaquam credidistis, ob signati estis spiritu promissionis sancto, &c. Et cap. 4. Non contristetis spiritum sanctum Dei, per quem ob signati estis in diem redemptionis.

Participium praeteritum חתמה Deut. 32. Ob signatum in thesauris meis. Iesa. 29. Quasi uerba libri ob signati. Cantic. 4. Fons ob signatus. Item חתמה Job 14. Ob signata est in fasciculo praeuaricatio mea. Et pluraliter חתמות Nehē. 10. Et super ob signatos. Item חתמות Dan. 12. Et ob signata uerba.

In uoce passiuua חתמה Esther 3. Et ob signabitur anulo regis. Item irregulariter חתמה Esther 8. Et ob signabitur anulo regis. In secunda coniugatione חתמה Job 24. Per diem ob signat sibi, i. occludunt pro se. In tertia coniugatione חתמה Leu. 15. Aut occlusa fuerit caro eius à fluxu suo.

INDE NOMINA:

חיתם Signillum, signaculum. Exod. 28. Sculpturis signaculi sculpes. Cant. 8. Pone me sicut signaculum super cor tuum, sicut signaculum super brachium tuum. Iere. 22. Si fuerit Coniah filius Jehoiachin regis signaculum in manu dextera mea. Sic Paulus uocat Circumcisionem signaculum fidei, Rom. 4. Item Job 41. Clausura signaculi arcta. Et in statu affixorum seruat holem. Gen. 38. Et ob signabis signaculo eius. Et mox iterum: Signaculum tuum.

חיתם Nomen participiale masculini generis. Ezech. 28. Tu es signaculum perfectum. Et in forma foeminina חתמה Gen. 38. Cognosce nunc, cuius sit signaculum.

541 חתן Legitur tantum in quarta coniugatione, & significat desponsare, coniugio iungi, contrahere affinitatem. Gen. 34. Affinitatem contrahite nobiscum, date nobis filias uestras, & filias nostras accipite uobis, &c. ex quo loco propriam huius uerbi significationemprehendere licebit. Deut. 7. Neque affinitatem contrahes cum eis. Iosue 23. Et affinitates contraxeritis cum illis gentibus, & ingressi fueritis ad eas, & ille ad uos. 1. Sam. 18. Et nunc affinitatem contrahe cum rege. 1. Reg. 3. Et affinitatem contraxit Salomo cum Pharaone.

INDE NOMINA:

חיתן Quod, ut חתן nunc sponsam, nunc nutum, secundum diuersos eius respectus significat, ita hoc nomen חתן si sponsam respiciat, sponsum significat: ut Exo. 4. Sponsus sanguinum tu mihi es. Ier. 62. Gaudium sponsi super sponsa. Iere. 7. Vox sponsi, & uox sponsae. Sin autem ad focerum uel socrum respiciat, tum notat generum. Gen. 19. Adhuc est aliquis tibi hic gener. Iud. 15. Simson gener Thimnei. Iud. 19. Dixit pater puellae ad generum suum. 1. Sam. 18. Ut sit gener regis. 2. Reg. 8. Nam fuit gener domus Achab. Nehē. 6. & 13. Et pluraliter חתנים Gen. 19. Et loquutus est Lot ad generos suos.

חיתן Socer. Exo. 3. Pascebat autem Moses oues lethro soceri sui. Sic etiam Chaldaeus, & Septuaginta, Iosephus, & alij multi Interpretes exposuerunt. Et assentior illis qui Re-

B 3 huc

Ior. Gen. 4. Dedit mihi deus seminem alterum sub Abel, i. pro, in locum, uel loco Habel. Exod. 21. Oculum pro oculo, &c. Prou. 30. Propter tria contremiscit terra, propter seruum cum regnum occupauerit, i. sub tribus contremiscit terra, &c. Iere. 5. Propter quid fecit Iehoua. Et sequente חתם eo quod, pro quo. Iesa. 53. Eo quod effudit in morte animam suam. Quando uero non habet postpositiuum, licebit exponere, inferne. Ge. 49. Benedictioibus abyssi cubabit inferne. Job 18. Inferne radices eius crescent, & superne rescabunt truncus eius. Item legitur a fronte cum praepositione mem חתמה id est de sub, id est inferne, si absolute ponitur, i. non sequente nomine habente ante se lamed, & opponitur חתמה, id est superne. Deut. 4. Omnis figura, quae est in caelo superne, & quae in terra inferne. Ios. 2. Iehoua deus uester, est deus in caelo superne, & super terra inferne. At quando nomen subsequens a fronte habet literam lamed, tum est comparatiui gradus, & respectum importat. Genes. 11. Et diuidat aquas ab aquis quae sunt de sub firmamento, i. in ea parte, quae sub firmamento est: uel sic, quae sunt inferius firmamento, id est inferiores firmamento. Deut. 4. Et quae in aquis de sub terra, i. inferius terrae. Hac phrasin etiam Lucam Euangelista secutum legitur cap. 12. ubi Christus inquit: Sicut fulgur erascas de sub caelo, in eam, quae est sub caelo, i. e. regione, quae est sub caelo, in eam, quae sub caelo est. Praeterea recipit haec particula etiam affixa, perinde ut alia nomina & uerba, i. o. d. p. ut interposito. Num. 16. Et aperta est terra, quae erat sub eis. Ier. 43. Dabo hominem pro te. 2. Sam. 3. Misit Absolom nuntios pro se dicens, i. pro sua persona, loco suo. Exo. 10. Et non surrexerit quisquam de loco suo. Et si interdum scribat sine i. o. d. Gen. 2. Et clausit carnem pro ea. Ios. 5. Et filios eorum statuit pro eis. 2. Sam. 2. Dilatabis passum meum subtus me.

חיתם Nomen masculini generis, inferior. Iosue 18. A meridie ipsi Bethhoron inferiori. Eius foemininum חתמה 1. Reg. 6. Camera inferior. Ezech. 40. Et mensus est latitudinem ante portam inferiorem. Et pluraliter חתמות Ezech. 42. Ab inferioribus. חתמה inferior. Ezech. 31. Ad terram inferiorem. Et pluraliter חתמות Iosue 15. Et fontes inferiores. Psal. 139. In inferioribus terrae. חתמה inferior. Psal. 86. Et erues animam meam ex inferno inferiori. חתמה Pro חתמה plurale. Gen. 6. Cum interstitiis inferioribus.

537 חתם Desumpsit, scilicet ignem de loco suo in uas, in quo foueatur: congruitque significatione cum uerbis חתם & חתם nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se dissideat. Ier. 30. Nec inuenit in contractioe eius testa, ad desumendum ignem de foco. Participium praesens חתם Prouer. 25. Quia tu desumis prunas super caput eius. quod Paulus Apostolus Rom. 12. uerbo Graeco *σβεβώσας* reddidit, i. coaceruabis. In tertia coniugatione חתמה Prou. 6. Num desumet quisquam ignem in sinum suum, & uestes eius non comburentur. Pf. 52. Desumet te, & exterminabit te de tabernaculo.

INDE NOMEN;

חיתם Capsula, receptaculum, acerra, qua pruna recipiuntur, ut super illa foueantur, & suffitus fiat. Septuaginta uerterunt *θυμιατήριον*, & Latini thuribulum. Leuitic. 16. Et accipiet plenum receptaculum ignis de altari. Et cum affixo. Num. 16. Accipiat unusquisque receptaculum suum, & ponat super illud incensum. Et pluraliter חתמות Exod. 38. Fecit omnia uasa altaris ollas, palas, pelues, forcipes eius, receptacula eius, ex auro puro. Num. 16. Accipite uobis receptacula tam Korah, quam totus eius coetus, & ponite in eis ignem, & ponite suffitum in eis.

538 חתם Significat decisionem seu precisionem, id est, praefinitionem, determinationem, praedestinationem: itaque congruit significatione cum uerbo חתם Legitur autem semel, & quidem in uoce passiuua חתמה Dan. 9. Hebdomada septuaginta precisa est, i. praedefinita sunt. In prima coniugatione non est usitatum, nisi in uoce passiuua secundae coniugationis semel חתמה, & significat inuoluam fascijs seu linteis. Ezech. 38. Et inuoluedo non inuoluedo non es inuoluta.

INDE NOMINA:

חיתם Inuolucrum, fascia, linteolum. Ezech. 30. Et ecce non emplastrata est, ut darentur sana-

sana-

litera Pe: sicut à nomine primogenio קרם quod uineam significat, formatum est uerbū secundæ coniugationis קרם cōtrariā etiā significationis, exuineauit, interposita litera samēch. Legitur autem hoc participiū Exod. 16. Tenuē, detudatum. Rectē igitur Chaldaeus uertit קרם, id est decorticatū. Non rectē Rabini qui rotundum seu orbiculatum transfulerunt.

551 תבננה

Tuba, seu buccina ex argento facta, & à sono conciso, sicut Tarantara nomē hoc habere arbitror. Et quidem Iosephus lib. 3. cap. 15. Antiq. sic describit: Canna erat tibia paulo crassior, longitudine paulo minus cubitali cuius os tantum patebat, quātum ad inflandum sufficeret, desinebatq; in extremitatem campanulæ similem, quemadmodum tuba. Porro Moses eorum usum, quādo, & ad quid illis uti gentē Israeliticam deus uoluerit, Num. 10. indicat, ut interim omittā quæ Iosephus, & Nicolaus Lyranus super so. adnotet. Legitur singulariter tantum semel Osee 5. Clangite buccina in Rama. Et pluraliter תבננה Num. 10. Fac tibi duas buccinas argenti, &c. 2. Reg. 11. Et cantores & buccinæ iuxta regem, & cū cūctus populus terræ lætatur & imprimebat buccinas. 1. Paral. 15. Et uniuersus Israel deducebāt arcam fœderis dei in iubilō, & in uoce tubæ, & buccinis, & in cymbalis, &c. 2. Paral. 15. Et iurauerūt ipsi Iehoua uoce magna & in triumphationibus, & in buccinis & in tubis. Psal. 98. In buccinis, & in uoce tubæ, iubilate coram rege Iehoua.

INDE PARTICIPIVM,

תבננה 1. Paralip. 15. Sacerdotes buccinabant buccinis coram arca Dei. 2. Paral. 7. Et facer dotes buccinātes coram eis. 2. Paral. 5. scribitur תבננה: Et factum est quasi unum inter buccinātores & inter cantores. Et ibidem legitur etiā תבננה Et cū illis sacerdotes centum & uiginti buccinantes buccinis.

552 חרמל

Nomē insecti alati & quadrupedis, quatuor genicula supra quatuor pedes habentis, quorum adminiculo super terra salit, & à Mose populo Israelitico concessum est in cibum. Est autē certum esse locustæ speciem. Septuaginta & post illos Hieronymus uerterunt Ophiomachum, eò q; cum serpente pugnet. Legitur tantum semel Leuit. 11. Et Ophiomachum iuxta speciem suam.

553 חרוזים

Nomen pluralis numeri tantū. Et quia uno tantum scripturæ loco legitur, difficile est pronunciare quid proprie significet. Est autē certum ex circumstantijs ornāmētum colli significare, siue tōrques, siue monilia, siue catenæ aureæ fuerint. Vulgaris translatio habet Monilia. Porro quidā putant idem significare quod חרוזים cuius sit mētio Ezech. 27. Sed hoc incertum est. Legitur Cant. 1. Pulchræ sunt genæ tuæ in bullis, collum tuum in monilibus seu torquibus.

554 חרנבות

Catene, seu uincula, quibus fontes cōstringuntur ac detinentur. Et legitur ista forma tantum duobus in locis: Psal. 73. Quoniam non sunt uincula ad moriendum ipsos, id est, quibus ad supplicia & mortē pertrahātur. Ies. 58. Solue uincula iniuriæ, quibus debitores per auaritiā & iniuriā constrinxisti.

555 חרנינים

Acini, grana uuæ. Leuit. 6. De acinis, &c. non comedet.

556 חשמל

Dictio quadrilitera, & significat lucidissimam scintillationē, seu flammam in igne, qualis quoq; est electri seu æris igne candicatis: sed de hoc supra.

huelem & Iethronē eundem fuisse asseuerant: nam de utroq; dicitur, q; sacerdos in Midian fuerit. Deinde Iethro socerum, non cognatū fuisse Mosi multis argumentis adducor ut sentiam. Moses enim (Exod. 8.) plurimum honoris, ac reuerentiæ defert, deinde alij ipsius consilio paret, & obsequitur, quod certe cognato, qui par sit autoritate, ætate, non fecisset. Iudic. 19. Retinuit eum socer eius, pater puellæ. Num. 10. Et dixit Moses ad Hobab filium Raguēlis Midianitę soceri Mosi, potest tamen in iam citato loco accipi pro affine significatione largiore, sicut Iud. 1. Filij Kinæi affinis Mosi ascenderunt de ciuitate Palmarum. Item Iudic. 4. Heber autem Kinæus segregatus à Kain à filijs Hobab cognati Mosi. Et in genere scēminō הנהו socrus. Deut. 27. Maledictus qui concumbit cum socru sua.

542 חתמה

Desponsatio, sponsalia, nuptia. Cant. 3. Videte filia Zion regem Salomonem in corona, qua coronauit eum mater ipsius, in die nuptiarum eius. Generali significatione congruit cum uerbis חתם & חתם: significat enim rapere. Legitur uerbaliter tantum semel Iob 9. Ecce rapiet, & quis reducet illud.

INDE NOMEN,

543 חתם

Raptor. Prou. 23. Etenim ipsa tanquam raptor insidiabitur. Fodit, perfodit, foramen fecit, penetrauit: congruitq; significatione cum uerbō חתם nisi q; ut posuit literarum, ita modo significandi inter se uariant. Iob 24. Perfodit in obscuritatibus domos. Ezech. 8. Si perforaueritis in Infernum. Christus aliquoties hac phrasi est usus: ut Matt. 6. Vbi fures non perfodiunt, neq; furantur. Et ca. 24. Si scisset paterfamilias, qua hora fur uenturus fuisset, uigilasset utique, & non fuisset perfodi domum suam. At Ionæ 1. ad perfossionem transfertur, quam nauæ remigiorum ictibus in aquis faciunt, & quasi fossas in aquis faciunt: ubi sic legitur: Et perfoderunt uiri, ut reducerent ad aridam, id est, cōtenderunt, quadam æmulatione sulcarunt.

INDE NOMEN,

544 חפלה

Effossio, fossa, foramen. Exod. 22. Si in foramine deprehensus fuerit fur. Ier. 2. Non in foraminibus inueni eos, id est, in abscondito, furtim.

DE QUADRILITERIS ET PEREGRINIS.

544 חבילה

Lilium. Cant. 3. Ego Lilium Saron. Ies. 35. Et germinabit sicut Lilium.

545 חורה

Vox Syriaca, qua Syri regionem suam uocant. Zacha. 9. Onus uerbi Iehoua contra terram Hadrach, & Damascus.

546 חבלי

Vide in themate suo חבל.

547 חלבנה

Galbanū, species resinæ aromaticæ & odoræ, à pinguedine appellationem habens: eius usus fuit in conficiendis suffitibus. Exod. 30. Et Galbonem habetq; cognationem cum themate חלב.

548 חלמיש

Silex, cautes. Deut. 7. Qui eduxit tibi aquas ex petra silicis. Iob 28. In silicem extendit manum suam. Ies. 50. Posuit faciem suam sicut silicem. Psal. 114. Qui conuersor est petra in stagnū aquarum, & silicis in fontes aquarum. In statu regiminis חלמיש Deut. 32. Et pinguedinem de silice petra.

549 חומר

Grando uehementior, habens ignem intermixtum, sicut ex Mose Exo. 9. sumitur: ideo licebit fulmen reddere. Et legitur, tantum semel Psal. 78. Vbi eadem historia repetitur: Interfecit grandine uitam eorum, & Sicimos eorum fulmine.

550 חספס

Inde participiū secundæ cōiugationis præteriti temporis חספס denudatum, delectum ex acore, decorticatū: contrariæ significationis uerbo חספ interposita

quod bonae essent, id est amabiles, pulchrae. Et cap. 41. Septe spicas bonas. Iere. 2. 4. Ficus bonas, bonas. Esther 2. Virgines bonae aspectu. Iere. 12. Quum loquerentur ad te bona. Nehem. 6. Bona eius dicebant coram te.

טוב Nomen infinitum, abstractum, bonum, bonitas, benignitas: ac manet inuariatum tam in statu regiminis quam affixorum. Deut. 6. Et domos plenas omni bono. Psal. 27. Vtique credo uidere in bono ipsum Iehoua in terra uiuentium. Gen. 24. Et omne bonum sustentatoris sui in manu ipsius. Et cap. 45. Et dabo uobis bonum terrae Aegypti. Deut. 28. In laetitia, & in bono cordis. Iob 21. Ecce non est in manu eorum bonum ipsum. Ier. 31. Et populus meus bonitate mea saturabitur. Psal. 25. Propter bonitatem tuam Iehoua. Exo. 33. Ego transire faciam omne bonum meum. Osee 3. Et pauebunt ad Iehoua, & ad bonitatem eius. Et, ut supra ex apostolo Petro ostendi, ita haud dubie ex illis locis etiam D. Paulus mutuatus est quod ait ad Titum cap. 1. Cum autem *καταστρεψαμενος*, id est benignitas, & amor erga homines apparuit Seruatoris nostri, &c.

טוביה Nomen proprium uiri, cuius fit mentio Nehe. 3. Et de alio huius nominis extat in Biblijs sacris comedia.

טובה Significat, nere. Exo. 35. Et omnes mulieres neuerunt capras, i. pilos caprarum. Et iterum: Et omnis mulier sapiens corde manibus suis neuerunt.

INDE NOMEN,

טות Netum, nexum. Exod. 35. Et attulerunt netum.

טות Obduxit, obliuit, operuit adijciendo calcem, aut aliud, obtexit uel cemento, uel alia materia, ne aliquid cernat. Et congruit significatione cum uerbis טוח טוח טוח & טוח טוח טוח nisi quomodo significandi inter se uariant. Leui. 14. Et puluerem alium accipiet, oblinetque domum. Ezech. 22. Et prophetae eius obliuerunt eis cementum fatuum. 1. Paralip. 29. Tria millia talentorum auri, & auri Ophir, & septem millia talentorum argenti depurati ad oblinendum parietes domorum.

Participium praesens טוח Ezech. 13. Et ecce ipsi oblinunt ipsum cemento fatuo. Et in statu regiminis טוח Ezech. 13. Dic ad oblinitores cementi fatui.

Participium praeteritum טוח obducta, abscondita. Iob 38. Quis posuit in obducta sapientiam, aut quis dedit imaginationi intelligentiam, id est in cor & cerebrum. Et legitur טוח Psal. 51. Ecce ueritatem acceptasti in absconditis, id est in corde. Et opponit ueritatem cordis, externis hypocritarum cultibus & operibus, quae in propatulo faciunt ut uideantur ab hominibus.

In uoce passiva טוח Leui. 14. Et post abradere domum, & post oblini, id est, postquam fuerit oblita. Et mox iterum: Et post oblini domum, id est postquam oblita est domus.

INDE NOMEN,

טוח Obtectio, obductio, litura, incrustatura. Ezech. 13. An non dicitur ad uos, ubi litura, qua obliuisti.

טוח Ordo, ordinatio, dispositio, ab obseruatione: & congruit significatione cum uerbis טוח & טוח Exo. 38. Ordo unus & ordo. Ezech. 46. Et ordo circumquaque seu obseruatio, id est, paries. Et pluraliter טוח Exo. 28. Et quatuor ordines: Et in statu regiminis טוח 1. Reg. 7. Quatuor ordines columnarum.

טוח Aedificium splendidius, quod parietes, ordines columnarum, & alia ornamenta habet. In statu regiminis טוח Cantic. 8. Si murus est, aedificabimus super eum castellum argenti. Et in statu affixorum. Psal. 69. Sit castellum eorum desolatum. Et pluraliter טוח Ezech. 46. Subter castella illa circumquaque. Gen. 25. Per uillas suas & castella sua.

טוח Circumuolitando demisit se: & congruit significatione cum uerbis טוח & טוח nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Legitur autem semel Iob 9. Sicut aquila circumuolitando demittit se super eam.

טוח Obduxit, obtexit, obliuit: & congruit significatione cum uerbo טוח Iesaias 44. Non cognouerunt neque intellexerunt, eo quod obliuit a uidendo oculos eorum.

טוח Nehe. 13. Et dixi Leuitis, ut mundarent se. Iesaias 66. Qui sanctificant se, & mundant se ad hortos.

INDE NOMINA:

טוח Vel sine uau, nomen masculini generis, Mundus. Exo. 25. Et operies eam auro mundo, id est in quo nihil est scoriae. Leui. 11. Ut discrimen fiat inter immundum & mundum. Leui. 24. Super mensam mundam coram Iehoua, id est ex auro mundo. Deut. 12. Tam immundus, quam mundus pariter comedent. Psal. 51. Cor mundum crea in me deus, id est sine furo, sine mendacio. Et cum genitiuo טוח Iob 17. Et mundus manibus addet fortitudinem. Et pluraliter טוח Prou. 15. Et mundi sermones pulchritudinis. Ezech. 26. Et spargam super uos aquas mundas. In genere foemino טוח, uel sine uau טוח Gen. 7. Et de animali quod non est mundum. Et iterum: Et de animali mundo. Psal. 19. Timor Iehoua mundus. Et pluraliter טוח Leui. 14. Duo passeris uiuos mundos. Psal. 12. Sermones Iehoua sermones Iehoua.

טוח Munditia. Exo. 24. Et sicut substantia caeli in munditia, id est, claritate, id est, quando nullam habet nubeculam.

טוח Munditia. Psal. 89. Cessare fecisti munditiam eius.

טוח Mundatio, emundatio, mundificatio. Leui. 12. Sedebit in sanguinibus emundationis. Et mox iterum: Sex diebus sedebit super sanguinibus mundationis. In statu regiminis טוח 1. Para. 23. Et ad mundationem omnis sanctificationis. Et in statu affixorum. Leui. 12. Et cum impleti fuerint dies mundationis eius. Et cap. 14. Hec est lex leprosi, in die mundationis suae. Ezech. 44. Et post mundationem eius.

565

טוח Non tam bonum esse substantialiter & essentialiter, quam amabile, uolupte, iucundum, utile, & gratum esse significat; congruitque significatione cum uerbis טוח & טוח & opponitur uerbo טוח Quod uero ad coniugationem uerbi attinet, habet se in praeterito perinde ut uerbum טוח seruato holem. Num. 24. Quam bona sunt tabernacula tua Iacob, id est, iucunda, amabilia. Cantic. 4. Quam boni sunt amores tui prae uino, id est, iucundi, suauis.

In tertia coniugatione טוח benefecit. Num. 10. Et benefaciemus tibi. Ruth 3. Bonam fecisti misericordiam tuam nouissimam priore, id est, gratam. 1. Reg. 8. Propterea quod fuit in corde tuo aedificare domum nomini meo: benefecisti, quod hoc fuit in corde tuo, id est, gratum fecisti.

INDE NOMINA:

טוח Nomen masculini generis, bonus, iucundus, humanus, benignus. Genes. 1. Vidit deus lucem quod esset bona. Et cap. 2. Et bonum in cibum. & cap. 18. Tenerum & bonum. cap. 31. Caue tibi ne loquaris cum Iacob a bono usque ad malum. 1. Sam. 9. Et illi erat filius nomine Saul, electus, & bonus, neque erat quisquam de filiis Israel bonus supra illum: nam ab humero suo, & supra altior erat omni populo. ubi certe de dignitate corporis dicitur. Esther 1. Quum bonum esset cor regis, id est, hilare. Psal. 34. Gustate & uidere, quia bonus est Iehoua. Petrus apostolus citans hunc locum sic uertit: *ὁ θεὸς ὁ ἀγαθός*, id est quod benignus est Dominus. & significat Graeca uox humanum, minimeque austerum. Atque in statu regiminis, & affixorum nihil mutat. Ezech. 31. Electum & bonum Libani. Micheae 7. Bonus eorum sicut palurus. Et pluraliter טוח Deut. 8. Et domos bonas. 1. Sam. 15. Verba tua bona & recta. 1. Reg. 2. Viros iustos & bonos supra se. Prouer. 15. In omni loco oculi Iehoua speculantur malos, & bonos. Et in statu regiminis טוח 1. Reg. 8. Leti & boni corde. 2. Paralip. 7. Boni uisui, id est, decori, amabiles. Et in genere foemino טוח adiectiue & substantiue, bona, bonum, bonitas, benignitas. Exod. 3. Ad terram bonam. Genes. 30. Deus uertit illud in bonum. Iere. 14. Ne ores pro populo isto in bonum. In statu regiminis טוח Gen. 24. Et puella bona affectu. 2. Samuelis 11. Et mulier bona aspectu. Et in statu affixorum טוח Psal. 116. Bonum meum non est propter te, id est, non est mihi bene propter te. Psal. 65. Coronasti annum bonitate tua. Deuteron. 23. Non requiras pacem eorum, aut bonum eorum. Et pluraliter טוח Gene. 6. Et uiderunt filij Dei filias hominum, quod

597
רַי

Et רַי riuus seu meatus dicitur fossus ad irrigandum agros, quales multos Aegyptus ex Nilo, & Mesopotamia ex Tygri & Euphrate deductos habet. Et uerisimile est appellationem habere ab רַי limpitudine & claritate aquarū, quod haec clariores sunt, & minus turbidae quam in ipsis fluminibus rapidioribus, uel ab רַי quod riuus arrodant ripas. Gen. 4.1. Et ecce stabat iuxta riuum. Exod. 7. Et uerse sunt omnes aquae, quae erant in riuo. Iesaiæ 19. Et ripes ad riuum, & ad os riuu. Dan. 12. Ad ripam riuu. Et cum he importante motum ad locum רַי Exod. 1. In riuum proficite. Et in statu affixorum nihil mutat. Ezech. 29. Mihi est riuus meus. Et pluraliter רַי Exo. 8. Extende manum tuam cum baculo tuo super flumina, super ripas, & super stagna. Iob 28. In petra riuos dissecavit, & omne pretiosum uidit oculus eius. Et in statu regiminis רַי 2. Reg. 19. Omnes riuos Aegypti. Similiter in statu affixorum. Exo. 7. Super riuos eorum. Ezech. 29. In medio riuorū eius. Et iterum: Pisces riuorum tuorum.

רַי

Jordanis: huc adscribere uolui, illorum opinione, qui putant Jordanis nomen esse compositum ex רַי & דַן quasi dicat riuus Dan, quod circa ciuitatem Dan originem suam habere Geographi perhibeant.

598
רַי

In uoce actiua uerbum est inusitatum. Et usurpatur tantū prae teritum passiuum רַי. Et ut רַי, ita hoc significat usque adeo obrui aliquo malo, ut de ceopto suo quis diffidat & desistat, atq; consiliū mutet. 1. Sam. 27. Et dixit Dauid ad cor suū, nunc abripiar una dierum per manum Saul, nec est mihi bonū, nisi ut abripiendo abripiam me in terram Philistinorum, & ruat à me Saul, & me non amplius quaerant. Porro Hebraei perinde hoc uerbo utuntur, atq; Latini illis uerbis, actū est, clamatum est, deploratum est, deploratum est, &c. quoties extremam, & immedicabilem alicuius rei malitiam significare uolunt, ut de illa iam desperatū & actum sit: ut Iesaiæ 57. In multitudine uitae tuae defatigata es, nec tamen dixisti desperatū est. Ierem. 2. Prohibe pedem tuum, ne denudetur, & guttur tuum à siti, & dixi, num desperatum est, nō, quia amo alienos & post ipsos ambulabo. Item cap. 18. Et dixerunt desperatum est: nam post cogitationes nostras ambulabimus. Sumitur tamē semel nominaliter, ubi propria uocis significatio elucet, Iob 6. Nūquid ad arguendum dicta excogitatis, & ad afflandum sermones oppressionis, id est quibus me obruatis, & ad desperationem adducatis.

In secunda coniugatione רַי tantum semel legitur, & significat actiue abdicare cor seu animum ab ea re, quam perficere satagebat. Eccl. 2. Et conuersus sum ad abdicandum cor meum super omni labore, quo laboraui, & sapienter ego sub sole. Importat autem diffidentiam & desperationem.

599
רַי

Pulchre conuenit, seu congruit, consensit, ac quiescit: habetq; congruentiā cum uerbis רַי & רַי ארר ארר Iere. 10. Quia tibi conuenit regnum. Gen. 3. 4. In hoc pulchre conueniemus uobiscum, si eritis sicut nos, ut circūcidatur uobis omnis masculus. Et mox iterum: Tantum consentiamus illis, & habitabunt nobiscum. 2. Reg. 12. Et consenserunt sacerdotes, ut non acciperent argentum à populo.

600
רַי

Exclamauit, edidit, protulit uocem: & arbitror cognationem habere significatione cum uerbis רַי רַי נב רַי nisi quod ut forma, ita modo significandi uariant. Iudic. 5. Per fenestram prospiciens, statim exclamauit mater Sissara, similiter per cancellos, cur moratur currus eius uenire.

601
רַי

Legitur tantum in tertia coniugatione, & significat generaliter ducere, producere, deducere, adducere, adferre, offerre: & importat etiam simul morā & pompam. Et congruit significatione cū uerbis רַי רַי & רַי nisi quod ut forma, ita modo tantum significandi inter se differat. Psal. 60. Quis deducit me in ciuitatem munitam, scilicet cū comitatu & pompa regia. Iesaiæ 23. Deducet eam pedes eius procul ad peregrinandū ubi loquitur ironice. Zoph. 3. Adducet munus mihi. Psal. 68. Propter templum tuum supra Ierusalem tibi adferent reges munera. Psal. 76. Omnes qui in circuitu eius sunt adferent munera Terribili. ubi tamen iod litera uidetur posita pro he, ut sit imperatiui modi, sicut praecedentia & sequentia quoq;

Iesaiæ 40.

יְבֹשׁ הַחַיִּיךְ כַּבֵּל צִיִּי וְרִבְרֵי אֶלְהֵינוּ
יָקוּם לְעוֹלָם

595

יָבֵשׁ

Congruuit significatione cum uerbis יָבֵשׁ ut literis tamen symbolicis, ita quoq; modo significandi uariens. Importat enim hac omnia applicationem animi, & uoluntatem, amorem erga aliquid. Legitur in hac forma semel tantū Psal. 119. Quia erga praeccepta tua desidero seu amore tenor.

596

יָבֵשׁ

In prima coniugatione non est usitatum nisi in uoce passiuā יָבֵשׁ & significat cupidum esse faciendi simul multa, audacem esse in attentando plurima, quod proprie stultorum est: ideo Hieronymus uerbo stultus factus est. Num. 12. Ne ponas super nos erratū q; stulti facti sumus, & q; aberrauimus. Ies. 19. Stulti facti sunt principes Zoan. Ierem. 5. Stulti facti sunt quoniam non cognouerūt uiam Iehoua. & cap. 50. Gladius ad diuinos, & stulti fient.

In tertia coniugatione יָבֵשׁ significat actum uolēdi, sicut erudite Paulus Burgensis Episcopus in additione 3. super Exo. 2. & 2. Reg. 5. indicauit: & quidē in nouo Testamento nunc uerbo uolo, nunc paro, uersum est: communiter autem interpretes Latini transtulerunt uerbo coepit, incepti: ac fere ubiq; cum sequēte uerbo constructum legitur. Deut. 1. Trans Iordanē in terra Moab uoluit Mose declarare legem hanc. Gen. 8. Ecce nunc uolui loqui ad Iehoua. Exod. 2. Et uoluit habitare Mose cum uiro. Iosue 2. Uinā uoluissemus & habitassemus ultra Iordanem: & cap. 17. Et uoluit Chanaanus habitare in terra ista. 1. Sa. 17. Et uoluit abire, sed non tentauerat. Osee 5. Quia uoluit ire post praecceptum Ierobeami. Et in Impetratio usurpatur aduerballyter, pro age, agite. 2. Sam. 7. Et nunc age, & benedic domui serui tui. 2. Reg. 6. Age nunc & ueni cū seruis tuis. 2. Reg. 5. Et dixit Naeman euge, cape duo talenta. Iob 6. Agite respicite in me. 1. Sam. 12. Quia uoluit nos Iehoua sibi in populum. 1. Sam. 14. Et iuramento astrinxit Saul populū dicens, Maledictus uir, qui comedet panem usq; ad uesperam. Ex ijs locis posterioribus cōspicuum est hoc uerbum congruere significatione cum uerbo יָבֵשׁ.

INDE NOMEN,

יָבֵשׁ Nomen deductum à uoce passiuā, literarum facta transpositione, id est stultus, polypragmonicus, temerarius, ardelio, affectator, qui audet, & simul multa uult, quae perficere non potest, quicq; suis cupiditatibus & affectibus, nō ratione neq; uerbo dei fertur quo libet, sine timore dei, qui certe in omnibus rebus agēdis principalis ac praecipua est sapientia. Iere. 4. Quoniam stultus est populus meus, me non cognouerūt. Osee 9. Stultus propheta. Prou. 10. Sapiens corde suscipiet praeccepta: at stultus labijs, uapulabit. Item cum iod paragogico יָבֵשׁ Zachar. 11. Accipe tibi uas pastoris stulti, i. idoli. Et pluraliter יָבֵשׁ Psal. 107. Stulti propter uitā transgressionis suae, & propter transgressiones suas affligentur. Prouer. 1. Timor Iehoua principium scientiae, sapientiae & eruditione stulti despicient. Iesaiæ 35. Etiam stulti nō errabunt. In genere foeminino יָבֵשׁ stulta. Prou. 14. Sapiens mulier aedificat domum suā, at stulta manibus destruet eam. Sumitur tamē plerunq; in abstracto pro stultitia. Prou. 12. Homo astutus celat scientiā, sed cor stultorum accerset stultitiam. & cap. 15. Os stultorū effutiet stultitiam. Et in statu affixorū יָבֵשׁ Psal. 38. Putrefacti sunt liuores mei propter stultitiam meam.

In tertia coniugatione חָרַץ & importat quandam tactionem molestant, id est offensionem. Iesaja 43. Laborare fecisti me propter iniquitates tuas. Et mox iterum; Laborare feci te in thure. Malach. 2. Laborare fecistis Iehoua in uerbis uestris, & dixistis, in quo laborare fecimus.

INDE NOMINA:

חָרַץ Nomen participiale. 2. Sam. 17. Et ipse laborans. Deut. 25. Et tu lassus & laborans, id est, gemens. Et pluraliter חָרְצִים Eccles. 1. Cunctae res laboriosae. Et in statu regiminis חָרְצִי Job 3. Laboriosus uirtute.

חָרַץ Labor, id quod labore partum est. Job 20. Reddens laborem.

חָרַץ Forma masculina, labor, uel quicquid labore partum est. Gen. 31. Labor manu tuarum uidit deus. Psal. 128. Labor manu tuarum manducabis. Cum affixis nihil mutat. Psal. 9. Et diripiant alieni laborem eius. Deut. 28. Et omnem laborem tuum comedet. Job 39. Et derelinque ei laborem tuum. Et pluraliter חָרְצִים quod in statu regiminis חָרְצִי legitur. Job 3. Labores uirtutis, quamquam sibi usurpetur pro concreto. Et cum affixo, Osee 12. Omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem. Et in forma foeminea חָרְצִי quod in statu regiminis חָרְצִי legitur. Eccl. 12. Labor carnis.

607 חָרַץ Congruit generali significatione cum uerbis חָרַץ & חָרַץ nisi quod ut forma & constructione, ita modo significandi uariant. Constructur autem cum חָרַץ atque similem modum significandi habet cum uerbo חָרַץ quando idem constructur cum חָרַץ id est abstraxit se praemetu, expauit. Deut. 9. Quoniam expaui a facie irae & furoris. & cap. 28. Et a quorum facie expauiistis adhaerebunt in te. Legitur tamen praepositio illa non semper scripta: ut Job 3. Et a quo expauescebam, euenit mihi. & cap. 9. Expauesco ab omnibus doloribus meis.

608 חָרַץ Misit, emisit, fecit, proiecit, iaculatus est, scilicet manu. Et significatione congruit cum חָרַץ & חָרַץ nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Thren. 3. Iecerunt lapides in me. Joel. 4. Super populum meum proiecerunt fortem. Abdia 1. Et super Ierusalem proiecerunt fortem.

609 חָרַץ Manus, membrum corporis humani, ab extensione, sicut Latini manus dicitur a manado seu emanado. Et in statu absoluto & affixorum habet cametz, quod in statu regiminis commutat in pathah. Exo. 21. Manus pro manu, cap. 19. Non attingat eum manus. Leuit. 21. Et si uir cui fractura est pedis, aut fractura manus. Tribuit quoque bestiis. Gen. 9. De manu omnis bestiae requiram eum. Atque haec propria est huius nominis significatio. Quia uero multae sunt conditiones, & uariae huius membri officia, ideo postea figurate, de alijs pluribus rebus dicitur, aliaque multa significat.

Primo, si deo attribuitur, qui cum natura est incorporeus manusque non habet, eius uirtutem, ac potentiam, adeoque etiam efficaciam, & operationem notat. Exo. 3. Et extendam manum meam, & percutiam Aegyptum cunctis mirabilibus tuis, id est, exeram & declarabo potentiam meam, sicut & postea Magi Pharaonis hanc dei potentiam, digitum dei appellant cap. 8. Exo. 24. Et ad optimates Israel non extendit manum suam. Num. 11. An manus Iehoua abbreviata est. Deut. 2. Et manus Iehoua fuit inter eos, ad perturbandum eos. 1. Sam. 5. Et manus Iehoua aggravata est ualde. Exo. 9. Ecce manus Iehoua erit in pecore tuo, quod est in agro: nam in equis, & asinis, & camelis, in bobus & ouibus pestis erit grauissima. & cap. 14. Et uidit Israel manum magnam, quam fecit Iehoua in Aegypto. Ezech. 39. Et uidebunt omnes Gentes iudicium meum, quod feci, & manum quam posui in eis. Job 23. Et manus mea aggravata est propter gemitum meum, id est uirtus mea. Hinc aliquoties accipitur per spiritum sancto, qui per Prophetas loquutus est, & fuit efficax. Ezech. 1. Et fuit uerbum Iehoua ad Ezechiel filium Buzi sacerdotem in terra Chaldaeorum, iuxta flumem Chebar, & facta est super ipsum ibi manus Iehoua. & cap. 8. Et cecidit ibi super me manus Iehoua. & cap. 33. Et manus Iehoua apud me uespere, & aperuit os meum. Nehe. 2. Indicaui eis manum dei mei, quod illa esset bona super me. Secundo etiam obseruandum, quod nedum potentiam, seu potestatem significat, si deo dicitur, uerum etiam si hominibus attribuitur, eoque magna sit uirtus & potentia in manibus, &

locum unum, & appareat ariditas, & factum est ita, & uocauit deus ariditatem, terram. Exo. 4. Et erunt aquae, quas sumpseris de flumine, & erunt, inquam, in sanguinem in ariditate. & cap. 14. Et ingredientur filij Israel in medium maris in ariditatem. Ionae 2. Et euouit Ionam in ariditatem.

יָבֵשָׁה Aridum. Psal. 95. Et aridum manus eius formauerunt. Et in distinctione mutatur prius segol in cametz. Exo. 4. Et erunt in sanguinem in ipso arido.

יָבֵשָׁה Ariditas. Gen. 8. Donec esset ariditas aquarum desuper terra.

604 יָבֵשָׁה

Legitur tantum ex eo uerbo inusitato participium praesens, seu nomen participiale, pluralis numeri יָבֵשָׁה, id est fossiles. 2. Reg. 25. & Iere. 52. De pauperibus terrae dimisit magister Laniorum, ut essent uinitores & fossiles.

INDE NOMEN;

יָבֵשָׁה Nomen pluralis numeri tantum, fossata. Iere. 39. Et dedit illis uineas & fossata in die illo, id est, agros fossatos. Habet autem magnam cognationem cum nominibus יָבֵשָׁה & יָבֵשָׁה de quibus suo in loco.

605 יָבֵשָׁה

Magnam habet affinitatem significatione cum uerbis יָבֵשָׁה & יָבֵשָׁה nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Significat enim motum, seu affectum siue passionem animi, sed tristem. In prima coniugatione non est in usu nisi in participio praeterito passiuo uocis pluralis numeri, status regiminis יָבֵשָׁה Zophoniae 3. Moeore affectos propter statuta congregabo ex te. Et in genere foemino etiam pluraliter יָבֵשָׁה Thren. 1. Virgines eius moere affectae sunt.

In secunda coniugatione legitur tantum semel, & quidem irregulariter Thren. 3. Quia non affligit Iehoua ex corde, neque moere conficit filios uiri, ubi iod futurum transmutata est in dagges, & aleph posita pro he.

In tertia coniugatione est paulo uilitatius יָבֵשָׁה & significat moere afficere. Thren. 1. Quia Iehoua moere affecit propter multitudinem transgressionum eius. & cap. 3. Et si moere affecit, tamen rursus consolatur iuxta multitudinem misericordiae eius. Job 19. Quousque moere afficietis animam meam.

Participium praesens יָבֵשָׁה Iesaja 51. Et tradam eam in manum moere afficientium.

INDE NOMINA:

יָבֵשָׁה Moeor, moestitia. Et opponit sepe nomini יָבֵשָׁה Esther 9. Et mensis iste qui uersus est eis ex moere in laetiam. Iesaja 35. Gaudium & laetitiam apprehendent, & effugiet moerorem & gemitum. Ezech. 31. Exhilarabo eos post moestitiam suam. Gen. 32. Detrahitis canitiam meam in moere ad inferos. Psal. 31. Quoniam consumpta est praemoere tota uita mea. Psal. 13. Quousque ponam consilia mea in anima mea, & moestitiam in corde meo quotidie.

יָבֵשָׁה Moeor, moestitia. Psal. 119. Defluxit anima mea praemoestitia. Prou. 10. Filius stultus est moestitia matri.

606 יָבֵשָׁה

תיבה Basilica, Dominica, regia, aula, atrium, palatium, ubi rex seu dominus aliquis præualet, ac potenter regnat, & dominatur. Sic etiam primum Tabernaculum, postea templum Domini Hierosolymis a Salomone ædificatum, dictum est, eod q utriq; fuit Deo uelut aula, in qua peculiarem maiestatis suæ præsentiam ac potētiam exhibuit, declarauitq; 1. Reg. 6. Et ædificauit ad parietē domus ambitum circumcirca parietes domus circulariter ipsi palatio, & ipsi oraculo. Et mox iterum: Et sic fecit ad sanuum palatii postes ligni pinguedinis. Psalm. 144. Sculptę ad typum palatii. Ezech. 41. Et deduxit me ad palatium. Et in statu regiminis תיבה 1. Sam. 1. Et Eli sacerdos sedebat super folio iuxta postem palatii lehoua. 1. Samuel. 3. Et Samuel cubabat in palatio lehoua in quo erat arca lehoua. 1. Reg. 6. Et porticus ante palatium ædificij. Psalm. 11. Iehoua est in palatio sanctitatis suæ. Ieremia. 7. Pala-
tium

- יָלַד** Natus, seu ut Comici poetae per prothelin g. Gnatus, infans, puer, nomē masculini generis. Et est proprie primus gradus aetatis hominis: nam ordo sic se habet יָלַד אָנָשׁ & אָנָשׁ יָלַד בְּחַר אִישׁ זָקֵן & אָנָשׁ יָלַד עַלֶּל עֵלְמָא quāquam huiusmodi gradus etiam confunduntur. Nunc exempla subiiciam. Genes. 4. Virum occidit in uulnū meum, & puerum in liuore meum. cap. 21. Creuit puer, & ablatū est. Iesa. 9. Puer natus est nobis. Et in distinctione sententiā יָלַד 2. Reg. 4. Num est incolūitas puero? Et pluraliter יָלְדִים Genes. 33. Et partitus est pueros. 1. Sam. 1. Et erant ipsi Penināe pueri. Iesa. 8. Ecce ego, & pueri. Et in statu regiminis legitur ista forma יָלְדִי semel Iesa. 57. Nonne estis pueri prauaricationis. Sed in reliquis scripturę locis legitur forma יָלַד Iesaia 2. Et in pueris alienorum. Osea 1. Et pueros meretricationum. Et in statu affixorum seruant hanc formam יָלְדִי Genes. 32. Et undecim pueros suos. Exo. 21. Et egressi fuerint pueri eius. Iob 21. Et pueri eorū saltabant. Et in genere foemino יָלְדָה puella, nata. Gen. 34. Accipe mihi puellam hanc in uxorem. Iob. 3. Et puellam uendiderunt pro uino. Et pluraliter יָלְדָה Zach. 8. Et platea ciuitatis replebuntur pueris, & puellis.
- יָלְדָה** Natus, puer, filius, Iod litera cōmutata in uau sibi affinē. Gen. 11. Non erat ei natus.
- יָלְדָה** Natus, puer. Et in distinctione sententiā יָלְדָה 2. Samu. 6. Et ipsi Michol filia Saul non fuit natus.
- יָלְדָה** Natus: & singulariter cum nomine בְּיָה constructum, significat illum, qui domi ex seruis parentibus natus est, & quem Latini uernam seu uernaculum uocant. Gen. 17. Et natus domi. Leuit. 22. Et natus domi suae. Ierem. 22. Num seruus est Israel, aut natus domi. Et pluraliter יָלְדָה quod in statu regiminis legitur 1. Sam. 21. & 1. Paralip. 20. Qui erat in filios Arapha seu Rephaim. Et cum nomine בְּיָה Gen. 17. Et omnes natos domi suae.
- יָלְדָה** Nomen adiectiuum, habēs formam nominis & participij, ideo ex his mixtum, sicut etiam ex ipsius significatione deprehendi potest. Significat enim recēns natū. 2. Sam. 2. Ideo filius recēns natus tibi moriendo morietur. Et pluraliter יָלְדָה 2. Sam. 5. Et haec sunt nomina recēns natorum illi in Ierusalem. Ier. 2. Sic dicit Iehoua de filiis & filiabus recēns natis in loco isto.
- יָלְדָה** Nomen participiale, natus. 1. Reg. 3. Date illi natum uiuum. Iob 14. Homo natus mulieris. Et pluraliter יָלְדָה 1. Paralip. 14. Et haec sunt nomina natorum. Et de hoc quoque supra in participio praeterito primae coniugationis.
- יָלְדָה** Genitrix, & legitur cum affixo. Cantico. 8. Ibi concepit te mater tua, ibi, inquam, concepit genitrix tua.
- יָלְדָה** Genitrix, quae peperit, Nomen participiale. Leuit. 12. Haec est constitutio parientis, &c. Sed de hoc etiam supra.
- יָלְדָה** Obstetrix, nomen participiale secundae coniugationis, de quo supra suo in loco.
- יָלְדָה** Nomen participiale, generis foemini, nata, genita. Leuit. 18. Nuditatem sororis tuae, filiae patris tui, uel filiae matris tuae, quae nata est domi, uel nata est foris non reuelabis, id est, quae genita est ex patre tuo ex altera uxore, uel ex matre tua ex altero marito. Quidam iudicant esse participium praesens tertiae coniugationis, positum pro participio praeterito יָלְדָה pro יָלְדָה.
- יָלְדָה** Partus, instar nominum יָלְדָה Ieremiae 13. Nonne dolores apprehendent te. sicut mulierem partus. Et cum literis gerundiuus induit naturā gerundij, ut alia multa nomina induunt naturam infinitiui seu gerundij. 2. Reg. 19. Et robur non est ad partum, seu pariendum. Osea 9. Ephraim sicut auis auolauit gloria eorum a partu, seu a pariendo, & ab utero, & ab impraegnatione.
- יָלְדָה** Pueritia. Et legitur in tribus scripturae locis, Eccle. 11. Pueritia & adolescentia sunt uanitas, id est, quicquid in pueritia, & adolescentia geritur. Et cum affixis nihil mutat. Eccle. 11. Latere iuuenis in pueritia tua, & bene afficias cor tuū in diebus pueritiae tuae. Psalm. 110. Ex utero aurorae tibi ut ros (ita) pueritia, id est, pueri tui. Est autem hic locus proprie non de natiuitate Christi ex uirgine, sed de pueritia, quae nascitur Christo resuscitato per praedicationem Euangelij, per quae aquam & spiritum

rint pater eius, & mater eius, genitores eius. Et in genere foemino יָלְדָה Iesaia 13. Sicut parturiens dolebunt. cap. 21. Sicut dolores parturientis. Mich. 5. Vsq; ad tempus parientis. Danielis 11. Parientem illam, id est, illam quae peperit eam. Item in alia forma יָלְדָה Leuit. 12. Haec est constitutio parientis. Iesaia 7. Ecce uirgo grauida, & pariens filium. Iere. 31. Grauida & pariens pariter. Et irregulariter. Iudic. 13. Et gignens filium. In statu affixorum. Prouerb. 17. Et amaritudo parienti illum. Iere. 50. Pudore affecta est genitrix uestra. Et pluraliter יָלְדָה Iere. 16. Et super matres eorum, quae genuerunt eos.

Participium praeteritum יָלְדָה quod tamen nominaliter & substantiue usurpatur. 1. Reg. 3. Date nobis natum uiuum. Iob 14. Homo natus mulieris. Et pluraliter יָלְדָה 1. Paral. 14. Et haec sunt nomina natorum.

In uoce passiuā יָלְדָה Gen. 21. Et uocauit Abraham nomen filij sui, qui natus est sibi. cap. 17. Num filio centum annorum nascetur. Deut. 15. Omne primogenitum quod nascetur. Osea 2. In die nasci eam, id est, qua nata est ea. Iob 11. Ut pullus onagri homo nascetur. Leguntur tamē duo cū schurek pro holem daggeffata sequentilitera. Vnde apparet esse composita ex coniugatione Niphāl & Pual. 1. Paral. 3. Et hi nati sunt illi in Ierusalem. 1. Paral. 20. Hi nati sunt ipsi Harapha in Gath.

Participium יָלְדָה 1. Reg. 13. Ecce filius natus domui David. Psalm. 22. Et annuntiabunt iustitiam eius populo nato. Eisdrae 10. Et natū ex illis. Et pluraliter יָלְדָה Gen. 48. Qui nati sunt tibi.

In secunda coniugatione יָלְדָה adiuuit ad pariendum, ancillata est in partu mulieris, id est, obstetricata est. Exod. 1. In obstetricando uos Hebraeas.

Participium praesens generis foemini, quod tamen nominaliter usurpatur יָלְדָה quae uiuat parturientem in partu, obstetrix. Genes. 35. Et dixit ei obstetrix. Et pluraliter יָלְדָה Exod. 1. Et timuerunt obstetrices Deum.

In uoce passiuā יָלְדָה seu יָלְדָה Gen. 4. Et ipsi Seth etiam hic natus est filius. Iesa. 9. Filius natus est nobis. Iud. 19. Qui natus fuit Israeli. Iere. 20. Maledictus dies in quo natus fui. Gene. 24. Rebecca egrediebatur, quae nata fuerat ipsi Bethuel. Genes. 6. Et filiae natae sunt eis. Psal. 90. Antequam montes nascerentur.

In tertia coniugatione יָלְדָה cum uau, aut absq; uau quorum numero sunt duodecim. Et haec coniugatio est actiua, tribuiturq; semper generi masculino. Gen. 25. Abraham genuit Izhak. Eccl. 5. Et gignes filium. Iesaia 66. Num ego qui frangere facio, non ipse gignerem. Gen. 17. Duodecim duces gignet. Iesa. 59. Concipere laborem & gignere iniquitatem. Iesa. 55. Sed pluuia irrigat, & gignere facit eam, & germinare eam. Eccl. 6. Si genuerit uir centum. Et quando tertia futuri habet uau conuersiuum, tunc iod cum hirik transeunt in sagol. Gene. 5. Et genuit secundum similitudinem suam. Et iterum: & 2. Paral. 24. Et genuit filios.

Participium praesens יָלְדָה Iesaia 66. Et si ego gignere facio, clausus ero. Et pluraliter יָלְדָה Ierem. 16. Qui gignunt eos. Et in genere foemino יָלְדָה sed de hoc infernē inter nomina.

In uoce passiuā יָלְדָה & יָלְדָה & legitur utrumq; in infinitiui: Prius Gen. 40. Die, qua nasci Pharaonem, id est, qua natus est Pharao. Alterum Ezech. 15. In die nasci te non fuit preciosus umbilicus tuus, id est, in quo natus es.

In quarta coniugatione יָלְדָה Genealogatus est, id est, per genealogiam recensitus est. Num. 1. Et recensiti super familijs suis.

INDE NOMINA:

- יָלְדָה** Nomen participiale, masculini generis, genitor, parens, pater. Prouerb. 23. Exultando exultabit pater iusti, & parens sapientis etiam latabitur in ipso. Et pluraliter יָלְדָה Zach. 13. Et dixerint pater eius, & mater eius, genitores eius. Sed de hoc plura in participio primae coniugationis.
- יָלְדָה** Genitrix, parens, nomen participiale generis foemini. Prouerb. 17. Et erit amaritudo genitrici suae. Item cap. 23. Latabitur pater tuus, & mater tua, & exultabit genitrix tua.

Participiū præfens ירד ירד Ier. 49. Et deuorare faciã depređatores tuos carnẽ suã.

INDE NOMEN,

ירד Columba: sic Hebræis dicta, quod omnium prædã pateat & obnoxia est. Gen. 18. Et emisit columbam à se. Leuit. 5. Vel duos filios columbæ. Et cap. 12. Vel filii columbæ uel turturem. Psal. 55. Quis dabit mihi remigium instar columbæ. Ier. 38. Et meditabor ut columba. Osee 7. Sicut columba seducta. Et legitur semel in statu absoluto, forma regiminis ירד Psal. 56. Super columba muta apud longinquos. Et cum affixo. Cantic. 5. Columba mea. Et pluraliter ירד Cant. 1. Oculi tui columbarum. Et in statu regiminis ירד Ezechiel. 7. Ad montes sicut columbæ uallium.

634 ירד

Vsurpatur tantum in tertia coniugatione, magnamq; habet affinitatem significatione cum uerbis ירד & ירד nisi quod ut forma, ita modo tatum significandi inter se uariant: significat autem hoc deponere seu sinere in loco, dimittere, permittere, relinquere asseruandi seu conseruandi gratia. Atq; inter coniu gandum mutat literam iod substantialem in punctulum dagges ירד Gene. 39. Et deposuit uestimentum eius apud se. Exo. 16. Et quicquid residuum fuerit reponite in custodiam usq; mane. Iudic. 6. Et protulero oblationem meam, & deponam coram te. Genes. 19. Et educentes eos dimiserunt eos extra ciuitatem. Et cap. 42. Vnum ex fratribus uestris permittite apud me. Deut. 14. Dimittite in portis tuis. 2. Sam. 20. Et accepit rex decem mulieres concubinas, quas dimiserat ut custodiret domum. Esther 3. Et regi non expedit ut dimittat eos. Psal. 105. Non dimisit hominem illis iniuriam facere. Eccle. 10. Locum tuum non relinquant, quoniam cessario relinquit errata maxima. Iere. 14. Inuocatum est nomen tuum super nos ne relinquant nos. Ezech. 16. Et dimittent te nudam & turpem. Iudic. 2. Et dimisit Iehoua gentes illas, ut non festinanter exterminaret illas. Item cum datiuo constructum mediante articulo lamed. Exod. 32. Et nunc permittite mihi. 2. Sam. 16. Permittite ei, ut male dicat. Osee 4. Affociatus est idolis Ephraim, permittite ei. Psal. 17. Et relinquunt residuum paruulis suis. Eccle. 2. Odio habui omnem laborem meum, eod quod relinquere oporteat homini, qui futurus est post me. Legitur tamẽ cum præpositione lamed, motum ad locum importante. Iesaiã 28. Sicut impetus aquarum uehementiam demisit in terram fortiter. Amos 5. Et iustitiam in terram demittent. Item cum præpositione mem, motum de loco importante. Eccle. 7. Ab isto quoq; non remoueas manum tuam.

Participium præfens ירד Ecclesiast. 5. Et quod faciat diuitem non permittit ei ut dormiat.

Participium præteritum ירד Ezech. 41. Et qualiter posita est domus lateralis. In uoce passiuã ירד Thren. 4. Defatigati sumus, & non est facta remissio nobis. Zach. 5. Et ponetur ibi super basim suam.

ירד Quies, requies, remissio, recreatio, resocillatio. Iesaiã 30. In conuersione, & quiete saluabimini. Iob 36. Et quies mensa tua, plena pinguedine. cap. 17. Num pariter super puluerem erit quies. Eccl. 7. Melior est pugillus cum quiete. Prouerb. 29. Viro sapienti qui litigat cum uiro stulto, siue irascatur siue rideat, non est quies. Iesaiã 30. Et dimissionem brachij sui ostendet in excandescencia ira. sed de hoc nomine etiam infra in themate ירד.

ירד Remissio. Esther 2. Et remissionem prouincijs fecit. sed de hoc etiam infra in uerbo ירד.

ירד Suxit. Et in futuro coniugatur perfecte seruata litera substantiali iod, congruitq; tam significatione, quam modo significandi cum uerbo ירד Iesaiã 60. Et fuges lac Gentium, & mammam regum fuges. Et cap. 66. Gloriam gentium fuges. Iob 3. Et cur ubera, ut fugerem. Et cap. 20. Et uenenum aspidum fuget. Deuter. 33. Inundationem marium sugent.

Participium præfens, quod tamen nominaliter usurpatur ירד, sugens, lactens. Num. 11. Quemadmodum portabit nutricius sugentem. Deut. 32. Sugentem cum

bitror autem ut uoce, ita significatione congruere cum uerbo ירד Item cum nomi ne ירד & pronomine ירד & habere originem & appellationem suam à copia & multitudine aquarum. Gene. 1. Et uocauit deus aridam terram, & collectionem aquarum uocauit maria. cap. 22. Et sicut arenam maris, quæ est in litore maris. Exo. 14. Et extendit Moses manũ suã super mare, & abire fecit Iehoua mare per uentum orientalem robustum tota illa nocte, & posuit mare in siccitatem. Deut. 11. Omnis locus quẽ calcauerit planta pedis uestri, uobis erit à deserto, à Libano, à fluuiio, flu uio, inquam, Euphrate usq; ad mare posterius erit terminus uester. Psal. 72. Et dominabitur à mari usq; ad mare. Iesaiã 57. Improbi autem sunt sicut mare agitatum. Eccl. 1. Flumina uadunt in mare, & mare ipsum nõ impletur. 1. Reg. 7. Et fecit mare fufum habens decem cubitos à labio suo ad labium suum, rotundũ per circuitum, altitudo uero eius quinq; cubitorum, & linea uiginti cubitorũ cingebat ipsum per circuitum. Et mox iterum: Stabatq; mare super illis. Et quia mare magnum, quod nos mediterraneum uocamus, est terræ Canaan ad Occidentem sitũ, sepe pro plaga occidentali usurpatur. Gen. 12. Bethel à mari, id est, ab occidente. Deut. 11. & Iesaiã 49. Isti ab aquilone & à mari. Et in statu regiminis ירד Num. 34. Ad latus maris Cinnereth uersus orientem. Et mox iterum: Et erunt exitus, mare salis. Exo. 13. Et circumduxit deus populum uia deserti, maris iunci. Iesaiã 11. Anathemate feriet Iehoua linguam maris Aegypti. Excipiuntur tamẽ quidam loci, in quibus cametz non mutatur propter regimen. Ge. 14. Omnes isti coniuncti sunt in ualle Siddim, ubi est mare salis. 2. Paral. 2. Et adducemus ea ratibus super mare Iapho. Esdre 3. Ut adducerent ligna cedrina de Libano ad mare Iapho. Psal. 136. Et excussit Pharaonem & exercitum eius in mare iunci. Assumit etiam sæpenumero he literã motum ad locum denotantẽ ירד Exod. 10. Et fixit eam in mare iunci. Gen. 28. Et multiplicaberis ad mare, & Orientẽ. Iosue 15. Et terminus maris salis ad mare illud magnum. Et pluraliter ירד Gen. 1. Et collectionem aquarum uocauit maria. Et iterum: Et replete aquas in maribus. Psal. 8. Et transiens semitas marium. Et transfertur etiam ad copiam & multitudinem hominum æstuantium instar marium, ut fit maxime in seditionibus. Psal. 65. Compescite fremitum marium, fremitũ procellarum eorum, & multitudinem plebium. Iesaiã 17. Væ multitudini populorum multorum, sicut sonitus marium frementium.

632 ירד

Nomen pluralis numeri tantum, Muli ex asino & equa nati, quorum mixturæ autor, & inuentor est Anan ex posteritate Seir. Et si non est nomẽ peregrinum, tum non absurdum uidebitur, ut quemadmodum ירד gemelli seu gemini, ita etiam hoc nomen ירד à uerbo ירד deriuetur, & secundum primũ modum significandi eius uerbi, dicantur muli, id est, cõsummati & perfecti ex duabus animalium speciebus. Legiturq; in scriptura sacra tantum semel Genes. 36. Iste est Anan qui inuenit mulos, &c. quia cũ pasceret asinos patris sui in deserto, adinuenit modum, quo asinus ascenderet super equam, & inde conciperetur mulus.

ירד

Dextra. Vide supra in suo themate ירד.

633 ירד

Deprædatus est. Psal. 74. Dixerunt in corde suo, deprædabimur eos pariter. Participium præfens ירד quod tamen nominaliter etiã accipitur. Iere. 25. Quoniam facta est terra eorum in uastitatem propter furorem deprædatoris. & cap. 46. A facie gladij deprædatoris. Zoph. 3. Væ ciuitati, quæ deprædatur.

In tertia coniugatione ירד Ezech. 18. Oppressum & egenũ deprædatus est. Et mox iterum: Et uirum non deprædatus est. Exo. 22. Et peregrinũ non depræderis, neq; exugas eum. Leuit. 19. Si peregrinatus fuerit apud te peregrinum in terra tua, non depræderis eum, sed amabis eum. Et cap. 25. Ne deprædetur uir fratrem suum. Deut. 23. Non depræderis eum. Iere. 22. Pupillum & uiduam depræderis. Ezech. 18. Et uirũ non deprædatus fuerit. Et cap. 45. Et nõ deprædabuntur amplius principes mei populum meũ. Et cap. 46. Et deprædado extrudes eos è possessione meorum.

מוֹסְדָּה Fundatio. Iesa. 30. Et erit omne penetrans uirga fundamenti seu fundationis. Et pluraliter **מוֹסְדֹת** Ezech. 41. Fundamenta laterum.

יְסוּד Fundamentum. Exod. 29. Omnem sanguinem fundes ad fundamentum altaris. Psal. 137. Euacuate, euacuate usq; ad fundamentum in ea. Et in statu affixorum nihil mutat. Ezech. 13. Et reuelabitur fundamentum eius. Job 4. Quorum est in puluere fundamentum earum. Et pluraliter **יְסוּדִים** quod cum affixo legitur Mich. 1. Et fundamenta eius reuelabo.

יְסוּד Forma masculini generis, fundamentum. Esdrae 3. Est fundamentum ascensionis in Babel. Et in forma foeminea **יְסוּדָה** cum affixo. Psal. 87. Fundamentum eius in montibus sanctitatis.

יְסוּד Fundamentum. 1. Reg. 7. Et a fundamento.

מוֹסְדֵי Nomen pluralis numeri tantum, statusq; regiminis, fundamenta. Deut. 32. Et inflammati fundamenta montium. 2. Samuel. 22. Fundamenta caeli commouebuntur. Prouerb. 8. Cum circumscriberem fundamenta terrae. Iesa. 58. Fundamenta generationis & generationis eriges. Et in forma foemina **מוֹסְדֵיהָ** 2. Sam. 22. & Psal. 18. Et reuelabuntur fundamenta orbis. Et in distinctione sententiae **מוֹסְדֵיהֶם** Iesa. 40. An deprehendisti fundamenta terrae.

חֹסֶד Fundamentum, constitutio aedificij. 2. Paralip. 3. Et haec sunt fundamentum Salomonis ad aedificandum domum dei. Esdrae 3. In laudando Iehoua super fundamentum domus Iehoua.

חֹסֶד Consilium, in quo aliquid statuitur & decernitur: atq; ut fundamentum est aedificij, ita est consilium rerum agendarum: deinde quia consilia secreta sunt, & esse debent, pro secreto, mysterio, sacramento, insuper etiam pro ipso concilio, id est, congregatione, seu loco congregationis & concilij sumitur. Psal. 55. Qui una suauiter communicabamus consilium, id est arcanu, & mysterium dei. Prou. 11. Abit delator, & reuelat consilium. Et cap. 25. Et secretum alterius ne reueles. Psal. 25. Consilium Iehoua timentibus eum, id est secretum. Iere. 6. Effundam furorem super pueros in platea, & super concilium selectorum pariter. Psal. 89. Deus preualidus in concilio sanctorum. In statu affixorum manet inuariatum. Gen. 49. Et in concilio eorum non intrabit anima mea. Ierem. 23. Si stitissent in consilio meo: Amos 3. Et deuoluit consilium suum ad seruos suos, prophetas.

כִּפּוּס Cippus, compedis species, quo in fundamento cōstringuntur pedes, seu quod est in fundamento firmiter collocatum, ne possit moueri loco. Job 13. Et posuisti in cippum pedes meos. Similiter cap. 33. Ponet in cippum pedes meos.

יִסּוּף Fufum, effufum, diffusum, expansum est superne. Et congruit significatione cum uerbis **יִסּוּף** & **יִסּוּף** nisi quod ut forma parum, ita modo tantum significandi inter se differant. Exo. 30. Super carnem hominis non fundetur, id est expandetur.

INDE NOMEN,

מוֹסֵד Operculum, tegumentum, tectorium, tabularum. 2. Reg. 16. Et tabulatum sabbathi, quod aedificauerunt intrinsecus. Hebraei sentiunt in atrio templi fuisse tentorium subter quo custodes templi singulis sabbathis excubias egerint. Mihi autem uidetur fuisse tabulatum sub quo sacerdotes Mosen & prophetas Regi ac populo exposuerunt, quod impius rex Achaz amouisse legitur, cui responderet adhuc in Iudaeorum synagogis tabularum e quo decem precepta, & lectiones cum ex lege, tum Prophetis enarrant, & lingua potius Chaldaica, quam Hebraea **עַל מַסְדָּה** & Germanica **auffder Sage**, appellant, uideturq; ad imitationem turris illius factum cuius mentio fit Nehe. 8. & apud nos Christianos concio seu suggestum.

Addidit, adiecit: magnamq; affinitate habet significatione cum uerbis **יִסּוּף** & **יִסּוּף** nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differat: habet etiam contrariam significationem uerbo **יִסּוּף** Iudic. 13. Et non addidit amplius angelus Iehoua apparere ipsi Manoah. 1. Samuel. 15. Et non addebat Samuel uidere Saul, id est non amplius uidebat Saulem. Et quando construitur cum lamed, significat

uero caniciei. Cantorum 8. Sugentem ubera matris meae. Iesaia 11. Et delectabitur sugens super foramine aspidis. Et cap. 53. Et ascendit sicut sugens, id est furculus tener, lacteus, qui fugit succum arboris. Et pluraliter **יִסּוּפִים** Psal. 18. Ex ore paruulorum & sugentium. Et in statu regiminis **יִסּוּפֵי** Ioelis 2. Congregate paruulos, & sugentes ubera.

In tertia coniugatione seruat iod subscripto zere **יִסּוּפֵי**, fugere fecit, id est lactauit. Exo. 2. Et lacta eum mihi. Et iterum: Et lactauit tibi infantem. Deut. 32. Et lactauit eum melle ex rupe. 1. Samu. 1. Et lactauit filium suum donec ablactaret eum. 1. Reg. 3. Et surrexi mane ut lactarem filium meum.

INDE NOMINA:

יִסּוּף Sugens, lactens: uide supra in participio.

יִסּוּפֵי Nomen participiale generis foemini, furculus, scilicet tener, & lacteus, quiq; fugit succum arboris. In statu affixorum. Job 8. Et in horto eius furculus ipsius egredietur. cap. 15. Surculum eius arefaciet flamma. Et pluraliter **יִסּוּפֵיהֶם** Psal. 80. Et ad fluuium furculos suos. Ezech. 17. Et ponam de summitate surculorum eius. Osee 14. Proficientur furculi eius.

יִסּוּפֵיהָ Nomen participiale: lactans, nutrix. Gen. 35. Et mortua est Debora nutrix Rebecca. Exo. 2. Et uocabo tibi mulierem nutricem ex Hebraeis. Et in statu affixorum interserit iod litteram characteristicam tertiae coniugationis subscripto hirik. Genes. 24. Et nutricem eius. 2. Reg. 11. Et nutricem eius. Et pluraliter **יִסּוּפֵיהֶם** Ies. 49. Et principissae eorum nutrices tuae.

יִסּוּפֵיהֶם Nomen pluralis numeri tantum, furculi teneri, & lactei. Ezech. 17. Summitatem furculorum eius auulsit.

יִסּוּף Fundauit, fundamentum posuit. Et differt tantum modo significandi a uerbis **יִסּוּף** & **יִסּוּף** Psal. 104. Fundauit terram super firmitatem suam. Et iterum: In locum quem fundasti eis. Prouer. 3. Iehoua insipientia fundauit terram. Iesaia 51. Et ad fundandum terram. Esdrae 3. Qui uiderunt domum primam in fundando eam, id est quum fundaretur ipsa. Job 38. Vbi fuisti in fundando me terram. 2. Paral. 31. In mense tertio inceperunt aceros ponere ubi irregulariter samech est daggesata. Habakuk 1. Et fortem ut argueres, fundasti eum.

Participium praesens masculini generis **יִסּוּף** Iesaia 51. & Zachariae 12. Et fundans terram.

In uoce passiuua **יִסּוּף** Iesaia 44. Et templum fundabitur. Exod. 9. A die fundati, id est qua fundata est. Psal. 2. Et principes fundati sunt una, id est, consultauerunt seu constituerunt pariter. Nam ut fundamentum est aedificij, ita consultatio rei gerendae. Similiter Psal. 31. In constituendo eos pariter contra me, id est, statuendo, discernendo. In secunda coniugatione **יִסּוּף** Iesa. 14. Iehoua fundauit Zion. 1. Reg. 16. In Abiram primogenito suo fundauit eam. Iosue 6. In primogenito suo fundabit eam. Psal. 8. Ex ore infantium & lactentium fundasti potetiam, id est regnum. 1. Paral. 9. Hos constituit Salomo. Esther 1. Qui sic constituit rex.

Participium praeteritum **יִסּוּף** 1. Reg. 7. Et fundatum lapidibus preciosis. Et pluraliter **יִסּוּפֵיהֶם** Cantorum 5. Et coxae eius ut columnae eburneae fundatae super bases aureas.

In uoce passiuua **יִסּוּף** 1. Reg. 6. Anno quarto fundata fuit domus Iehoua. Esdrae 3. Et templum Iehoua non erat fundatum.

In tertia coniugatione legitur tantum participium praeteriti temporis **יִסּוּף** Ies. 28. Ecce ego fundator in Zion lapidis, lapidis, inquam, probati, angularis, preciosi, fundamenti fundati, qui crediderit non trepidabit.

INDE NOMINA:

יִסּוּף Fundator. Iesaie 28. Ecce ego fundator in Zion. Et si alij sic exponant: Ecce me fundauit in Zion lapidem, &c.

מוֹסְדָּה Fundamentum. Iesaia 28. Fundamenti fundati. 2. Paral. 8. Usq; ad diem fundamenti domus Iehoua.

uiri stabant. Deut. 29. Vos statis hodie. 1. Sam. 22. Et omnes serui eius stabant iuxta eum. Et in genere foemina nax Zacharie 11. Quod stat. Legitur etiam forma nax 1. Sam. 1. Sum mulier quae stabat. Et pluraliter nax 1. Sam. 4. Quae stabat. In tertia coniugatione statuit. 1. Reg. 16. Statuit ualuas eius. Psal. 74. Tu stitisti omnes terminos terre. Iere. 5. Statuerunt laqueum. 1. Sam. 13. Et ad statuendū stimulum, scilicet ut esset fixus. Iosue 6. Statuet ualuas eius. Threnorum 3. Statuit me tanquam signum ad sagittam. 2. Reg. 17. Statuerunt sibi statuas. Psal. 4. Et stitisti me coram te in aeternū, id est, ut sim sacerdos, & mediator & deprecator perpetuus. Participium praesens stat 1. Sam. 15. Et ecce statuit ei locum.

Participium praeteritum stat Gen. 28. Et ecce scala statua erat super terra. In quarta coniugatione statuit se. Num. 11. Et statuerunt se ibi tecum. Iob 1. Ut statuerent se iuxta Iehoua. Num. 23. Statue te iuxta holocaustum tuum. Psal. 2. Statuerunt se reges terrae. Proverb. 22. Coram regibus statuet te, id est ministrabit eis. Et obseruanda est ista phrasia, quod stare in conspectu alicuius, est esse ipsius ministrum, sicut Luc 1. Ego sum Gabriel, qui astiti in conspectu dei. Porro Exod. 2. legitur irregulariter scriptum: nam iod substantialis litera transposita est ad huiusmodi sub futuri litera, Et statuit se soror eius procul.

INDE NOMINA:

- Statuitur pro ea pugionis seu gladii parte, qua in fossione stat lamina, & Latinis capulus dicitur. Iud. 3. Et ingressus est etiam capulus post ferrum.
- Stationarius, id est praefectus constitutus in prouincia loco regis. 1. Reg. 22. Et rex non erat in Aedom, sed praefectus rex, id est, praefectus regis seu prorex.
- Forma masculina, & in statu regiminis statio, praesidium. Iosue 4. A statione pedum sacerdotum, id est ubi stabant pedes sacerdotum. Inde etiam dicta est statione militum, id est milites in praesidio positi. 1. Samu. 14. Transeamus ad stationem Philistaeorum. 1. Sam. 13. Et egressa est statio Philistaeorum. Et in forma foemina stat 1. Sam. 14. Et responderunt uiri stationis.
- Statua. Gen. 28. Et posuit illum statuam. Leuit. 26. Et statuam non erigatis. Genesis 31. Et testis est haec statua. Legitur etiam in forma statua 2. Samu. 18. Et uocauit statuam secundum nomen suum. Genes. 35. Haec statua sepulchri Rachel. Accipitur etiam pro statua arboris, id est stipite, seu trunco. Iesaja 6. Sicut tilia & quercus, quibus in protectione stipites in eis, semen sanctitatis, stipites eius. Et in statu regiminis stat 2. Reg. 10. Et confregerunt statuam Baal. 2. Reg. 3. Et remouit statuam Baal. Et pluraliter stat 2. Reg. 17. Et statuerunt sibi statuas. 1. Reg. 4. Exclsa & statuas. In statu regiminis & affixorum stat 2. Reg. 10. Et educunt statuas Baal. Ieremias 43. Et confringer statuas domus Solis. Mich. 5. Et succidam sculpilia tua, & statuas tuas. Exod. 34. Statuas eorum confringentis. & cap. 23. Confringes statuas eorum.
- Nomen participiale, statio, propugnaculum, in quo in obsidione stant milites. Iesaja 29. Et cingam contra te stationem.
- Statuta: hoc nomine uocatur Propheta coniugē regis, id est metropolim a rege statutam. Nahum 2. Statuta abducta est, & ancillae eius, id est oppida minora. Thargum uerūt statuta, id est regina.
- Legitur tantum in tertia coniugatione, & congruit significatione cum uerbo stat in alio modo significandi significat enim ponere, statuere, colloca re. Iere. 51. Collocauit nos tanquam uas inane. Iob 17. Statuit me in parabolam. Genesis 43. Et statuero eum coram te. & cap. 33. Statuam quae de populo, qui est mecum. & cap. 30. Et statuet baculos, quos decorrauit. 1. Sam. 3. Et statuerunt eam apud Dagon. Deut. 28. Quae non tentauit plantam pedis sui statuere super terram. Participium praesens stat Iudic. 6. Ecce ego statuo uellus lanae. In uoce passiva stat seu stat Exod. 10. Tantum grex uester, & armentum uestrum statuetur. In Kal & in Piel non inuenitur, sed in scripturis sacris.

652
stat
stat
stat

educeret pediculos. Num. 20. Et elicies illis aquas de petra. Gen. 14. Et Melchizedek extulit panem & uinum. Exo. 12. Et coxerunt pastam, qua exportauerant ex Aegypto. Iob 10. Cur est uulua extraxisti me. Num. 17. Et protulit florē. 2. Reg. 12. Qui exulerunt eam ad fabros lignarios: uel sic, exposuerunt eam fabris lignariis. 2. Reg. 15. Et edixit Menahem argentum super Israel. Deut. 22. Quia extulisti nomen malū contra uirginem Israel. Num. 14. Et mortui sunt uiri, qui protulerunt infamiam terrae. Iob 8. Et de corde suo proferent sermones. Iesaja 42. Iudicium Gentibus profert, promulgabit.

Participium praesens stat Psal. 68. Educens uincos. Iesaja 45. Educentem uas pro opere suo. Et in forma stat transposito puncto. Psal. 117. Qui educit uentum. Et pluraliter stat 2. Paral. 9. Educetes eqros. Et in statu regiminis stat Num. 14. Et mortui sunt uiri proferentes infamiam terrae.

Participium praeteritum stat Ezech. 14. Qui educit sunt, filij, & filiae, & cap. 47. Qui educuntur, ubi litera aleph abiecta est. Et in genere foemina stat Gen. 38. Ipsi educit. Et pluraliter stat Ieremias. 38. Omnes mulieres educit. In uoce passiva stat Ezech. 38. Et ipsa ex populis educita est.

INDE NOMINA:

- Exitus: egressus, apparet nomen esse participiale. 1. Reg. 10. Et educio equorum. Iesaja 28. Sicut exitus aquarum. Psal. 75. Ab exortu & occasu. Psal. 109. Ab extremo coeli exortus eius. Et pluraliter stat 107. In exitu aquarum. Deua. 8. Sed in omni egressu oris Iehoua uiuit homo, id est eloquio. & cap. 23. Egressum labiorum tuorum seruabis. Psal. 89. Exitum labiorum meorum non murabo.
- Excrementum: quod in statu regiminis stat legitur. Ezech. 4. Et cum excremento hominis coques. Et cum affixo. Deut. 23. Et operies excrementum tuum.
- Excrementum oris uel anti, egestio, uomitus. Iesaja 28. Omnes mensae plenae sunt uomitu. Et in statu regiminis stat Iesaja 4. Si abluerit Iehoua sordem filiarū. Et cum affixo. Prover. 30. Et a sorde sua non est lota.
- Nomen adiectiuum pluralis numeri, & dicitur de uestibus exutione dignis, seu exutis, quae sordidate sunt: unde pro sordiditate accipitur. Zach. 3. Et Iosua erat induatus uestibus sordidis. Et iterum: Deponite uestes sordidas.
- Nomen pluralis numeri, exitus Iosue 19. Et erunt exitus termini eorum. Psal. 68. Et ipsius Iehoua Sustentatoris sunt exitus mortis, id est per mortem. Prover. 4. Quia ex ipso exitus uitae.
- Nomen pluralis numeri, status regiminis, id est egressi, progeniti, enati, filij. 2. Paralip. 32. Egressi uisceribus eius consciderunt eum gladio.
- Generaliter pro qualibet propagine seu progenie accipitur. Iesaja 22. Et suspenderit super eo omnis gloria domus patris sui, egressiones & progenies. Atque hoc Iesaja dicto uidetur mihi sumpsisse Ioannes Baptista, quo Pharisaeus & scribas incipit, progenie uiperarū uocans inam prius progenie sonat, & postea uiperas, & per contractionē progenies uiperarū. Iesaja 28. Et sicut sicut qui exiit de terram & progerminationes eius. Iob 5. Progenies tuae sicut herba terrae. Et cap. 17. Et progenies eius non saturabitur pane.
- Vide suo in loco.

651

In prima coniugatione usurpatur in uoce passiva neutraliter stat, id est stetit, sicut stat iurauit, & stat salutem seu opem nulli nec mutat iod in uau holem, sed transponit in sequentem literam: habet autem congruentiam cum stat, huiusmodi ex ipso tantum nomen unum in usu sit. Exo. 7. Stabis in occursum eius. & cap. 34. Et steterunt uelut cunulus. Psal. 45. Stetit coniunx ad dexteram tuam. Prover. 9. In uia semitam stetit.

Participium masculini generis stat Exod. 17. Cras ego super uertice collis sto. & cap. 18. Et omnis populus stat apud te. Num. 22. Et uidit asina angelum stantem in uia. Iesaja 3. Stat ad iudicandū Iehoua. Et pluraliter stat Gene. 18. Et ecce res uiri

angusti erant gressus uisum eius. Prover. 4. Cum incesseris non erit angusti gressus tui. Ies. 49. Quoniam nunc angusta erit propter habitatores. 1. Reg. 8. Aut si angustiam fecerit ei inimicus ipsius in terra portarum eius, id est molestus fuerit. Genes. 32. Et timuit Iacob ualde, & angustia erat ei. Iudic. 2. Et angustia erat illis ualde. 1. Samu. 30. Et angustia erat Dauidi uehementer. Secundo quando regit post se accusatum, tunc transitiuè significat, uel mēte & animo aliquid quod fufum erat cōcipere, cōprehendere, imaginari, cogitare, effigiare, formare: uel foris secundum illum animi cōceptum & ideam, rem corpoream formare, effigiare, figurare & ei dare formam, quocumq; id tandem fiat modo, quod quidē etiam est aliquid in arcum redigere, quod antea informe erat. Et in isto modo significandi personæ futuri' יְהִי ad alterius differentiam habent regulariter subscriptū hirik. Gen. 2. Et formauit Iehoua deus hominem ex puluere de humo. Et iterū: Et posuit illum hominem, quem formauerat. Ies. 44. Quis formauit deum, & sculptile fudit. Exo. 32. Accepitq; de manibus eorū, & formauit illud stylo. 1. Reg. 7. Et formauit duas columnas aeneas octodecim cubitorum. Psal. 74. Astatem & hyemem tu formasti. Psal. 95. Et aridam manus eius formauerūt. Ps. 104. Leuiathan tu formasti. Ies. 43. Populus iste, quem formauit, laudem meam annuntiabit. & cap. 44. Et malleis formabit illud. cap. 49. Et formabo te, & dabo te in pactum populi. Ierem. 1. Antequam formarem te in utero.

Participium praesens יֹצֵר formans, formator, מְלַמֵּד qui dat formam rei. Psal. 33. Qui formatur cor eorum, intendit simul ad omnia facta ipsorum. Psal. 94. Quae format laborē supra statutū. Ies. 45. Formans lucem, & creans obscuritatem. Iere. 10. Non ut isti sunt pars Iacob, sed formator omnium est. Amos 7. Ecce formator locustae. Ies. 41. Et sicut ipse fecerat ex luto per manum figuli. Et mox iterum: Et sicut lutum in manu figuli, sic uos estis in manu mea domus Israel. Et pluraliter יֹצְרֵי Ies. 30. Et cōtritio eius sicut contritio uasis figulorū. 1. Paral. 4. Ipsi sunt figuli, & habitatores plantationum. In statu regiminis יֹצְרֵי Ies. 44. Formatores sculptilibus omnes illi sunt inane quiddam.

Participium praeteritum seu nomen participiale יָצַר quod aliqui uerterūt cogitationes, alij membra. Iob 17. Et omnia membra mea uelut umbra, id est lineamenta, dispositiones. In uoce passiuā יָצַר & semel tantum legitur Ies. 43. Antequam me non est formatus deus, nec post me erit.

In secunda coniugatione uoce passiuā יָצַר & יָצַר Ies. 54. Omne uas quod formatum est contra te, non erit prosperū. Psal. 139. Molam meam uiderunt oculi tui, & in libro tuo scripti erant dies, qui formati sunt, dū adhuc ne unus illorū esset.

INDE NOMINA:

יָצַר A prima significandi modo, angustia. Iob 20. In plenitudinib. sufficientiae suae angustia ei. Et in altero significandi modo, forma, fictio, formatio, figmentū, cogitatio, intētio. Gen. 6. Vidit autē deus, q̄ multiplex esset malitia hominū in terra, & figmentū cogitationū cordis eius esset malū omni tēpore. & cap. 8. Nō addā amplius maledicere terrā propter hominē, quia figmentū cordis hominis malū à pueritia sua. 1. Paral. 28. Iehoua scrutat omnium corda, & omne figmentū cogitationū intelligit. Ies. 26. Cogitatio, quae innitit obtinebit pacē, pacem. Psal. 103. Ipse nouit figmentum nostrū, memor q̄ puluis sumus. Ies. 29. Ac si dicat factura factori suo, non fecit me, & figmentū dicat formatori suo, nō nouit. Paulus Ephes. 2. cū inquit, Ipsi sumus figmentū, nomine ποίμα reddidit. In statu affixorū notat primā uocem in hirik, & alteram in seua. Deut. 31. Nam noui figmentum eius, quod ipse fecit hodie.

יָצַר Lineamēta, dispositiōes, s. corporis. Iob 17. Et omnia lineamēta mea uelut umbra. Ardore uel solis, uel ignis, uel irae flagrauit, arsit. Congruit significatiōe cū uerbis יָצַר & יָצַר nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Ies. 9. Quoniam exarsit quasi ignis seditio, uel pres & fentes absument, exardescet quasi in cōdensis syluā. cap. 33. Quasi spinæ excisae, igni exurētur. Iere. 51. Et portae eius excelsae exurentur. Iere. 49. Et filia eius igni comburentur.

In

יָצַר

Viuuenit tantum in tertia cōiugatione יָצַר significatq; substernere, s. lectum. Et ut literarū tantum positione, ita modo significandi tantū differt à uerbo יָצַר Ps. 139. Et si substrauero in inferno, ecce ibi es. Ies. 58. Et faccū & cinerē substernet. In uoce passiuā יָצַר Ies. 14. Subter te substerneretur uermis. Esther 4. Saccus & cinis substerneretur multis.

INDE NOMINA:

יָצַר Nomen participiale, stratū, stragulū: & legit in statu affixi. Gen. 49. Stratū meū ascēdit. Et pluraliter יָצַר 1. Para. 5. Quia polluit ipse stragula patris mei. Psal. 63. Cū recordor tui super stragulis meis. Ps. 132. Si ascēdero super lectum stratorū meorū. Stragulū ein *Wanze*. Ies. 28. Quia breue est stragulū, & tegumentū arcum est. Stratū: hoc autem nomine ambitus discurrens dicitur. 1. Reg. 6. Et aedificauit ad parietem domus straturam in circuitu.

יָצַר

Fudit, effudit, infudit a cōiug. si sequit accusatiuus: sed si absolute est positū, neutraliter usurpatur, fusus est: & nō solum de liquidis seu liquefactis rebus, uerum etiam de aridis & induratis dicitur, quae tamen cum fuerunt in motu subsistunt & collocantur. Et sic in altero modo congruit significatiōe cum uerbo יָצַר sicut in priore cū uerbo יָצַר Leuit. 8. & 9. Et sanguinē fudit. Exo. 26. Et fundes eis quinque bases. 1. Reg. 4. Et fundes in omnia uasa. 2. Reg. 4. Funde populo ut comedat. Ezech. 24. Et etiam funde in illam aquam. Ies. 44. Effundam aquā super sitientem, & fluenta super aridam. Item: Effundam spiritum meum super semē tuum. 1. Reg. 18. Implete quatuor hydrias, & effundantur super holocaustum. Exo. 38. Et fuerunt centum talenta argenti ad fundendum bases sanctuarij. Iob 38. In fundendo puluerem in arcum, id est cum profunditur puluis coagulescit, fitq; solidior.

Participium praeteritū יָצַר solidatū, arcatum, cōpressum, cōpactum, sicut sollet res esse postquam fusa est. Iob 41. Compacta est super ipsum, nō mouebitur. Et mox iterum: Cor eius compactū sicut lapis, & cōpactum sicut molaris inferior. Et pluraliter יָצַר 1. Reg. 7. & 2. Paral. 4. Duae series cucurbitarū fusarum. In genere foeminino יָצַר quod tamen nominaliter accipitur pro fusura. 1. Reg. 7. In fusura eius, pro quo 2. Paral. 4. scribitur יָצַר. Et pluraliter יָצַר 1. Reg. 7. Latera ipsa erāt fusa. In tertia cōiugatione יָצַר fudit, effudit, prostrauit, collocauit. Iosue 7. Et attulerunt ea ad Iosua, & ad omnes filios Israel, & fuderunt ea coram Iehoua. 2. Sam. 15. Et substituerunt arcam dei.

Participiū praesens generis foeminini יָצַר, & in distinctiōe sententiā יָצַר 2. Reg. 4. Et ipsa infundebat.

Participium praeteritum יָצַר 1. Reg. 7. Et fecit mare fufum. Et iterum: Et totum erat fufum. Et mox iterum: Fusura una. Iob 37. Fortes sicut speculum fufum. Et quia id quod est fufum, est solidū, pro solido, & duro compactoq; & constanti accipit. Iob 11. Et eris cōstans, & non timebis. & cap. 36. Quo non cōpactum suo eo, id est fundamentum. & cap. 37. Et latitudo quarū in compacto. Et pluraliter in statu regiminis nominaliter יָצַר 1. Sam. 2. Quoniam Iehoua sunt compacta terra, & posuit super ea orbē, id est fundamenta. Et pluraliter in genere foeminino יָצַר infusoria. Zach. 4. Septem & septem infusoria pro lucernis.

In uoce passiuā יָצַר Psal. 45. Diffusa est gratia in labijs tuis: uel sic, fusa est gratia in labia tua. Iob 22. Fluuiū effundetur fundamentum eorum.

INDE NOMINA:

יָצַר Nomen participiale, fusura. 1. Reg. 7. Fusura aeris. יָצַר 1. Sam. 14. Deus unus constitutus ad Aquilonem. Ego arbitror esse participiū praeteritum uerbi inusitati יָצַר constituit.

יָצַר

655 Congruit significatiōe cum uerbis יָצַר nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Variat autē hoc nostrum, significandi modū ex constructiōe. Primo, quando uel absolute usurpatur, uel post se habet datiuum, tum neutraliter idem Hebraeis notat, quod Latinis angustum esse, uel corpori uel animo. Et personae יָצַר futurae habent subscriptum zere. Iob 18. Et

angu

Significat autē circumdare, re aliqua uel instrumento, circuire, per circulum redire in eum locum unde egressus erat. Congruit enim significatione cum uerbis **מִסָּבִיב** & **מִסָּבִיבִים** nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differāt. Et quādo regit post se accusatiuum, tum est transitiuū. *Leuit. 19. Ne circūderis comam capitis uestri, scilicet nouacula, seu forficē. Iosue 6. Circuibis ciuitatem & omnes uiri bellicosi circumueo ciuitatem una uice. At si absolute ponitur, non regens accusatiuum, tum neutraliter usurpatur. Iob 1. Et factum est cum reuoluti essent dies conuiuij. cap. 19. Et rete suum iuxta me circumterendit. Psal. 17. Et inimici mei in anima circumierunt contra me.*

Participium praesens **מְסַבֵּבִים** 1. Reg. 7. & 2. Paralip. 4. Circumdantes mare.

INDE NOMINA:

סִמְיָא Simia: sic Hebraeis dicta, quod uno in loco non consistat, sed continuo circumeat, cuius plurale **סִמְיָאִים** legitur 1. Reg. 10. & 2. Paral. 9. Semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum, argentum, & dentes Elephantorum, & Simias.

מְסַבֵּב Circulus, circuitus, circumuolutio. *Exod. 34. Et facies tibi festum collectionis, circumuolutio anni. 2. Paral. 24. Et factum est in circumuolutione anni pro quo 1. Regum 20. legitur מְסַבֵּבִים Psal. 19. Ab extremo caelorum egressus eius, & circumuolutio eius ad extrema eorum. Et pluraliter מְסַבֵּבִים Iosue 4. Et factum est in reuolutiones dierum, &c.*

661

מְעִיָּב Congruit significatione cum uerbo **עָיַב** & modo significandi cum **עִיָּב** eiusdem uerbi tertia coniugatione. Et significat neutraliter euigilare, expersicci, quod fit punctione quadam & extimulatione. Et legitur in hac forma tantū in prima coniugatione, & paucis in locis. *Gen. 9. Et euigilauit a uino suo. & cap. 28. Et euigilauit a somno suo. 1. Reg. 3. Et euigilauit Salomo. Habakuk 2. An non subito exurgent mordentes te, & euigilabunt agitanes te, ubi tamen kuph littera non est daggesta propter accentum rhetoricum, quem Grammatici עִיָּב uocant.*

662

מְעִיָּבִים Preciosum habitum est in precio fuit, magni aestimatum est: dicitur autem preciosum, quod rarū & non omnibus obuium est, cōtrariāq; habet significationē uerbis **מְעִיָּבִים** & **מְעִיָּבִים** quae simul occursum importāt *hochstherzig / höchlich sein. Iesā. 43. Ex quo preciosus habitus es in oculis meis. Zach. 11. Amplitudinē precij quo maiore in precio habitus, q̄ illi. Psalm. 139. Et mihi q̄ preciosi fuerūt amici tui deus. 1. Sam. 26. Quoniam nō malefaciā tibi amplius, eō quod preciosa fuit anima mea in oculis tuis. In futuro uariat, legitur tertia persona **מְעִיָּבִים** Psal. 72. Et magno in precio erit sanguis eorū in oculis eius. - Alia forma **מְעִיָּבִים** Psal. 49. Et preciosior erit redemptio animae eorū. In alia forma **מְעִיָּבִים** 1. Sam. 18. Et magno in precio fuit nomen eius ualde. 2. Reg. 1. Vir dei preciosior sit obsecro anima mea, & anima seruorum tuorum istorum quinquaginta in oculis tuis.*

In tertia coniugatione **מְעִיָּבִים** Prou. 25. Preciosum fac pedem tuum a domo soldalis tui, ne satur fiat tui, & odiat te, id est, rarius adeas eum, ne uilescas, & desinas esse in precio. *Iesā. 13. Preciosiore faciam uirū, quā aurum putum, & hominē, q̄ massā Ophir, scilicet propter ipsorum raritatem & paucitatem minoris erit precij aurum optimum, q̄ homines, iuxta uulgare prouerbium: Omne rarum carum.*

INDE NOMINA:

מְעִיָּבִים Nomē substantiuū preciosum, preciositas, preciu. *Est her 1. Preciosum, ornatū magnificentie suae. Et mox iterū: Ut oēs mulieres exhibeāt preciositatē maritis suis, i. honorē seu reuerentiā. & cap. 6. Qualis facta est preciositas, aut magnificentia ipsi Mardocheo propter hanc rem. Et iterū: Et fauebit rex facere preciosius magis, q̄ mihi. & cap. 8. Et facta est Iudaeis lux, & laetitia, & gaudiū, & preciositas. Iob 28. Et omne preciosum uidit oculus eius. Pl. 49. Et homo in precio seu preciositate nequa quā pnoctabit. Prou. 20. Et uas precij, labia sciētiae. Ezech. 22. Theaurū & preciosum abstulerūt. Et in statu regiminis **מְעִיָּבִים** Pl. 37. Et inimici Iehoua sicut preciosū pratorū. Prou. 17. Et preciosus spiritu, uir intelligētis, i. uir prudēs habet carū suū spiritū, nō temere effundit spiritū suū. In statu affixorū seruat cametz. Esth. 6. Quid facien-*

In uoce passiuā **מְעִיָּבִים** 2. Reg. 22. Magna est ira Iehoua, quae exarsit in nos. Et mox iterum: Et exarsit furor meus in locū istum, qui nō extinguetur. *Ierem. 2. Ciuitates eius exusta sunt. cap. 9. Exusta sunt absq; uiro. Et mox iterū: Et exusta est quasi desertum absq; transeunte.*

In tertia coniugatione **מְעִיָּבִים** succendit, inflammauit. *Iosue 8. Et cum cepēritis urbem inflammatis eam igni. Iud. 9. Et inflammauerunt cum eis munitionē igni. Ier. 11. Cum uoce tumultus magni succendit ignem in ea. Iere. 21. Et succenderunt urbem hanc igni, & combusserunt eam. Thren. 4. Et succēdit ignem in Zion. Ier. 21. Et succenderunt palatia eius. s. hostes, uel neutraliter, Exarserunt palatia eius.*

657

מְעִיָּבִים Participium praesens **מְעִיָּבִים** Ezech. 20. Ecce ego succendo in ignem. Lacus, uas seu dolium, in quo uue calcantur, & exprimuntur, a cauitate habens appellationē. Et Grecis **αλωφ** dicitur uas in quod uinum recens expressum est receptum. Sed quia haec uox Latinis amphibola seu polysyllaba est, oportuit torcular uertere. Habet autem cognationē significationē cum uerbis **מְעִיָּבִים** & **מְעִיָּבִים** nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. *Iesā. 5. Et etiam torcular excidit in ea. Osee 9. Area & torcular non pascet eos. Et in distinctione sententiae **מְעִיָּבִים** Num. 18. Aut de plenitudine torcularis: Et in statu affixorum uox prior mutatur in hitik, altera in seua. Deut. 15. Et de torculari tuo. Et pluraliter **מְעִיָּבִים** Iob 24. Torcularia calcauerunt. Iosel. 2. Et redundabūt torcularia mufsto. Iesā. 16. Et uinū in torcularibus non calcabit. In statu regiminis **מְעִיָּבִים** Zach. 14. Vsq; ad torcularia regis. Et cum affixis **מְעִיָּבִים** Prouerb. 3. Et mufsta torcularibus tuis erumpent.*

658

מְעִיָּבִים Vffit, aduffit: & habet cognationem significatione cum nomine **מְעִיָּבִים** Iesā. 10. Et gloriam eius aduret adurendo iuxta aduffionem ignis. *Deut. 32. Et aduret usq; ad infernum inferiorem.* Participium praesens generis foemini **מְעִיָּבִים** Iesā. 65. Ignis adurit tota die. In tertia coniugatione uoce passiuā **מְעִיָּבִים** Leui. 6. Et ignis altaris aduratur in eo. Et mox iterum: Et ignis semper aduratur in altari, non extinguitur. *Iere. 15. Ignis accensus in ira mea contra uos aduretur.*

INDE NOMINA:

מְעִיָּבִים Vstrina, focus, nomen masculini generis. *Psal. 102. Et ossa mea sicut focus exarserunt. Et pluraliter status regiminis **מְעִיָּבִים** Iesā. 33. Quis habitabit ex nobis ad focos aeternitatis. Et in forma foeminea **מְעִיָּבִים** Leui. 6. Et holo caustum erit super focō, super altare.*

מְעִיָּבִים Vffio, aduffio. Iesā. 65. Iuxta aduffionem ignis.

מְעִיָּבִים Vstrina, focus. Iesā. 30. Ad fouendum ignem de focō.

מְעִיָּבִים Vffum, aduffum: sed de hoc suo in loco.

מְעִיָּבִים De hoc uide in themate suo **מְעִיָּבִים**.

659

מְעִיָּבִים Luxari, distendi, moueri loco, diuelli: congruit significatione cū uerbis **מְעִיָּבִים** & **מְעִיָּבִים** nisi q̄ ut littera prima, ita modo tantum significandi inter se differant. Est q̄ contrariae significationis uerbis **מְעִיָּבִים** & **מְעִיָּבִים** quae fixationē significant. Et si anīme attribuitur, significat abalienari. *Gen. 32. Et tetigit in coxa foemoris eius, & luxata est coxa foemoris Iacob, cum ipse luctaretur cum eo. Iere. 6. Castigare Ierusalem, ne forte auellatur anima mea abs te.*

In tertia coniugatione **מְעִיָּבִים** Num. 25. Tolle omnes principes populi, & distende eos ipsi Iehoua coram sole. 2. Sam. 21. Dentur nobis septem uiri de filiis eius, & distendemus eos ipsi Iehoua in Gibeā Saul.

Participium praeteritum **מְעִיָּבִים** 2. Sam. 21. Sustulit inde ossa Saul, & ossa Ionthan filij eius, ad hec collegerunt ossa distentorū. Autor epistolae ad Hebraeos meminuit huius supplicij, cum cap. 11. scribit, Alij uero distenti sunt, &c.

660

מְעִיָּבִים Non est in usu, nisi in tertia coniugatione **מְעִיָּבִים** & cōiugatur more uerborum a nun littera ordientiu, quia litterā iod inter coniugandum transmutat in dagges Signifi

52. Videbunt Iusti & timebunt. Prouerb. 3. Time ipsum Iehoua, & discede a malo. Zachariae 9. Videbit Afcalon, & timebit. Et ualet aliquoties idem quod uenerari, & est cultus. Leuit. 19. Vnusquisq; matrem suam & patrem suum timebitis. Deu. 13. Post Iehoua deum uestrum ambulabitis, & eum timebitis. 2. Reg. 17. Et timerent deos alienos. Et iterum: Ne timeatis deos alios, neq; adoretis eos. Exempla in quibus cum mem. cōstruit. Leuit. 19. Ante caecum ne ponas offendiculum, sed timeas a deo tuo. Iosue 10. Ne timeas ab eis. 1. Sam. 18. Et adiecit Saul ad timendum a facie Dauid amplius. 2. Reg. 1. Vide eum, ne timeas a facie eius. Prou. 3. Non timebis a terrore subito. Et absolute significat esse curam. Psalm. 49. Ne timeas, si disecat aliquis, id est ne cures. Et semel cum datiuo cōstruitur mediante articulo Lamed, ubi timoris actio est retrahentiua. Iosue 9. Et timuimus ualde animabus nostris.

Participium praesens masculini generis יָרֵא Gen. 32. Quia timeo ego ipsum. Deut. 7. Tu times a facie eorum. Iudic. 7. Quis est timidus, & pavidus, reuertatur. 2. Reg. 4. Quia feruus tuus fuit timens Iehoua. Et in statu regiminis יָרֵא Gen. 22. Iam cognoui, quod timens dei tu. Iesaja 50. Quis in uobis timens Iehoua. Iob 1. Et timens dei. Psalm. 128. Beatus est omnis timens Iehoua. Et pluraliter יָרְאוּ 1. Sam. 23. Ecce nos hic in Iudaea timentes. 2. Reg. 17. Et erant timentes Iehoua. In statu regiminis יָרְאוּ Exod. 18. Et timentes Iehoua. Psalm. 15. Et timentes Iehoua honore afficiet. In statu affixorum habet sub prima seua, & sub altera zere, sicut in statu regiminis singularis numeri. Psalm. 103. Misertus est Iehoua super timētibus eum. Psalm. 119. Timentes te uidebunt me, & letabunt. Psalm. 147. Acceptat Iehoua timētes eum.

In uoce passiuua יָרֵא Psalm. 130. Quoniam apud te est condonatio, ut timearis. Participium praesens, quod transit in naturam nominis, timēdus, terribilis, horribilis. Deut. 7. Deus magnus & timendus. 1. Paral. 16. Et terribilis est supra omnes deos. Psalm. 76. Ipse est terribilis regibus terrae. Atribuitur etiam alijs rebus. Gen. 28. Quam terribilis est locus iste. Exo. 34. Videbit cunctus populus opus Iehoua, quoniam terribile est quod ego facio tecum. Iudic. 13. Cuius uisio similis uisioni angeli dei, terribilis ualde. Iesaja 18. Ite ad populum terribilem. Iosue 2. Magnus est dies Iehoua, & terribilis ualde, & quis sustinebit illum. Malach. 1. Nomen meum terribile est gentibus. Deut. 1. Transiuimus per desertum tam magnum & terribile. Et pluraliter in genere foeminino יָרְאוּ Deut. 10. Ipse est laus tua, & deus tuus, qui fecit tecum magna, & terribilia ista, quae uiderunt oculi tui. 2. Sam. 7. Ut faceret uobis magna & terribilia in terra tua. Psalm. 45. Ostendam tibi terribilia dextrae tuae.

In statu affixorum. Psalm. 145. Et uirtutem mirabilium tuorum dicent. In secunda coniugatione יָרֵא terruit, absterruit. Nehem. 6. Misit Tobias epistolas ad absterrendum me. Participium praesens pluralis numeri יָרְאוּ Nehemiae 6. Quoniam omnes illi absterrebant nos dicentes, remittent manus ab opere ne perficiatur.

INDE NOMINA:

יִרְאָה Timor, reuerentia, ueneratio, religio. Psalm. 2. Colite Iehoua in timore. Psalm. 55. Timor & tremor uenit in me. Est autem obseruandum, quod hoc nomen praeposita littera lamed accipitur sepius pro gerundio. Deut. 4. Et faciatis eos audire uerba mea, quae discant ad timendum me cunctis diebus. Psalm. 86. Vni cor meum ad timendum nomen tuum. Ieremiae 32. Ad timendum me cunctis diebus. Et cum affixo. 2. Sam. 3. Eo quod timeret ipse eum. Alio qui legitur לִירָא 1. Sam. 18. Ad timendum a facie Dauid. Et in statu regiminis יָרְאוּ Gen. 20. Certum non est timor dei in loco isto. Prou. 1. Timor Iehoua initium sapientiae. Prou. 3. Timor Iehoua est odium malum, superbiam, arrogantiam, & uiam malam. & cap. 9. Initium sapientiae timor Iehoua. cap. 10. Timor Iehoua auget dies. cap. 14. Timor Iehoua fons est uitae. In statu affixorum יָרְאוּ Exo. 20. Ut timor illius esset in facie uestra, ne aberretis. Deut. 2. Incipiam dare pauorem uestri, & timorem uestri coram facie omnium populorum. Iob 22. An propter amorem tui arguit te. Iesaja 29. Et sic timor eorum erga me mandatum hominum, doctum.

eiendum est uiro cui rex fauet preciositatem eius, id est aliquid illi preciosum. Iere. 20. Et omne preciosum illius.

יָקָר Nomen adiectiuum masculini generis preciosum, id quod est & habetur in precio, magni aestimatur, uerb/ hochsthezig/Edselich/hochwirdig/Iob 28. Non sternetur cum massa Ophir, cum Onyche precioso & Saphiro. & cap. 31. Si uidi lucem cum splendere, & luna preciosam ambulante, id est clare incedente. Psalm. 36. Quam preciosa est benignitas tua. Psalm. 116. Preciosa in oculis Iehoua mors piorum eius. Prouer. 1. Omnem facultatem preciosam inueniemus. 1. Sam. 3. Verbum Iehoua erat preciosum in diebus illis, nec uisio erumpebat, id est erat rarum. Legitur etiam substantiue. Eccles. 10. Preciosum praesapientia & gloria, stultitia modica. Ieremiae 15. Si eduxerit preciosum a uili. Et pluraliter יָקָרִים Threnorum 4. Filij Zion preciosi, qui strati sunt cum auro puro, nonne reputati sunt sicut uasa testaceae? In genere foeminino יָקָרָה 2. Sam. 12. Et lapis preciosus. Prouer. 6. Mulier uiri animam preciosam uenabitur. Legitur etiam semel יָקָרָה pro יָקָרָה Prouer. 3. Preciosior est gemmis. Et pluraliter יָקָרָה 1. Reg. 5. Et transtulerunt lapides magnos, lapides preciosos ad fundandum domum, id est, praecellentes. Et substantiue. Zach. 14. Non erit lux preciositatum, aut opacitas, id est lux excellentis.

יָקָר Nomen adiectiuum, masculini generis, preciosus, carus. Iere. 51. An non filius preciosus mihi Ephraim.

יָקָרָה Nomen adiectiuum generis foeminini. Iesaja 28. Angulum precij. Et pluraliter יָקָרָה Psalm. 54. Filiae regum in preciosis tuis.

יָקָשׁ Congruit significatione cum uerbis יָקָשׁ & יָקָשׁ הוּא יָקָשׁ הוּא יָקָשׁ, nisi quod ut forma, ita modo significanti inter se differant. Significat autem currenti insidiari laqueo, seu laqueos tendere, ut inuoluatur. Iere. 50. Laqueos tetedi tibi, atque etiam capta es. Psalm. 141. Custodi me a laqueo, quem tetenderunt mihi.

Participium praesens pluralis numeri יָקָשׁ Psalm. 124. Anima nostra uelut auis euasit ex laqueo captantium.

In uoce passiuua יָקָשׁ Psalm. 9. In opere manu tuarum illaqueatus est improbus, ubi tamen zere scriptum est pro pathah. Deut. 7. Ne forte illaquearis in eo. Prou. 6. Illaqueatus es in sermonibus oris tui. Iesaja 8. Illaqueabuntur & capientur.

In secunda coniugatione uocis passiuue legitur participium pluralis numeri more perfectorum יָקָשׁ Eccl. 9. Sicut aues detrae in laqueo, ita quoque illi illaqueantur filij hominum in tempore malo.

INDE NOMINA:

יָקוּשׁ Irretitor, captator, uenator. Psalm. 91. Eripiet te ex laqueo illaqueatoris. Prouer. 6. Et uelut auis de manu illaqueatoris. Et pluraliter יָקוּשׁ Ierem. 5. Respectat tanquam ex condensis frondibus illaqueatorum.

יָקוּשׁ Laqueus. Osee 9. Propheta uelut laqueus illaqueatoris.

מִוְקָשׁ Laqueus, illaqueatio. Exo. 10. Quousque erit nobis iste in laqueum. Iosue 23. Et erunt uobis in laqueum & illaqueationem. Prouer. 22. Ut accipias laqueum animae tuae. Et pluraliter Iob 40. Laqueis perforatur nasus. Psalm. 64. Ut abscondant laqueos. Psalm. 140. Laqueos posuerunt mihi. Et in statu regiminis מִוְקָשׁ 2. Sam. 22. & Psalm. 18. Praoccupauerunt me laquei mortis. Iob 34. Propter illaqueationes populi. Scribitur tamen semel forma foeminea מִוְקָשָׁה Psalm. 141. Et a laqueis operantium ex cupiditate.

יָקָא Timuit: significationem contrariam habet uerbo יָקָא uidit. Nam ut hoc oculos uel animum intendere in obiectum, & id apprehendere, ita uerbum illud יָקָא obiectum oculis, & animo auerfari significat, nec potest propter regimen seu constructionem uerbo commodiore reddi, quod uerbo, timeo. Conuenit autem significatione cum uerbo יָקָא Et cōstruitur quandoque cum accusatiuo mediante articulo יָקָא, interdum cum ablatiuo mediante praepositione mem. Sequuntur nunc exempla ubi post se regit accusatiuum. Gen. 19. Quia timuit habitare in Zohar. Exo. 3. Quia timuit aspicere in Deum. Exo. 1. Et timebant obstetrices deum. Psalm.

INDE NOMINA:

מוֹרָר Descensus. Michea 1. Sicut aqua detracta per descensum, id est precipitium. Iosue 7. Et percusserunt eos in descensu. Et in statu regiminis מוֹרָר Iosue 10. Et es-

666

יָרַח

litter status regiminis מוֹרָר Iob 24. In descensibus luminis. Generaliter significat iacere, iaculari, uel lapidem, uel sagittam, uel pluuiam, & sic congruit significacione cum מוֹרָר uel uoluntate suam, uel rem aliquam aliam. De lapidibus. Gen. 31. Et dixit Laba ad Iacob, ecce cumulus iste, & ecce statua, quae ieci inter me, & inter te. Iob 38. Quis iecit lapidem eius angularem. De Sagitta. 1. Sam. 20. Et ipse iaculabatur sagittam, ut praeriret illum. 2. Reg. 13. Iaculare & iaculatus est, & dixit, sagitta salutis dei. Psal. 11. Ad iaculandum in caligine. Legitur tamen in hoc significandi modo semel commutata litera he in aleph. 2. Paralip. 26. Et ordinauit super turribus, & moenijs, ad iaculandum cum sagittis & lapidibus magnis. De re alia. Exod. 15. Currus Pharaonis & exercitum eius deiecit in mare. Iosue 6. Et iaciam uobis sortem.

Participium praesens מוֹרָר Prou. 26. Sicut qui simulat se abesse, & tamen iaculatur flammam, sagittas & mortem, &c. Osea 6. Sicut ferotina iaciens terram, id est irrigans seu foecundans terram. Et pluraliter מוֹרָר 2. Paralip. 35. Et iaculati sunt iaculatores in Regem Iosiahu.

In uoce passiuua מוֹרָר Exo. 19. Aut iaculando iaculabitur. Hoc autor Epistolae ad Hebraeos cap. 12. sic uertit, Aut iaculo ferietur.

In tertia coniugatione מוֹרָר de sagittis. 1. Sam. 20. Et ego tres sagittas ad latus iaculabor. 2. Sam. 11. An non sciuisti, quod muro iaculaturi erant. 2. Reg. 19. Neque iaculabitur illuc sagittam. Psal. 64. Subito iaculabuntur, & neminem metuent. Et mox iterum: Et iaculabitur eos deus sagitta repente. De pluuiam. Osea 10. Seminate uobis ad iustitiam, metite in misericordia, sulcate uobis sulcos; tempus est enim querendi Iehoua donec ueniat, & faciat iustitiam uobis, id est pluuiam. Item de uerbis, quae ore, ut gutta pluuiam de caelo in terram iaciuntur, quibus homines rerum alio qui insciji imbuuntur ac foecundantur. Et dum in lingua Latina non datur commodius, licebit uertere uerbis instruendi, instituendi, seu docendi. Exod. 4. Docebunt uos quae faciatis. Exo. 12. Ego ero cum ore tuo, & docebo uos quae faciatis. ca. 15. Docuit eum Iehoua lignum, quod cum proiecisset in aquam, statim dulcuerunt aquae. Psal. 25. Et bonus, & rectus est Iehoua: ideo docebit errantes uiam. 1. Sam. 12. Et instituit uos in uia bona. Iob 6. Docete me, & ego silebo. Gene. 46. Misit autem Iudam ante se in Gosen ad constituendum ante ipsum. De alia re. Iob 30. Iecit me in lutum.

Participium praesens masculini generis מוֹרָר iaculator. 1. Sam. 20. Curre & inueni sagittas, quas ego iaculor. Item, instituens, seu instructor, uel doctor. 2. Reg. 17. Et uenit unus de sacerdotibus, quos transtulerant de Samaria & habitauit in Bethel, instituens eos, quomodo timerent Iehoua. 2. Paralip. 15. Et multi fuerunt dies Israel, quod nullus deus ueritatis, & nullus sacerdos institutus, & nulla institutio. Iob 36. Quis talis est doctor, ut ipse est. Prouerb. 6. Instruit digitis suis. Iesaja 9. Et propheta docens mendacium. Iob 2. Quod dedit uobis doctor iustitiam. Psal. 84. Etiam benedictionibus ornabit doctorem. Iesaja 30. Legitur cum Iod per epenthesin interposita, ac si pluralis esset: Et non auolabit doctor tuus, & erunt oculi tui uidentes doctorem tuum. Et pluraliter מוֹרָר Prouerb. 5. Et non acquirui in uoce doctentium me.

In uoce passiuua semel legitur, ubi tamen aleph pro he est scripta, Prouerb. 11. Anima benedictionis impinguabitur, & qui inebriat, etiam ipse iacietur, id est comphuetur seu foecundabitur.

INDE NOMINA:

יָרַח Pluuiam, ea scilicet, quae iacto semento decedit, quod excitat, foecundat, & prouehit. Et Latini interpretes uerterunt pluuiam matutinam. Rectius uertes temporariam seu tempestiuam; nam illa quae serius decedit, cum iam grandior est ingros-

G 2 fat,

מוֹרָר Timor, terror. Deut. 26. Et in terrore magno, & in signis. Deut. 34. Secundum omnem terrorem magnum, quem fecit Moses. Psal. 76. Adducite munera terrori, id est, terribili, ut sit positum pro מוֹרָר Et cum affixis. Gen. 9. Et timor uestri, & terror uestri. Iesaja 8. Et timore eius non timebitis, sed Iehoua exercituum sit timor uester. Malach. 1. Vbi est timor mei. Et pluraliter in forma masculina מוֹרָר Deut. 4. Et in terribilibus magnis, id est mirabilibus, miraculis.

מִרְאָה Despectio, abominatio, fastidium. Iesaja 66. Eruntque despectio omni carni. Legitur etiam forma מִרְאָה Daniel. 12. Alij in ignominiam & despectionem sempiternam. Et puto literam daeth esse accessoriam.

665

יָרַח

In prima coniugatione, si de corpore aliquo dicitur, significat de loco altiore deuenire, seu moueri ad inferiorum, sicut e contra מוֹרָר a loco inferiore ad altiorum moueri significat. Et communiter transfertur uerbo descendendi congruit autem significacione cum uerbis מוֹרָר & מוֹרָר יָרַח מוֹרָר nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. 2. Sam. 19. Et Mephiboseth filius Saul descendit. 2. Sam. 11. Et non descendit in domum suam. Gen. 12. Et descendit Abram in Aegyptum. Iud. 11. Et descendam super montes, id est a loco sublimiore. 1. Sam. 23. Et descendit in petram. Et iterum: Ephod descendit in manu sua, id est ipse non accepit secum Ephod illud de industria, sed inter caetera forte fortuna allatum est. Ezech. 30. Et descendit superbia fortitudinis eius. Zachar. 11. Eiulate quercus Basan, quoniam descendit, id est decisa est sylua incedua. Iudic. 19. Et dies descendunt ualde, ubi in praeterito scribitur deficiente prima substantiali litera iod מוֹרָר pro מוֹרָר sicut מוֹרָר Osea 11. ponitur pro מוֹרָר Item Deut. 20. Extrues propugnaculum contra ciuitatem, quae bellum contra te gerit, donec descendat ipsa, id est corruat, deiciatur. Et ut uerbum מוֹרָר etiam ad dignitatem, & excellentiam, praestantiam, & dominium refertur, ita rursum uerbum מוֹרָר de subiectione, seruitute & conditione inferiore dicitur. Deut. 28. Peregrinus qui tecum est, ascendet super te, & tu descendes sub eo, id est eris illi subiectus, subditus, inferior dignitate, fortuna, & reliquis donis. Praeterea ob seruabis, quod quemadmodum tunc deus ascendere ab aliquo dicitur, quando disparet, nec amplius quicquam cum eo agit, ita rursum deus descendere dicitur, quando apparet, aut sese reuelat, uel re aliqua uisibili, uel uerbo, uel uoce, uel facto & opere. Genes. 11. Et descendit Iehoua, ut uideret ciuitatem. Et mox iterum: Euge descendamus & confundamus ibi labium ipsorum. & cap. 18. Descendam nunc & uidebo. Exo. 19. Et tertia die descendet Iehoua coram oculis totius populi super montem Sinai. Postremo, quando hoc uerbum regit post se מוֹרָר tum sumitur actiue. Psal. 119. Riuos aquarum effuderunt oculi nostri. Threnorum 1. Oculus meus effundit aquas. & cap. 3. Riuos aquarum effundit oculus meus.

Participium praesens מוֹרָר Iud. 9. Ecce populus descendebat. Deut. 9. Ad torrentem qui descendit. Et pluraliter מוֹרָר Iosue 3. Et steterunt aquae descendentes. 1. Sam. 10. Obuiam ibis cuneo prophetarum descendentium de excelso. Et in statu regiminis מוֹרָר Psal. 28. Et comparabor cum descendentibus in lacum. Iesaja 42. Qui descendunt in mare.

In tertia coniugatione מוֹרָר demisit, deposuit, detulit. Gen. 24. Et deposuit cadum in manu sua, scilicet de humero. Et iterum: Et deposuit cadum suum a se deorsum, cap. 37. Et ibant, ut desererent in Aegyptum. Exod. 33. Et nunc depone ornatum tuum abs te. 1. Sam. 19. Et demisit Michol Dauidem per fenestram. Psal. 56. In ira populos deiecit deus. Prouerb. 21. Sed regnum deiecit confidentia. Iesaja 10. Et deiecit eam tanquam robustus habitatores. & ca. 63. Et deiecit in terram potentiam eorum. Threnor. 2. Murus siliam Zion effunde quali torrentem lacrymas.

Participium praesens מוֹרָר 1. Sam. 2. Deducit ad inferos & reducit. 2. Sam. 22. Subiecit populos sub me.

In uoce passiuua מוֹרָר Genes. 39. Et Ioseph deductus est in Aegyptum. Num. 16. Et depositum est habitaculum, & uertit. Iesaja 41. Deiecta est ad infernum superbia tua. Zach. 10. Deiecta est superbia Assur.

יָרַח מוֹרָר

& actiue eiusdem habet contrariam, & quidem uehementem. Significat enim omnino & prorsus ejcere seu exterminare, exterminio delere & perdere. Deut. 28. Omnes arbores & fruges terrae exterminabit erugo. quanquam Thargum uerbo possidendi sic uerterit: Omnes fruges terrae possidebit seu occupabit rubigo.

In tertia coniugatione וירי utraq; significationem obtinet, nunc in bonum possidere, nunc in malum omnino ejcere seu expellere, id est, exterminio perdere & delere notans. Discernitur autem illa contrariae significationes facili sententia orationis, & circumstantijs. In priore significatione. Num. 14. Et semet tuum possidebit eam. 2. Paral. 20. Ecce ipsi retaliantes ueniunt ut expellant nos ex possessione tua, quam possidere tradidisti nobis. sepius tamen in posteriore & mala significatione usuiuenit. Num. 21. Percutiam eum peste, & exterminio delebo eum, te uero faciam in gentem magnam. Ios. 17. Et non potuerunt filij Manasse exterminio delere has ciuitates. Exod. 34. Quando exterminio deleuero gentes a facie tua. Ios. 15. Exterminio deleuit ibi Caleb tres filios Enak. Iob 13. Et exterminio delere me uis propter iniquitates adolefcentiae meae. Psal. 44. Tu manu tua exterminio deleuisti gentes.

Participium praesens וירי. 1. Sam. 2. Iehoua exiit bonis, & dicit.

INDE NOMINA:

- יורש** Possessor, haeres: uide supra in participio.
- ירשה** Vide etiam supra in participio praesenti primae coniugationis, actiuae uocis.
- ורשה** Vide supra in participio praeterito primae coniugationis.
- מורש** Possessio, forma masculini generis, & in statu regiminis מורש legitur. Ies. 14. Et ponam eam in possessionem Erinacij. Et pluraliter in statu regiminis מורשי Iob 17. Consilia mea distracta sunt possessiones cordis, i. quae possederat, & occupauerat cor. Et cum affixo. Ab. 1. Et possidebant domus Iacob possessiones suas. Et in genere foeminino. מורשה Exo. 6. Et dabo eam uobis possessionem. Deut. 33. Legem comendauit nobis Moses in possessionem congregatiouis Iacob. Eze. 11. Nobis data est terra in possessionem.
- רשת** Rete, a retinendo: retinent enim & possident eo pisces, seu homines: & apparet ab infiniti uo deducitur. Graeci uocant etiam retis genus ἀμφιβλοσσυφ, quod undiq; complectatur. Psal. 57. Rete parauerunt pedibus meis. Ps. 35. Et rete quod abscondit ei capiet illum. Et in statu affixorum mutat prius saegol in hirik, alterum in seua. Ps. 10. Cum pertraxerit eum in rete suum. Ezech. 12. Et expandam rete meum. Et caret plurali numero.
- הרש** Mustum, uinum nouum, quod recens per culis tanquam domo & habitatione sua extrusum & expressum est. Deut. 28. Nec relinquet tibi frumentum, mustum, & oleum. 2. Par. 31. Et cum increbuisse uerbum regis, auxerunt filij Israel primitias frumenti, musti, olei, &c. Ies. 65. Sicut tu inuenisti mustum in botro. Osee 9. Area & torcular non pascet eos, & mustum minuet in eo. Ios. 2. Et implebunt areae frumento, & torcularia redundabunt musto & oleo. Mich. 6. Tu calcabis oliuam, & non ungeris oleo: mustum, & non bibes uinum. In statu affixorum nihil mutat. Osee 2. Et mustum meum in tempore seui.
- משרת** Nomen, significat quemlibet succum seu liquorum expressum ex uuis, non solum mustum. Est enim aliquanto generalius quam מירי quod tantum de musto & nouo uino dicitur: ideo etiam forma ipsius a priore mutata est. Legitur autem semel in statu regiminis משרה Num. 6. Nec ullum succum uuarum bibet, &c. pro quo Chaldaeus translulit מחררה Huius nominis quoque infra mentionem fecimus in themate משרה.
- תשרי** Merathesi literarum, mensis septimus, a musto dicitur: de quo infra suo in loco.
- ארשה** Enunciatio. uide supra suo in loco.
- 672** **רש** Cum saegol, uel zere, id est, existentia. Verbum & nomen substantiuum, tam singularis, quam pluralis numeri, secundum quod cum nominibus, seu uerbis singularis uel pluralis numeri constructum. Gen. 31. Est in fortitudine manus mea facere tecum malum. 2. Reg. 10. Nihil est cor tuum rectum, quemadmodum cor meum cum corde tuo: Et dixit Ionadab, est. Atque Ps. 7. Si est iniustitia mea in manibus meis. Prou. 8. Ut hereditare faciam dilectos me existentiam. Ier. 31. Quia est merces operi tuo. Ps. 8. Sunt dii iudicantes in terra. Mich. 6. Amplius ne sunt in domo impii thesauri improbitatis, ubi scriptum est cum

Faciem meam non abscondi ab ignominia & sputo. Et in statu affixi mutat holem in kybutz daggestata litera kuph. Iob 7. Donec deglutio sputum meum.

- רר** Sputum, seu exputio terrae uiridis, uiror, quem terra seu arbor expuuit. Estque generalius quam ררר & ררר Gen. 1. Dedi omnem uirorem herbae. Exod. 10. Et non est relictus omnis uiror tam in arbore, quam herbae agrum. Ps. 7. Et sicut uiror germinis marcescent. Ies. 15. Quia aruit foenum, consumptum est germen, uiror non fuit.
- רר** Olus, herba satiuua, a uirore. Deut. 11. Terra ad quam ueneris ad possidendum eam, non est sicut terra Aegypti, qua inde egressus es, ubi seminabas semen tuum, irrigabas in pede tuo sicut hortum oleris. 1. Reg. 21. Da mihi uineam tuam, ut sit mihi in hortu oleris. Prou. 15. Bona est esca oleris. In statu regiminis ררר 2. Reg. 19. & Ies. 37. Erunt uelut herbae agrum, & olus germinis, foenum tectorum.

ריר Viror, uiriditas, quae est propter sputum, id est humorem. Iob 39. Et post omnem uiriditatem inquit.

- ריר** Flauesco, item morbus segetum, quod Varroni Robigo dicitur, nascens in culmis frumento rubeo in nimio humore. 1. Reg. 8. & 2. Par. 6. Si erit uredo, robigo, locusta, &c. Ier. 30. Et mutatae sunt oes facies in flauescentiam. Amos 4. Percussi uos ariditate et robigine.
- ריר** Nomen geminatium, nunc adiectiuum, nunc substantiuum, exputio subuiritidis seu flaua. Leu. 13. Et fuerit plaga subuiritidis. Ps. 68. Et plumae eius in flauescentia auri. Et plurale foeminae generis ריררות Leu. 24. Et ecce plaga in parietibus, profundiores, subuiritidiores.

In prima coniugatione uoce actiua, si de persona dicitur, significat haereditare, seu haeredom fieri. Gen. 15. Et ecce uerbum Iehoua fuit ad illum dicens, non haereditabit te iste, sed qui egredietur ex utero tuo, ille haereditabit te. & cap. 27. Non enim haereditabit filius ancillae. Prou. 30. Quando haereditauerit dominam suam. Vel si de terra aut re alia dicitur, tum uertere licebit obtinere, occupare, possidere iure, uel belli, uel successionis: & contraria significationem habet uerbis ריר & ריר quae eiectionem seu expulsionem ex possessione seu haereditate significat. Iere. 49. Si haeres non est ei, quare igitur possedit rex ipsorum Gad. Gen. 15. Ut darem tibi terram hanc ad possidendum eam, dixitque Iehoua deus, in quo cognoscam quod possidurus sum eam. Ezech. 9. Vertica occupabit eas. Gen. 22. Et possidebit semet ipsum portam inimicorum suorum. Num. 13. Ascendendo ascendemus & occupabimus eam. Deut. 1. Ascende posside. & cap. 2. Age occupa. Ps. 37. Iusti possidebunt terram. Iud. 14. An ad occupandum nos, uocasti nos hic.

Participium praesens ריר quod communiter nominaliter accipitur, occupator, possessor, haeres. Iud. 13. Possessor coactionis. 2. Sam. 14. Et extirpemus etiam haeredom. Ies. 65. Possessor montium meorum educam. Gen. 15. Filius domus meae haereditat me. Et pluraliter רירים Iere. 8. Tradam uxores eorum alienis, & agros ipsorum possessoribus.

In statu affixi. Ier. 49. Et possidebit Israel possessores eius. Et in genere foeminae ריר Num. 36. Quaecumque filia quae possidet haereditatem. Legitur etiam participium forma foeminea רירה ac si esset a praeterito ריר quod etiam neutralem significationem habet. Num. 24. Et erit Aedom occupata & erit occupata Seir.

Participium praeteritum foeminini generis רירה Iosue 12. Deditque eam Moyses in possessionem Rubenitis. Legitur tamen saepius cum kybutz & schin littera daggestata ריר & transit in naturam nominis. Deut. 2. Quoniam in possessionem Esau dedi montem Seir. Iere. 32. Quoniam tibi est ius possessionis. Et in statu regiminis רירה Iudic. 21. Et dixerunt possessio uasioni Beniamitarum erit. Psal. 61. Dediti possessionem timentibus nomen tuum. Et in statu affixorum. Deut. 2. In terram possessionis eorum dedit illis. Iosue 1. Et redistis ad terram possessionis uestrae.

In uoce passiuua ריר significationem habet contrariam actiuae uocis, atque similem prope significationem cum uerbis ריר in uoce passiuua secundae coniugationis, & ריר Et significat expelli possessione sua, exui seu extrudi haereditate seu bonis suis. Gen. 45. Et ne exuaris bonis tuis, & domus tua. Prouer. 20. Ne diligas somnum, ne excidas bonis. cap. 23. Potator et comestator excidit bonis, seu possessione. et cap. 30. Ne forte exutus bonis, furtum committam.

In secunda coniugatione ריר similiter imitatur significationem passiuam primae &

Participium praefens מוֹשִׁיב Psal. 68. Deus habitare facit unicos in domo. Et cum iud paragogico מוֹשִׁיבֵי Psal. 113. Qui habitare facit sterilem in domo. In uoce passiva הוֹשִׁיב lefaig 5. Et habitare sibi soli uos in medio terre. & cap. 44. Qui dicit Ierusalem, habitaberis, uel sis habitata.

INDE NOMINA:

- רוֹשֵׁב** Habitator, ciuis, is qui est ex republica illius loci, ubi habitat, habetq; domū propriam & possessionem. Iesa. 6. Urbes sine habitatore. 1. Sam. 4. Et tulerunt inde arcam pacti Iehoua exercituum habitatoris Cherybim. & Psal. 80. Habitator Cherybim affulge. Et accipit iud paragogicum רוֹשֵׁבֵי Psal. 123. Habitator celorum.
- הוֹשִׁיב** Incola, inquilinus, hospes, qui in eo loco, ubi uiuit non habet propriā domū, aut possessionē: differtq; tamē a רוֹשֵׁב quod hic sit peregrinus, sed ille habitat quidem & habeat residentiam suam apud ciuem. Leuit. 25. Si apprehenderit manus peregrini, uel inquilini tecū, & attenuatus fuerit frater tuus, uenditusq; fuerit ad uenae, uel inquilino apud te. Pl. 39. Quia peregrinus ego apud te, inquilinus sicut omnes patres mei. Et in statu regiminis הוֹשִׁיב Leuit. 22. Inquilinus sacerdotis. Et pluraliter הוֹשִׁיבִים Leuit. 25. Atq; etiā de filijs inquilinorum, qui peregrinatur apud uos. Et in statu regiminis הוֹשִׁיבֵי 1. Reg. 17. Et dixit Helia Thesbites de inquilinis Gilead ad Achab.
- מוֹשִׁב** Sedes, habitatio. Psal. 107. Ut trent ad ciuitatē habitationis. Psal. 132. Optauit pro habitatione sibi. In statu regiminis מוֹשִׁב Leuit. 25. Si uerididerit domum habitationis ciuitatis muri. 2. Sam. 9. Omnis habitatio domus Sibae. 1. Reg. 10. Et habitationem seruatorū eius. Psal. 1. Et in sede derisorum non sedit. Et in statu affixorum. Gen. 10. Et fuit habitatio eorum. & cap. 27. De pinguedibus terrae erit habitatio tua. 1. Samu. 20. Et sedit rex super sede sua. Et pluraliter forma masculina מוֹשְׁבֵי Ezech. 34. Et in cunctis habitationibus terrae. Et in forma foemina, status affixorum מוֹשְׁבוֹת Gen. 36. Per habitationes suas. Exod. 10. Fuit lux in habitationibus suis. Leuit. 23. Ex habitationibus uestris adducetis.
- שְׂכֵת** Nomen infinitum, sedes, habitatio. Amos 6. Qui elongant diem malum & appropinquant sedem iniquitatis. Et in distinctione sententiae שְׂכֵת 2. Sam. 23. Et igni comburendo cōburentur in habitatione. Et in statu affixorū mutat prius in חִירִיק & alterū in seua. 1. Reg. 8. Ad locū habitatiōis tuę. Pl. 33. In loco habitatiōis suę.
- שִׁיבָה** Habitatio, per apherefin iud, p. שִׁיבָה 2. Reg. 19. Et ipse aluit regē in māliōne eius.
- שִׁיבָה** Iudaei lingua sua uulgari scholam uocant, in qua Rabonim publicē docent.
- 674 יִשָׁח** In hac forma uerbaliter nō est in usu, nisi quod ab ea deriuetur nomē יִשָׁח quod corruptionem significat, seu morbum qui ex corruptione humorū generatus est. Mich. 6. Tu comedes, & non satiaberis, & corruptio tui erit intra te, &c. Congruit autem significatione cum uerbis שָׁחָה & שָׁחָה atq; arbitror esse Chaldaicum seu Perlicū. Legitur enim solum in libro Esther, & a paraphraste Chaldaeo. Gen. 3. pro uerbo שָׁחָה est positū, ut significet extendere, inclinare, dimittere a se. Videtur autē cōgruere cū uerbo Hebręo שָׁחָה Itē cū שָׁחָה & שָׁחָה Esth. 4. Excepto illo ad quē extēderit ad eū rex sceptrū aureū. & cap. 5. Et extēdit rex ad Esther sceptrū aureū.
- 675 יִשָׁט** Congruit significatione cū uerbis שָׁטָה & שָׁטָה nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant, & significat abstrahere, detrahere. Legit autem in hac forma semel tantū Iob 27. Quae enim est spes hypocritae etiam si lucratur, cum abstrahit deus animam ipsius. Ad hanc sententiam allusit etiam Christus sua similitudine, quam proponit hypocritis auaris Luc. 12.
- 676 יִשָׁל** Affabile factum est propter culpam, uel ob aliam causam, horribile fuit: & congruit significatione cum uerbis שָׁלָה & שָׁלָה Gen. 47. Da semen ne moriamur, neq; terra uasta fiat. Ezech. 19. Et horribilis fiet terra.
- 677 יִשָׁם** In uoce passiva. Ezech. 6. Et Excelsa horrida reddent, uel uastabunt horribiliter. In tertia cōiugatione. Num. 21. Et de uastauimus horribiliter usq; ad Hophlah. Iere. 49. Si non horrenda faciet super illis habitacula eorum.

cum aleph, ideo etiam legi potest, perpetuus ignis in domo improbi, thesauri improbitatis. Et in statu affixorum habet saegol, & inclinatur personam secundum personam affixi sui. Gen. 24. Quia si es tu nunc promoues uiam meam. Et ibidem iterum: Si estis uos facientes pietatem. Iud. 6. Si es tu saluans. 1. Sam. 14. Est ipsa in Ionathan. Esther 3. Est ipse populus unus dispersus.

- רוֹשֵׁב** Existens, qui existit diu, qui ducit uitam existentem, efficax, uegetus, antiquus, uetulus, grandaeuus. Iob 15. Tam canus, quam antiquus inter nos. Et transposito iud רוֹשֵׁב 2. Paral. 36. Et nō pepercit super iuvene & uirgine, sene & antiquo. Et pluraliter רוֹשֵׁבֵי Iob 12. In antiquis est sapiētia. cap. 29. Videbāt me pueri, & abscondebantur, & antiqui surgentes stabant. cap. 32. Paruus ego, quod ad dies, & uos antiqui. & congruit in hac forma significatione cum רוֹשֵׁבֵי.
- הוֹשִׁיָה** Essentia, existētia, subsistētia, effectus, effectio, efficacia, successus, fortuna. Iob 11. Quonia duplicia in effectu. & cap. 16. Ipsi est robur & effectio. cap. 26. Et de efficacia robustū do cuius. Prou. 2. Cōseruabit rectis successum. cap. 18. Et in omnē successum immiscet se. Ies. 28. Qui mirificat consiliū, & magnificat effectiōnē. Prou. 8. Meum est consiliū & effectio. Legit etia הוֹשִׁיָה Iob 5. Labefactar cogitationes astutorum, ut non faciant manus effectiōnem. Prouer. 3. Retine essentiam & consultationem. Legitur etiam semel הוֹשִׁיָה Iob 30. Atq; tabefacis me efficacia.
- 673 יִשָׁב** Significatione cōuenit cū uerbis שָׁבָה & שָׁבָה ut forma, ita quoq; modo significandi inter se uariēt. Nā שָׁבָה de reditu ad locū, שָׁבָה de motu a loco, שָׁבָה de cessatione motus seu operis, & יִשָׁב de motu in loco dicit: & licebit uertere nūc uerbo sedendi, nūc habitandi, nūc manendi in loco. Gen. 13. Abrā habitauit in terra Canaan. 1. Reg. 2. Et Salomo sedit sup throno Dauid. Gen. 27. Et manebis cū illo. 1. Sa. 20. Et manebis iuxta lapidē. Legit semel in praeterito per apherefin iud. Psal. 23. Et habitabo in domo Iehoua. 2. Sam. 6. Et mālit arca Iehoua in domo Obed. Esther 3. Rex & Hamā sederūt ad bibendū. Ier. 3. Iuxta uias sedisti. 2. Reg. 15. Mane, etiā hodie. Pl. 110. Sede ad dexterā meā. Ier. 42. Si habitādo habitaueris in ciuitate ista. 2. Sam. 23. Sedēs cū sederet sapiens. Psal. 133. Ecce q; bonū & q; iucundū habitare fratres in unū. Prou. 20. Gloria est uiro sedere a lite. & cap. 31. Quū sederit ipse cū senioribus terrae. Est autē haec phrasia obseruāda, q; ut שָׁבָה & שָׁבָה est ministrorum, ita יִשָׁב est eorum, qui sunt in officio & administratione publica. Exod. 18. Et sedit Moses ad iudicādum populum. Et mox iterū: Quare tu sedes solus tu, & cunctus populus stat iuxta te. 1. Reg. 1. Et ipse sedebit super throno meo. Psal. 1. Et in sede derisorum non sedit. Sic saepe de docentibus legitur etiam in nouo testamento.
- Participium praefens יֹשֵׁב & יֹשֵׁב Gen. 24. Habito in medio. Et iterū: Et ipse habitans in terra australi. Exo. 18. Tu sedes solus. 1. Reg. 3. Et dedit ei filium sedentem super folio illius. Et pluraliter יוֹשְׁבֵי Iud. 6. Vos habitatis in terra ipsorū. 1. Reg. 22. Sedebāt singuli super throno suo. Et in statu regiminis יוֹשְׁבֵי Iud. 1. Et abiit inde ad habitatores Debir, id est ciues. 2. Reg. 22. Et super habitatores eius. Et in genere foeminino יוֹשְׁבוֹת Nahum 3. Quae habitat in fluminibus. Et in alia forma יוֹשְׁבוֹת 2. Paral. 34. Et ipsa habitabat in Ierusalem. Et irregulariter יוֹשְׁבוֹת Iere. 22. Sedēs in Libano. Et pluraliter יוֹשְׁבוֹת Iere. 8. Mulieres sedentes.
- In uoce passiva יוֹשְׁבָה Ezech. 26. Sicut ciuitates, quae non habitatae sunt. & cap. 36. Et habitabunt ciuitates. Participiū generis foeminini יוֹשְׁבוֹת Iere. 6. Terrā, quae non habitata. Item in altera forma יוֹשְׁבוֹת Ezech. 26. Quomodo sub terra es habitata in maribus. Et in distinctione יוֹשְׁבוֹת Exo. 16. Donec uenerūt ad terram habitatam. Et pluraliter יוֹשְׁבוֹת Ezech. 12. Et ciuitates habitatae destruentur.
- In tertia coniugatione הוֹשִׁיב Efdra 10. Et omnis qui in urbibus nostris habitare fecit uxores ignotas. Leuit. 23. In tabernaculis habitare feci filios Israel. Osea 11. Et habitare facia eos. Zach. 10. Et habitare faciam eos. Verbum est cōpositum ex isto uerbo ratione principij & שָׁבָה ratione mediij. Genes. 47. Habitare fac patrem tuū. 2. Reg. 17. Et habitare fecisti in urbibus. Efdra 10. Et habitare fecimus. Nehe. 13. Ad habitare faciendum uxores ignotas.

Secundo, cum nominibus numeralibus aut temporis ualet, *prope, circiter*. Exo. 12. Circa mediū noctis. Iud. 6. Percusserunt Moab in tempore illo circiter decem millia uirorum. Tertio, secundum, iuxta. Deut. 23. Comedes uiras secundum animam tuam. 1. Sam. 20. Secundum tempus crastinum. 1. Reg. 2. Et facies secundum sapientiam tuam. 1. Reg. 5. Secundū omnia, quae dixeris. Iob 34. Quia iuxta opus hominis retribuet illi. Et secundum hunc significandi modum sapissime usus est Paulus Apostolus, noua phrasi, secundum carnem, secundum hominem, secundum spiritū, secundum deum, &c. Quarto est temporis. Gene. 38. Quando reducit manum suam. Psal. 11. Secundum exaltari utilitates, id est, cum exaltatae fuerint utilitates. Quinto, quando ponitur in collatione duarum rerum, notat simul uicissitudinem. Gen. 44. Quia sicut tu, ita Pharaon, id est, & e contra. Et cap. 18. Ut sit sic iustus, ita improbus. Psal. 139. Sicut obscuritas, ita lux, & e contra. Iesa. 24. Et erit ut populus, ita sacerdos: ut seruus, ita dominus eius: ut famula, ita domina eius: ut emens, sic uendens: ut mutuo sumens, ita mutuo dans: ut exactus, ita qui exit in eo: id est, qualis populus, talis sacerdos, &c. & e contra. Aliquando tamen posterior uox non habet caph: ut Ezech. 16. Ut est mater, ita filia eius. Sexto, est affirmantis, uerē, profecto. Iesa. 1. Nisi Iehoua exercituum reliquisset nobis reliquum, profecto modicum, sicut Sodoma fuisset. Dan. 7. Videns uidi in uisione noctis, & ecce in nubibus caeli uerē filius hominis ueniens erat. Nehe. 7. Quoniam ipse profecto erat uir ueritatis. Sic etiam hoc est legendum, quod Ioannes de Christo scribit: Et uidimus gloriam eius uerē unigeniti, &c. Septimo, quando cum pronomibus construitur, tū ualet Taliter. 2. Sam. 11. Quia taliter & taliter absumit gladius. 2. Sam. 17. Taliter & taliter consuluit Achithophel ipsi Absalom, & senioribus Israel: & taliter & taliter consului ego. 2. Sam. 24. Addat Iehoua deus tuus ad populum tot & tot centum uicibus. 2. Sam. 12. Si parum est hoc, addi dissem etiam talia & talia.

COMPOSITA CVM ALIIS PARTICVLIS:

- רַבִּי** Reperitur cum רַב particula expletua. Iudic. 6. Et tentoria eorum ueniebant, sicut locustae in multitudine.
- כְּמוֹת** Cum particula expletua כְּמוֹ Ge. 19. Et sicut aurora ascendit, id est, quando. Iob 29. Ut quid persequimini me sicut deus. Iesa. 41. Sicut lutum, & sicut figulus. Et accipit in super affixa punctis inuariatis. Exod. 9. Non fuit sicut ipsa. Leu. 19. Et diliges sodalem tuum, sicut te. 1. Reg. 22. Sicut ego, ita tu. Iudic. 9. Sicut tu, ita ipsi. Gen. 34. Si fueritis sicut nos.
- אֵיךְ** Et אֵיךְ & אֵיכֶּךָ particulae expletuae nihil significantes, de quibus in uoce דַּאֵךְ.
- הֵנָּה** Vide quoque suo in loco.
- כֵּן** Ita, sic. Gen. 15. Sic erit semen tuum. Et ca. 32. Sic dicetis sustentatori meo Esau, Sic dixit seruus tuus. 1. Reg. 5. Sic dabit Salomo ipsi Hiram annuatim, id est, tantum. Est & aduerbium loci, hic, huc, illuc, illinc, quod, hucusq;. Gen. 31. Pone huc coram fratribus. Et cap. 22. Ibi mus usq; illuc. Exod. 2. Respexit huc atq; illuc. Num. 11. Quasi iter diei huc, & quasi iter diei illuc.
- כַּכֵּן** Geminatū. Exo. 29. Et facies Aaron filijsq; illius sic. Num. 11. Et si ita tu facis mihi. 2. Sam. 13. Quare es tu ita exhaustus fili regis. Et cap. 17. Quia ita cōsuluit cōtra uos Achitophel. Psal. 144. Beatus populus cui ita ei. Eccl. 11. Sic nescies opus Dei.
- הֵנָּה** Vide in suo loco.

685
וְנָאֵם

Et si generali significatione cōuenit cum uerbo וְנָאֵם tamen in hoc differt, quod illud dolorem & cruciatum, וְנָאֵם uero minus, hoc est, infirmitatem, & debilitatem & languiditatem ex re aliqua significet, quae tamen est & accidere potest sine dolore seu cruciatu. Iob 14. Quandiu caro eius super ipso, dolebit. Proverb. 14. Etiam in risu dolebit cor.

Participium praesens וְנָאֵם dolens. Psal. 69. Et ego oppressus & dolens. Et pluraliter וְנָאֵמִים Gen. 34. Quum essent dolentes.

INDE NOMINA:

- יָתֵר** Excellens, praestans. Prover. 12. Excellens est plusquam sodalis suus iustus.
- יָתֵר** Reliquū. 1. Sam. 15. Reliquum anathematizauimus, ubi est quātitatis. Sed multoties est qualitatis, & importat comparationē, hoc est excellentiā & praestantiā supra & praeter rem aliam. Eccl. 2. Quare sapui ego tum excellentius. Et cap. 7. Bona est sapientia cum hereditate, & praestantior uidentibus solem. Et cap. 12. Et est praestantius super illa fili mi, ut sis prouidus. Esther 6. Facere preciosum magis seu abundantius quam me, ubi naturam aduerbii induit.
- יָתֵר** Reliquum, superabundans: & est quātitatis. Ios. 13. Reliquum regni Sichon regis. Iud. 7. Et omne reliquum populi incurrauit genua. Leuit. 14. Et de reliquo olei. Deut. 3. Et de reliquo gigantum. 1. Reg. 11. Et reliquū gestorū. Vel ut sit qualitatis. Ies. 56. Et erit sicut hodiernus dies, crastinus magnus, excellēs multo. Gen. 49. Ruben primogenitus meus tu es uirtus mea, & principii impetus mei, excellens minere, & excellēs robore. Prou. 17. Non decorū est stulto labiū excellentiē, i. iactantia, q; sibi plus arrogat, q; par est. Et cum uerbis constructū aduerbiā facit. Psal. 31. Et reddens superabūde facienti superbiā. Dan. 4. Et creuit excellenter ad meridiē. Et in statu affixorū mutat prius saḡol in hirik, & alterū in seua. Iesa. 44. Et reliquū eius, s. ligni ad abominationem faciam. Psal. 17. Et relinquent reliquum suum paruulis, scilicet opum, facultatum. Iob 4. Nonne translata est excellentia in eis.
- יָתֵר** Chorda, neruus, funis, ab expansione seu extēsiōne, qui extēdit, & quo aliae res extenduntur ultra & praeter sui naturā. Psal. 11. Firmauerūt sagittā suā super neruum. In statu affixorum mutat prius saḡol in hirik & alterum in seua. Iob 30. Et funem meum soluit, i. curru & aurigatu priuauit me, s. dominio. Et pluraliter יָתֵרִים Iud. 16. Si ligauerint me septem funibus recentibus. Et mox iterum: Et dirupit funes.
- מֵיתָרִים** Nomē pluralis numeri tantū, funes, à distēsiōne. Et legitur tantū in statu affixorū. Exo. 35. & Num. 3. Et funes eius. Ps. 21. In funibus tuis diriges cōtra facies illorum. Ies. 54. Funes tuos, & clauos tuos robora. Ier. 10. Et omnes funes mei dirupti sunt.
- מִוְתָר** Abundantia, superabūdiā, excellentia, praerogatiua. Prou. 14. In omni labore erit abūdiā. Et cap. 21. Cogitationes seduli tantū ad abūdiā. Et in statu regiminis מִוְתָר Eccl. 3. Et excellentia hominis supra iumentū nō est ulla, i. praerogatiua.
- יָתֵרָה** Abūdiā, superabūdiā. Ies. 15. Quoniam superabūdiā, quā fecerat. Legitur tamen semel in statu absoluto יָתֵרָה Iere. 48. Eō q; abūdiā, quam fecit ablata sit.
- יָתֵרוֹן** Excellentia, praestantia, praerogatiua. Eccl. 1. Quae praerogatiua est homini in omni labore. Et cap. 2. Et ecce omnia uanitas & afflictio spiritus, & non est ulla praerogatiua sub sole. Et mox iterum: Et uidi ego quod est praerogatiua sapientiae supra stultitiam, sicut praerogatiua est lucis supra tenebras.
- יָתֵרָה** Membrana carnosior, & pinguis reti similis super hepate in transfuersum protenditur. Exod. 29. & Leuit. 3. Et reticulum super hepate. Item Exod. 29. & Leuit. 8. Reticulum Epatis.

נ

Psal. 25.

כָּל אַרְחוֹת יְהוָה חֶסֶד וְאֱמֶת לְנַעֲרֵי
בְרַתּוֹ וְעַד הַיּוֹם !

684

נ

Non est tantū litera, nec literae officio tantum fungitur, sed habet praeterea sua officia & significationes modosq; significandi. Primo est communiter nota similitudinis. Num. 23. Cubauit sicut leo. 1. Re. 10. Nō uenit sicut aroma istud amplius in copia. Psal. 144. Et dies eius sicut umbra trāsies. Cant. 2. Sicut rosa inter spinas.

701
ביש
Proprium nomen filij Cham, à quo Æthiopia nomen sortita est, quam possederat. Genes. 10. Et filij Cham, Chus, & Mizraim. Genes. 2. Et nomen secundum suum Gichon, ipse est, qui circuit totam terram Æthiopiæ. Inde nomen gentile ביש Aethiops. Ieremias 13. Num mutabit Æthiops pellem suam. Et ca. 39. Dices ad Ebedmelech Æthiopæ. Et pluraliter בישים quos teste Iosepho Asiaticum quoque Chusæos, id est nigros, & Græcè ἀβιοτας, id est facie adustos appellat. Amos 9. Nonne sicut filij Æthiopum estis mihi filij Israel. Et in genere feminino בישת Æthiopiâ. Num. 12. Et loquuta est Miriam & Aaron contra Moysen propter mulierem Æthiopiâ, quam acceperat.

702
נתי
Mentitus est. Legitur in prima coniugatione uoce actiua tantum participium præsens נתיב qd' tamē nominaliter quoq' accipi potest. Psal. 116. Omnis homo mentitur, id est mendax est.

In uoce passiva נתיב Job 40. Ecce spes eius mentita est, id est frustrata est. Prou. 30. Ne arguat in te, & mendax inueniaris.

In secunda coniugatione נתיב Num. 23. Non est deus homo ut mentiatur. 2. Reg. 4. Vir dei ne mentiaris in ancilla tua. Psal. 76. Et lingua sua mentientur illi. Ies. 58. Et sicut scaturigo aquarum. 19. Atq' nō mentiunt. Ezech. 13. In mentiēdo uos populo meo.

In tertia coniugatione נתיב Job 24. Vbi est, qui mendacem faciet me, id est arguet me mendacj.

INDE NOMINA:

נבוב
Mendaciū. Est autē mēdaciū spirituale & theologici, falsa & impia opinio seu doctrina de deo. Ps. 4. Quæritis mēdaciū. Ps. 5. Perdes loquētes mendaciū. Ps. 62. Tā tum, mēdaciū filij heroum. Prou. 19. Melior est pauper, q' uir mendaci. Et pluraliter נבובים Iud. 16. Et loquutus es ad me mendacia. Prouerb. 14. Et proferet mendacia testis falsi. Et cum affixo. Amos 2. Seduxerunt eos mendacia sua.

נבוב
Mendaciū. Iere. 15. Effendo erit mihi tanq' mendaciū, aquæ nō certę. Mich. 1. Dominus Achzib erit in mendaciū regibus Israel. Ibi usus est propheta paronomasia. Est enim נבוב nomen urbis. Iosue 15. Et Keila & Achzib.

703
נבז
Præposita litera aleph נבז nomen, qd' tam substantiuū quàm adiectiuū est, auidax, ferox, immittis, saeuus, crudelis, & ἄσπῆτος & ἄμαρτος. Iob 30. Factus est in crudelē mihi. & cap. 4. 1. Nemo est tam audax, qui excitet eū. Deut. 32. Venenū aspēdum crudele. Thren. 4. Filia populi mei in crudelē uelut Struthionis in deserto. Sumit tamen sæpenumero ioc' paragogici נבז Prouerb. 11. Qui perturbat carnem suam, crudelis est. & cap. 17. Et nūcius crudelis mittetur in illum. Hanc phrasin imitatus Paulus Apostolus 2. Cor. 12. ita scribit. Datus est mihi stimulus p carnem, nūcius Satanæ, ut me colaphis cæderet, &c. Iesa. 13. Ecce dies Iehoua uenit crudelis. Iere. 6. Crudelis est nec miserabitur. & cap. 30. Quoniā plaga inimici percussit te, castigatione crudelis.

נבז
Crudelitas. Prouerb. 27. Crudelitas est furor, & inundatio est ira, at quis stabit coram zelotypia.

704
נכח
Significat aliquid absconditum, seu sublatum esse, ne uel audiatur, uel uideat, uel exte amplius. Et cum particula negatiua potest exponi uerbo abscondendi, cælendiat in oratione affirmatiua uerbo sustulit, seu excidit, ne exteius rei aliqua significatio: differtq' modo tantum significandi à uerbo נכח Et in prima coniugatione legitur tantū in uoce passiua נכחה Osee. 5. Et Israel non absconditus est à me. Iob 22. An non abscondita fuit substantia nostra. Psal. 139. Non absconditum fuit os meū abs te. Psal. 69. Et delicta mea abs te nō abscondita sunt. 2. Sam. 18. Omne uerbum non abscondetur à rege. Exo. 9. Excisus es à terra. Iob 4. Et ubi recti excisii fuerunt.

Participiū generis feminini נכחה Zachar. 11. Et excisioe excides. Et pluraliter נכחות Zachar. 11. Quę excisa nō uisitabit. Iob 15. Et uisitauit ciuitates excisas. In secunda coniugatione נכחה 1. Sam. 3. Et non abscondit ab eo. Psal. 40. Nō abscondi beneficentiam tuam à te. Iosue 7. Ne abscondas à me.

נור Fornax, à similitudine foueæ. Deut. 4. Et eduxit uos de fornace ferrea ex Ægypto. Prouer. 17. Et fornax auro. Iesa. 48. Examinaui te, non tamen ut argentum, elegete in fornace afflictionum.

נכרה Excisio. Ezech. 29. Et reducam eos in terram Pathros, in terram excisionis tuæ, id est, ubi excisus es ex utero matris. Et pluraliter נכרות cum holem. Ezech. 16. Excissiones tuæ, & natiuitates tuæ ex terra Cananæorum. uel נכרות Ezech. 21. Reducam ne in uaginam suā, in locum ubi creatus es in terram excisionū tuarū iudicabo te. quanq' aliqui alij deriuēt à נכר, alij à נר ut caph litera posita sit pro gimel.

נור
Nomen, quod definitore Mose Exo. 30. Lutrem, hoc est, uas significat, ex are factum, super basi aenea, in hunc usum, inter altare & Tabernaculum testimonij collocatū, ut immissa aqua Aaron & filij eius sacra facturi lauarent manus & pedes suos. Græci uerterunt λουτρον, id est lauacrum. Hieronymus nunc concham, nūc labium uertit. Habet autē nomen à similitudine caueæ seu fossæ. 1. Reg. 7. Et in qua tuor angulis eius erant humeri sub lutre. 2. Reg. 16. Refecuit uerò rex Achaz claustrum basin, & amouit ab eis & lutrem, & mare deposuit de bobus aereis. 2. Reg. 6. Quoniā fecerat Salomo lutrem aeneū, posueratq' illum in medio atrij, cuius longitudo erat quinque cubitorum, & latitudo quinque cubitorū, & altitudo triū cubitorum, &c. Accipitur tamen pro alio quoq' uase simili figura, quo carnes coquebantur ad ignem, & uel lutrem, uel leberem interpretari licebit. 1. Sam. 2. Et uenit puer sacerdotis dum adhuc carnes coquerentur, habens in manu sua fuscina tridentē, & incutebat eam in leberem. Zach. 12. Ponam duces Iehūda quasi leberem inter ligna, id est in quo est & fouetur ignis. Et pluraliter forma masculina נורים 2. Paralip. 4. Et fecit lutres decem, posuitq' quinque ad dextrā, & quinque ad sinistram, ut lauarent in eis, & quæ præparabant ad holocaustū intingerent in eis, & ipsum mare erat ut in eo lauarent sacerdotes. Item in forma feminina נור 1. Reg. 7. Et fecit decem lutres aeneos, quorum quislibet capiebat quadraginta bathos. 2. Paralip. 4. Et bates faciebat & lutres super bates. Et in forma duali נורים qd' Græci uertērunt χυτρονάδες sustentacula ollarum ad ignem positurum, & quidem duo fuisse sulcra, intra quæ lebetes fuerunt sustentati, non quidem ex ferro, sed lapide, quō focus erat extructus. Leuit. 11. Omne super quod ceciderit cadauer illorū immundum erit, tam focus quàm χυτρονάδες frangantur.

נר Videtur originem ducere à uerbo inusitato נר Et significat primò locū pascuū, qui uel falce fecatur, uel animalibus pascendo absconditur. Iesa. 30. Et depascet pascus tuum in die illa prata spaciosa. Psal. 65. Vestiuntur prata ouibus, & ualles operientur frumento. Et ponitur pro pabulis camelorum, uel stramentis defectis. Genes. 30. Sed Rachel acceperat idōla illa, & posuerat ea in secta camelorū. Et pluraliter נרים pascua. Psal. 37. Preciosum pratorum. Secundo significat arietē, qui uel sectus est, & Latinis uerue dicitur, uel qui adultior iam est, & pascua abscondit & depascitur, quasi dicas pascualis. Iesa. 16. Mittite arietem dominatī terrę ubi collectiue ponitur. Et pluraliter נרים Deut. 32. Butyro armenti, & adipē ouium cũ adipe arietum & hircorū. Iere. 5. 1. Deducā eos uelut arietes, ad mactationem. Dicuntur quoq' hoc nomine instrumēta bellica, & machine quibus muri & portæ ciuitatum diruuntur ad similitudinem arietum fabricatæ, ideoq' etiam arietes dicuntur. Ezech. 4. Et fundes contra eam aggerē, & pones contra eam castra, ponesq' arietes undiq' contra eam. Et eap. 21. Vi poneret arietes contra portas.

נר
Nomen, quod bis scriptum est in uno capite. Et pleriq' dicunt positum defectiue pro נרים sicut Psalm. 144. נרים legitur pro נרים & significare arietes, hoc est uiros fortes & bellicosos in populo, sicut & נרים & נרים figuratē uiri dicuntur, qui alijs fortitudine antecellunt. Sic Ionathas Chaldaus transulitit heroes, & 2. Paral. 23. nominantur quidam. Alij pro cohorte, ut sit nomen collectivum. 2. Regum 11. Et suppleuit Centuriones ad Car, id est, cohortem, & cursores, & introduxit eos in domum Iehoua. Et mox iterum: Et sumens Centuriones, cohortem & cursores. Nonnulli pro Crethi & Phlethi abbreviato nomine.

tionum tuarum quarum non noui numeros. Prouerb. 11. Malo affligetur, qui spon- ponderit pro alieno. & cap. 20. Tolle uestimētum eius, qui spondit pro alieno.

Tertio, quod. Gen. 22. Quod benedicendo benedicturus sum te. 1. Samuel. 20. Quod si cognoscendo cognouero, q̄ completa sit malitia à patre meo. 1. Reg. 18. Hodie notū fiet q̄ tu es deus in Israël. Ies. 12. Celebrabo te Iehoua, q̄ iratus fuisti.

Quarto, est interdum aduersatiua. 2. Samuelis 16. Sed quem elegit Iehoua.

Quinto, est nonnunquam temporis, quū, quando, si. Genes. 4. Quando colueris terrā. Leu. 23. Quando egressi fueritis terrā. Deut. 7. Si dixeris in corde tuo. & cap. 4. Quando genueris filios. 2. Sam. 19. Si tu non egredieris, nō manebat quisq̄ tecū. Psal. 18. Quando praeualecebāt mihi. Psal. 32. Quādo tacebā, inueterascebāt ossa mea. Psal. 142. Cum benefeceris mihi.

Sexto, est particula exceptionis. 1. Sam. 30. Et non euasit ex illis quisquā, nisi quadringenti uiri, id est prae. Ies. 39. Tantummodo sit pax & ueritas in diebus meis. Septimo, si inuicē duo in oratione sequūtur, tū ponitur disiunctiue. 1. Reg. 18. Vocate uoce magna, quia deus est, aut colloquitur, aut occupatio est illi, aut est iter illi.

Octauo, est & particula negatiua. Gen. 48. Prudentificabat manus suas, ne Manasse esset primogenitus. Iob 36. Memēto ne magnificas opus eius. Ies. 30. Hæc est uia, ambulate in ea, nec dextrabitur, nec sinistabitur. & cap. 43. Neq; me inuocasti Iacob, nec defatigatus es in me Israël. Os. 5. Quia non addam amplius ut cōmiserar domui Israël nere mittendo remittā eis.

עָוָה Nomen pluralis numeri tantum, petrae, scilicet cauae seu cōcauae. Job 30. In forami na terrae & petrarum. Iere. 4. Et in petras ascenderunt. Est autem עָוָה ualde usitatum in Chaldaeo pro petra, quod etiā nomen Christus Simoni filio Ioanna indidisse Io

nos accipit? quando
vra uola appellatur
in scripturis.

Petrus.
Cephas.

& spelta non sunt percussa, eò quod serotina essent. Iesaiā 28. Et speltam in termino suo. Et pluraliter עָוָה Ezech. 4. Et milium & speltas.

731
E
I

עָוָה Desyderauit. Psal. 17. Sicut leo desyderat rapere. Job 14. Ad opus manuu tuarum desyderes.

In uoce passiuera עָוָה desyderatus est, id est, desyderio uictus est: Gen. 31. Quia desiderādo desideratus es erga domum patris tui, id est, desiderio captus: Psal. 84. Desiderio capta est, & etiam consumpta est anima mea.

Participium masculini generis עָוָה Sophoniae 2. Gens non desiderabilis.

I N D E N O M E N ;

עָוָה Argentum, quod homines illius desyderio tenentur. 1. Reg. 20. Aut orbem argenti ponderabis. Psal. 12. Argentū conflatū in sublimatoriū terrae. Prou. 10. Argentum electū, lingua iusti. & cap. 26. Argentum scoriarum obductū super tecta, labia audientia, & cor malum. Eccl. 16. Argentū comparabit omnia. Iesa. 60. Pro ferro adducam argentum. Zach. 13. Et conflabo eos sicut conflatur argentū. Psal. 68. Alae columba uersae sunt sicut argentum, scilicet albae. Et quando constituitur cum nomine numerali, siue cum nomine ponderis, tum significat monetā argenteā, seu argenteum. Deut. 22. Et multabit eum centū argenteis. Iud. 17. Et ego dabo tibi decē argenteos. Vel etiā cū alio adiuncto. 2. Reg. 12. Argentū transiens, i. moneta transiens.

Et in distinctione sententiae עָוָה 2. Reg. 6. Et quarta pars cabi stercoris columbarū pro quinq̄ argenteis. Prouer. 8. Accipite castigationem meam, & nō argentū. Ies. 7. Mille uites pro mille argenteis. & cap. 48. ecce conflaui te, & non in argentario. ut contentum sit positum pro continente, uel q̄ beth sit scriptum pro caph: ut sit sententiā, Ego conflaui te, sed non sicut argentum: nam non potuisses argenti cōflaturam ferre. In statu affixorum mutat prius segol in pathah, & alterum in seua. Iesa. 1. Argentum tuum factum est in scoriā. Ios. 4. Qui argentum meum & aurum meū accepistis. Et pluraliter legitur semel forma masculini generis עָוָה Gen. 42. Ligatos argenteos eorum.

732
E
I

Verbo uel facto cōmotus seu extimulatus est, siue ad iram & indignationē, siue ad alium tristem affectum animi. Psal. 112. Improbos uidebit & commouebitur, dentibus suis frendet. 2. Paral. 16. Et cōmotus est Asa in uidentem. Nehem. 4. Et exarsit illi, & cōmotus est multū. Eccl. 7. Ne sis praecipis in spiritu tuo ad cōmoueri, scilicet ira. Ezech. 16. Et non commouebor ad iram amplius.

In secunda coniugatione עָוָה cōmouit seu extimulauit, irritauit ad iram, lacesiuit ad irā, indignationē, & indolentiā, seu aliū affectum tristem. Deut. 23. Cōmouēt me cū uanitatibus suis. 1. Sam. 1. Et cōmouebat seu lacessebat aduersarix eius.

In tertia coniugatione עָוָה cōmouit, extimulauit, prouocauit, irritauit, lacesiuit, scilicet ad iram, seu alium affectū tristem. 1. Reg. 15. Cum cōmōtione sua, quā commouerūt Iehoua. Osee 12. Commouit Ephraim amaritudinibus. Ier. 15. Ad cōmouendū me in factura manuu uestrarū. Item Ezech. 32. Et commouebo cor populorum multorum, cum adduxero cōtritionem tuam in Gentibus. ubi cōmouebat, scilicet metu significat. Nehe. 4. legitur absolute significans falsam irrisionem, quā alijs dolore & mōerem, ac simul metū incuterēt. Neq̄ operias super iniquitates eorū, & erratū eorū à conspectu tuo non deleatur, quia cōmouerunt corā edificantibus, id est, uisunt uerbis & gestibus quibus adificantes ad mōerē extimularent. Deut. 32. Per gentē stultā commouebo eos. Paulus citans hanc sententiam Rom. 10. reddidit uerbo *καταργήσω*, id est, ad fractandiam commouebo.

Participium praesens pluralis numeri עָוָה 1. Reg. 14. Eò q̄ fecerunt lucos cōmouentes Iehoua. Iesa. 65. Qui commouent me in faciem meam iugiter. Ierem. 32. Tantum commouent me.

I N D E N O M I N A :

עָוָה Accipitur nunc actiuē pro prouocatione, irritatione, extimulatione: ut Deut. 32. Nisi prouocationē inimici metuerē, id est, sarcasnum & risum, quo insultando irritabunt. 1. Sam. 1. Et prouocauit eā etiā prouocatione, ut cōmoueret eā. 1. Reg. 21. Propter

ל

Prouerb.16.

לפני שִׁבְרָא אָחוּז וּלְפָנַי בְּשִׁלּוּן
אוֹבַח רִוּחַ

766

ש

Litera est Alphabeti, quæ in numerando notat triginta. Est & articulus genitiui casus proprijs nominibus præpositus, at nominibus appellatiuis datiu casus.

Secundo, sæpe numero notat motum ad personam, seu ad locum, sicut לָ Deut. 12. Et non requiras ad Idola earum, id est non requiras eundo ad idola. 2. Paralip. 17. Non quæsiuit ad Baalim. Psal. 143. Et contriuit ad terram uitam meam, id est, proijciendo in terram. Iesaiæ 14. Confractus ad terram.

Tertio contrariio modo præcedenti, sæpe idem ualet quod præpositio ablatiu casus à, ab, de, hoc est, à persona seu loco. Genesis 9. Sanguinem uestrum de animabus uestris requirã. & cap. 20. Dic ita de me, frater meus est. 1. Reg. 10. Audiens famã Salomonis de nomine Ichoua. Iob 30. Ut quæras de iniquitate mea. Psal. 36. Sententia transgressiõis de Improbo.

Quarto, idem ualet, quod לְ id est, pro. Prouerb. 21. Redemptio pro iusto erit Improbis, & pro rectis inuasor.

767

ש

Legitur semper, & ubiq; absq; uau Rabînorum obseruatione, exceptis triginta quinq; scripturæ locis, in quibus interfecta uau litera לְ scribitur. Est & hoc notatu dignum, quod ut לְ protendit se ad sequentiã affirmatiuè, ita ista particula לְ extendit se ad sequentiã negatiuè: unde Logici de negatione dixerunt, quod malignantis sit naturæ, destruens quicquid post se inuenit. Deinde q; differat à particula negatiua לְ non natura ipsa, sed quod hæc inter cætera mutet uerba indicatiui modi in imperatiuum seu subiunctiuum, illa uerò plerumq; cum uerbis constituitur indicatiui modi. Exod. 21. Si displicuerit in oculis sustentatoris sui, qui non desponsauit eam. 1. Samu. 2. Et non stabiliuntur consilia. Psal. 1. Beatus uir qui non abiit in cõsiliu improborum. Iesaiæ 9. Non magnificasti lætitiã. & cap. 49. Et Israël non disgregabitur, id est, simul auferetur. Esdræ 4. Neque nos sacrificamus à diebus, &c.

Secundo idem ualet, quod sine, absq; si cum nomine constituitur. 2. Samuel. 23. Et sicut lux matutina, quando exoritur sol mane absq; nubibus. Exo. 3. Quoniam non permittet uos rex Ægypti abire, nisi in manu ualida, quanquam alij simpliciter ita reddunt: Et ne in manu ualida quidem.

Tertio quandoq; interrogatiuè ponitur, includens affirmationem. Exod. 8. Ecce si sacrificaremus abominationem Ægyptiorum in oculis eorum, non lapidarent nos: id est, nõne. Iob 3. Non fœlix eram, & non tranquillus eram, & non quietus eram: Et tamen uenit inquietudo. Ezech. 32. Et non iacebunt cum fortibus qui ceciderunt ex præputiatis, id est, nõne iacebunt: uel, certè iacebunt. Threnorum 1. Nihil ne ad uos omnes transeuntes uia respicite & uidete, id est, omnium maxime uestra interest.

Quarto, est & hoc obseruandum, q; aliquoties scribitur לְ pro לְ pronomine datiu casus. Leuitic. 25. In ciuitate cui ei murus. 2. Reg. 8. Abi dic ei uiuendo uiues. Iob 13. Si occiderit me, ei sustinebo. 1. Paralip. 11. Et ei nomen inter tres. Iesaiæ 63. In omni angustia eorum ipsi erat angustia.

Particula interrogatiua, an non, nõne. Ios. 10. Nõne est scriptũ in libro Recti. 1. Reg. 1. An nõ audistis q; regnauit Adoniahu. 2. Reg. 24. Nõne adiuraui te per le-

760

כַּרְבֵּל

Inuoluit, circumuoluit, complicauit. Legitur ex eo participiũ præteritũ כַּרְבֵּל 1. Paralip. 15. Et David erat circumamictus pallio lineo.

INDE NOMEN,

כַּרְבֵּל Amictus, operimentum. Dan. 3. Et operimentis suis.

761

כַּרְבֵּב

Circuitus, ambitus, residentia. Exo. 27. Et pones ipsum subter circuitum altaris infernè, pro quo Chaldaeus paraphraistes כַּרְבֵּב posuit. Et cum affixis mutat holem in kybutz. Exo. 38. Et facies altari cribrum factura retis ex aere subter ambitum eius infernè. Arbitror autem deriuatum esse à uerbo כַּרְבֵּב geminata media substantiali litera, q. d. uectura, residentia: ideoq; de hoc etiam in uerbo כַּרְבֵּב.

762

כַּרְבוֹס

Crocus. Canticorum 4. Nardus & crocus. Arbitror ultimam literam debere esse famech, non mem.

763

כַּרְמֵל

Nomen montis, & iuxta illum uallis laudatissimæ fertilitatis. Iosua 12. Iackneum de Carmelo unus. 1. Sam. 25. Ad tendendum ques suas in Carmelo. 1. Reg. 18. Congrega ad me omnem Israël ad montem Carmelum. Et iterum: Et ascendit Eliahu in cacumen Carmeli. Cantic. 7. Caput tuum super te sicut Carmelus. Iere. 46. Sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus ad mare ueniet. Et cap. 51. Et pascetur Carmelum & Basan. Amos 1. Et iugebunt pascua pastorum, & arefcet caput Carmeli. Et cap. 9. Et si occultati fuerint in uertice Carmeli, inde scrutando tollam eos, aut si absconditi fuerint ab oculis meis in fundo maris, &c. Et cum he importat motum ad locum כַּרְמֵל. 1. Samuel. 15. Venit Saul in Carmelum. Et in statu affixorum fortificat literam lamed, murato sægol in hirik. 2. Reg. 19. Syluã carmeli sui. Et ponitur sæpe appellatiuè pro qualibet terra seu ualle frugifera. 2. Paralip. 26. Agricola & uinitores in montibus, & in Carmelo: quia diligens terram erat. Iesaiæ 16. Et detrahetur lætitiã, & exultatiõ à Carmelo, & in uineis non ouabitur. & cap. 32. Et erit desertum in Carmelum, & Carmelus in syluam reputabitur. Tertio accipitur pro segete seu frumeto recenti, & pingui, quale primum in Carmelo maturefcit. Leuit. 2. Expulsionem frumenti, id est, frumentũ excussum è folliculis. & cap. 14. Et panem, & tostum & Carmel non comedetis usq; ad diem illum. 2. Regum 4. Et portauit ad uirum dei panem primitiarum, uiginti panes hordeaceos, & Carmel in thecis seu folliculis.

כַּרְמֵיל

Coccinum, Carmelinum: arbitror nomen esse Tyrium, 2. Paralip. 2. Et in purpura, & in carmesino.

764

כַּרְסֵם

Exuineauit, porcorum more eruit, eradicauit. Vide in themate כַּרְסֵם.

765

כַּרְפָּס

Color, quem nos quoque Carbasinum uocamus. Esther 1. Album carbasinum, id est, rosinrot.

gillij testatur: Hic candida populus anro imminet. Gen. 30. Et tulit sibi Iacob baculum populi. ecentem. Osee 4. Sub quercu & populo.

לבונה Thus, a candore. Exod. 30. Thus mundum. Leuit. 2. Et ponet super illam thus. Numeri 4. Et non ponet super illud thus. Cantic. 4. Cum omnibus arbutis thuris. Est & nomen ciuitatis, cuius fit mentio Iudicum 21.

לבנון Libanus mons, a thure, qd' in eo nascitur: commendatus quoq; a Cedroru pccitate.

INDE VERBUM,

הלבין Tertia coniugationis, quod tamē neutraliter significat albesceri, albescere. Ioel. 1. Albuerunt rami eius. Psal. 51. Et prae nīue albesciam. Iesaja 1. Et sicut nix albescient. Dan. 11. Et ut albescant usque ad tempus finis. ubi characteristica tertia coniugationis ablata est.

In quarta coniugatione **הלבין** Dan. 12. Mundabuntur & dealbabitur.

לבנה Later, ab albedine: albescunt enim lateres in fornace cocti. Genesis 11. Et fuit eis later pro lapide. Ezech. 4. Accipe tibi laterem. Et pluraliter **לבנים** Genes. 11. Laterificemus lateres. Iesaja 9. Lateres ceciderunt. Et cum affixo. Exod. 5. Non diminuētis de lateribus uestris.

INDE VERBUM,

לבן Laterifico, id est, lateres facio. Gen. 11. Laterificemus lateres. Exo. 5. Non amplius detis paleam populo, ad laterificandum lateres.

INDE NOMEN,

מלבן Nomē participiale, laterificina. 2. Sam. 12. Et traduxit eos per laterificinam. Ier. 43. Accipe manu tua lapides magnos, & absconde eos in luto in laterificina laterum. Nahum 3. Et calcalutum, & perifice laterificinam.

לבש Induit. Leu. 16. Et exuet uestes lineas, quas induerat. Iob 7. Induet caro mea uer mem. Esther 7. Et afferent uestem regni, qua induit se cum ea rex. quanquā scribatur etiam **לבש** neutraliter. Psal. 93. Magnificentia indutus est, indutus est lehoua potentia. Leuit. 16. Et induet eas. Psal. 65. Induta sunt pascua ouibus. 2. Reg. 22. Et tu indue uestes tuas. Ieremia 47. Induite uos loricas. Genesis 28. Et uestem ad induendum.

Participium praesens **לבושים**. Zophonia 1. Et super omnes, qui induunt indumentum ignotum.

Participium praeteritum **לבשו** 1. Sam. 17. Et lorica squamarum erat indutus. Zacharia 3. Indutus uestibus sordidis. Legitur tamen sepe cum kybutz **לבש** Prou. 31. Omnis domus eius induta duplicibus. Ezech. 9. Ad uirum qui indutus erat lineis. Et in statu regiminis **לבש** Ezech. 9. Et ecce uir indutus lineis.

In secunda coniugatione legitur tantum participiū praeteriti temporis **מלבושים** Esdra 2. Et statuerunt sacerdotes indutos.

In tertia coniugatione **הלביש** Gen. 27. Et pelles hoedorum induit super manus eius. Iesaja 61. Induit me uestibus salutis. Exod. 28. Et indues eos Aaromi. Num. 20. Et indues eos Eleazari. 2. Paral. 28. Et nudos suos induerunt de spolio, & induerunt eos. Iesaja 50. Induam coelos nigredine. Prou. 23. Et laceras induet mutatio. Zach. 3. Et induent te mutatoris.

Participium praesens **מלבושים** 2. Sam. 1. Qui induebat uos coccino.

INDE NOMINA:

לבוש Indumentum. Esther 6. Adducerent indumentum regni. Psal. 102. Sicut indumentum mutabis eos. Et in statu affixorum seruat plerunq; schurek. Psal. 22. Et super indumentum meum miserunt sortem. Iere. 20. Indumentum eorum. Psal. 45. Indumentum eius. Legitur semel schurek mutatu in kybutz Gen. 49. Lauit in uino indumentum suum. Et pluraliter in statu regiminis & affixorum **לבושים** Ezech. 26. Indumenta hyacinthi. Thren. 4. In indumentis suis.

מלבוש Indumentum. 2. Regum 10. Et protulit illis indumentum. Iob 27. Parabit indumentum. Et pluraliter **מלבושים** 1. Reg. 10. Et indumenta eorum. Iesaja 63. Indumenta mea.

Et accipies tres lanceas in manum suam transfixit in cor Absolom, cum ipse adhuc uiueret in corde quercus. Ier. 51. Et contra habitatores cordis insurrectores meos. Ezech. 27. In corde marium terminus tuus. Iona 2. Profecisti me in profunditatem, in cor marium. Prouerb. 23. Et eris quasi cubans in corde maris. Et cap. 30. Et uia nauis in corde maris. In statu affixorum transfert alterum punctum de zere in literam beth. Thren. 1. Conuersum est cor meum intra me. Genes. 6. Et omne sumentum cogitationum cordis eius tantum malum. cap. 28. Et accipiam bucellam panis, ut corroboretis cor uestrum. & cap. 42. Et egressum est cor eorum, id est animus. Exo. 4. Et ego detinebo cor eius, & non dimittat populum. cap. 7. Et non apposuit cor suum etiam ad hoc, id est, animum. cap. 9. Ego mittam omnes plagas meas in cor tuum, & in seruos tuos, id est, ut tu sentias. Iudic. 16. Quoniam indicauerat illi totum cor suum. 2. Sam. 7. Propterea inuenit seruus tuus cor suum, ut oraret ad te, id est, apud se consilium istud. Et in genere foeminino **לב** quod in statu affixi scribitur **לב** Ezech. 16. Quam exitiosum est cor tuu. Et pluraliter **לבות** Psal. 7. Et probat corda & renes deus iustus. Prouer. 15. Infernus & perditio coram Iehoua. Psal. 125. In cordibus suis.

לביא Leo, ein lew, consentiēte Latino & Germanico uocabulo. Habet Hebraeis appellationem a corde, quasi dicas cordatus, iuxta hoc 2. Samuelis 17. Cuius cor est sicut leonis. Dicitur igitur ab animositate & generositate seu fortitudine animi. Genes. 49. Et sicut leo, quis suscitabit eum. Iesaja 5. Rugitus illi instar leonis. Osee 13. Deuorabo eos ibi, sicut leo. Ioelis 1. Et mandibulae leonis illi. Et pluraliter **לביאים** Psal. 57. Anima mea in medio leonum. Et in genere foeminino Ezech. 19. Quare mater tua leana inter leones accubuit. Et pluraliter **לביאות** Nahum 2. Et strangulabat leanae suis.

לבבוה Pastilli: sic dicti, quod fuerint confortantia cor, uel cordis habuerint formam. 2. Samuel. 13. Et cordifica in oculis meis duo cordialia. Et iterum: Et coxit cordialia.

INDE VERBUM,

לבב Prima coniugationis, & uocis passiuae, cordatus factus est. Iob 11. Vir uacuu cor dabitur, id est, acquirat cor, id est sapientiam.

In secunda coniugatione **לבב** contrariam nomini habet significationem, excordificauit, uecordem fecit. Canticorum 4. Ademisti cor meum foror mea sponsa, ademisti cor meum uno oculoru tuorum, id est examinauisti me. Deinde etiam significat cordificare, id est, corda seu cordialia facere, id est, confortantia cor, uel facere corda, id est pastillos habentia figuram cordis. 2. Sam. 13. Veniat nunc Thamar foror mea, & cordificet in oculis meis duo cordialia, quae comedam de manu eius. Et mox iterum: Et accepit farinam, & subagitaui & cordialia fecit in oculis eius, & coxit cordialia.

לבט Legitur tantu in uoce passiuae **לבט** & significat impingere, offendi: congruitque significatione cum uerbis **לבטל** nisi quod ut positu literarum, ita modo significandi inter se uariant. Prou. 10. At stultus labijs impinget. Osee 4. Et populus qui non intellexerit, impinget, id est uapulabit.

לבן Nomen tam substantiuum, quam adiectiuum, masculini generis, album, albus. Et Latinum ferè respondet Hebraeo. Genesis 30. Omne in quo fuerit album. Et mox iterum: Denudans album, quod erat in uirgis. Exo. 16. Et erat sicut semen coriandri album. Leuit. 13. Et pilus in plaga effectus est albus. Et iterum: Et uersa fuerit in album. Et in statu regiminis **לבן** Genesis 49. Albus dentibus. Et pluraliter **לבנים** Zach. 1. Et albi. Et in genere foeminino **לבנה** Leuit. 13. Rufa uel alba. Et in statu regiminis **לבנה** Exo. 24. Et factura albedinis Saphiri, id est sicut candicans saphirus **weiss vnd blau**. Et pluraliter **לבנות** Genesis 30. Et decorticauit cortices albos.

לבנה Luna, ab albedine. Iesaja 24. Et erubescet luna. Et cap. 30. Et erit lumen lunae sicut folis. Cantic. 6. Pulchra sicut luna.

לבנה Arboris nomen, quam popululum esse uolunt ab albedine corticis. Sicut hoc Vergilij

784 לְקַלְקֵלִים
libro 12. cap. 16. Genes. 37. Et resinam & stacten. & cap. 43. Aromata & Stacten. Nomen pluralis numeri tantum, cochlea, quae constat aliquot in circuitu gradibus, quibus alternatim ascenditur & descenditur. 1. Regum 6. Et per cochleas ascendit ad medium.

לְקַלְקֵלִית לְקַלְקֵלִית
Funiculi, seu laqueoli retorti in modum cochleae. Exo. 26. Quinquaginta laqueolos facies in extremitate cortinae, quae est in cōsolatione secunda, complectentes laqueolos unum ad alterū suum. Et in statu regiminis לְקַלְקֵלִית Ibidē: Et facies laqueolos hyacinthi.

785 לָנוּחַ & לָנוּחַ
In priore forma legitur in praeterito & infinitiuo: in altera in Imperatiuo & futuro. Et significat pernoctare, id est, per noctem manere: nam significatione congruit cum uoce לָנוּחַ sicut & litera, lamed & nun, eiusdem sunt instrumenti & commutabiles: atq; non actum dormiendi, quin potius insomnia, & opera noctis facere importat. Gene. 31. Et ipse pernoctauit nocte illa in castris. 2. Samuelis 12. Et pernoctabat, & cubabat super terram. Iesaiā 10. In Gibeā diuersorio pernoctarunt. Iud. 19. Et pernoctemus in Gibeā. Zachariēs. Et pernoctabit in medio domus eius. ubi sagol scriptum est pro cametz. Et iterum: Pernoctate hic. Et iterum: Pernoctate obsecro. Ruth 3. Pernoctate. Ps. 55. Pernoctabo in deserto. Ruth 1. Vbi pernoctaueris, pernoctabo. Exod. 32. Et non pernoctabit adeps solēnitatis meae usq; ad mane. Deut. 16. Et nō pernoctabit de carne, quā immolabis in uestra. 2. Samuelis 17. Et non pernoctabit cum populo. Leuit. 19. Nō pernoctabit opus mercenarij tecum usq; ad mane. Gen. 19. In platea pernoctabimus. Ps. 30. In uestra pernoctabit fletus. Scribitur etiā cum sagol loco hirik. Iud. 19. Tantum in platea ne pernoctes. Item cū pathah. Iob 17. Et in irritationibus eorū pernoctabit oculus meus. Et in caeteris omnibus personis futuri legitur iod hirik. Iob 41. In collo eius pernoctabit potentia. Genes. 24. Etiam locus ad pernoctandum. Iudic. 19. Et noluit uir pernoctare.

Participium praesens pluralis numeri לְנוֹחִים Nehemias 13. Quare uos pernoctatis e regione muri.

In uoce passiuā לָנוּחַ cōstruitur cum עָלַי & significat idem quod לָנוּחַ hoc est, more animalium feralium etulare, quod noctu in uastis, ac desertis locis, cum fame & siti premuntur, faciunt. Hieronymus & reliqui uerbo murmurandi reddiderūt. Ego uerbo querulandi uertam. Exo. 15. Et queruli fuerunt populus contra Mosen. Num. 14. Et queruli fuerunt contra Mosen. Iosue 9. Et queruli fuerunt tota congregatio contra principes.

In tertia coniugatione לָנוּחַ Iob 24. Nudum pernoctare siuerunt absq; indumēto. Numeri 14. Qui queruli fuistis contra me. Psalm. 59. Si nō saturi fuerint, statim querulabuntur.

Participium praesens pluralis numeri irregulare לְנוֹחִים Exod. 16. Quibus querulamini contra eum. Num. 14. Qui sunt querulantes contra me.

In quarta coniugatione לְנוֹחִים Iob 39. In petra habitabit, & pernoctabit. Psalm. 91. In umbra omnipotentis pernoctabit.

INDE NOMINA:

לְנוֹחִי
Forma masculini generis, pernoctatio, locus pernoctationis, diuersorium, pernoctatorium. Genes. 42. Cum uenisset in pernoctatorium. Exod. 4. Et fuit in uia in pernoctatorio. Et in statu regiminis לְנוֹחִי 2. Reg. 19. Et ingrediar in pernoctatorium finis eius. Et in forma foeminea לְנוֹחִי Iesaiā 1. Sicut pernoctatorium in cucumerario. & cap. 24. Et mouebitur sicut pernoctatorium.

לְנוֹחִית
Eiulatus, querela, querimonia. Exod. 16. Audiui querelas filiorum Israel. Numeri 14. Querelas filiorum Israel, quas ipsi querulantur contra me, audiui. Et legitur Exod. 16. Cum audierit ille querelas uestras contra Iehoua.

786 לְנוֹחִית
Significatione cōuenit cum uerbis לְנוֹחִית לְנוֹחִית לְנוֹחִית nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Significat enim praecipitari, deglutiri, abforberi. Iob 6. Ideo uerba mea praecipitata sunt, id est, temere effusuntur.

adiungentur super te, & custodient custodiam tabernaculi foederis in omni ministerio tabernaculi. Et pluraliter לְנוֹחִית Num. 3. Et pones Leuitas ad Aaron, & ad filios eius datos, datos ei de filijs Israel.

לְנוֹחִית
Additamentum, corollarium, appendix, appendiculum, ornamentum, quod capiti additur ornatus gratia. Prou. 1. Erunt instar corollarij capiti tuo. Item cap. 4. Dabit capiti tuo corollarium gratiosum.

לְנוֹחִית
Additamenta, corollaria, quaedam ornamenta dicta sunt, quae ornatus causa additur. 1. Reg. 7. Subter leones & boues erant corollaria.

לְנוֹחִית
Cete, draco marinus, sic dictus, quod membra corporis, & squamae, quibus tegitur, cohaerant. Iob 3. Qui parati sunt excitare Leviathan. & cap. 40. Nunquid extrahes Leviathan hamo, &c. ubi totam eius descriptionem leges. Psal. 104. Ibi naues uadunt, & Leviathan ille, quem formasti, ut ludat in eo. Est & typus Saran & Antichristi eiusq; regni, quod in mundo habet. Deinde ut scriptura allegoricē mundum, maris, sic et principes mundi magnorum piscium nomine uocat. Sic Dauid Psal. 74. Tu cōculcasti capita Leviathan. proceres Pharaonis regis Aegypti uocat. & Iesaiā cap. 27. In die illa uisitabit Iehoua gladio suo duro magno & forti super Leviathan serpentē uectem, & super Leviathan, serpente toruolum, & occidet draconem, qui est in mari, &c. describit utrunq; regem Assyrium & Aegyptium, quorum alter ad Euphratem, alter ad Nilum imperabat.

781 לְנוֹחִית
Congruit significatione cum uerbo לְנוֹחִית nisi quod ut litterarum transpositione, ita modo significandi inter se discrepēt. Significat enim diuerrere, deficere, defletere ab instituto, negligentia, seu fastidio. Pro. 3. Filii mei ne defleat ab oculis tuis.

In uoce passiuā legitur participium לְנוֹחִית quod tamē nominaliter usurpatur, peruersus, defector, derelictor, desertor. Prou. 3. Quoniam abominatio est ipsius Iehoua, peruersus, sed cum rectis arcanum eius. Et in statu regiminis לְנוֹחִית Prouer. 14. Qui ambulat in rectitudine sua, timet ipsum Iehoua, sed peruersus uarij eius contemnit eum. Et legitur etiam in abstracto. Iesaiā 30. Propterea quod reprobastis uos uerbum illud, & confisi estis in calumnia & peruersitate, & innixi estis super illis.

Et pluraliter לְנוֹחִית Prou. 2. Quorū uia sunt tortuosa, & defletores in uis suis. In tertia coniugatione לְנוֹחִית neutraliter. Prou. 4. Ne defleat ab oculis tuis, sed custodi ea in medio cordis tui.

INDE NOMINA:

לְנוֹחִית
Nomen arboris, quam pleriq; Corylum esse sentiunt. Genes. 36. Et accepit sibi Iacob uirgas populi uiridis, & Coryli.

לְנוֹחִית
Peruersitas: quanquam uerius a forma לְנוֹחִית deriuatum uideatur. Prouer. 4. Remove abs te peruersitatem oris.

לְנוֹחִית
Pronomē, hic, ille, iste, qui, scilicet est diuersus, et abstractus ab alijs. Zophonie 2. Loquere ad puerum illum. Iudic. 6. Pone super petram illam. 1. Sam. 17. Quid fiet uiro, qui percusserit Philisteam hunc. 2. Reg. 4. Ecce Sunamith illa. Et cum he paragogico לְנוֹחִית Genes. 24. Quis est uir iste, qui ambulat per agrum. Item cum paragogico uau לְנוֹחִית Ezech. 36. Terra ista desolata, fuit sicut hortus paradisi.

782 לְנוֹחִית
Tabula, aleuitate. Prou. 3. Scribe ea super tabulā cordis tui. Cant. 8. Super eam tabulam cedri. Iesaiā 30. Et nunc ueni, scribe ea super tabulā corā eis. Et dualiter לְנוֹחִית Ezech. 27. Ex abietibus de Senir aedificauerunt tibi tabulas. Et pluraliter לְנוֹחִית & saepissime cum kybutz לְנוֹחִית Deut. 9. Et dedit mihi duas tabulas lapidum tabulas pacti. Exod. 32. Et tabulas factura dei.

783 לְנוֹחִית
Conuenit significatione cum uerbo לְנוֹחִית licet tantum in tertia coniugatione sit usitatum. Et significat quoq; tegere, operire, inuolucere, obuolucere. 1. Reg. 19. Et inuoluit faciem suam cum pallio suo.

INDE NOMEN:

לְנוֹחִית
Inuolucrum. Iesaiā 25. Et deuorabit in monte isto faciem inuolucris, inuolucris super omnibus populis. Est & nomen liquoris aromatici & preciosi, quae Stacten uocant, & ex Myrrha arbore spōte sudat priusquam incidatur, sicut Plinius testatur libro

וּלְנוֹחִית
לְנוֹחִית

לְנוֹחִית

להי Genā, à uirore seu humore: quanquam sæpe pro tota mandibula, seu maxilla trāsumatur. 1. Reg. 22. Et percussit Micheam super genam. Psalm. 3. Quia percussisti omnes inimicos tuos super genam. Mich. 5. Baculo percucit super genā. Iud. 15. Et inuenit mandibulam asini. Et iterum: Et proiecit mandibulam e manu sua.

Et in statu affixorū assumit sub prima litera sagol, & sub altera hataph segol. Iob 40. Nunquid spina perforabis maxillam eius. Et in duali numero Deut. 18. Et dabit sacerdoti brachium & ambas maxillas, & stomachum. Et in statu regiminis להי Ies. 30. Et frenum erroris in maxillis populorum. Et in statu affixorum. Cantico. 1. Genæ tuæ sicut turturum. Iesaiæ 50. Et genas meas uellentibus.

Significatione cōuenit cum uerbis להל & להל nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se dissentiant. Significat autem labendo depascere, seu absumere. Num. 22. Quemadmodum labendo depascitur bos gramē agri.

In secunda coniugatione להי 1. Regum. 18. Sed & aquam, quæ erat in aquæductu labendo absumpsit. Num. 22. Nunc labendo depascunt cōgregatio illa omnes, quotquot in circuitu nostro sunt, sicut labendo depascitur bos gramē agri. Psal. 72. Et inimici eius puluerem labendo depascuntur. Iesaiæ 49. Et puluerem pedum tuorum labendo depascuntur. Micheæ 7. Labendo depascuntur puluerem uelut serpens.

INDE NOMEN,

להי Pauper, tenuis fortunæ homo, qui labendo se & uitam suam sustentat. Psal. 10. Oculi eius in pauperem respiciunt. Et in distinctione sententiæ להי Psalm. 10. Super te relinquit se pauper. Et ibidem iterum pluraliter להי Et cadat in robore suo multo pauperum multitudo. Vide etiam in להי & להי.

Incidit uel ore & dentibus, uel ore cultri cibarij, & tum Latini uerbo comedendi redderūt, uel ore gladij quo caro seu corpora hominū in bello inciduntur, & tum uerbo bellandi seu pugnandi uerterūt, ac reclus uerteretur uerbo cædendi. Pf. 104. Non incidam in furuia eorum. Proverbiorum 4. Inciderunt panem improbitatis. & cap. 9. Venite incidemus in panem meum. & cap. 23. Ne incidas panē oculi mali. Et mox iterum: Quādo federis ad incidendum cū dominatore. Ex istis iam allegatis locis intelligimus, quod non proprie comedere, seu deuorare, si gnificat, sicut uerbum להי : sed cædere, incidere, concidere, scilicet uel panem seu cibum aliū. Iud. 5. Elegit deus noua, concidit portas, quum clypeus nō uidebatur.

Participium præsens להי Psalm. 56. Tota die incidens premet me. Et pluraliter להי Psalm. 56. Quoniam multi incidentes mihi sunt. Et in statu affixi. Psal. 35. Cæde cædentes me.

Participium præteritum להי, quod nunc participialiter, nunc nominaliter ponitur. Iob 20. Et pluet super ipsum in incisione sua, id est, bello. Zophonix 1. Et effunderetur sanguis eorum, ut puluis: & incisum eorum, sicut sterora. Vocat autem ita cibum masticatum, qui concisus in nutrimentū cōuertitur. Et in plurali status regiminis להי Deut. 32. Et cæsi ardore.

In uoce passiuā להי significationem actiuā habet, & significat semper cædere seu incidere ore gladij in bello, id est, bellare, belligerari, pugnare, preliari: atq; hūc significandi modum ex priorē habet, & cōstruit cū istis particulis להי & להי : deinde quoq; cū nomine seu pronomine datiuī casus, & tū significat pugnare pro aliquo. Numeri 21. Et ipse pugnavit cum rege Moab. 2. Par. 27. Et ipse pugnavit cum rege filiorum Ammon. 2. Samuelis 12. Et pugnavit contra eam, & cepit eam. 1. Regum 22. Non pugnabitis cum paruo. Ieremix 1. Et pugnabunt aduersum ciuitatem hanc. 1. Samuelis 17. Si poterit pugnare mecum. 1. Samuelis 13. Et Philistæi congregati sunt pugnare cum Israel. Zachariæ 14. Secundum diem pugnare ipsum in die belli. Exod. 14. Quia Iehoua pugnabit pro uobis.

Participium masculini generis להי Exod. 14. Quia Iehoua pugnat pro eis. Iosue 1. Quia Iehoua pugnat pro Israel. 2. Regum 6. Rex Syriæ erat pugnans cum Is-

M 3 raele

790

להי

791

להי

INDE NOMEN,

להי Pars colli, cuius ministerio esculenta deglutiuntur der schlund. Prouer. 23. Et ponas cultellum in gula, seu palato tuo.

787 להי

Illusit: & cōgruit significatione cum uerbis להי & להי, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Prouerb. 9. Si sapuisti, sapuisti tibi, & si illusisti solus tu portabis, id est, non me doctorem, sed te deluseris ipsum.

In tertia coniugatione להי Psalm. 119. Superbi deluserunt me uehemēter. Pro uerbiorum 14. Sultorum mulitudo illudent culpam, & cap. 19. Testis improbitatis illudet auditum.

Participium præsens, seu nomen participiale להי: de quo uide inter nomina.

In quarta coniugatione להי Iesaiæ 28. Et nunc ne illudatis uos ipsos, ne inualescant castigationes uestræ.

INDE NOMINA:

להי Nomen participiale primæ cōiugationis, illusor, qui uerbum, aut factum aliter interpretatur. Prouerbiorum 9. Castigans illusorem acquirit sibi ignominiam. cap. 21. In damno illusoris sapiet simplex. Et iterum: Superbus præceps illusor nomen eius. Et pluraliter להי Prouerbiorum 3. Cum illusoribus ipse illudet, at humilibus dat gratiam. cap. 19. Parata sunt illusoribus iudicia. Psalm. 1. Et in cathedra illusorum non sedit.

להי Illusores, nomen pluralis numeri tantum, geminata substantiali litera. Ofeg 7. Traxit manu sua illusores.

להי Nomen participiale tertiæ coniugationis, & est medium, id est, accipitur tam in bonam partem, quàm in malam, hoc est, nunc pro interprete linguarum, nunc pro illusore, id est, cauillatore, qui uel uerba, uel facta alterius falso interpretatur. Genesis 42. Et ipsi non sciebant, quod audisset Ioseph: nam interpretes inter ipsos erat. Iob 33. Si est ad eum angelus interpretis unus ex mille, ad annunciandum homini rectitudinem ipsius. Et pluraliter in statu regiminis להי 2. Paralipom. 33. Et sic propter interpretes principum Babylonis. Et in statu affixorum. Iob 16. Illusores mei sunt sodales mei. Iesaiæ 43. Interpretes tui præuaricati sunt in me.

להי Interpretatio. Prouerbiorum 1. Ad intelligendū parabolam, & interpretationem. Habakuk 2. Nonne illi uniuersi contra eum parabolam sument, & interpretationem ænigmata de eo.

להי Illusio. Prouerbiorum 1. Usquequo simplices diligetis simplicitatē, & illusores illusionem desiderauerunt sibi. & cap. 29. Viri illusionis suffiant ciuitatem. Iesaiæ 28. Audite uerbum Iehoua, uiri illusionis, dominatores populi.

788 להי

Subegit, scilicet pastam. Genes. 18. Subige & fac ustulatas. 1. Samuelis 25. Et accepit farinam & subegit. 2. Samuelis 13. Et accepit pastā & subegit. Ofeg 7. Post subigere pastam usq; ad fermentationem eius.

Participium præsens pluralis numeri, foeminini generis להי Ieremix 7. Et mulieres subigentes pastam.

INDE NOMEN,

להי Leo, sic dictus quod subigat prædam. Iob 4. Leo perit absq; præda. Prouerbiorum 30. Leo præualidissimus inter animalia. Iesaiæ 30. Leo & leena, ubi duo genera leonum simul ponuntur, nec amplius in scriptura legitur hæc uox.

789 להי

Viridis, uiride, ut non sit coloris, sed ut opponitur arido. Genesis 30. Et accepit Iacob baculum populi uiridē. Ezech. 21. Et deuorabit in te omne lignum uiride, & omne lignum aridum. Et in distinctione sententiæ להי Ezech. 17. Arefeci lignum uiride. Et pluraliter להי Numeri 6. Et uuas uirides aut aridas non comedes. Iudicum 16. Si ligauerint me septem funibus uiridibus, id est, recubibus, humidis, qui non arefacti sunt.

להי Viror, humor, seu succus naturalis, humidum naturale. Deu. 34. Nō caligauit oculus eius, neq; fugit uiror eius.

Genā

obuiam Israel, & factum est bellum in sylua Ephraim, & corruit ibi populus Israel ante seruos Dauid, & facta est ibi clades magna in die illa viginti millium, & fuit ibi bellum dispersum in superficie uniuersae terrae, & auxit sylua ad deuorandum in populo plus quam deuorauit gladius. Et legitur quoque in forma **קָרַח**. 1. Samuelis 13. Et factum est in die belli, ut non inuentus sit gladius. Et in statu affixorum. 1. Samuelis 8. Vasa belli eius. Iesaiæ 41. Vir belli tui. 2. Paralipom. 22. Ad diem belli mei. Et pluraliter **קָרַחוּ**. 1. Paralipom. 22. Et bella magna fecisti. & cap. 26. De bellis & de spolijs sanctificauerunt. Et in statu regiminis, ac affixorum **קָרַחוּ**. 2. Samuelis 17. Vir bellorum Thoi. 1. Sam. 8. Et pugnet bella nostra. Iesaiæ 30. In bellis leuandæ.

792

לחץ

Congruit significatione cum uerbis **לחץ** & **לחץ** **לחץ** **לחץ**, nisi quòdur quaedam literarum tantum positu, alia literarum symbolicarum commutatione, ita quoque modo significandi inter se differant. Significat autem premere, arctare, coartare, comprimere, urgere, redigere in angustiam. Iudic. 4. Et ipse pressit filios Israel. Exo. 22. Et peregrinū nō affligas, neq; premas eum. Num. 22. Et pressit pedem Bileam ad parietem. 1. Reg. 6. Et premite eum in ostio. Amos 6. Et premēt uos ab introitu Hemath.

Participium præsens **לחץ**, cuius plurale est usitatum **לחצים**. Exod. 3. Atq; etiam uidi pressuram, qua Ægyptij premunt eos. 1. Sam. 10. Et de manu omnium regnorum, quæ premunt uos. Iesaiæ 19. Clamabunt ad Iehoua propter prementes.

Et cum affixis. Iudic. 2. A facie prementium eos, & propellentium eos. In uoce passiuæ **לחץ**. Num. 22. Et pressa est ad parietem.

INDE NOMEN,

לחץ Pressura. Exod. 3. Atque etiam uidi pressuram. 1. Reg. 22. Et cibate eum pane pressuræ, & aqua pressuræ. 2. Reg. 13. Quoniam uidi pressuram Israelis. Job 36. Et aperiet in pressura aurem suam. Deut. 26. Et uidit afflictionem nostram, & labore nostrum, & pressuram nostram.

793

לחש

Verbum est defectiuum: nam in prima coniugatione tantum in usu est participium præsens **לחש**, id est, qui conceptis uerbis ea arte causam agit, ut quod animo conceperat euincat & obtineat, ut solent facere oratores, incantatores, exorcistæ, aut qui alioqui causam arte aliqua proponere student, ut persuadeant, periti & exercitati in re & arte aliqua. Congruit enim significatione cum uerbis **לחש** & **לחש** nisi quòd ut forma, ita modo significandi parum uariant. Nehemias 3. Iuxta illum instaurauit Sallum filius Oratoris. quo in loco omnes Grammatici asserunt nomē esse appellatiuum & non proprium, ea propter quòd nomina propria non admittāt he notificatiuum, nisi he litera esset de corpore nominis: ut ex cap. 10. propemodum apparet.

In secunda coniugatione legitur participium, quod tamen nominaliter accipitur **לחשים**, incantatores, qui arte sua & uerbis efficacibus serpentes coniurant. Psal. 58. Qui non intendit ad uocem incantantium.

In quarta coniugatione **לחשוּ**. Psal. 41. Pariter aduersum me rhetoricabantur. pro quo Chaldaeus **לחשוּ**.

Participium præsens **לחש**. 2. Reg. 12. Et uidit Dauid seruos suos differētes inuicem, seu tractantes inuicem, qua scilicet arte, & quibus uerbis mortem filij regis suo proponerent, dolorem ipsius ut mitigarent.

INDE NOMEN,

לחש Incantatio, oratoria, oratio. Eccl. 10. Si mordeat serpens absque incantatione. Ieremias 8. Ecce ego mitto in uos serpentes basiliscos, contra quos nulla incantatio. Iesaiæ 3. Et intelligentem oratoriam. cap. 26. Iehotia in angustia uisitauit te, & tum effundunt oratoriam, quando castigatio tua est super illis. Et pluraliter

M 4 לחש

raele. 2. Regum 19. Et inuenit regem Assur pugnantem contra Libna. Et pluraliter **לחשוּ**. 1. Sam. 23. Ecce Philistæi pugnant Cheila. Ieremias 34. Et omnes populi pugnant contra Ierusalem.

INDE NOMINA:

לחם Et in distinctione **לחם** Et generaliter omne id significat, quòd inciditur. Et quia panis est communissimus cibus, ideo illius appellatione omnis esca intelligitur, perinde ut aquæ appellatione quilibet potus, & nomine passeris quælibet parua auicula. Attamen quaedam discrimina ponemus.

Primo, quando generaliter pro esca seu cibo ponitur. Genesis 3. In sudore uultus tui uesceris cibo. Exod. 18. Et uenit Aaton, & omnes seniores Israel ad comedendum cibum cum focerō Mosi. 1. Samuelis 14. Maledictus uir, qui comederit cibum hodie. 2. Samuelis 9. Et tu comedes cibum in mensa mea. Psal. 136. Qui dat cibum omni carni. Proverbiorum 30. Nutri me cibo demensi mei. Malachias 1. Affertis super altare meum cibum pollutum, &c. ubi pro uictimis ponitur.

Secundo, in quibusdam locis pro pane cocto ponitur. Genesis 14. Rex Salem protulit panem & uinum. capite 25. Et Iacob dedit ipsi Esau panem, & cocturam lentium, & capite 45. Portantes frumentum & panem, & cibum. Exod. 25. Et ponēs super mensam panem facierum coram me iugiter, & erit pro pane in recordationem, ignitum Iehoua. 2. Samuelis 6. Vnicuique placentiam panis unam. Proverbiorum 6. Eousque mulier meretrix, quousque est massa panis. & capite 28. Si propter frustum panis transgredietur uir. Iesaiæ 44. Et super priuīs eius coxi panem. Ieremias 37. Et dare ei massam panis in diem. Ezechielis 4. Et panem comedent in pondere.

Tertio, interdum ponitur pro pane nondum cocto, id est, frumento, uel stante adhuc in agro, uel demesso & congregato. Genesis 41. In uniuersa autem terra Ægypti erat panis. Et mox iterum: Et coepit esurire uniuersa terra Ægypti, & clamauit populus pro pane. & ca. 47. Et dedit illis Ioseph panem pro equis, &c. Job 28. De terra egredietur panis. Psal. 104. Vt educat panem e terra. Proverbiorum 28. Et uelut pluuia trahens, ut non sit panis. Iesaiæ 36. Terra panis & uinearum, id est, frumenti.

Quarto, legitur in scriptura pro Manna positum, ex qua etiam alia edulia fiebant, quæ neque ex terra ut frumentum provenit, neq; ut panis erat igni excocta. Exod. 16. Ecce ego pluam uobis panem de caelo. Et iterum: Inter uesperas comedetis carnem, & mane satiabimini pane. Psal. 78. Panem fortium comedit homo. Psal. 105. Et pane caeli satiabat eos.

Quinto, inuenitur nonnunquam pro uictimis positum. Leuitic. 3. Et incendet illud sacerdos super altari cibum, ignitum ipsi Iehoua. Et iterum: In cibum ignitum in odorem suauitatis, omnis adeps Iehoua. Malachias 1. Affertis super altare meum cibum pollutum, &c.

Et in statu affixorum mutat prius **לחם** in **לחם**, alterum in **לחם**. Leuitic. 22. Et postea comedet de sacris, quoniam cibum eius est, id est, uictus, **לחם** **לחם**. Job 3. Quoniam ante cibum meum, suspirium meum uenit, & cap. 6. Quaecumque renuit attingere anima mea, ista in dolore meo sunt cibus meus. & cap. 20. Cibus eius in uisceribus conuertitur. & capite 30. Et radix iuniperorum cibus ipforum. Psal. 147. Dans umentum cibum eius. Proverbiorum 6. Formica parat in aestate cibum suum. & cap. 27. Et satis est lactis caprarum pro cibo tuo, pro cibo domus tua. & cap. 31. Ex longinquo acquirit uictum suum. Ieremias 11. **Perdamus arborem cum cibo suo**, id est, fructu. Iesaiæ 65. Et serpentis puluis erit cibus illius.

לחמה Cades, incisio, qua fit ore gladij in bello: quare communiter bellum transtulerunt interpretes. Genesis 14. Fecerunt bellum cum Bera rege Sodomæ. Deuteronom. 2. Omnis generatio uiri belli. 2. Samuelis 18. Et egressus est populus in agrum, ob-

פֶּרֶךְ Per aphereim literę lamed, & geminatione ultimarum literarum, nomen de cuius interpretatione multum uariarunt doctores cum Hebraei, tum Christiani; placet accipi pro bitumense pellucido, quod Gagates conueniente ipsi uocabulo, & alioqui succinum seu glessum, & Germanis agstein dicitur, eod quod in maris litore reticulis capiatur. Iesaię 54. Et ponam Gagatem solaría tua, id est, fenestras tuas, per quas scilicet splendor solis penetrat. Meminit quoque huius Gagatis Ezech. cap. 27.

פֶּרֶךְ Per aphereim lamed, nomen uasis a capiēdo, retinens etiamnum in alijs linguis suam appellationem, retinet que ubique & semper pathah inuariatum. Ezech. 12. Et frangetur cadus super scaturigine. 1. Regum 17. Cadus farinae non deficiet. Et mox iterum: Sed plenitudo uolę farine in cado. Et in statu affixorum fortificat daleth. Gen. 24. Inclina obsecro cadum tuum. Et mox iterum: Et impleuit cadum suum. Et pluraliter פֶּרֶיךָ Iud. 7. Et cados uacuos, & faces in medio cadorum. 1. Regum 18. Implete quatuor cados aqua.

פֶּרֶיךָ Nomen pluralis numeri tantum, Instrumenta seu uasa in quibus capitur ignis. Et legitur in hac forma tantum semel Iob 41. Ex ore eius faces egrediuntur, lampades ignis euadent.

פֶּרֶךְ Captura. Iob 21. Videbunt oculi eius capturam ipsius.

פֶּרֶךְ Nomen instrumenti militaris, quod alij lanceam, alij hastam, alij telum, alij scutum, alij aliter interpretantur. Nicolao Lyrano est lamina, quę descendit a casside, procedens in acutum inter scapulas ut protegeret collum & iuncturam armorum capitis & corporis, negatq; fuisse clypeum aut parmam, ex eo nimirum argumento, quod armiger Goliath gestauerit clypeum. Ego arbitrator fuisse simile quiddam pilę, seu clauę, non quo corpus munitetur, sed quo usi sunt capiēdo & feriendo. Iosue 8. Non reduxit manum suam, quam extenderat cum claua. 1. Sam. 17. Et claua area inter scapulas eius. Et iterum: Tu uenisti ad me cum gladio & cum lancea, & cum claua. Iob 39. Cuspis, lancea, & claua. & cap. 41. Et ridebit ad sonitum clauę. Iere. 6. & 50. Arcum & clauam apprehendent.

797 לָמַד Exercendo didicit. Iesaię 26. Non didicit iustitiam. Prou. 30. Et non didici sapientiam. Psal. 119. Vt discas statuta tua. Iesaię 1. Discite bene facere. Deut. 17. Vt discatis timere Iehoua. Iere. 10. Ad uiam gentium ne assuefcatis: uel, uiam Gentium ne discatis. & cap. 12. Si discendo didicerint uias meas.

Participium præteritum למדתי, quod in statu regiminis למדתי legitur. 1. Paral. 5. Exercitati bello.

In secunda coniugatione למד docuit exercendo, & assuefaciēdo. Ezech. 12. Docuit scientiam populum. Deuter. 4. Docui uos præcepta. Psal. 71. Deus docuisti me a pueritia mea. Deuter. 31. Doce illud filios Israel. Psal. 25. Semitas tuas doce me. Psal. 51. Docebo transgressores uias tuas. Iob 21. Docebit scientiam. Ierem. 32. Et cum docerem eos mane surgendo & docendo. 2. Samuelis 1. Vt doceret filios Iehuda arcu.

Participium præfens למדתי Deuter. 4. Iudicijs, quę ego doceo uos. 2. Sam. 22. & Psal. 18. Docet manus meas ad bellum. Et pluraliter cum affixo. Psal. 119. Pro omnibus docentibus me, intelligens sui.

Participium præteritum in genere masculino למדתי. Canticorum 3. Docti bello. 1. Paral. 25. Docti cantico. Et in genere foeminiuo למדתי Iesaię 29. Sicut præceptum hominum edoctum. Osee 10. Et Ephraim uitula edocta.

In uoce passiuua למד Iere. 31. Sicut uitululus non edoctus.

INDE NOMINA:

לָמַד Doctus, edoctus, assuetus. Iere. 2. Onager assuetus in deserto. Et pluraliter למדתי Iesaię 50. Dedit mihi linguam doctorem. Et iterum: Et excitabit mihi aurem ad audientiam, sicut doctus. Et in statu regiminis למדתי Iesaię 54. Et omnes filios tuos doctos Iehoua

לְאָזְנֵי inaures, ornamenta aurium, quibus significare uoluerunt oratorum ad aures permulcendas accommodandam esse, uel quod foeminae illis contra impressionum ac incantamentorum præstigia aures non modo ornarint, sed etiam præmunierunt.

794 לָטַט

Significat arma seu instrumenta, siue ferrea, siue aerea distendere, producere, quod fit cudendo, acuendo; congruitq; significatione cum uerbis לָטַט לָטַט nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. 1. Samuel. 13. Et descenderunt omnes Israelitę ad Philistęos, ad acuendum quisque uomerem suum. Psal. 7. Nisi conuertatur, gladium suum acuet. Et figuratę semel ab armis ad oculos & oculorum aciem, quos ut gladium hostis in alterum acuit, & uibrat, uel a gladij expoliti coruscatione ad oculorum irati hominis scintillationem, transfertur. Iob 16. Aduersarius meus acuit oculos suos in me, &c. quasi scilicet uelit me transfigere: uel sic, Irradiat oculos suos in me: uel, Emittere radios oculorum suorum in me.

Participium præfens seu nomen participiale לָטַט Gen. 4. Qui cudebat omne fabrile aris & ferri.

In secunda coniugatione legitur tantum participium præteritum לָטַט Psal. 52. Sicut nouacula acuata, seu acuta, faciens imposturam.

795 לָלַח

Et appellationem suam habet a לָלַח & לָלַח, id est, ululatu, eod quod tempore noctis audiantur ululatus bestiarum in locis uastis, & desertis. Iesaię 16. Pone sicut noctem umbram tuam. Et in statu regiminis לָלַח Exo. 12. Nox obseruationum est ipsi Iehoua. Iesaię 30. Sicut in nocte sanctitatis festi. Legitur tamen in hac forma etiam in statu absoluto. Iesaię 15. In nocte uastata est Ar Moab, & deleta est, in nocte uastata est Kir Moab, &c. Et cap. 21. Custos quid de nocte? Legitur tamę frequentius in forma foeminina לָלַח Psal. 18. Et nox nocti indicat scientiam. Et in distinctione sententię לָלַח Gen. 1. Et obscuritatem uocauit noctem. Et iterum: Vt diuiderent inter diem & inter noctem. Et pluraliter לָלַחוּ 1. Sam. 30. Et tribus noctibus. Iob 2. Et septem noctibus. Psal. 134. Qui stans in domo Iehoua noctibus.

לָלַח Noctua, seu Nyctacorax, seu nocturnum quoddam animal, quod noctu uersatur, & ululat: alij lamiam, alij strigem, alij dæmonium esse dicunt. Iesaię 34. Quin & noctua ibi quiescet, & inueniet sibi quietem.

לָלַח Leo: uide in themate לָלַח.

796 לָלַבַּד

Cepit, apprehendit, comprehendit, occupauit. Iosue 10. Quia cepit Iosue, Hai. cap. 11. Et omnes reges eorum cepit. Psal. 35. Et rete eius capiet ipsum. Iosue 7. Baculus quem ceperit eum Iehoua accedet per familias, & familia, quam ceperit eam Iehoua: Prouerb. 5. Iniquitates ipsius capient improbum. ubi holem profchurek est scriptum extrito dagges. Iudic. 7. Et capite aquas, id est, occupate. Iere. 18. Foderunt foueam ad capiendum me. Amos 3. Capiendo non capiet.

Participium præfens לָלַבַּד Iob 5. Capiens sapientes in astutia ipsorum. Paulus citans hoc dictum 1. Corinth. 3. uerbo Græco ἀποσώμηνον uerit. Item Prou. 16. Qui dominatur spiritui suo, quam capiens urbem.

In uoce passiuua לָלַבַּד Thren. 4. Vinctus Iehoua captus est. Prouer. 6. Captus fuisti sermonibus oris tui. 2. Reg. 18. Capta est Samaria. Iosue 7. Et captus est baculus Iehuda. Psal. 59. Et capientur in superbia.

Participium præteritum לָלַבַּד Iosue 6. Qui captus fuerit.

In quarta coniugatione לָלַבַּד Iob 41. Vnus alteri adhærescit, capient se, & non distumpentur, & cap. 38. Et superficies abyssi capient se.

INDE NOMINA:

לָלַבַּד Captura. Et in distinctione sententię לָלַבַּד Prouerb. 3. Et custodiet pedem tuum a captura. לָלַבַּד Captura. Iob 18. Et captura eius apud uiam.

eius amarum uelut absinthium. Iere. 9. Cibabo populum istum absinthio, & potabo eos aqua fellis.

803 לַמִּיר

Idem propemodum significat, quod מִיר id est, teda, literarum facta transpositione. Greci simile habent λαμπάς, id est fax, seu facula, teda. Iudic. 15. Et posuit facem unam inter duas caudas. Iesaiæ 62. Et salus eius ut fax ardeat. Gen. 15. Et fax ignis. Zach. 12. Et sicut fax ignis. Et pluraliter מִירִים Iudic. 7. Et faces in medio cadorum. & cap. 15. Et accessit ignem in facibus. Iob 41. Ex ore eius faces. In statu regiminis מִירִי Dan. 10. Sicut faces ignis.

לְפִירָה
804 לַפֶּת

Nomen proprium uiri, qui maritus fuit Debboræ, quem arbitrantur fuisse דְּבִירָה. Apprehendit quadam concussione eius rei que apprehenditur, perculit. Et ut literarum transpositione, ita modo significandi parum uariata uerbo פָּלַץ Iud. 16. Et perculit Simson duas columnas. In uoce passiva פָּלַץ perculsus est. Ruth 3. Et perterritus est uir, atq; perculsus est. Iob 6. Percelluntur a semitis uia ipsorum.

INDE NOMEN,

לְפִתָּה
805 לְקָק

Impetigo, qua quis mordicus corripit, & que proxima queq; corripit & occupat. Leuit. 21. Vel scabies, uel impetigo. & cap. 22. Vel scabiosum, uel impetiginosum. Congruit significatione cum uerbis לָקַח & לָקַחְתָּ נִסִּיךְ nisi q; modo significandi inter se uariant. Tribuitur aut hoc canibus, qui lambendo potum accipiunt. 1. Reg. 21. In loco in quo lambuerunt canes sanguinē tuū. Iud. 7. Omnis qui labuerit lingua sua ex aqua, sicut labit canis. 1. Reg. 22. Et labuerit canes sanguinē eius. In secunda coniugatione legitur tantum participium præfens, pluralis numeri מְלַקְקִים Iudic. 7. Et fuit numerus lambentium manu sua ad os suum, trecenti.

INDE NOMEN,

806 לַקַּח

Species quedam locustarum, quæ aculeo tanquam lingua utuntur allambendis herbis, & frugibus accommodo, magnaq; copia uolat: ideo semper est collectiuum. Est autē iuxta Hieronymum ἀγλαεῖο quem Aquila comesorē interpretat, & Apocalypsis cuiusdam speciei locustarū meminit, quæ huic speciei propemodū conuenit. Iere. 51. Adducite equitatum quasi locustam aculeatam. Psal. 105. Et locusta absq; numero. Iere. 51. Nisi impleuero de hominibus, quasi locustis. Et in distinctione sententiæ לַקַּח Nahum 3. Deuorabit te gladius quasi locusta.

Acceptit, sumpsit, tulit. Congruit significatione cum uerbis לָקַח & לָקַחְתָּ nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant: quem hoc latissimum habet, nec uno uerbo apud Latinos reddi potest, & tam in bonā quam malam partem accipitur. Et si in coniugando sequatur rationem uerborum à Nun exordientium, tamē in tertia persona præteriti masculini generis interdum literam initialem abiicit, & legitur קָח. Adducemus autem exempla, in quibus & coniugandi & significandi ratio cognosci potest. Genesis 2. Et edificauit costam, quam accepit ex Adā. & cap. 5. Quia assumpserat eum Deus, cap. 36. Esau accepit uxores suas. Leuit. 8. Accepit placentam. Iob 1. Iehoua dedit, Iehoua abstulit. Ezech. 17. Tulit super aquas multas. Ieremiæ 28. Nō accepit ea Nebucadnezar. Oseæ 10. Tulit eos super brachia sua. Numeri 19. Ut assumant ad te iuuenecam ruffam, id est adducant. Sic Numeri 23. Et tulit illum in agrum. Deuteron. 30. Et accepit illam nobis, id est, adduxit. 1. Samuelis 30. Et acceperunt eum ad Dauidem, id est, adduxerunt. Sic Oseæ 14. Accipite uobiscum uerba, id est, adducite scilicet iuuenecos labiorum. Proverb. 6. Non concupiscas pulchritudinem eius in corde tuo, neque accipiat te in palpebris suis, id est, capiat te. Iob 13. Quid capiet te cor tuum, scilicet fascino. Iob 3. Noctem illam capiat eam caligo. Proverbiorum 31. Considerat agrum, & accipit eum. Iosue 11. Et occupauit Iosue omnem terram. Deuter. 31. Accipe librum legis. Ezechielis 24. Electum pecoris accipe. Zachariæ 6. Accipe à captiuitate. Proverbiorum 20. Tolle uestimentum eius. Ierem. 5. Renuerunt accipere disciplinam. Iesaiæ 47. Vindictam sumam. Genesis 34. Et filias uestras accipiemus nobis.

Parti-

Iehoua. Iere. 13. Docti malefacere. Et cum affixo mutat schurek in kybutz. Ies. 8. Obsigna legem in doctis meis.

לַמֵּר
תְּלָמוּר
מִלְמֵר
798 לַעַב

Doctus, peritus. Et in statu regiminis מִלְמֵר Ezech. 27. Assur sicut doctus negotiationis tuæ. Discipulus. 1. Paral. 25. Intelligens cum discipulo. Stimulus, quo rusticus boues arare docet. Et in statu regiminis מִלְמֵר Iud. 4. Et percussit de Philistæis sexcentos uiros stimulo bouis.

799 לַעַב

Magnam habet cognationem significatione cum uerbo בָּלַע nisi quod ut literarum transpositione, ita quoque modo significandi inter se uariant. Significat enim præcipitem ferri, licet participium ex eo tantum legatur teritiē cōiugationis מְבַלְעִים 2. Paralipom. 36. Et erant præcipites in nuncios Dei, & contemnebant uerba eius.

Cōuenit significatione cum uerbis לָעַב לָעַב לָעַב nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Significat autem subsannare, & est gestus. Et construitur cum datiuo mediante articulo lamed. 2. Reg. 19. & Iesaiæ 36. Subsannauit tibi uirgo filia Zion. Psal. 2. Iehoua subsannabit illis. Prouer. 30. Oculum qui subsannat patri. Psal. 80. Et inimici nostri subsannabunt sibi, id est, inter se, apud se.

Participium præfens לָעַב Prouer. 17. Subsannans pauperi. Ierem. 20. Vniuersus ille subsannat mihi. In tertia coniugatione מְבַלְעִי Psal. 22. Omnes uidentes me subsannabant mihi. Iob 21. Et postquam locutus fuero subsannes. Et legitur semel cum Nehe. 4. Et subsannauit super Iudæos.

Participium præfens מְבַלְעִים & construitur cum beth. 2. Paral. 30. Et subsannant in eos, id est, fannis inuehuntur in eos.

INDE NOMINA:

בְּלָעַב
עֲבָלִים
לָעַב

Subsannabilis propter balbutiem, absurdus lingua, blesus. Ies. 33. Populum barbarum non uidebis, populum profundī labij ne percipere queas, balbutientem lingua sine intelligentia.

Per metathesim literarum, subsannabiles propter lingue absurditatē: nos aut blasfos aut balbutientes dicimus. Iesaiæ 32. Et lingua balborū expedite loquetur clara. Sanna, subsannatio, ironia, obliqua locutio, sarcasmus. Psal. 79. Subsannatio & cōtemptus illis, qui circum nos sunt. Iob 34. Bibet subsannationē tanquam aquam. Et cum affixo. Oseæ 7. Hæc subsannatio eorum. Et in plurali status regiminis לָעַבִּי usurpatur pro concreto. Psal. 35. Cum hypocritis subsannatoribus ustulata, id est, qui subsannant propter ustulatam. Ies. 28. passiuē usurpatur: Sed per subsannationes labij, & per linguam aliam loquetur ad populum istum, id est, per balbutiones labijs, quos alij subsannabunt. Loquit de stulta prædicatione Euāgelij, quam sapientes huius seculi subsannabunt. 1. Corinth. 1.

800 לַעֲטָ

Generalis significatione non multum ablutit à uocibus עָטָו & לָעַב. Et ut uox illa Hebræa Hebræorum auribus blasfa est, oblique & absurde sonat, ita quoque omnes alias peregrinas linguas tanquam blasfas & absurdas hoc nomine quasi per insultationem appellarunt, sicut postea eadem propemodum ratione Græci illi Hellenes dicti, ceteros omnes βαρβάρους appellauerunt. Et Homerus Caras ob peregrinum & absurdum lingue sonum βαρβαροφώνους uocat. Legitur autem ista uox Hebræa tantum uno in loco Psal. 114. Cum egrederederit Israel ex Agypto, domus Iacob de populo barbaro, id est, blasfe lingue. Videtur autem quibusdam cum nomine עָטָו magnam quoque habere cognationem: de quo supra in themate עָטָו.

801 לַעֲטָ
802 לַעֲנָה

Et in tertia cōiugatione עָטָו לָעֲטָו crepusculauit. Gen. 25. Crepuscula me obsecro de ruffo, id est, refice me in crepusculo de ruffo, &c. quanquam hoc non sit thema, sed עָטָו de quo suo in loco.

Absinthium. Deut. 29. Radix germinas fel & absinthium. Ad hoc dictū alludit Petrus Act. 8. & autor epistolæ ad Hebræos cap. 12. Prouerb. 5. Et nouissimum eius

quae post primam graminis luxuriantis defalcationē iam in culmos & spicas succreuit, nondum tamen maturuit: atque in utraque forma legitur. Amos 7. Et ecce pluffles locustarum in initio, quando ascendit seges, & ecce seges post detractiones regis. V. D. quod locustas in somnis uiderit eo tempore formatas, quando post luxuriantis graminis detractionem (quae regi ad alenda pecora cedebat) seges iam aristas & spicas emiserat, & maximum damnum frugibus dare poterant.

מלקוש Denominatiuum, tempus illud, quo sara in culmos & spicas succreuerunt, & iam opus habet pluuiam, ut grana turgescant & grandescant. Poteris uertere serum seu serotinum, respectu prioris temporis. Zachariae 10. Postulate à lehoua pluuiam in tempore segetis. Prou. 16. Et gratia illius uelut nubes segetis. Deinde sapius ponit pro pluuiam, quae illo tempore, quo segetes ante maturitatē maximè opus habent, decidit, & sera dici potest, sicut מורה & מורה præproperā illam pluuiam significat quae paulo post sementis tempus decidit, ut sara proueniant. Deui. 11. Et dabo pluuiam terrae uestrae in tempore suo præproperam, & seram. Iob 29. Os suum aperuerunt tanquam ad seram, scilicet pluuiam. Diuus Iacobus in Epistolae suae cap. 5. alludens ad hanc pluuiam sic reddidit: Ecce agricola expectat preciosum fructum terrae, patienter expectans illum, donec accipiat pluuiam *ὅτι οὐκ ἐπιθυμῶ ἄλλο ὅτι οὐκ ἐπιθυμῶ*, id est, pluuiam præproperam, & seram.

INDE VERBUM,

לקש Quod significat segetem ante maturitatem demetere. Iob 24. In agro non suo merent, & uineam serotinabunt, id est, ante maturitatem uindemiabunt.
לשור Humor, succus. Vide in themate שור.

809

לשבת Conclauē ad templū domini, pro reponendis uestibus, sacrificijs, donarijs, uasis & instrumentis sacris foris & inferne adiectum. Vulgaris editio satis cōmōdè uertit Exedra, eò quod foris ad tēplum erāt extructe eiusmodi thecae. Estque eiusdem significationis cum nomine לשבת, commutatis tantum literis eiusdem instrumenti. Arbitror autē quod ut לשבת à לשבת, ita לשבת deriuatum sit à uerbo לשב, eò quod in illas exedras donaria dei ciebat̄ur. Ezech. 40. Et Exedra & ianua eius. Nehem. 3. Et fecerat ei exedram magnam. Et mox iterū: Et proieci omnia uasa domus Tobiae foras extra exedram. In statu regiminis לשבת, 2. Reg. 23. Introitu domus lehoua ad exedram Nathan Melech. Eisd. 10. Et abiit ad exedram lehoua chanā. Et cū he importate motū ad locum לשבת. 1. Samuēlis 9. Et introduxit eos in exedra. Et pluraliter לשבות. Ezech. 40. Triginta exedras super pauimēto. 1. Para. 9. Qui erant super exedras, & super thesaurum domus dei. Nehemiae 3. Et mundauerunt exedras. Et in statu regiminis לשבות. Eisd. 8. In exedris domus lehoua. Ezech. 42. Exedrae aquilonis, & exedrae meridiei.

810
לשם

Nomen lapidis preciosi, quem Iosephus, et post eum Hieronymus uocat Ligurium. Exo. 28. Et ordo tertius, Ligurius, &c. Chaldaeus autē uertit לשם. Eisd. lib. 37. cap. 4. uocat lyncurium, & dicit inde gemmae nomen esse quod ē lyncis urina coagmentetur.

811
לשון

Nomen tam appositione, quam declinatione generis foeminini: & tam in statu regiminis, quam affixorū mutat cametz in seua, ultima uocali inuariata. Atque principaliter, & proprie significat membrum corporis, quod Latini linguam, Germani Zunge appellant. Et apparet à uerbo לשן deductū, facta literarū transpositione. Exod. 4. Quoniam uir sum graui ore & graui lingua. Psalm. 12. Excidet lehoua cuncta labia adulationum, linguam loquentem magnifica. Psalm. 10. Sub lingua eius labor & dolor. Canticor. 4. Mel & lac sub lingua tua. Psalm. 34. Custodi linguā tuam à malo. Deinde ut nomina לשון & לשון os & labia figuratē ad loquelam seu sermonem transferuntur, ita simili ratione etiam hoc nomen pro sermone seu idiomate sermonis transmittitur. Prouerb. 10. Sicut argentum electū, est lingua iusti. & cap. 25. Lingua mollis conteret ossa. Iesaiæ 28. Et lingua alia loquetur. Ieremiae 14. Percutiamus eum lingua. Esther 1. Secundū linguam populi. Nehemiae

N hemia

Participium praesens לקח Gen. 44. Si accipit Iacob uxorem. Deuter. 27. Maledictus accipiens munus. Prouerb. 11. Suscipit animas sapiens, capit, & uincit. Et pluraliter לקחו. Iere. 23. Ecce ego contra prophetas ait lehoua, qui accipiunt linguam suam, & aiunt, ait. Et in statu regiminis לקחו. 2. Sam. 4. Venerunt usque ad accipientes frumenta.

Participium praeteritum pluralis numeri לקחו. Prou. 24. Eripe ereptos ad mortem, id est pertractos ad supplicium.

In uoce passiuua לקח. 1. Sam. 4. Quia captā est arca Dei. Ezech. 33. In iniquitate sua captus est. 1. Sam. 4. Propter capi arcam dei, id est, propter captā arca. 2. Reg. 2. Antequam tollar abs te. Esther 2. Et accepta est Esther in domum regis.

In secunda coniugatione uoce passiuua לקח. Gen. 3. Ut coleret terram e qua sumptus fuerat. Iesaiæ 53. Ex angustia & iudicio est. Gen. 2. Quia ex uiro sumpta est. Iesaiæ 49. Num tolletur à forti præda.

In quarta coniugatione legitur tantum participium foeminini generis לקחה. Exo. 9. Et ignis sumptus erat in medio grandinis. Ezech. 1. Nubes magna, & ignis assumptus, id est simul mixtus.

INDE NOMINA:

לקח Doctrina accepta, seu accipienda, & qua quis capitur. Prouerb. 1. Audiet sapiens, & addet doctrinam. & cap. 4. Quia doctrinam bonam dedi uobis. Et in statu affixorum mutat primam uocem sagol in hirik, & alteram in seua. Deut. 32. Stillabit tanquam pluuiam doctrina mea. Iob 11. Et dixisti, clara est doctrina mea. Prouerb. 7. Inclinauit eum multitudine doctrinae suae.

לקחה Acceptio, acceptatio, sumptio. 2. Paralip. 19. Et acceptio muneris, id est cupiditas. Achiue, faux qua quis cibaria lambendo sumit: & legitur pluraliter. Psalm. 22. Et lingua mea adhaesit faucibus meis. Deinde singulariter, & passiuè usurpatur pro captura, id est, præda, quae capitur. Num. 31. Et adduxerunt ad Moysen, &c. captiuitatem & prædam. Iesaiæ 49. Nunquid auferetur à forti præda?

לקחות Nomen pluralis numeri: dicitur de rebus, quae dantur, & accipiuntur in cōtractibus, ut sunt merces, & alia uenalia. Nehemiae 10. Et populi terrae afferbant accipienda, id est merces.

לקחותים Instrumenta, quibus aliquid accipitur: & durabus laminis constant, qualia sunt forcipes, & emunctoria. 1. Reg. 4. Et forcipes ex auro. Iesaiæ 6. Et in manu eius carbo, quem forcipe tulerat ab altari. Et cum affixis mutat sagol in pathah. Exod. 25. Et forcipes eius.

לקחה Nomen uasis in quod carnes coquenda recipiebantur, in uersione tantum litterarum, & caldare uerterunt, calathus. 1. Sam. 2. Et percutiebat eam uel in caldare. Michae 3. Et quasi carnem in medio caldaris.

807
לקט

Collegit, aufleser: & differt à לקט modo tantum significandi. Exo. 16. Collegerunt cibum duplicem. Gen. 31. Colligite lapides. Cant. 6. Ad colligendum rosas.

In secunda coniugatione לקט Ruth 2. Et uidit socrus eius illud quod collegerat. Et mox iterum: Vbi collegisti hodie? 1. Sam. 20. Et collegit puer Ionathae sagittas. Participium praesens לקט. Iesaiæ 17. Sicut colliges spinas. Et pluraliter לקטו. Iudic. 1. Et fuerunt colligentes sub mensa mea.

In quarta coniugatione לקטו. Iud. 11. Et collegerunt se ad Iephthah uiri uacui.

INDE NOMINA:

לקט Collectio. Leuit. 9. Et collectionem mellis tuae non colliges.

לקוט Capsula, in quam lapides colliguntur. 1. Sam. 17. Et posuit eos in uas pastorum, quod erat illi, & in capsulam. Est aliqui uelint significare thecam in funda, in qua reponebatur lapis ad torquendum, tamen ego arbitror fuisse singulariter capsulam, qua fundibularij pro lapidibus utebantur, quodque in utraque Dauid lapides collegerit, tam peram pastorem, quam alteram, quae colligendis lapidibus ad iaciendum funda destinata erat.

808
לקש

Et in distinctione sententiae לקש nomē quod proprie significat segetem illam, quae

816 **לשון** Validu. uehemens, nomen adiectiuum: usurpatur tamen plerumq; aduerbia- liter pro ualide, ualde, uehementer. Iud. 12. Et dixit Iephta ad eos, uir litis fui ego cu populo meo, & cum filijs Ammon ualide, id est, fuit mihi lis ualida. 2. Pa rali. 24. Et Iehoua tradidit in manu eorum exercitu in multitudine ualidissimum. Psal. 31. Inter omnes aduersarios meos fui opprobriu etiã uicinis ualidissimum.

Est & obseruandum, quod hæc dictio nomini adiectiuo apposita, etsi aduerbia- liter transferatur, tamen ex positiuo faciat superlatiuum. Ge. 1. Et ecce bonu ual- de, id est optimu. Geminatè positu constituit quoq; superlatiuu, sicut super super latiuum. Exod. 1. Et fructificauerunt & multiplicati sunt in ualde, ualde, id est uali- dissimè. Et cum 72. Psalm. 119. Ne derelinquas me usque adeo. Et iterum: Non eripias ex ore meo uerbum ueritatis usque adeo. Et in statu affixorum nomina- liter ponitur. Deut. 6. Et diliges Iehoua deum tuum, toto corde tuo, & tota anima tua, & tota ualiditate tua, id est omnibus uiribus tuis. 2. Reg. 23. In toto corde suo, & in tota anima sua, atq; in tota ualiditate sua.

817 **לשון** Nomen numerale, centum: & sub ista forma est generis comunis. Gen. 50. Erat Ioseph centum & decem annorum. Esther 1. Centum prouincias. 2. Paral. 25. Et mercede conduxit de Israel centu millia, fortes uiribus, pro centu talentis. 2. Pa rali. 5. Cum eis sacerdotes circiter centum. Et in statu regiminis 1000. Gen. 5. Et uixit Adam triginta & centu annis. Et dualiter 2000 generis comunis. Gen. 32. Capras ducentas, oues ducentas. Ezech. 48. Quinquaginta, & ducenti. Et plu- raliter 2000, communis generis. Gen. 5. Octo centum anni, id est octingenti an- ni. Num. 2. Et a principibus centum, id est centurionum. 2. Reg. 11. Et accipit prin- cipes centuriarum, ubi tamen scriptum est 2000.

818 **לשון** Noluit, renuit, recusauit, excusauit. Exod. 7. Renuit dimittere populum. Num. 22. Renuit Iehoua permittere mihi, ut irem uobiscu. Et mox iteru: Et renuit Bi- leam uenire nobiscum. Ieremia 15. Renuit sanari. Exod. 10. Usquequo renuisti hu miliari a facie mea. Ieremie 5. Renuerunt accipere disciplinã. Gen. 37. Et renuit co- solari. Exod. 4. Et renuisti dimittere illum. Iesaiã 1. Et si renueritis. Exo. 22. Si renu- endo renuerit pater eius.

Participium præfens 2000. Exod. 9. Sirenuis tu dimittere. Ieremia 38. Et si re- nuis tu egredi. Et pluraliter 2000. Ieremia 13. Qui renuuit obtẽperare uerbis.

INDE PARTICVLA,

819 **לא** Non, particula negatiua: iungitur nominibus substantiuis & adiectiuis, alijsq; par- tibus indeclinabilibus, exceptis uerbis præteriti & futuri temporis, quibus nõ iun- gitur. Et in continuitate sententiã semper habet subscriptum zere, at in distin- ctione sententiã 77 uel 78. Gen. 11. Sara erat sterilis, nõ ei natus. Num. 21. Non panis & nõ aqua. Iosue 6. Non egrediens & nõ ingrediens. 2. Paralip. 5. Nihil in ar- ca, nisi duæ tabulæ. Gen. 30. Aut si nõ mortua sum. Exod. 17. Vtru sit Iehoua in me- dio nostri, an non. Num. 13. Vtrum sit in ea arbor, an non. Iob 3. Expectabit lucẽ, & non. Ies. 41. Pauperes quarut aquas. Legitur semel per apocopẽ literã nun 77. Proverb. 31. Et principibus non sicera. Et subscripto hitik 77, id est nõ glo- ria, inglorius. 1. Samuelis 4. Et uocauit puerum Icabod, translata est gloria ab Isra- el, &c. Et a fronte literas seruales.

820 **לא** In non, id est dum non. Prouer. 8. In non abyssis. cap. 26. In non susurrone. Ies. 57. In non intelligente.

821 **לא** Non, negatiue. 1. Reg. 22. Num hic propheta? *non. num, ut nonne.*

822 **לא** Ad non, id est absq;. 1. Paralip. 22. Ligna cedrina ad non numerum.

823 **לא** Quasi non, quasi, penẽ, nihil propemodum. Psal. 39. Et tempus meum tanquam ni- hil apud te. Iesaiã 41. Erunt quasi non. Psal. 73. Propemodum effusi sunt gressus mei, id est parum absuit.

824 **לא** Absq;. Iesaiã 5. A non habitatore. Ieremia 19. Absq; loco ad sepeliendum. & cap. 33. Absq; homine & absq; iumento. Iesaiã 41. Ecce uos ex nihilo. Ceteru quan- do est affixum a tergo, notat personam multitudinis.

825 **לשון** hẽmã 13. In lingua populi, & populi. Et in cõmentarijs Hebræorũ, expositi- ue accipitur pro, id est. Tertiõ de re qualibet dicitur, quã linguam similitudi- nẽ refert. Et sic de Clynodio, seu ornamento dicit aureo, instar linguã formato. Io- sue 7. Et linguam auream unã. Item de flamma quã forma similis est linguẽ: aut- certè, ut animal lingua escã lambit, ita ignis flãma sua allambit ac deuorat res com- bustibiles. Ies. 5. Sicut deuorat stipulam lingua ignis, &c. Sic pro ostio, seu sinu maris, qui excurrit in terras, usurpatur, formã habente linguẽ similem, sicut Latini brachium, partẽ maris uel fluminis excurrentem appellant. Iosue 15. A lingua quẽ respicit uersus meridiem. Chaldaus 7777 petram, seu promontoriũ uerit. & ca. 18. Et ad linguam maris salis. Iesaiã 11. Et excommunicabit Iehoua linguam maris Ægypti. Et pluraliter 7777. Psal. 31. A contentione linguarum. Ies. 66. Ut con- gregem omnes Gentes, & linguas.

INDE VERBUM,

826 **לשון** Tertiã cõiugationis, linguauit, id est, lingua detulit *verschwetzten*, sicut 7777. Pro- uerb. 30. Ne lingua deferat seruum ad sustentatorem suum.

INDE NOMEN,

827 **לשון** Nomen participiale, delator, qui lingua defert. Psal. 101. Qui lingua defert clamõ- dalem suum, istum perdam.

828 **לשון** Inde nomen 7777. Vide in themate 7777.

812 **לשון** Nomen mensurã, continens dimidiu eorum. Et tantum uno in loco legitur Osee 3. Et Coro hordei, & Lethẽ hordei.

813 **לשון** Non legitur uerbaliter nisi semel, & in uocẽ passiuã 7777, comminutum est, de- molitum est. Iob 4. Et dentes catulorum comminuti sunt.

INDE NOMEN,

814 **לשון** Pluralis numeri, quõd significat dentes molares, seu maxillares, quibus prædã ca- tuli leonum comminuant. Psal. 58. Molares catulorũ confringẽ Iehoua. Vide 7777.

DE NOMINIBVS QVADRILITE- RIS ET PEREGRINIS:

814 **לשון** Ligna preciosa, quibus usus est Salomo in ædificando templo, & domõ sua, & fabricandis instrumẽtis musicis. Fortè illa sunt quã Apocalypsis 18. *ξύλοι δούρου* lignum Thyinum dicit. 1. Reg. 10. Sed & classis Hirã, quã portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna Almygim multa ualde, et lapidẽ preciosum, & fecit rex ligna Almygim fulcra pro domo Iehoua, & pro domo re- gis, & citharas, & Nabra pro cantoribus: non ueterunt talia ligna Almygim, neq; uisa sunt usq; in hunc diẽ. Legitur etiã per metathesim literarum 7777. 2. Pa- rali. 2. Mitte mihi ligna cedrorum & fraxinorum ligna Algyimmim et lapidũ præ- ciosorum. 2. Paralip. 9. Attulerunt ligna Algyimmim. Et iteru: Et fecit rex ex lignis Algyimmim stratas pro domo Iehoua.

7777 Iesaiã 32.

7777 **בְּעֵשָׂה תִּבְרַק שְׁלוֹם**

815 **בְּ** Constituit pronomen demonstratiuum separatum, pluralis numeri, præposita- litera hẽ: sic 7777 de quo in themate 7777. Quando autem a fronte aliarum partiũ adhibetur, est prepositio, eiusq; modõs significãdi uidẽ in uerbo 7777. At quan- do est affixum a tergo, notat personam multitudinis.

Psalm. 8. Quam magnificum est nomen tuum. Ezechielis 16. Quam infirmatum est cor meum. & cap. 19. Quam mater tua legna inter leones cubavit. Iudicum 13. Et dixerunt ad eos fratres ipsorum, quid uos? Psalm. 8. Quid homo, quod memor es illius. 2. Samuelis 21. Quid faciam uobis? Numeri 24. Usquequo Assur te captiuum abduxerit. Et in membro aut distinctione orationis, quando nulla alia uox sequitur, ualet quicquid, quodcunque. 2. Samuelis 18. Et dixit ad Iob, & fiat quicquid, curram quoque & ego post Cuschim. Iob 13. Et transeat super me quicquid, scilicet sit. Deinde saepenumero accipit a fronteliteras aliquas, quae non nihil addunt significationi, aut eam parum deflectunt.

בְּמַה Genesis 15. In quo sciam, quod possessurus sum eam. Iudicum 16. In quo serua- bo Israel?

בְּמַה Tot, quot, quoties. 2. Samuelis 19. Et dixit Barzilai ad regem, tot sunt dies anno- rum uitae meae. Gen. 47. Quot sunt dies annorum uitae meae? Iob 13. Quot sunt mi- hi iniquitates. Psal. 119. Quot dies serui tui. Iob 21. Quoties lucerna improborum exstinguetur. Psal. 78. Quoties amaricauerunt eum in deserto.

לְמַה Litera mem daggesata, uel raphata, secundum quod in eam incidit accentus, ad quid, propter quid, cur, quare. Genesis 12. Ad quid non indicasti mihi, quod u- xor tua esset. Et iterum: Quare dixisti, soror mea est. Psalm. 2. Quare tumultuantur Gentes, &c.

עַל-מַה Ad quid. Iob 13. Ad quid porto carnem meam dentibus meis?

לְמַה זָה Et altera uocula nullius est significationis. Gen. 25. Ad quid mihi primogenitura? Exod. 5. Quare misisti me? Iosue 7. Quare tu cadis super faciem?

שֶׁלְמַה Quare. Cantic. 1. Quare ero sicut operta circa greges sodalium tuorum.

מַה Cum patha eiusdem est cum מה significationis: & legitur sic scriptum, quando sequenti uoci combinatur uirgula, quam Grammatici מהך uocant, ut sit, quasi in regimine poneretur. Genesis 2. Ut uideret, quid uocaret illud. Proverbiorum 31. Quid filii mei, quid filii uteri mei, & quid filii uotorum meorum. Genesis 31. Quae transgressio mea, quod erratum meum? Iudicum 11. Quid mihi & tibi. & cap. 15. Et quid hoc fecisti nobis? 1. Samuelis 28. Quae forma eius. Iesaja 40. Et quam si- militudinem proportionabis? Esther 5. Quae petitio tua. Psalm. 36. Quam pre- ciosa misericordia tua. Psalm. 84. Quam dilecta tabernacula tua. Psal. 133. Quam bonum, & quam iucundum. Erut מה, ita etiam מה aliquoties habet postposi- tum מה, coniunctum tamen uirgula מהך. Gen. 27. Quomodo festinasti, ut inue- nires filii mei. 2. Reg. 1. Cur reuersi estis.

מִינַה Pro מה זָה. Exod. 4. Quid est in uia tua. Sicut & semel affixo לָמָּה est combinatū cum בְּלָמָּה. Iesaja 3. Quid uobis, ut atteratis populum meum.

מַה Et in hac forma eiusdem est modi significandi cum מה & מה. Exod. 32. Non nouimus, quid fuerit illi. 1. Samuelis 4. Quae uox clamoris magni huius. Et ite- rum: Quae fuit res, filii mei. 2. Samuelis 19. Quid est seruus tuus. 2. Regum 1. Quae di- spositio uiri? 2. Regum 4. Quid faciendum tibi. Ieremiae 11. Quid dilecto meo. Iob 7. Et quid non parces transgressioni meae. Psalmo 89. Recordare, ego quantum temporis?

בְּמַה In hoc. Exod. 22. Est uestimentum eius pro cute sua in qua cubat. 1. Samuelis 29. Et in quo complacebit iste. Iesaja 2. In quo reputandus est iste, id est, in hoc repu- tabilis est.

בְּמַה Zachariae 7. Quemadmodum feci iam tot annis.

לְמַה 1. Samuelis 1. Ad quid fles, & ad quid non comedis, & ad quid aduerfatur cor tuum?

עַל-מַה Iesaja 1. Super quo percutiemini ultra, id est, quamobrem, propter quid. Psalm. 10. Quare blasphemat improbus Deum.

עַר-מַה Psal. 4. Usquequo gloria mea ad ignominiam.

In uoce passiuua מִדָּר. Iere. 33. Et non mensurabitur arena. Osee 2. Si: ut arena ma- ris, quae non mensurabitur. Iere. 31. Si mensurabuntur caeli.

In secunda coniugatione מִדָּר. Iob 7. Et mensurabat uesperam. Psalm. 60. Et ual- lem Succoth mensurabo. 2. Samuel. 8. Et mensurauit duos funiculos. Et iterum: Et mensurauit eos fune.

In uoce passiuua מִדָּר. Habakuk 3. Stetit & mensurauit terram.

In quarta coniugatione מִדָּר. Regum. 17. Mensus est se super puerum.

INDE NOMINA:

מִדָּר Mensura, scilicet continuorum, seu quantitatis continua, sicut מִדָּרָה est mensu- ra quantitatis discretæ. Ezechielis 40. Et in manu eius calamus mensurae. 1. Paralip- pom. 11. Percussit Aegyptium, uirum mensurae. & 1. Paralip. 0. 23. Et in omni men- sura & quantitate. ubi מִדָּרָה est discretorum, & מִדָּרָה mensura cōtinuorum. He- braei proverbiali figura utuntur מִדָּרָה מִדָּרָה, quando uicissitudinem significare uo- lunt, sicut Germani *Eom umh saltz*. In statu regiminis מִדָּרָה. Psalm. 39. Mensu- ra dierum meorum quae est: Ezechielis 40. Secundum mensuram portae. Porro Nehemiae 5. Mutuo accepimus argentum in mensuram regis, id est in tributum regi. positū est pro מִדָּרָה, sicut Esdrae 4. etiam legitur. In statu affixorum. Iob 11. Longior terra mēsurā eius. Et pluraliter מִדָּרָה. Ezechiel. 40. Secundū mēsuras istas. Iere. 22. Aedificabo mihi domū mēsurarū. Et legitur semel forma masculina Iere. 13. Pars mensurarum tuarum.

מִדָּר Mensura, sicut מִדָּר. Iob 38. Quis posuit mensuras eius.

מִדָּרָה Mensura. 2. Samuelis 21. Et fuit uir mensurae.

מִדָּרָה Vestis, commensurata corpori. Leuitic. 6. Et induet sacerdos uestem lini. 2. Sam. 20. Et Iob accinctus ueste indumenti sui, & super ea accinctus erat gladio. Et in statu affixorum mutat hīk in pathah. Psalm. 109. Et induit maledictionem, uelut uestem suam. Similiter in plurali status affixorum. Iudicum 4. Et accinxit eū sub- ter uestes suas super femore dextro suo. 1. Samuelis 4. Et uestes eius erant scissae. & capit. 17. Et induit Saul Dauidem uestibus suis. Legitur tamen in duobus lo- cis, ubi uau seruat מִדָּרָה. 2. Samuelis 10. & 1. Samuelis 19. Et praescidit uestes eorū in medio eorum, usq; ad nates eorum. Sed de hoc quoque in themate מִדָּרָה.

מִדָּרָה Quare in themate suo מִדָּרָה.

מִדָּרָה Quare in themate suo מִדָּרָה.

825

מִתְמַחֵה Significatione quadrat cum uerbis מִתְמַחֵה & מִתְמַחֵה, & modo tantū ab ipsis uariat: significat aut turbari, tumultuari, distrahi negotijs. Est autē eius usus tantū in quarta coniugatione מִתְמַחֵה. Genes. 43. Quoniam nisi inturbati fuissetis, iam reuersi fuissetis. Iudicum 19. Fulci obsecro cor tuum, & inter- turbati fuerunt donec declinaret dies. Psalm. 119. Festinaui & non inturbatus. Genesis 19. Et inturbatus est, & apprehenderunt uiri manum eius. Exod. 12. Et non potuerunt adturbari, id est dum turbarentur. Iudicum 4. Et Eliud euasit do- nec turbati ipsos, id est dum turbarentur ipsi. Iesaja 29. Interturbemini & obstupe- scite. prius est negotij & morae, alterum admirationis. Habakuk 2. Si inturbata fuerit, in hīa illi. Ex istis igitur locis omnibus constat non esse dubitatis, sed de- liberantis & disputantis, & occupati animi, & distracti in re aliqua. Et credo esse uerbum quo Lucas Euangelista est usus ca. 10. Martha autem περιεστειρο, id est distrahebatur circa multa.

Participium מִתְמַחֵה. 2. Samuelis 15. Videte ergo, distrahor in campestribus deserti.

INDE PARTICULAE:

מַה Particula est, qua distractus animus de re aliqua significatur, id est, quam, quid. Psal.

32. Reccesserunt festinanter. Deuteron. 4. Quia auferendo auferemini festinanter desuper terra. cap. 7. Et poteris absumere eos festinanter. Sic in forma foemina

מְהֵרָה. Num. 16. Et uadens festinanter desuper terra. Io sue 8. Surrexit festinanter de loco suo. Psal. 37. Sic foenum festinanter succidentur. Psal. 147. Vsq; festinanter currit uerbum eius.

מְהֵרָה Festinantia: & hoc nomine solent Hebræi uocare dotem, quia festinanter solet dari in desponsatione. Germani etiam eadem ratione uocant *Wozengab*. Genes.

34. Multiplicare super me ualde dotem & donum, & dabo, sicut dixeritis ad me. Exod. 22. Argētum pendat iuxta dotem uirginitatis. 1. Samuelis 18. Non est complacētia regi in dote. Nomen pluralis numeri tantum, geminatum habens mem, praecipitia. Psal. 140.

828 In ignem conijciat eos, in praecipitia, ne resurgant. Id quod durum & compactum erat, resolutum seu liquefactum est: & congruit significatione cum uerbo מוֹד, eo quod primè literę eius idē sint instrumētū: ideo inter se modo tantum significandi differunt: habet enim quandam cōgruentiam cū uerbo מוֹד & nomine מוֹד, eo quod scirpus in humida terra immersus excrescat. Psal. 46. Resoluetur terra. Amos 9. Qui tangit terrā, ut resoluatur. Ezech. 21. Ut resoluatur cor. Et cum affixo legitur semel actiue Iesā. 64. Et resoluisti nos in manu iniquitatis nostræ.

In uoce passiuua מוֹד, 1. Sam. 14. Et ecce multitudo resoluta est. Iesā 5. Resoluta est Palestina. Nahum 1. Et templum resolutum est. Exod. 15. Resoluti sunt omnes habitatores Canaan.

Participium pluralis numeri מוֹדִים. Psal. 75. Resoluuntur terra & omnes habitatores eius.

In secunda coniugatione מוֹדָה. Psal. 65. Guttulis resolues eam. Job 30. Et resolues me in efficaciam.

In quarta coniugatione מוֹדָה. Psal. 107. Anima eorū in malo resoluatur. Amos 9. Et omnes colles resoluuntur. Nahum 3. Et colles resoluti sunt.

829 Legitur ab isto uerbo tantum participium presens, seu nomen participiale, pluralis numeri מוֹדִים, sicut à מוֹד deriuatur מוֹדִים. Psal. 66. Holocausta medullantium offeram tibi. Iesā 5. Et pascent agnos iuxta ordinem eorū, & siccitates medullantium aduenæ comedent.

INDE NOMINA:

מֶדוּלָה Medulla. Job 21. Et medulla ossium eius irrigabitur. Iudæi cerebrum hoc nomine uocant.

מְמָהוּם Nomen participiale, forma dualis numeri, & tamē irregulare. Iesā 25. Conuiuium fecium, pinguium, medullatorum, scilicet tam uini, quam panis & eduliorum.

830 Amotus est loco suo. uis, & cum rei motæ damno seu malo. Et congruit significatione cum uerbis מוֹד & מוֹד, nisi quod modo significandi inter se uariet: habet etiam cum eo congruentiam cum uoce tum significatione uerbū Latinum, motus est, ut uideatur ab Hebræa lingua mutuatum esse. Leui. 25. Et si attenuatus fuerit frater tuus, & amota fuerit manus eius apud te, tum sustentabis in eo. Deut. 32. In tempore amouebitur pes eorū. Psal. 46. Amota sunt regna. Psal. 60. Sana contritiones eius, quia amota est. Ies. 54. Et colles amouebuntur, at misericordia mea abs te non discedet, & pactum meum nō amouebitur. Psal. 38. In amoueri pedem meum, contra me magnificati sunt. Psal. 46. In amouendo montes in cor maris.

Participium מוֹד. Prouerb. 25. Fons expansus, & uena corrupta, iustus amotus coram improbo. Et pluraliter מוֹדִים. Prou. 24. Eripe pertractos ad mortem, & amotos ad necem, si prohibere poteris.

In uoce passiuua מוֹדָה. Psal. 10. Ego dixi in corde meo, nō amouebor. Ps. 21. Quomā rex cōfidit in Iehoua, & in misericordia Excelsi, nō amouebit. Psal. 82. Amouebunt omnia fundamenta terrę. Ps. 140. Amouent super eos carbones. Prouerb. 12. Radix iustorū non amouebit. Ies. 41. Et firmavit illud cum clauis, ne amoueat.

מִי Quis: ut מִי & מִי sunt realia, ita מִי est personale, quis, quę, quisquis, quicūq;, & est communis generis, numeri & casus, quanquam etiam articulos admittat. Genesis 21. Quis dixit ad Abraham. cap. 27. Quis tu es fili mi. Deuter. 20. Quis est homo. 1. Samuelis 25. Quis est Dauid, & quis est filius Isai. Ruth 3. Quæ tu es? Job 9. Et quis respondebit ei. 1. Samuelis 12. Bouem cuius accipi, & alinum cui accipi, & quem oppressi. Michea 1. Cuius transgressio Iacob, nonne Samariæ: & cuius Excelsa Iehuda, nonne Ierusalem? Gen. 32. Et si non interrogauerit te dicendo, Cuius es, & quod uadis? & cuius hæc sunt ante te? Job 12. Cum quo non sum sicut hæc. Psal. 27. A quo timebo. Gen. 33. Qui isti tibi. Iesā. 60. Qui isti, qui ut nubes uolant. Exo. 10. Et qui, & qui sunt ituri. Aliquando tamen quęstiuę ponitur de rebus personaliter. Iud. 13. Et dixit Manoah ad angelum Iehoua, quis nomen tuum, ut si uenerit uerbum tuum, honoremus te: uel sic, Quis nomine tuo.

עַל-מִי Ezech. 31. Ad quem similis es magnitudine tua. 1. Samuelis 17. Super quo commisit paucas oues.

826 מִיָּה Legitur de isto themate tantum participium præteritum מִיָּה, id est, perfusum. Videtur autem habere cognationem quandam significatione cum uerbo מָלַךְ, quod expandere significat. Iesā. 1. Et uinum tuum est perfusum aqua.

827 מִיָּה Festinauit, accelerauit: congruit significatione cū uerbis מִיָּה מִיָּה מִיָּה, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Psal. 16. Multiplicabunt dolores suos, qui alio festinauerunt. Exod. 22. Si quis perfraserit uirginem, quæ nondum desponsata est, & concubuerit cum ea, festinando festinet eam sibi in uxorem, id est, dotando dotet eam, quia quod Latini dotare, seu dotem dare dicunt, id Hebræi hoc uerbo festinandi efferunt, quod dos festināter & promittatur desponsatis, & detur nuptis.

In uoce passiuua legitur participiū מִיָּה: sed quia trāsit in naturā nominis, ideo inter nomina collo candum esse duximus.

In secunda coniugatione מִיָּה. 1. Samuelis 4. Et uir festinauit. Iesā 51. Festinauit, uoluitans se ut solueretur. Genesis 27. Quomodo festinasti ut inuenires. & cap. 45. Et festinabitis & adducetis patrem meum huc. Iesā 49. Festinauerūt aedificatores tui. Psal. 106. Festinauerunt, obliti sunt factorum eius: non expectauerunt consiliū eius. Iesā 5. Qui dicunt festinet, acceleret opus suum. Ieremiæ 48. Et malum eius festinauit ualde. 2. Paralip. 24. Et non festinauerunt Leuitæ.

Et quando post se accusatiū regit, tum uerbo arripiendi seu corripiendi transferendum est. Gen. 18. Arripe tria fata. 1. Reg. 22. Et dixit, Arripe Micham filium Hilmala. Nahum 2. Impingent ingressu suo, arripiant aurū eius. Esther 5. Arripite Hamon, ut faciat uerbum Esther.

INDE NOMINA:

מְהֵרָה Festinus, celer: & sumitur semper in bonum. Esdræ 7. Et ipse erat scriba festinus in lege Mosi. Psal. 45. Lingua mea stylus scribæ festini. Prou. 22. Vidisti uirum festinum in opere suo, is coram regibus stabit. Et in statu regiminis מְהֵרָה. Iesā 16. Et festinus iustitia.

מְהֵרָה Festinus. Et in ista forma accipitur in malum, pro præcipiti & temerario. Proter. 21. Superbus festinus, derisor est nomen eius. Habakuk 2. Veruntamen uinum seducit uirum festinum, & non habitabit tuguriolum.

מְהֵרָה Festinus, nomen participiale. Habakuk 1. Gens amara & festina. Et pluraliter מְהֵרָה. Iesā 34. Et cor festinorum obseruabit scientiam. Et in statu regiminis מְהֵרָה. Iesā 35. Dicite ad festinos corde, confortamini, ne timeatis. Et in genere foeminino מְהֵרָה. Iob 5. Et consiliū peruerforum, festinum.

מְהֵרָה Nomen forma masculini generis. Zopho. 1. Propinquus est dies Iehoua magnus, propinquus & festinus ualde. Et quādo iungitur uerbo, tum aduerbia scit. Exo.

ne, filius niri u Dei, Dominus noster Iesus Christus conceptus de spiritu sancto, natus ex Maria uirgine, benedictum illud semen, in quo benedicenda erant omnes gentes, & cognationes terrae, &c. Paulus apostolus aliquoties Iudaeos uocat in abstracto *περιουσι*, id est, Circumcisionem, sicut gentes uocat *ἀρεθους*.

מוך Vox, quae loci circumstantiam circumscribit & determinat, simulatq; importans respectum, id est, circum, circa, erga, ante, e regione. Exod. 18. Esto tu populo erga deum. 1. Reg. 7. Et e regione fenestra contra fenestram. Et cum affixo mutat schurek in kybutz daggestato lamed. Num. 22. Et ipse manet e regione mei.

מול luxtra, contra, aduersus. Iosue 9. Hi quoq; qui habitabant.

ממול E regione, contra, erga. Exod. 28. E regione faciei illius. Michea 2. Ultra tunicam, pallium sustulisti.

מול Cum holem. Deut. 1. In deserto in campestribus contra Suph.

מואל Interposita litera aleph. Nehe 12. Et chorus secundus ambulabat ex aduerso.

תמוול Constructum cum nomine *היום* hodie, tum respectum importat: ut *מול* loci, ita hoc temporis, hesternum, hesternus dies, heri. Exod. 5. Sicut heri, ita hodie. 1. Sam. 20. Quare non uenit filius Isai, nec heri, nec hodie ad panem. 2. Sam. 15. Heri ueniebas tu, & hodie transferam te. At quando non ponitur respectiue, tum sumitur pro tempore paulo ante preterito. Job 8. Heri nos, & nihil notimus.

תמוול Apposita priori litera aleph, Hesternus, hesternâ, hesternû, heri. Psal. 80. Quoniam mille annis in oculis tuis, sicut dies hesternus. Et cû schurek *תמוול*. Ies. 30. Quoniam ordinata est ab heri Thophete, id est, iam olim. Itē Amos 2. At heri populus meus sicut inimicus confurgebat, e contra uestem & pallium detrahebat. ubi apparet idem significare, quod *מול*, id est, e contra respectiue, ut sic legas: E contra uero populus meus, sicut inimicus insurgebat, &c. Porro quādo *תמוול* uel *מול* cum nomine *שליש* construitur mediatē, tum uertendū erit aduerbio heri. Exod. 4. Non sum uerborū ego, etiam ab heri, etiam a nudius tertius. 2. Sam. 5. Tam heri, quam nudius tertius, cum regnaret Saul super nos. Vel immediatē, & tum uertendū erit aduerbio nudius. Gen. 31. Et ecce nō erat erga eum sicut nudius tertius, id est, antea. Ex. 5. Et demesum laterū, quod faciebāt nudius tertius imponetis illis.

מום Vide in themate suo *אמן*.

מוך Vide in themate suo *קנה*.

833

מוך uel **מוך** Cōgruit significatione cum uerbis *מוך* *מוך* *מוך*, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se discrepēt. Legitur tamē ab hac forma tantum participium praesens, seu nomen participiale *מוך*, emulsor, qui emulget. Esa. 16. Defecit emulsor, emulgens.

INDE NOMINA:

מוך Emulsor, expressor, emunctor. Prouerb. 30. Emunctor lactis educet butyrum, & emunctor naris educet sanguinem.

מוך Gluma, hoc est, folliculus triturando decussus de granis frumenti, palea, quisquilia: quanquā postea generaliter pro minutijs quarumlibet rerum accipiat. Psal. 1. Non sic improbi, sed tanquam gluma, quam propellit uentus. Iesaiæ 17. Tanquam gluma montium ante uentum. Zophoniae 2. Tanquā gluma transiuit dies. Iob 21. Et sicut gluma, quam abripuit turbo. Osee 13. Tanquam gluma turbine rapta de area.

מוך Myrrha: uide in themate *מוך*.

834

מוך Significationē omnino contrariā habet cū uerbis *מוך* *מוך* *מוך*, cū quibus tamē scriptura aliquo modo cōgruit. Cōuenit autē ferē cū uerbo *מוך*. Significat autē discessionē, seu remotionem: nō accessionē, seu cōtrectationē. Zach. 14. Et discedet medietas montis ad Aquilonē, & medietas eius ad Meridiē. Iesaiæ 54. Quoniam montes discedent, & colles nutabūt, sed misericordia mea nō discedet. & cā. 22. Discedet clauus fixus in loco firmo. Cōstruif autē sepius cū ablatiue mediantē

In tertia coniugatione *מוך*. Psal. 55. Quoniam amouebunt super me iniquitatē. In quarta coniugatione *מוך*. Iesaiæ 24. Amouendo amouit se terra.

INDE NOMINA:

מוך Nomen infinitum, amotio, remotio, exilium. Psal. 55. Non dabit amotionem iusto in aeternum. Psal. 121. Non det in amotionem pedem tuum. Deinde pure nō minimaliter significat Hebraeis, instrumentum, quo aliquod onus amouetur. Latini uerterunt uectem. Num. 4. Et ponent super uectē. & cap. 14. Et succiderūt ibi palmitem, & botrum uuarum unum, & portauerunt eum in uectē cum duobus, scilicet uiris. Et in genere foeminino *מוך*, significat etiam instrumentum, quo onus aliquod amouetur, uectis seu pertica: postea per metalepsin pro iugo, & onere iugi accipitur. Iesaiæ 58. Soluere fasciculos iugi, dimittere concucatos, liberos, & omne iugum dirumpatis. Et mox iterū: Si remoueris e medio tui iugum. Et pluraliter *מוך*, uectes in iugo. Leuit. 26. Et fregi uectes iugi uestri, & incedere feci uos erectē. Ezech. 34. Cum fregero uectes iugi uestri. 1. Paralip. 15. In humeris suis uectibus super illis. Ieremie 27. Fac tibi lora & uectes, & pones ea super collo tuo. & cap. 28. Uectes ligni fregisti, & facies eis uectes ferri. Ezech. 30. Cū ego frangerem ibi uectes Aegypti.

831

מוך Oppressus, depressus est, scilicet paupertate & inopia seu aere alieno. Et differt tantum significandi modo: *מוך*. Leuit. 25. Et oppressus fuerit paupertate frater tuus. Et ibidem iterum: Quando oppressus fuerit paupertate frater tuus, & uendiderit de possessione sua.

INDE NOMEN,

מוך Nomen participiale, oppressus, scilicet paupertate, seu debitis. Leuit. 25. Et si oppressor fuerit ipse ab abstimatione tua.

832

מוך Generaliter significat cadere, secare, cum suis compositis: ut sunt, omnino & perfectē circumcidere, circumsecare, resecare, succidere. Congruunt enim significatione cū uerbis *מוך* & *מוך*, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se discrepant. Iosue 5. Hæc est causa, qua circumcidit Iosua omnem populum. Deut. 30. Et circumcidet Iehoua deus tuus cor tuum. Gen. 17. Et circumcidit carnem praputij eorum. Iosue 5. Et iterum circumcidit filios Israel secundō. Ezech. 16. Quomodo circumcidam cor tuum.

In uoce passiuā *מוך*. Gen. 17. Et circumcisus est Abraham. Et iterum: Et empti argento a filio alienigena circumcisi sunt ab ipso.

Participium pluralis numeri *מוך*. Gen. 34. Sicut ipsi circumcisi sunt.

In secunda coniugatione uoce passiuā *מוך*. Psal. 90. Mane floret, & crescit, uesper autem resecatur & arefcit.

In tertia coniugatione *מוך*. Psal. 118. Sed in nomine Iehuda succidam eos.

In quarta coniugatione *מוך*. Psal. 58. Ut cum tendet sagittas suas, uelut succidantur.

INDE NOMINA:

מוך Circumcisus, uel, ut Suetonius in uita Domitiani Iudæum uocat, Circumsecus. Ieremias 9. Et uisitabo omnem circumcisum praputio. Et pluraliter *מוך*. Iosue 5. Circumcisi erant omnes in populo.

מוך Nomen pluralis numeri, id est, Circumcisiones: quo usa est uxor Mosis Midianitis lingua sua. Exod. 4. Sponsus sanguinū propter circumcisiones. Alioqui Hebrei uulgarī sua lingua opus circumcisionis uocāt nomine *מוך*, & illum qui hoc opus perficit *מוך*. Est autem circumcisio, carnalis pelliculā, qua uirgæ glans obtegatur, amputatio. Et quia promissio Abraham facta erat de femine, ideo circumcisio fieri debet in loco genitali, ut promissi seminis isto signo externo circumcisionis, admoneretur. Deinde circumcisio masculino generi tantum erat mandata, ut Iudæi illa admonerentur peccati originis, omnes semine uirili propagatos esse peccatores, & obnoxios iræ dei, & aeternæ damnationis. Sed ideo parsum est generi foeminino, quod quidam nascendus esset ex muliere sine uirili semine

ham à mortuo suo. Et ibidem iterum: Ut sepeliam mortuū meum è cōspectu meo. Exod. 12. Et non erat domus in qua non esset mortuus. Nume. 6. Omnibus diebus est Hazareus Iehoua, ad corpus mortuum non ingrediatur. ubi adiectiue ponitur.

Et nota, quod non semper pro mortuo seu cadauere mortuo, seu corpore mortuo, sed etiā pro homine occidendo, & reo mortis, & mortui destinato usurpetur. Gen. 20. Ecce tu mortuus, du bist des todes. Deut. 17. In ore domino aut trium te situm occidat occidēdus, id est, reus mortis. Et pluraliter מות in prima semper cum zere, tam in statu absoluto, quam regiminis & affixorum. Psal. 88. Inter mortuos libere. In statu regiminis מות. Ier. 22. Et non mortui bello. Thren. 2. In tenebris collocauit me sicut mortuos mundi. Est autē non indignū scitu, quod aliud & in alia parum forma (quod ad primā uocem attinet) nomen pluralis numeri tātū habēs, scilicet sub prima litera seua, ut מות, aliquoties legat, quod significat uiros, homines, mortales. Et ut Latini à conditione sua homines uocant mortales: ita Hebraei uocant eos similiter מות, nisi quod Hebraei, quantum ex facris literis deprehēditur, paulò arctius hoc uocabulo utantur pro uiris seu hominibus, seu mortalibus eiusdem familiae, tribus, sortis, societatis seu ciuitatis & reipublice. Deut. 2. Et anathematizauimus omnia oppida, uiros & mulieres, & paruulos, pro quo Chaldaeus uertit מות uiros. Iob 11. Soli tibi uiri tacebunt. & cap. 24. In ciuitate uiri gemunt. Et Dauid Propheta addidit huic nomini ab initio literā mem מות. Psal. 17. Mortales manus tuæ Iehoua, mortales de mundo, quorum portio est hæc uita. Et quamquam alij existiment literam mem esse præpositionem, ut præcedenti proximè uersui cohæreat, tamen si staret ipsorum sententia, debebat altera mem litera substantialis punctari dagges. Deinde suffragatur meæ sententiæ, quod ut paulò pōst apparebit, hæc uox per prothesin etiā cum hanc literam, tum quoq; beth accerlit. In statu regiminis מות. Iob 11. Ipse nouit homines uani tatis. cap. 19. Abominati sunt me omnes uiri consilij mei. & cap. 31. An non dixerūt uiri tabernaculi mei. Et cum affixo. Ier. 3. Uiri tui gladio cadent. Est præterea & hoc non prætereundum silentio, quod quando hoc nomē pluralis numeri מות cōstruitur cum nomine מות, uel aduerbio מות, tum significet paruum manum, exiguum, infirmum & pusillum cœtum, qui collatione alterius rei, uel partis ualde est pusillus, infirmus, imbecillis, imò uelut mortuus, & uelut oues ad mactationem expositus. Gen. 34. Dixit Iacob ad Simeon & Leui, turbastis me: foetere enim fecistis me coram habitatore huius terræ, coram Cananeo, & Phereæo. Ego uerò paucus numero, & congregabuntur aduersus me, & percutiēt me, & delebor ego, & domus mea, &c. Deut. 4. Et disperget uos Iehoua in populos, & superstitēs eritis pauci numero inter Gentes. & cap. 33. Uiuat Ruben, & non moriatur, & tribus eius sit pusilla numero. Item cū aduerbio מות. Deut. 26. Descendēs in Ægyptū, peregrinatus est tibi cœtu modico. & ca. 28. Et eritis reliqui in cœtu modico, pro ijs qui fuistis quasi stellæ cœli præ multitudinē. Et 1. Paral. 16. cum utroq; cōstructum legitur, quibus supersuperlatiuum significare uoluit: Cum essetis מות מות, paucissimi numero. Reperitur tamē uno in loco cum nomine alio cōstructum, ubi quoq; pusillum, infirmum, & imbecillum significat. Ier. 41. Ne timeas uermis Iacob מות מות pusille Israel. quam phrasin nedū imitatus, uerū etiā mutatus est Christus, cum Lucæ 12. discipulos suos iisdem uerbis consolatur: Noli, in-

מור Mors. 2. Sam. 22. Circūdederūt me procellæ mortis. Deut. 19. Et ei non iudicium mortis. Paulus 2. Corinth. 1. uertit ἀποθνήσκου τὸ θανάτου sententiā mortis, uelut ipsis periculis nihil aliud denunciantibus, quam mortem. Sumitur autem non rarò pro morbo aliquo lætali, pro peste seu lue aliqua. Thren. 1. Foris gladius orbabat, & domi quasi mors. Item pro pernitiē, afflictione, calamitate. Exod. 10. Rogate Iehoua ut auferat à me mortem istam. Prouerb. 26. Sicut abscondit se, qui faculatur ignes, sagittas & mortem. Sic Paulus uidetur usus esse Rom. 7. Quis liberabit me à corpore mortis, id est, obnoxio multis afflictionibus, morbis, malis. In statu regi-

diantē præpositione mem. Num. 14. Arca fœderis Iehoua, & Mose non discesserunt è medio castrorum. Iosue 5. Non discedet liber legis ab ore tuo. Prouerb. 17. Non discedet malum à domo eius. Iere. 31. Si discesserint statuta à conspectu tuo. Iudicum 6. Ne obsecro discedas hinc. Legitur tamen semel regens post se accūsatiuum mediante articulo מות, actiue seu transitiue. Zach. 3. Et discedere faciā iniquitates terræ illius in die una, id est, amouebo.

In tertia coniugatione מות, legiturq; quandoq; transitiuè sequente accusatiuo. Mich. 2. Non subducentis inde colla uestra. Et ibidē iterum: Quomodo quod subduxerat mihi, redderet agros nostros, quos distribuit. Iob 23. Præceptum labiorum eius etiā non remouit. At quando non ponitur in regimine, sed cōstruitur cum ablatiuo mediante præpositione mem, tum neutraliter, & intransitiue usurpatur. Exod. 33. Et puer non discedebat de medio tabernaculi. Ier. 46. Et è loco suo non discedet, neq; discedet à faciendo fructum, id est, non cessabit facere fructum. Exod. 13. Non discedet columna nubis interdiū, & columna ignis noctu à conspectu populi.

835

מות uel מית

Absumptus est morte, obiit, defunctus est, mortuus est morte uel naturali, uel uiolēta. Et ut sola literarū trāspositione, ita modo significadi differt à uerbo מות. Et nota q; in tertia persona utriusq; numeri præteriti tēporis, & in participio præsentis transponit iōd litera media ad hirik, & legitur מות, pluraliter מות. Ceterū in reliquis omnibus personis, modis, tēporibus ac coniugationibus referunt formam מות. Gen. 56. Et uidentes fratres Ioseph, quod mortuus esset pater ipsorū. Iosue 1. Ecce Moses seruus meus mortuus est. 2. Sam. 12. Est ne puer mortuus? & responderunt, mortuus est. Gen. 7. Et cuncta quæ fuerant in arida, mortua erant. cap. 19. Ne apprehendat me malum, & moriar. Iud. 4. Lassusq; mortuus est. 1. Sam. 14. Propter paululū mellis, ego moriar. 1. Sam. 25. Et mortuum est cor eius intra ipsum. Est autē hic obseruatione dignū, primò, quod quemadmodum uerbum מות nonnūquam ex uehementi agritudine reuiuiscere, ac sanitate recuperare, ita hoc uerbum מות contrariò modo, à sanitate in morbum recidere, pristinam sanitatē ac uitā amittere significat. Gen. 2. Quacunq; die comederis tu ex ea, moriēdo morieris, id est, eris mortalis, & mortu obnoxius, uitā statim amittes. 1. Sam. 25. Et mortuum est cor eius intra ipsum.

Participium præsens מות. Gen. 30. Da mihi filios, si nō dederis, morior ego. Et pluraliter מות. Exod. 12. Et dicebant omnes, nos morimur. In genere fœminino מות. Gen. 30. Et si non morior ego. Zach. 11. Quæ moritur, moriatur. Migrat tamen ista participia in nomina uerbalia, ut paulò inferius uidebitur.

In secunda coniugatione מות, morte affecit, occidit. Iudicum 5. Euagina gladium tuū, & occide me. 1. Sam. 14. Et armiger eius occidebat à tergo eius. 2. Sam. 1. Ego occidi unctum Iehoua. Psal. 34. Occidet improbum malitia.

In tertia coniugatione מות, morte affecit, occidit. Iudic. 16. Et fuerunt mortui, quos occidit morte sua plures, quam quos occiderat in uita sua. 2. Sam. 3. Propterea quod occidisset Azachelem. 2. Reg. 16. Et Rezin ipsum occidit.

Participiū præsens מות. 1. Sam. 2. Iehoua occidit, & uiuificat. Et pluraliter מות. 2. Reg. 17. Et misit inter eos leones, & ecce ipsi erāt occidētes eos. Iob 33. Et appropinquat anima eius sepulchro, & uita eius occisoribus. Iere. 26. Veruntamen sciendo scitote, quod si occisores uos mei fueritis.

In uoce passiuua מות, occisus est. Deut. 22. Et si erit in aliquo peccatum iudicij mortis, occidat. 2. Sam. 21. Et ipsi occisi sunt tempore messis. Exo. 21. Qui percussit rit patrem suum, aut matrem suam, occisione occidetur, id est, morte multerur.

Participium masculini generis מות. 1. Sam. 19. Si non liberas animam tuam hac nocte, cras es occisus. Et pluraliter מות. 2. Paral. 22. Et furata est eum de medio filiorum regis occisorum.

INDE NOMINA:

מות Nomen participiale, mortuus, corpus mortuū, cadauer. Gen. 23. Et surrexit Abraham

מורי Ariēs, machina bellica, quæ applicatur muris, ut eos plaudendo frangat. Iesaiā 26. Et arietem contra eam ponet contra muros tuos.

840
מורי

Infecit, scilicet sanguine, cruentavit. Conuenit significacione cum uerbo **מורי**, nisi quod hoc de infectiōe fermēti, illud uerò de infectiōe sanguinis dicatur. Ac utuntur Hebræi isto uerbo non aliter atq; Latini utuntur uerbo uulneradi, seu sauciandi. Psal. 110. Sustentator ad dexterā tuam cruentavit in die iræ suæ reges. Et mox iterum: Cruentavit caput in terra multa. Iob 26. Et in intelligentiā sua cruentavit superbiam, scilicet maris seu Agypti. Alludit enim tacite ad interitū Pharaonis in mari iuncto. Num. 24. Et cruentabit terminos Moab. Et mox iterum: Et sagittas suas cruentabit. Deut. 32. Cruentavit, & ego sanabo. & cap. 33. Cruenta lumbos insurgentium contra te. 2. Sam. 22. & Psal. 18. Et consumam eos, & cruentabo eos. Iudic. 5. Attrestitavit caput eius, & cruentavit. Iob 5. Cruentabit, & manus eius sanabunt. Psal. 68. Et quidē deus cruentabit caput inimicorū suorū. Et mox iterum: Ut cruentes pedē tuum in sanguine. Habakuk 3. Cruentasti caput de domo improbi.

INDE NOMEN,

מורי Cruentatio. Ies. 30. Et cruentationem seu cruorē plagæ eius sanabit, id est, uulnus.

841
מורי

Vertit, adaptando uertit seu uoluit. Congruit significacione cum uerbo **מורי**, nisi quod ut positū literarum, ita modo significandi inter se uariant. Iudic. 5. Et uertebat caput eius, & cruentabat.

842
מורי

Reciprocatio, commutatio, precium quod datur pro re uendita. Et ut à **מורי** nō nisi litera differt, eadem tamen quod ad prononciationem attinet affini, & commutabili, ita significacione non multum discrepat. Nam ut **מורי** uēditionem significat, ita hoc notat cōmutationem seu precium, pro quo fit uenditio: itaq; sese erga inuicem habent tanquam correlatiua, uideturq; præterea non nihil cōmune habere significacione cum uerbo **מורי**. Deut. 23. Non inferes mercedis meretricis, neq; precium canis in domum Iehoua. 2. Sam. 24. Emendo emā abs te pro precio. 1. Reg. 21. Dabo tibi argenti precium pro ea. Prou. 17. Quid est precium in manu stulti. Prou. 27. Et precium agri sunt hirci. Iesaiā 45. Et captiuitatem meam dimittam, neq; pro precio, neq; pro munere. cap. 55. Emitte absq; argento, & absq; commutatione uinum & lac. Dan. 11. Et terram diuidet pro precio. Micheæ 3. Et sacerdotes eius pro precio docebant. In statu affixorum nihil uariat. Iob 28. Et pōderabitur argentum pro precio eius. Et pluraliter **מורי**. Psal. 44. Neq; auxilii precia eorum. Ex his iam citatis locis clarum est, significare rem aut pecuniam, que pro alia re datur, & quæ sequitur & superuenit, ut fiat commutatio.

מורי Aliud nomen substantiuum, quod cōmutationem tēporis significat. Et ut **מורי** est commutatio rerum, ita **מורי** est commutatio temporis. Latini uerterū cras: nec habent aliud, quo proprius reddere possint. Est autem cras, dies quæ sequitur hesternum, & superuenit priori. Exod. 8. Et recedet mixtura à Pharaone & à seruis eius, & à populo eius cras. cap. 9. Cras faciet Iehoua uerbū istud. cap. 19. Et sanctificabis eos hodie & cras, lauentq; uestimenta sua, sintq; parati in diem tertiu: quoniā die tertio descēdet Iehoua in oculis totius populi. Num. 14. Cras respicite, & profici scimini in desertum. Iosue 11. Ne timeas à cōspectu eorum, quia cras iuxta tempus istud tradā eos. Iesaiā 22. Comedendo & bibendo: cras enim moriemur. Accipitur tamen aliquādo non precisē pro die crastino, seu proximē postero, sed pro tempore subsequeute, seu superueniente. Deut. 6. Si interrogauerit te filius tuus cras dicens, id est, aliquādo, **heut oder morgen**. Ios. 4. Et cum interrogauerint filij uestri cras patres suos, quid sint lapides isti. Iosue 22. Quod si uoluerit sic dicere ad nos, & ad generationes uestras cras. Quandoq; assumit ab initio literā lamed **מורי**, in crastino, seu aduerbialiter crastinō. Ex. 8. Et dixit, in crastino: & dixit, fiat iuxta uerbum tuum. Et mox iterum: Crastinō erit signum istud. At quando constructur cum nomine **מורי**, tum est adiectiuum. Gene. 30. Et respondebit mihi iustitia mea in die crastino, id est, aliquando, suo tēpore, quando cunq; opus erit, iustitia mea pro me

regiminis & affixorum **מורי**. Num. 23. Moriatur anima mea morte iustorū. Iud. 16. Et erant mortui, quos occidit morte sua. In plurali legitur in statu regiminis & affixorum **מורי**, cruciatus Ictales. Ezech. 28. Mortibus incircumcisorum morieris.

Sic sapissime scriptura utitur pro ingentibus discriminibus, grauib; afflictionibus, luctibus & agonibus, morti proximis & uehemētissimis passionibus, sicut & Paulus facit 2. Corinth. 11. cum inquit: In mortibus frequenter. Item 2. Corinth. 1. Quin ipsi in nobis sententiā mortis acceperamus, ne confideremus in nobis ipsis, sed in deo, qui ad uitam suscitauit mortuos, de tanta morte eripuit nos, pro quo uetus translatio habet de tantis periculis: Ambrosius de tantis mortibus, quemadmodum etiam legit Chrysostomus, ostendens **ὑπερβολικῶς** ingentia discrimina diclas esse mortes. Asciscit autem semel à fronte literam mem **מורי**. Ier. 16. Mortibus incircumcisorum morientur.

מורי Mors: sicut à nomine **מורי** fit denominatiuū **מורי**. Ps. 116. Preciosa mors factorū eius Mors. Psal. 79. Fac residuos filios mortis. & Psal. 102. Ad soluendum filios mortis, id est, ad iudicatos morti.

836
מורי Et in distinctione sententię **מורי**, infusio, liquor qui in craterem infunditur, sicut **מורי**. Can. 7. Umbilicus tuus sicut crater rotundus, qui nō deficit liquore. Arbitror autem affinitatem habere significacione cum **מורי**.

837
מורי Nomē pluralis numeri tātum, status regiminis, id est, adustiones. Deu. 32. Adustiones famis, &c. Verbu **מורי** frequēs est in hac significacione apud Chaldaeos.

838
מורי Nomen, quod proprie obfirmationem significat seu firmamentum, & per translationem cingulū, quo homo firmatur, & quod roboret lumbos. Ies. 23. Transi terram tuā, tanquā flumen filia Tharsis, non est obfirmatio amplius, i. cingulum.

In statu regiminis mutat sægol in zere **מורי**. Psal. 109. Sit ei uelut uestimentum, quo inuoluitur, & in obfirmationē perpetuitatis, qua cingetur illa. Iob 12. usus est forma **מורי**: Effundet contemptū super principes & obfirmationem torrentium debilitat, id est, baltheum seu potentiam tyrannorum, pro quo Hieronymus uertit: Et cingulum regum dissoluit.

839
מורי Absterit, deleuit, abstergendo deleuit, amouit aliquid loco, ne amplius appareat. Et hæc est amplior & communior significatio. 2. Reg. 21. Et abstergā Ierusalem, quemadmodū aliquis abstergeret caldare absterfione, & uerteret super faciem suam, ut scilicet in eo amplius nihil sit. Gene. 7. Et delebo omnem substantiam. Prouer. 30. Et absterget os suum. Ies. 25. Absterget Iehoua deus lacrymam ab omni facie. Psal. 51. Et omnes iniquitates meas absterge. Exo. 32. Dele me ex libro tuo. Deut. 25. Delebis memoriam Amalek. Gen. 7. Et deleuit omnem substantiam. Exod. 17. Delendo delebo memoriam Amalek. 2. Reg. 14. Et non loquutus est Iehoua ad delendum nomen Irael.

Participium præsens **מורי**. Ies. 43. Ego, ego ipse, inquam, deleo transgressiones tuas propter me. Est & obseruandum, quod in quibusdam locis significacionem priori habet contrariam, & significat admouere alicui rei, ut perecellatur. Ad differentiam alterius sæpius scribitur cum aleph loco he, & exponitur uerbo plaudendi. Iesaiā 55. Et omnia ligna agri plaudent manu. Psal. 98. Flumina plaudent manu.

Legitur tamen semel cum he. Num. 34. Et pertinget ad latus maris Cinnereth. In uoce passiuā **מורי**. Ezech. 6. Et debentur opera uestra. Deut. 25. Et non delebitur nomen eius. Nehe. 4. Et peccatum eorum à facie tua ne deleatur. Psal. 109. Deleatur nomen eius.

In tertia coniugatione **מורי**. Nehe. 13. Et ne deleas misericordias meas. Iere. 18. Et erratum eorū à facie tua ne deleas. ubi iōd est loco he. Prou. 31. Ne des mulieribus substantiam tuam, & uias tuas ad delendum reges. ubi abiecta est he litera characteristicā tertię coniugationis euphonia gratia.

INDE NOMINA:

מורי Absterfio. 2. Reg. 21. Quemadmodum aliquis abstergit caldare absterfione.

Gen. 1. Et spiritus dei agitabatur super facie aquarū. Item, Fiat firmamentum in medio aquarum, & distinguit inter aquas & aquas, & fecit deus firmamentum, & diuisit inter aquas, quae sunt sub firmamento, & inter aquas quae sunt supra firmamentum.

Secundo, de aquis simul rarioribus, & spissioribus, id est, aere & aqua. Gen. 1. Et dixit deus, motitetur aqua motabile animae uiuentis, & uolatile quod uolet supra terram.

Tertio, pro nubibus densioribus & obscurioribus. Psal. 18. Obscuritatem aquarum, densitates nubium. Psal. 104. Qui conuergat in aquis solaris suum. Et iterum: Supra montes stabunt aquae.

Quarto, de aqua elementari separata ab aere & aquis superioribus. Gene. 1. Et collectionem aquarum uocauit maria. Gen. 7. Et multiplicatae sunt aquae, & eleuauerunt arcam. Cantico. 8. Aqua multa non potuerunt extinguere dilectionem. Num. 24. Stillabit aqua de haustro eius. Exod. 12. Et coctum in aqua. & cap. 34. Et aquam non bibit.

Quinto, sicut panis pro quolibet cibo, ita aqua pro quolibet potu sepe ponitur. 1. Reg. 13. Neque comedam panem neque bibam aquam in loco isto. Ier. 3. Omnem baculum panis, & omnem baculum aquae. Osee 2. Dant panem meum & aquam meam.

Sexto, metaphorice pro potu spirituali, id est, promissionibus Euangelij de Christo, quibus animae fide recreantur. Ier. 31. O sitientes uenite ad aquas, &c. Psal. 23. Ad aquas quietis deduxit me.

Septimo, ut supra dixi, copia habet symbolon, & significationem. Iob 3. Et effundebantur uelut aquae rugitus mei. Psal. 22. Sicut aqua effusus sum. Psal. 79. Effuderunt sanguinem eorum, quasi aquam. Ier. 17. Propterea quod spreuit populus aquas Siloah ambulantes sensim. & cap. 17. Et impetus plebium, sicut impetus aquarum ualidarum frement. Osee 5. Effundam sicut aquas furorem meum.

Octauo, de malorum seu calamitatum copia, & impetu, quibus circumdati cum uite periculo innatamus, fluctuamur, & angimur. 2. Sam. 22. & Psal. 18. Traxit me de aquis multis. Psal. 32. In inundatione aquarum multarum ad te non pertingent. Psal. 66. Intrauimus per ignem, & per aquas. Psal. 69. Ne inundet me cursus aquarum.

Et in statu regiminis. Gen. 7. Et ingressus est Noach & filij eius & uxor eius, & uxores filiorum eius cum ipso in arcam propter aquas diluuij. Et iterum: Et aquae diluuij fuerunt super terram. Exod. 15. Et reduxit Iehoua super eos aquas maris. Et geminatur aliquando. Exo. 4. Et accipies de aquis fluminis. & cap. 7. Et extendem manum tuam super aquas Aegypti. Iosue 4. Excise sunt aquae Iordanis. Iob 24. Rapiunt aquas niuis.

Et in statu affixorum semper legitur geminatum in forma status regiminis. Exo. 23. Et benedicet panem tuum, & aquam tuam. Num. 20. Et dabit illa aquas suas. Psal. 105. Conuertit aquam eorum in sanguinem. Psal. 46. Fremant & turbentur aquae eius, id est, populi.

Species. Vide in themate suo.

847 מַיִם Vide supra in themate suo.

848 מַיִם Foetuit. Legitur in tertia coniugatione semel. Psal. 73. Foetere fecerunt, & loquuti sunt ad malum iniuriam. Congruit autem significatione cum uerbo מַיִם, quod frequentiore in usu est.

849 מַיִם Significatione consentit cum uerbis מַיִם & מַיִם: omnia enim mutationem in peius significant. Eius usus est tantum in tertia coniugatione. Ier. 2. Num mutauit gens aliqua deos? sed populus meus mutauit gloriam suam. ubi tamen iod interposita est, ac si thema esset מַיִם. Leui. 27. Neque commutet ipsum bonum in malum. Et mox iterum: Et si commutando commutauerit tumentum pro iumento. Psal. 46. Propterea non timebimus in mutando terram, id est, si mutetur terra.

INDE NOMEN,

מְמוּחָה Comutatio. Ruth 4. Et hoc erat antea in Israel super redemptionem, & super commutationem. In statu affixorum מְמוּחָה. Leui. 27. Et erit tam illud, quod commutatio eius, sanctum, i. res.

satisfaciet. Prou. 27. Ne glorieris in die crastinum. Sic quoque quando coniungitur nomini מַיִם. Exod. 9. Ecce ego pluam iuxta tempus crastinum. 1. Sam. 9. Iuxta tempus crastinum, id est, cras iuxta hoc tempus.

מַיִם Cras. Num. 11. Et surgens populus tota die, & tota nocte, & tota altera die collegerunt cornices. Et assumit plerumque ab initio literam mem מַיִם, id est, in crastinum: uel aduerbialiter, cras, crastino. Ge. 19. Et factum est crastino. Exo. 9. Et facit Iehoua uerbum istud crastino, & mortuum est omne pecus Aegypti. Leui. 19. In die sacrificij uestri comedetur, atque in die crastino, & si quid residui manserit in die tertium, igni comburetur. 1. Sam. 5. Et cum manicaret mane postridie. Habet tamen in ista forma semel a fratre lamed, & in fine paragoga literam mem מַיִם. 1. Sam. 30. Et percussit eos Dauid a matutino crepusculo usque ad uesperam crastini diei.

843 מַיִם Congruit significatione cum uerbo מַיִם. Significat enim motionem de loco, cum damno seu malo rei amota. Legitur autem in hac forma tantum semel, & quidem in uoce passiuua מַיִם, Psal. 17. Non amota sunt uestigia mea.

INDE NOMEN,

מַיִם Per aphazefin mem, lutum, quod in eo amouentur pedes. Ier. 41. Sicut figulus calcabit lutum. Iob 41. Et sternit se super asperitatem, tanquam super luto. Ier. 38. Et in lacum sine aqua, sed lutum, & demersus est Ieremias in lutum. Psal. 18. Sicut lutum platearum euacuabo eos. Psal. 40. Et eduxit me de lacu praecipiti, de luto coeni.

מַיִם Habakuk 2. Et aggrauat super se densum lutum.

844 מַיִם Reclinatorium, lectus, cubile. Vide in themate suo מַיִם.

845 מַיִם Nomen substantiuum, & generaliter pluuiam significat, quae humectat, liquefacit, & dissoluit dura: nam cognationem habere arbitror, ut forma, ita significatione cum uoce מַיִם. Deut. 11. Et non erit pluuia. 1. Reg. 17. Si erit his annis ros & pluuia. Ier. 4. Et in absconsonem a tempestate, & a pluuia. Psal. 135. Fulgura in pluuiam fecit. Et in statu regiminis מַיִם. Deut. 11. Et dabo pluuiam terrae uestrae in tempore suo. Ier. 30. Et dabit pluuiam seminis tui. Zach. 10. Petite ad Iehoua pluuiam in tempore serotino, & Iehoua faciet illustres, & pluuiam imbris dabit illis cuique herbae in agro. Et pluraliter in statu regiminis מַיִם. Iob 37. Et imbris pluuiarum potentiae suae.

INDE VERBUM,

מַיִם Pluit. Amos 4. Pars una pluetur. In tertia coniugatione מַיִם. Gen. 2. Quia non pluerat Iehoua deus super terram. Et cap. 19. Et Iehoua pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem, ab ipso Iehoua e caelo. Exod. 9. Et pluit Iehoua grandinem super terram Aegypti. Amos 4. Et pluam super ciuitatem unam, & super ciuitatem alteram non pluam. Psal. 11. Pluet super improbos, carbones. & Psal. 78. Et pluit super eos Man. Iob 38. Ad pluendum super terram. Ier. 4. Et nubibus praecipiam, ne pluant super terram.

Participium praesens מַיִם. Gen. 7. Ego pluo super terram. Exod. 16. Ecce ego pluo uobis panem.

846 מַיִם Quis. Vide in themate suo מַיִם.

מַיִם Cum cametz & pathah: & est nomen forma dualis numeri, quia duplices sunt aquae superiores & inferiores, inter quas firmamentum diuidit. Dein de ista forma est tam singularis, quam pluralis numeri, secundum quod construitur cum nomine adiectiuo, uel uerbo singularis siue pluralis numeri, uel aliis ex circumstantia deprehendi potest. Habet autem appellationem suam a copia, seu multitudine: communicat enim ut forma, ita significatione cum uerbo מַיִם, & nomine מַיִם. Et dicitur primo illa tota materia liquida, quae primo die crata fuit.

In secunda coniugatione מלל, ad sermonem transfertur, & significat precipere, circumscribere, seu determinare sermonem, sicut מלל concisè cātare significat. Et ut Latini nō habent quo מלל reddere possint, ita nec habēt quo מלל significationē exprimere possint. Ge. 21. Et Sara dicebat, quis dixisset Abraham, laeta filios Sara, quod q̄ genuissem filium in senectute illius? Iob 8. Quousq̄ dices ista, & uentus ualidus sermones tui, & cap. 33. Rectitudo cordis mei sermones mei, & scientiā labia mea pure dicent. Psal. 106. Quis dicit præpotentias Iehoua.

INDE NOMINA:

מליחה Spicæ: dictæ a refectione. Deut. 23. Si ueneris in segetem proximi tui, euellas spicas manu tua, falcem autem ne immittas in segetem proximi tui.

מולל Dicens, dictor, qui dicit, nomen participiale. Prou. 6. Annuit oculis suis, dicit pedibus suis, monstrat digitis suis.

מלל Diction concisa, dictū breue, dictū. Iob 30. Et nunc musica ipsorū factus sum, factus sum, in quā, illis dicitur. Psal. 139. Quoniam nō est dictum in lingua mea, ecce Iehoua nosti totum illud. Et Grammatici Hebraei uocāt uoces encliticas, quas Latini partes indeclinabiles appellant nomine מלל, i. diction concisa, q̄ s. concisæ sint, simulatq̄ determinant dictiones & sententias circumstantijs. Est & hoc obseruandum in Grammatica, quod מלל etiam dictionem significet, sed scriptam seu formatā literis: מלל autem dictionem notet ore prolatam. Porro in statu affixorum mutat he in thau. Iob 13. Audite audiēdo dictum meum. 2. Sam. 23. Loquutus est per me, & dictum eius super lingua mea. Et pluraliter מללים. Iob 15. Arguētne uerbo, quod nihil proficit aut, dictis, in quibus nulla est utilitas: & cap. 30. Plenus sum dictorum. Psal. 19. Et in uniuersum orbem terrarum dicta eorū. Legitur tamen sæpe מלל in Iob, ut cap. 4. Et cohibere se in dictis quis poterit: & ca. 12. Num quid auris dicta probabit: & alijs locis complurimis.

מלל Pro מלל positum: ideo uide in themate מלל.

853 מלל

Quando regit post se accusatiuū, mediante articulo מלל, significat actiue Plere, cū omnibus suis compositis, ut sunt cōplere, explere, implere, adimplere, reple-re, supplere. Et significatione cōgruit cū uerbis מלל & מלל, nisi q̄ ut forma, ita modo significandi inter se discrepent. Exod. 40. Et gloria Iehoua impleuit tabernaculum. Reg. 8. Et nubes impleuit domū Iehoua. Gen. 1. Et replete aquas in maribus. At quando absolute extra regimē ueniunt, in neutraliter & intransitiue usurpatur. Exod. 10. Et plenæ erūt domus tua. Deut. 22. Iosua uero plenus erat spiritu sapientiæ. 1. Reg. 8. Sint pleni quatuor cadi aquæ. Psal. 26. Et dextera eorum plena est muneribus. Iob 32. Quoniam plenus sum dictorum. Iob 36. Causa improborū plenus es. Esther 7. Quis est ille, & ubi est ille, cui plenus est ei cor suū. Gen. 25. Quia pleni sunt dies mei. 1. Sam. 18. Sed nondū pleni erant dies. Iesaiæ 2. Quia pleni erant plusquam orientales, scilicet idololatria. Et scribitur מלל pro מלל Ezec. 28. Propter copiam negociationis tuæ, plena sunt interiora tua iniuria.

Participium præfens seu nomē participiale מלל. Iere. 23. Cælum & terram ego impleo, ait Iehoua. Gen. 23. Pro argento pleno dabit eam mihi. Deut. 33. Et plenus benedictione Iehoua. 2. Reg. 4. Et quod plenum est transferes. Prouer. 17. Quam domus plena cum iurgijs. Et interdū ponitur aduersarialiter, quando scilicet cum alio uerbo constituitur. Iere. 12. Etiam ipsi clamabunt post te pleni. Nahum 1. Consumentur sicut stipula arida pleni. Et pluraliter מללים. Ies. 6. Fimbriæ eius implebāt regiā. Num. 7. Duo illi pleni similia oleo mixta. Deut. 6. Domos plenas omnī bono. Psal. 144. Propriaria nostra plena. Et in genere foeminino מלל. Num. 7. Plenum Thymiamate. Ruth 1. Plena abij. Et legitur cum iōd paragogico מלל. Iesaiæ 1. Plena iudicij. Et absolute ponitur pro concreto. Num. 18. Aut plenitudo de lacu. Deut. 22. Ne sanctifices plenitudinem feminis, quod feminas. Et cum affixo. Exod. 22. Plenitudinem tuam & lacrymam tuam ne differas. uocat autem eo nomine omnes fructus aridos. Et pluraliter מללים. Gen. 41. Deorabūt

○ 4 spicæ

850

ממל

cōmutata. Iob 15. Nō credit, in temeritate errat: nā temeritas erit cōmutatio eius. Oppressus est: & ut forma, ita modo tantū significandi differt a uerbo מלל. Psal. 106. Et opprimetur in iniquitate sua.

In uoce passiuā מלל. Eccles. 10. In pigricijs opprimetur contignatio.

In tertia coniugatione uoce passiuā מלל. Iob 24. Et tolluntur modicum, & non ipsi, & opprimuntur.

851

ממל

Dedit pro re alia, in alterius rei uicē dedit, dedit pro precio, cōmutauit, emendū tradidit, uendidit, uenum dedit. Et ut una litera eadēq̄ eiusdē pronuntiationis differt a מלל, ita non significatione, sed modo tantū significandi inter se uariāt, & habent se inuicē correlatiue. Leuit. 25. Et restituat quod superest uiro cui uendidit, & reuertatur ad possessionē suā. Gen. 25. Vende mihi hodie primogeniturā tuam. Et mox iterū: Vendiditq̄ primogeniturā suam ipsi Iacob. Id aut or epistolę ad Hebraeos ca. 12. uerbo ἐπιδόσθι reddidit, quod significat pprie in alterius rei uicē dare aliquid. Ies. 50. Cui creditorū meorū uendidit uos? Et quādo cōstruitur cū nomine מלל, tum significat tradere in manū seu potestatem alterius. Iud. 3. Et tradidit eos in manum Cusan regis Syriae. & cap. 4. In manum mulieris tradidit Iehoua Siseram.

Participiū præfens מלל. Leu. 25. Quia numerum prouentuum ipse uendit tibi. Ies. 24. Sicut emens, sic uendens. Ezech. 7. Accessit dies, ut emens non lætetur, nec uendens contristet. Et pluraliter מללים. Neh. 13. Et uendebant in sabbath filij Iehuda. In statu regiminis מלל. Nehem. 13. Et uenditores omnium mercium. Similiter in statu affixorum. Zach. 11. Et qui uendebant eas. In genere foeminino מלל. Nahum 3. Quæ uendit gentes per meretricationes.

In uoce passiuā מלל. Leu. 25. Postq̄ uenditus est ille. Psal. 105. In seruū uēditus fuit Ioseph. Ex. 22. Et uēdā p furto suo. Esth. 7. Nā uēditus sumus ego & populus meus.

Participium pluralis numeri מללים. Nehe. 5. Nos emimus fratres nostros, qui uenditi sumus gentibus.

In quarta coniugatione מלל. 1. Reg. 21. Veruntamen non fuit similis Achaz, qui uenundatus est, ut faceret malum in oculis Iehoua. Hanc phrasin imitatus Paulus Rom. 7. At ego carnalis sum, uenundatus sub peccatum, i. sub seruitutē & iugum peccati. Deut. 28. Sed uenundaberis ibi hostibus tuis in seruos & ancillas. 1. Reg. 21. Et dixi, quod uenundatus sis, ut faceres malum.

INDE NOMINA:

ממל

Venditio, i. res uenalis, merx. Nehe. 13. Et Tyrij habitabāt in ea afferentes piscem, & omne uenale, i. omne quod uenditur. Et in statu affixorū mutat sagol prius in hirik, & posterius in seua. Num. 20. Et dabo uēditionem eorum, id est, mercem. Prou. 31. Et pro cul supra margaritas merx eius.

ממל

Venditio, passiuē, uenale. Leu. 26. Et si uēdideritis uēditionē proximo tuo, i. rem uenale seu mercē. Nehe. 13. Et uenditores omnis uēditionis, i. mercis. Ezech. 7. Vendens ad uēditionē non redibit, i. rē uēditā. In statu regiminis מלל. Leu. 25. Et egredietur uēditio domus in Iobileo, id est, domus uēdita. Et in statu affixorū nihil uariāt a statu absoluto. Leu. 25. Et supputer annos uēditionis suæ. Et pluraliter מללים. Deut. 18. Præter uēditiones eius a patribus, id est, res uēditas.

ממל

Venditio. Leuit. 25. Non uendetur uēditione serui. Nomen pluralis numeri tantū, uēditiones, commutationes. Gen. 49. Simeō & Leui fratres, uasā iniurię commutationes ipsorum: spolia enim abstulerunt gladio iniurię, quanquam alij habitationes eorū, alij macharas legunt, putantes isti Græco μάχαιρα congruere, quod gladium significat.

ממל

Ab hoc themate non deducitur: quin potius a מלל: ibi inuenies.

852

ממל

Legitur in prima coniugatione tantū in uoce passiuā, & congruit significatione cum uerbis מלל & מלל. Significat autem omnino & plenē precidi, succidi, refecari. Iob 13. Sicut flos egreditur & refecatur. & cap. 18. Infernē radices eius crescent, & supernē refecabitur ramus eius. & cap. 24. Et sicut caput aristæ refecabuntur. Psal. 37. Et sicut gramen uelociter refecabuntur.

In

ties imitati sunt & retinuerunt Evangelistae: Matthaei 1. Ut impleretur quod dictum erat a Domino per os prophetae & cap. 2. Ut impleretur quod dictum erat per Prophetam. Et Paulus Rom. 15. Ut ab Hierosolymis, & circumiacentibus regionibus usque ad Illyricum impleverim Evangelium Christi, id est, perfecimus munus praedicandi Evangelij.

Participium praesens מִמְלֵא. Jerem. 13. Ecce ego repleo omnes habitatores terrae ebrietate. Et pluraliter מִמְלֵאִים. Iesai. 65. Et qui impletis Mercurio poculum.

Participium praeteritum pluralis numeri מִמְלֵאִים. Cant. 5. Manus eius tornatiles, repletae Chrysolito.

In quarta coniugatione מִמְלֵא. Iob 16. Simul super me expleverunt animam suam.

INDE NOMINA:

מִלְאָה Plenitudo. Cant. 5. Oculi eius uelut columbarum iuxta riuos aquarum, loti lacte, sedentes in plenitudine.

מִלְאָה Impletiones. Exod. 25. Lapidés impletionum pro Ephod & pectorale, id est lapides implendi, quibus impleri debebat Ephod & pectorale. Et ca. 29. est etiam aries impletionum, quo scilicet implebatur manus initiandi. Vel cum schurek מִלְאָה. Leuit. 7. Haec est lex holocausti, & oblationis, & errati, & reatus & impletionum.

Et in forma foeminea מִלְאָה. Exod. 28. Onychus & laspis inclusi auro, erunt in impletionibus suis.

מִלְאָה Nomen generis foeminini, status regiminis, impletio. Exod. 28. Implebis quoque in eo impletionem lapidis.

מִלְאָה Plenitudo, id est, abundantia, copia, multitudo, universitas. Gen. 48. Et semen eius erit plenitudo gentium. Sic etiam Paulus Apostolus usus est Rom. 11. Excacatio ex parte Israel accidit, donec plenitudo gentium aduenierit, & sic totus Israel saluus erit. Galat. 4. At ubi uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum, &c. Iesai. 31. Quando uo ciferabitur contra eum plenitudo pastorum. Exod. 16. Da inde plenitudinem Gomer, id est, plenum Gomer. Sic Leu. 2. Et tollet inde plenitudinem pugilli sui. Num. 22. Si daret mihi Balak plenitudinem domus suae. 1. Sam. 28. Et cecidit plenitudo in faturae suae in terram. 1. Reg. 16. Est mihi tantum plenitudo manus farinae in cado. Psalm. 24. Ipsius Iehoua est terra & plenitudo eius. Scribitur מִלְאָה uau loco aleph. Ezech. 41. Plenitudine calami.

מִלְאָה Quantum ex scripturae locis, deinde ex Lyra & alijs cum Hebraeis, tum Latinis scriptoribus colligere possum, fuit inter arcem Davidis, quae collocata fuit in uertice montis Zion, & Moria collem, in quo fuit area Araphne Iehusai, cuius 2. Samuelis 23. mentio fit, & postea templum a Salomone est aedificatum, fossa quadam seu uorago, quae montem Zion seunxit a colle Moria, in qua tempore Davidis hospites amore religionis peregre aduentantes hospitia sua habebant inter arcem & ciuitatem. Verum Salomon tandem extructa non procul inde domo pro uxore sua Pharaonis filia, & eius famulitio illam uoragine terra oppleuit, adaequauitque atque plures pro seruis & ancillis aedificauit: unde postea huic loco nomen hoc מִלְאָה inditum est, q. d. uallis terra oppleta. 2. Sam. 5. Et mansit David in arce, & uocauit eam ciuitatem David, & aedificauit circumquaque a Millo & intrinsecus. 1. Reg. 9. Et haec est summa tributi, quam imposuit Rex Salomo ad aedificandum domum Iehoua, & domum suam, & Millo & muros Ierusalem. Et mox iterum: Porro filia Pharaonis ascendit de ciuitate David ad domum suam, quam Salomo aedificauerat ei: tunc etiam aedificauit Millo, clausitque ruperam ciuitatis David patris sui. 2. Paral. 32. Et instaurauit Millo, ciuitatem David, fecitque missilia in copia & scuta. Est & מִלְאָה nomen proprium uiri, cuius fit mentio Iudic. 9. & 2. Reg. 12.

Proprie salire significat, hoc est condire sale. Exod. 2. Omne munus oblationis tuae sale condies, nec omittas sal pacis dei tui de oblatione tua.

In uoce passiuua transferri ad liquefactos seu dissolutos coelos, eosque significat eualescere. Ies. 51. Quoniae coeli sicut fumus dissoluentur. Petrus Apostolus ita reddidit 2. Epi. 3. Veniet dies domini, sicut fur in nocte, quo coeli procellae in more transibunt, elementa

spicae tenues septem spicas crassas & plenas.

In uoce passiuua מִמְלֵא. Cantic. 5. Quia caput meum oppletum est rore. 2. Sam. 23. Et qui attigerit eos, replebitur ferro & hasta. 1. Reg. 7. Et replebitur cum sapientia & intelligentia. 2. Reg. 3. Et alueus ille implebitur aqua. Esther 6. Et replebitur Hamon super Mardochai furore. Iob 15. In non die suo complebitur, id est, succidetur, & dum rhamnus eius nondum est uiridis, id est, ante tempus suum consumetur. Et si sciam alios sentire, quod hoc in loco מִמְלֵא positum sit pro מִלְאָה, tamen illis non assentior, quamquam communicet cum eo significatione.

In secunda coniugatione מִמְלֵא semper est transituum, atque intendit significationem repletionis. Gene. 21. Et impleuit lagenam aqua, scilicet, totaliter. Exod. 31. In artificio lapides implendi, id est, includendi in capsulas. & cap. 39. Et impleuerunt in illud quatuor ordines lapidum. 1. Sam. 18. Et suppleuit ea regi, pleno numero. 1. Reg. 1. Ingrediar ego post te, & implebo sermones tuos, id est, perficiam. Iob 38. Aut ingluuiem leunculorum explebis. Psalm. 20. Ut impleat Iehoua omnes petitiones tuas, id est, perficiat. Iere. 31. Ego omnem animam fame labefactam replebo. Et scribitur cum he pro aleph. Iob 8. Donec repleat risus os tuum. Iob 40. An implebis in palis cutem eius, id est, plene & totaliter suspendes in palis seu sudibus: uel, num sudes sufficient ut in his suspendi possit cutis eius. putat autem illos sudes, quibus piscatores retia suspendunt & siccant. Et quando costruitur cum praepositione מִמְלֵא, tum singulari phrasi plenitudinem simulatque sequelam seu obsequentiam imporrat, id est, significat plene & perfecte obsequi uoluntati seu mandatis alterius. Num. 14. Seruus meus Caleb, quia est alius spiritus in eo & impleuit post me, id est, plene & perfecte est me sequutus: deo intro ducam eum in terram. & cap. 31. Quoniam impleuerunt post Iehoua. Deut. 1. Propterea quod plene impleuit post Iehoua. Ios. 14. Ego impleui post Iehoua. 1. Reg. 11. Et non impleuit post Iehoua, sicut Dauid pater eius.

Item alia phrasi de arcu dicitur: significat enim implere manum uel arcu, uel sagittis. 2. Reg. 9. Porro Iehu impleuit manum suam arcu, & percussit Ioram, fasset den boge. Zachar. 9. Quoniam extendi mihi Iehudam uelut arcum, impleui Ephraim. Praeter in lege ritus & ceremonia erat, ut sacerdotibus, quibus sacrificandi munus committeretur, manus impleverentur partibus sacrificiorum. Et nemini licebat sibi sumere officium sacrificandi, nedum ex tribu Leui, nisi prius hac ceremonia esset initiatus: ~~Et postea Iehoua ait ad Iosaphat regem Iudae, quod non oportet ut tu facias hoc, quia tu non es sacerdos, sed rex. Et ait Iosaphat, quod non habeo quod faciam, sed sicut ait dominus, quod non oportet ut tu facias hoc, quia tu non es sacerdos, sed rex. Et ait Iosaphat, quod non habeo quod faciam, sed sicut ait dominus, quod non oportet ut tu facias hoc, quia tu non es sacerdos, sed rex.~~ Exod. 18. Et unges eos & implebis manum eorum, sanctificabisque eos, & sacerdotio fungentur mihi. & ca. 29. Implebis manum Aaronis, & manum filiorum eius. Iudic. 17. Qui fecit Ephod & simulachra, & impleuit manum unius de filiis suis, & factus est ei sacerdos. Et mox iterum: Et impleuit Micha manum Leuitae, & factus est ei adolescens ille in sacerdote. 1. Reg. 13. Et quicumque placebat, impleuit manum eius, ut fieret sacerdos Excelsorum. 2. Paral. 29. Nunc impleuistis manum uestram, accedite & offerite sacrificia & celebrationes in domum Iehoua. 2. Paral. 13. Nunquid abiiecistis sacerdotes Iehoua, filios Aaron, & Leuitas, & fecistis uobis sacerdotes uelut populi terrarum, ut omnis qui uenit ad implendum manum suam iuuoco, filio uouis & arietibus septem, fiat sacerdos illorum, qui sunt dii. Attamen semel tantum de prophana impletione manus legitur, de oblatione, scilicet donorum. 1. Paral. 29. Et quis uoluntarium se praebet ad implendum manum suam hodie ipsi Iehoua? Postremo legitur & in alio orationis genere, ubi Hebraeis idem ualet quod Latinis uerbum perficendi seu praestandi: ut 1. Reg. 2. Eiecit itaque Salomo Abiathar, ne esset sacerdos Iehoua, ut impleret uerbum Iehoua, quod loquutus fuerat super domum Eli. 1. Regum 8. Benedictus Iehoua deus Israel, qui loquutus est ore suo cum Dauide patre meo & manu sua compleuit. Et mox iterum: Loquutus es ore tuo, & manu tua compleuisti. 2. Paralip. 36. Ad complendum uerbum Iehoua iuxta os Ieremiae. Iere. 44. Vos & uxores uestrae loquuti estis, & manibus uestris compleuistis. Hanc phrasim aliquoties

854 מִלְאָה

Participium praefens מְבַלֵּל. 1. Sa. 19. Si tu non euadere facis animam tuam. Et pluraliter מְבַלְלִים. 2. Sam. 19. Qui euadere faciunt animam tuam.

In tertia coniugatione מְבַלֵּל. Iesaiæ 31. Et eripiet in silendo, & euadere faciet. Idem cap. 66. Antequam ueniet dolor ei, statim euadere faciet masculinū, i. pariet.

In quarta coniugatione מְבַלְלִים. Iob 19. Et euasi cum cute dentium meorum. Et iterum cap. 41. Ex ore eius faces procedunt, scintillae ignis euadunt.

INDE NOMEN,

מְבַלֵּל Locus in officina laterum, unde lateres euadunt. Hieronymus Cryptam uertit, alij lutum ex quo lateres fiunt. Iere. 43. Et abscondes eos in crypta, in laterificina.

856 מְבַלֵּל

Regnauit, scilicet cōsilio, prudentia, & legibus, prauiuit consilio & legibus, ad ministravit seu moderauit seu gubernauit Rempublicam legitimē: & uidetur nō multū abludere ut forma, ita significatione à uerbo מְבַלֵּל, & nominibus מְבַלְלִים & מְבַלְלִים. Psal. 93. Iehoua regnauit. 1. Sam. 12. Atq; etiam rex, qui regnauit super uos. Gen. 36. Isti sunt reges, qui regnauerunt. Iud. 9. Regna super nos. 1. Reg. 1. Ego regna bo. Exod. 15. Iehoua regnabit in aeternum. Prou. 8. Per me reges regnabunt. 1. Reg. 24. Regnando regnabis. Gen. 36. Antequam regnaret rex.

Participium praefens מְבַלֵּל. Iere. 33. Regnans super folio suo. Et in genere foeminino מְבַלְלִים. 2. Reg. 11. Et Hatalia regnabat super terram.

In uoce passiuua legitur tantū in illis scriptoribus, qui simul usi sunt lingua Chaldaica in qua significat cogitationem, consultationem. Nehe. 5. Et consultauit cor meum in me. In tertia coniugatione מְבַלֵּל regnare fecit, id est, cōstituit regem, praefecit regno. 1. Reg. 1. Rex Dauid regnare fecit Salomonem. 1. Reg. 3. Iehoua tu regnare fecisti seruum tuum. 1. Sam. 8. Praeficias eis regem. Osee 8. Constituerunt reges, sed non ex me. 1. Sam. 12. Et regnare feci super uos regem. 2. Reg. 10. Non regnare faciemus quemquam. 1. Reg. 12. Ut regnare facerent illum.

Participium praefens מְבַלֵּל. Ezech. 17. Qui regnare facit illum.

In uoce passiuua מְבַלְלִים. Dan. 9. Constitutus fuit rex super regnum Chaldaeorum.

INDE NOMINA:

מְבַלֵּל Tam in continuitate, q̄ in distinctione sententiae manet inuariatum. Et significat talem personam, quae ad regnū legitimē est uocata, & nō effreni sua dominatione & libidine tyrannidem aut latrocinia exercet, sed certis legibus populū gubernat. 2. Sam. 2. Et unxerit tibi Dauidē in regem super domum Iehuda. Ge. 14. Et factū est in diebus Amraphel regis Sinear, Arioch regis Arlasar, Kedarlaomer regis Elam, & Thidal regis gentium, &c. Prouer. 14. In multitudine populi decor regis. & cap. 24. Time Iehoua filii mi, & regem. 1. Sam. 24. Omnia dedit Arauna rex regi. Et in statu affixorum mutat prius סָגוֹל in pathah, alterū in seua. Psal. 2. Et ego constitui regē meū super Zion. Deut. 28. Et regem tuū. 2. Sam. 12. Et tulit coronā regis eorū.

Et pluraliter מְבַלְלִים. 2. Sam. 10. Videntes autem uniuersi reges, serui Hadarezer. Psal. 2. Et nunc reges intelligite. Psal. 144. Qui das salutē regibus. Et in statu regiminis מְבַלְלִים. Psal. 2. Resistūt reges terrae. Et in statu affixorū. Deut. 7. Et dabit reges eorum in manū tuam. Ier. 44. Reges uestri. Et ibidē: Reges nostri. Et in gen. foem. מְבַלְלִים. Esth. 1. Etā Vasthi regina. Et in statu regiminis מְבַלְלִים. 1. Re. 10. Regina Saba. Regnū. Esth. 1. Vinū regni. Dan. 11. Regnū Graecie. Et in statu affixorū manet inuariatū. 2. Par. 33. In regnū eius. Esther 1. Ut offēderet diuitias gloriae regni sui. Psal. 45. Scepterū rectitudinis, scepterū regni tui. Et plur. מְבַלְלִים. Dan. 8. Quatuor regna.

Regnum. 1. Sam. 10. Et loquutus est Samuel ad populū ius regni. 2. Reg. 25. De semine regni. Ezech. 16. Et in regnum.

Regnum. Iosue 10. In una urbium regni. Iesaiæ 19. Ciuitas cōtra ciuitatem, regnum contra regnum. Et in statu regiminis מְבַלְלִים. Exo. 19. Erūtis mihi regnum sacerdotū, i. sacerdotale. Deut. 3. Regni Og in Balan. Et in statu affixorū mutat prius סָגוֹל in pathah, & alterū in seua. Gen. 10. Et fuit principū regni eius. 1. Sam. 13. Regnum tuū. Gen. 20. Regnū meū. Et pluraliter מְבַלְלִים. Ios. 11. Omnia regna ista. Et in statu regiminis מְבַלְלִים. Psal. 68. Regna terrae. Iesai. 10. Regnis unanitatibus.

Regnum

menta uerō aestuantia soluentur, &c. Et iterū: Et accelerantes aduentum diei Dei, per quem coeli incensa soluentur, & elementa aestuantia liquefcent.

In tertia coniugatione uoce passiuua מְבַלְלִים. Ezech. 16. Et saliendo non salita es, & inuoluendo non inuoluta es.

INDE NOMINA:

מְבַלֵּל Sal, qui eam habet naturam, ut res condiat, & conditas propter acrimoniā suā, uel conferuet à putrefactione, uel etiā steriles & infrugiferas reddat. Num. 18. Omnes leuandas sanctorum, quas leuant filij Israel ipsi Iehoua dedi tibi, & filijs tuis, & filijs bus tuis, quae sunt apud te pro iure perpetuo, pactū salis perpetuū sit corā Iehoua; & tibi & semini tuo. Vocat pactū salis, qd̄ debebat esse inuisiolabile. Nam sal olim erat symbolū amicitiae & pactorū. Ezech. 43. Et proficient sacerdotes super eos salem. 2. Re. 2. Afferte mihi phialam nouam, & ponite in eam salem, &c. Iob 6. Num comeditur in conditum sine sale. Gen. 19. Et facta est statua salis. Deut. 29. Sulphur & sal adurens, uniuersa terra eius: nō seminabitur, neq; germinabit, neq; crescet in ea omnis herba, uelut locus euerisionis Sodomae & Amorrae, Admas, & Seboim, &c. Zoph. 2. Filij Ammon, sicut Amorra, tractus urticarū & fodina salis, & solitudo perpetua. Ezech. 47. Paludes eius & lacunae eius non sanabuntur, sed in salem ponentur, id est saluginē. Iudic. 9. Et euertens ciuitatem seminauit eam sale. Hinc mare salis, quod alias mare mortuū, à sterilitate & salugine, & lacus Asphaltis dictū ab igne mirabili. Gen. 14. Omnes illi cōiuncti sunt in ualle Siddim, ipsa est mare salis. Num. 34. Et descendet terminus ad Iordanē, & erit exitus eius mare salis.

מְבַלְלִים Salugo. Iob 39. Qui posui campestria domum eius, & mansiones eius saluginem. Psal. 107. Terram frugiferam in saluginem propter malitiam habitantium in ea. Iere. 17. Sed habitabitis in aridis, in deserto, in terra saluginis, quae non habitatur.

מְבַלְלִים Herbae nomen à salugine. Iob 30. Qui abripiunt salsam iuxta frutices.

מְבַלְלִים Participium secundae coniugationis praeteritum, quod in naturam nominis trāsit, id est, conditura, exhalatio, suffitus. Exo. 30. Sume tibi Stacten, & Schecheleth, & Helbena, aromatica, & thus mundum in aequali pondere: facies ex eis thymiana apothecarij, opere apothecarij, conditura mundam & sanctam.

מְבַלְלִים Nautae, à salo, id est mari, quod in eo perpetuò nauigant, q. d. salarij, seu marini. Iong. 1. Et timuerūt nautae. Ezech. 27. Nautae & cuncti gubernatores maris. Et mox iterum in statu affixi: Omnes naues maris, & nautae earum.

מְבַלְלִים Nomen pluralis numeri, quod uariē interpretantur magistri Hebraeorū, & ipsorū sequaces. Arbitror autem sic dictos pannos uetustate resolutos & corruptos. Iere. 38. Et tulerunt inde uetustates pannorum, & dimiserunt ea ad Ieremiam cum fimbriis. Et mox iterum: Pone nunc uetustates patinorum & uestimentorū sub axillas manuum tuarum subter funes.

855 מְבַלֵּל

Eundem habet modum significandi cum uerbo מְבַלֵּל: sunt enim primae utriusq; uerbū, eiusdem prolationis: ideo etiam commutabiles, nisi q; hoc nostrum nō legitur in uoce actiua sicut alterū, sed in uoce passiuua מְבַלְלִים, & significationem obtinet neutralem: significat autem ex aliquo periculo seu malo euadere saluum. Iudic. 3. Et Eliud euasit. Et iterum: Et non euasit quisquam. 2. Sam. 1. E castribus Israel euasi. Psal. 124. Et anima nostra sicut passer euasit. 1. Sam. 27. Euadendo euadam ad terram Philistinorum. 2. Sam. 19. Et Dauid fugit & euasit. Zach. 2. O Zion euade. Dan. 11. Et isti euadent de manu illius.

Participium praefens masculini generis מְבַלֵּל. 1. Reg. 19. Qui euadit à gladio Ha fael. Et in genere foeminino מְבַלְלִים. Iere. 48. Et illam, quae euadit.

In secunda coniugatione מְבַלֵּל & מְבַלְלִים, fecit euadere. Ezech. 33. Animā suam euadere fecit. Eccl. 9. Et euadere fecit ipse ciuitatem sapientia sua. 2. Samuel. 19. Et ipse euadere fecit nos de manu Philistinorum. Iere. 39. Liberatido liberabo te. Iesai. 46. Non potuerunt facere euadere onus. Psal. 116. Obsecro Iehoua libera animā meā. Iesaiæ 34. Ibi nidulabitur Eritius, & euadere faciet & rumpet, & perfoedet in umbra eius, id est pariet oua.

Parti-

& molebat mola, uel contundebat in mortario, & coquebat in olla, & faciebat ipsam placentas, & erat gustus eius uelut gustus pastae olei, & quando descenderet ros supra castra noctu, descendit etiam Man super ipsum. Iosue 5. Manserunt filij Israel in Gilgal, & fecerunt pesach 14. die mensis ad uesperam in campestribus Iericho, & comederunt de frumento terrae in crastinum Pesach azimas & tostas spicas ipsa eadē die: nā cessauit Man in crastinum, postquam comedere cepissent de frumento terrae, nec fuit amplius filijs Israel Man, sed comederunt de frugibus terrae Canaan in anno illo. Psal. 78. Et pluit super eos Man, ut comederent, & frumentum caelorum dedit eis, panem gloriosorum comedit homo, uaticum misit eis ad satietatē. Et in statu affixi accipit dagges. Nehemiae 9. Et Man tuum non prohibuisti ab ore eorum. Est autem obseruandum, quod in quibusdā Germaniae regionibus cadit mane cum rore, similis materia, quam Medici etiam Manna uocant, & Germani schwaden, & ubi cecidit cribro, uel simili uase colligitur, & de ramu sculis uirga aut bacillo decutitur, impatientissimum tactus, orizo simile.

מנה Portio, pars, particula, ab alijs scilicet detracta. Exod. 29. Et accipies pectusculum de ariete plenitudinum, quae ipsius est Aaronis, & mouebis illud mouenda corā Iehoua, & sit tibi in partem. Leuit. 7. Et erit ei armus dexter in portionē. 1. Sam. 1. Et Hannā dabat partē unam tristis. In statu regiminis מנה. 2. Paralip. 31. Ut daret partē sacerdotibus & Leuitis. Psal. 11. Et uentus tempestatū pars calicis eorum. Psal. 63. Pars uulpiū erunt. Hanc phrasin Christus imitatus est Lucae 12. Disscabit eū, partemque eius cum infidis ponet, & c. Iere. 13. Haec est fors tua, & pars mensurae tuae. Legitur tamen in duobus locis scriptū eū cametz מנה. 2. Paralip. 31. Et pars Regis de substantia eius. Ps. 16. Iehoua pars hereditatis meae, & calicis mei.

Et pluraliter מנה. 1. Sam. 1. Deditque Pheninnē uxori suae, & cunctis filijs eius, & filiabus eius, partes. Nehe. 8. Et mittite partes, cui nō est paratū quicquam. Esth. 9. Et missio partiū quiscumque proximo suo. Et in statu regiminis מנה. Nehe. 12. Partes cōstitutionis pro sacerdotibus & Leuitis. Itē forma מנה. Nehem. 12. Et dabant partes cantoribus, & cap. 13. Et cognoui quod partes Leuitarū nō essent datae. Porro in statu affixorū a statu absoluto nihil uariat. Esth. 2. Ille satagit dari ei ornamenta & partes eius. Legit etiam pluraliter in forma masculina מנה. Genes. 31. Pater uester fecellit me & mutauit mercedem meam decem partibus. Chaldeus paraphrasas pro eo uertit מנה, id est uicibus. Septuaginta מנה, id est significacionē substituuerūt מנה ab initio alpha addentes, quo errore postea etiam alij decepti asseruerunt decem agnis conuenisse inter Laban & Iacob. Aquila מנה decem numeros. Symmachus מנה decies numero. Hieronymus secutus Chaldaeum, decem uicibus uertit.

מנה Mina, seu Mīna. Ezech. 45. Decem & quinque sicli erūt uobis Mina. Et secundū hanc Ezechielis definitiōnē, Mina est pondus continens sexaginta siclos. Alio qui iuxta Budaei supputationem respondet Mina librae Romanae, & centum drachmarū summa est. Et pluraliter מנה. 1. Reg. 10. Tres minae auri obducebātur super scuto uno. Esdr. 2. Et argenti minas quinque mille.

מנה Stella quaedam, cui a numeratione nomen idoloratrye indiderunt, libantes ei ut in negociationibus eo faeliciores essent. Verisimile est esse eum planetā, quae Astrologi Mercurium appellant. Nam eidem etiam hodie in illos, qui eo in horoscopo seu ascendente, aut alia duodecim domorum faeliciter posito, nascūtur, uim ac diuinā quandam potentiam adscribunt, quod sint in negociationibus, caeteris multo faeliciores. Iesai. 55. Qui instruitis Gad mensam, & impletis Meni libamen.

מנה Cōditio, quae res aliqua ab alijs generibus distinguitur, quam Dialectici speciem uocant. Genes. 1. Faciens fructum secundū speciem suā. Insuper Iudaei omnes reliquias & sectas extra suam מנה uocant. Est praeterea מנה nomen pluralis numeri, Instrumentum musicum significans, forte a uarijs, & inter se distinctis chordis, & semel legitur Psal. 150. Laudate eum in chordis & organo.

ממלכות Regnum. 1. Sam. 15. Scidit Iehoua regnum Israel a te. Deus Ammonitarum, qui putatur fuisse Saturnus, cui parentes liberos suos per ignem traduxerunt, q. d. Rex seu deus regius, seu astrum regium, & habēs regnum & dominium. Et alio nomine pluraliter מנה dicitur, a uasatione. Psal. 106. Sacrificauerunt filios suos & filias suas daemōnijs. 1. Reg. 11. Tunc aedificauit Salomon Excelsum ipsi Chemos, abominationi Moabitaram in monte, qui est contra Ierusalem, & ipsi Molech abominationi filiorum Amnon. Leuit. 18. De semine tuo nō dabis ipsi Molech. & cap. 20. Qui dederit de semine suo ipsi Molech, morte moriatur. 2. Reg. 23. Et contaminauit Thopheth, quod est in ualle filij Hinnon, ne quis traduceret filium suum, aut filiam suam per ignem ipsi Molech. Legitur etiam in forma מנה. 1. Reg. 11. Et abiit Salomo post Athoreth deum Zidoniorum, & post Milchom abominationem Ammonitarum.

מנה Congruit significacione cum uerbo מנה, & legitur tantum semel in uoce passiuua מנה. Psal. 119. Quam dulcuerunt palato meo sermones tui.

מנה Rupit seu uellicauit tenuiter ungue, & congruit significacione cum uerbo מנה. Leuit. 1. Et rumpet caput eius. & cap. 5. Et rumpet caput eius e regione ceruicis eius, & non diuidat, scilicet caput a corpore.

מנה In prima coniugacione significat rem aliquam per partes, seu numeros subducere, & ut Arithmetici uocant subtrahere, ut fit numerando, quando de summa & uniuersitate singularum partium fit detractio. Et est species Arithmetice, quam subtractionem appellant. Hieronymus & alij cōmuniter uerterunt uerbo numerandi. Num. 23. Quis subtraxit puluerem Iacob. Iesai. 65. Et subtrahā uos gladio. 2. Sam. 24. Vade, subtrahit Israelē & Iehudam. 1. Reg. 20. Et tu subduces tibi exercitum secundum exercitum, qui cecidit a te.

Participium praesens מנה. Psal. 147. Qui subtrahit numerum stellarum. Ier. 33. Transibunt oves sub manibus subducentis.

In uoce passiuua מנה, subtractus est. Iesai. 53. Et cum transgressoribus subtractus est. Marcus allegans hunc locū cap. 15. uertit: Et cum iniquis מנה, id est, deputatus est. Similiter Lucas ca. 22. Si poterit quisquā subtrahere puluerē terrae, etiam semen tuum subducetur. 2. Paral. 5. Offerebant oves & boues, qui nō recensēbantur, neque subtrahēbantur praemultitudine. Eccl. 1. Defectus non potest subtrahi.

In secunda cōiugacione מנה, sequestrauit, decreuit, destinauit, deputauit, scilicet seorsum. Et nō est numeri, sed ordinationis, & dispositionis. Da. 1. Et destinauit eis rex demēsūm diei in singulos dies. Et iterum: Timeo ego Sustētatorē meū regem, qui destinauit cibū uestrū, & potū uestrū. Et mox iterum: Et dixit Daniel ad Melzar, quē destinauerat princeps Eunuchorū super Danielē. Iob 7. Et noctes laboris destinauerūt mihi. Ps. 61. Misericordiā & ueritatē destina, quae cōseruēt eū. Ionae 2. Et destinauit Iehoua piscem grandem. & cap. 4. Et destinauit Iehoua cucurbitam. Item: Et destinauit deus uermem. Item: Et destinauit deus uentum Orientalem.

Participium praeteritum מנה. 1. Paralip. 9. Et ex illis destinati erant super uasa.

INDE NOMINA:

מנה Man, id est, destinatum; sic enim rorem illum coelestem, tāquam singulare donum a deo ipsis destinatū in cibum Israelitae uocabāt. Chaldaeus uertit מנה, quē Hieronymus sequutus Manna translulit. Exod. 16. Et mane fuit stratum roris circumcastra & cum sustolleretur stratum roris, ecce in superficie deserti erat tenue quiddam rotundum, tenue sicut pruina super terra; uidentes autem filij Israel, dixerunt alter ad alterum, destinatum hoc: non enim nouerant, quid esset: dixitque Moses ad ipsos, hic est panis quem dedit uobis Iehoua in cibum. Et ibidem iterum: Appellauit uerō domus Israel nomen eius Man, & erat quasi semen Coriandri album, & gustus eius quasi placenta cum melle. Num. 11. Et Man erat uelut semen Coriandri, & aspectus eius uelut aspectus Bdellij, & sparsum colligebat populus, &

*ad. uolat dicitur
manna. quippe
est ex numero tabulae
sunt. Archa mōna
rebona.*

*Manna
singularem de
sec. Iam.
man. Iam.*

Et imaginem Iehoua aspiciet. In statu affixorum נָחַמְתָּ. Psal. 17. Satiabor cum euigilauero ad imaginem tuam.

860

מַחַמְתָּ

Generalis significatio magnam habet cognationē cū uerbo מַחַמְתָּ, modo tamē significandi ab eo differt: nam etsi utrunq; motionē significet, tamē uerbū מַחַמְתָּ superaddita litera mem, amotionē seu remotionē significat: neq; etiā multū discrepat à uerbo מַחַמְתָּ, de quo suo in loco. Hieronymus nuñc uerbo prohibendi, nunc priuandi uertit. Nos seruabimus uerbū Remouendi, ut propria uerbi significatio cognoscatur. Gen. 30. Remouit abs te fructū uentris. Prou. 3. Ne remoueas bonū à domino suo. Jer. 2. Remoue pedem tuū à discalearione. Et cap. 42. Nō remouebo à uobis quicquā. Iob 22. A famelico remouebas panē. Et cum affixis. 1. Sam. 25. Qui remouit te ne uenires. Iob 20. Et remouebit eā. Psal. 21. Et labia eius non remouisti. 2. Sam. 13. Non remouebit me abs te.

Participium praesens מַחַמְתָּ. Iere. 42. Qui remouet gladium suum à sanguine. In uoce passiuā מַחַמְתָּ. Ioel. 1. Amota est à domo dei uestri oblatio. Num. 22. Ne obsecro amouearis à ueniēdo ad me. Iere. 3. Et amotae sunt stillae. Iob 38. Et amouebitur ab improbis lux.

861

מַחַמְתָּ

Lignum teres & oblongum, quo stamen textorium circumuoluitur. Chaldeus מַחַמְתָּ uertit. Et Hieronymus liciatorium. Arbitror autem nomē esse Aegyptiacum, siquidē Aegyptij, unde Israelitae migrarūt, celebres fuerūt in arte textoria, atq; inde eam quoq; secūt in terrā promissā cū nomine isto deportarūt. 1. Sam. 17. & 2. Sam. 21. Itē 1. Paral. 11. & 20. Et lignū lanceae eius uelut liciatoriū textentium.

862

מַחַמְתָּ

Q 2 fia

In tertiã cõiugatione *משהו*, 2. *Sam. 22.* & *Psal. 18.* Attrahet me ex aquis multis.

I N D E N O M I N A:

משהו Mose, nomen propriũ ducis populi Israelitici, ab eũtu ipsi inditum, sicut *Exo. 2.* legitur: Er uocauit nomen eius Mose, quia ex aqua attraxi eum.
משהו Nomen materiã preciosã, ex qua uestes conficiebantur. Et arbitror ex tali materiã factas, quæ ex Conchis marinis attracta est. Chaldaeus transtulit *משהו*, aliqui fericum esse dixerunt. Hieronymus subtile transtulit. Septuaginta Interpretes *ἄπτόγ*, quod Suidas scribit esse pannum bombycinum, seu uestem preciosã. Quod sanẽ uocabulum Hieronymus post diligentem inquisitionem cùm in nullo Græcorum libro etymologiam eius inuenisset, asseuerat ipsos Septuaginta Interpretes pro nouitate rei nouum cõposuisse. *Ezech. 16.* Operui te serico. Et mox iterum: Er uestes tuæ byssus, & sericum.

for. quia uerum ex aqua trahit quia hęc

משהו Vnxit, scilicet oleo. *Num. 35.* Et habitabit in ea usq. ad mortem sacerdotis magni, quẽ unxit cum oleo sanctitatis. *Exod. 40.* Et unges eos, quemadmodũ unxisti patrem eorum. 1. *Sam. 9.* Et unges eũ in ducem populi. 1. *Reg. 1.* Et unget eũ ibi Zadok Sacerdos, & Nathan Propheta in regem super Israel. 1. *Reg. 9.* Et Iehu filij Nimsi unges in regẽ super Israel, & Elisseum filij Saphat de Abel Meholã unges in prophetam pro te. *Iesa. 61.* Eo q. unxit Iehoua me. *Gene. 31.* Vnxisi ibi statuam. 2. *Sam. 1.* Clypeus Saul absq. ungere cũ oleo, id est, ac si non fuisset unctus oleo. ubi nomen *משהו* ponitur pro infinitiuo, quod sæpe fieri solet. *Iesa. 21.* Vngite clypeũ. *Leuit. 8.* Et unxit tabernaculũ, &c. *Num. 7.* Factum est aut in die illa, cũ cõsumasset Moses erigere cohabitaculũ, & unxisset ipsum, & sanctificasset illud & omnia uasa eius, altare quoq. & uasa eius, & unxisset ea & sanctificasset ea, &c.

Participium præteritum *משהו*, 2. *Sam. 3.* Ego autem hodie tener sum, & unctus rex. Legitur tamẽ semel *משהו*, ad discrimen alterius unctionis. *Iere. 22.* Et unctũ Sinopide, id est pictum, pigmentatum. Sunt enim colores, quibus pingitur etiam oleo mixti & conditi. Et pluraliter *משהו*, *Exod. 29.* Et placenta azimorum unctã oleo. *Num. 3.* Ista sunt nomina filiorum Aaron, qui sacerdotes uncti erant. In uoce passiuã *משהו*, 1. *Paral. 14.* Et audierunt Philistaei, q. unctus esset Dauid in regem. *Num. 7.* In die ungi ipsum, id est quo unctum erat ipsum, scilicet altare.

I N D E N O M I N A:

משהו Græcẽ *ἄγιος*, Latinis unctus dicitur. Et quia tam Reges q. sacerdotes oleis singularibus ungebantur, sicut de oleo regum 1. *Reg. 1.* extat, & de oleo sacerdotum *Exod. 30.* ideo illi, adeoq. etiam omnes deo sacri Messia dicebantur, & Christi. Erantq. autem reges & sacerdotes uncti typus, & figura ueri & unici Christi Saluatoris nostri summi Monarchæ, & sacerdotis, qui debebat esse propugnator & rex omnium nostrum contra Satanam: Et uictor mortis, mundi & inferorum: Et Sacerdos summus, qui se obtulit uictimam pro peccatis totius mudi, & docet Ecclesiam suam, & interpellat pro ea apud patrẽ & reconciliat nos apud patrem. *Leu. 4.* Si sacerdos unctus ille errauerit. 2. *Sam. 1.* Clypeus Saulis absq. uncto cũ oleo. ubi hoc nomen *משהו*, pro infinitiuo ponitur: Absq. ungere cum oleo, id est ac si non esset unctus oleo. *Dan. 9.* Vsq. ad Messiam ducem. Et mox iterum: Et post septimanas sexaginta duas excidetur Messiah. In statu regiminis & affixorum *משהו*, 1. *Sam. 24.* Quia Christus ipse Iehoua est. *Ier. 45.* Sic dixit Iehoua Christo suo *Cyro. 1.* Samuel. 2. Ambulabit corã Christo, meo cunctis diebus, id est Salomone. *Psal. 2.* Corã Iehoua, & contra Christum eius. Et pluraliter *משהו*, *Psal. 105.* Ne tangatis Christos meos.
משהו Vnctio, unguentũ. *Exod. 25.* Aromata pro oleo unctionis. Et in statu regiminis *משהו*, *Leuit. 7.* Hęc est unctio Aaronis. *Exod. 30.* Oleum unctionis sanctitatis.
משהו Vnctio. Et cum affixo. *Exo. 40.* Vt sit eis unctio eorũ in sacerdotiũ perpetuum.
משהו Vnctus, expictus, pigmentatus, coloratus, clarus, illustris. *Ezech. 28.* Tu Cherub pigmentatus, obtegens.

משהו Traxit, protraxit, perrexit, profectus est. Ac perinde Hebræis ualet, ut Germanis

1. Paralip. 26. Et de Semaia filio ipsius nati sunt filij potestatum in domo patris sui: erant enim viri strenui.

מְשַׁלָּה

Dominatio, potestas, dominium. Mich. 4. Veniet potestas pristina filiae Ierusalẽ. Et in statu regiminis מְשַׁלָּה Gen. 1. Et fecit deus duo luminaria, luminare maius ad dominũ diem, & luminare minus ad dominium noctis. Iere. 34. Et omnire gna terræ potestas manus eius, id est potentia. Legitur tamẽ etiã in statu absoluto in ista forma. Pf. 136. Qui fecit solem ad dominũ in die. Et in statu affixorũ. 1. Reg. 9. Atq; in uniuersa terra dominationis suæ. 2. Reg. 20. In tota domo sua, & in uniuersa potestate sua. 2. Paral. 32. Ipse uerò mansit iuxta Lachis, & tota dominatio eius secum, id est, potentia. Psal. 103. In omnibus locis dominij eius. Et pluraliter מְשַׁלָּהוֹת. Psal. 136. Qui fecit lunam & stellas ad dominia in nocte. Et cum affixo מְשַׁלָּהוֹת. Psal. 114. Et factus est Iehuda sanctuariũ eius, Israel dominia eius.

מִשְׁלַל

A uerbo superiore in significatione minime discerno, sed modo tantũ significandi: ut enim superius, quod plerumq; cũ beth constructur, & notat habere dominium & potestatem, autoritatem, & eminentiam in administratione publica in subditos, ita hoc quando regit post se accusatiũ, significat habere autoritatem, eminentiã, dominũ in sermone, dicere axiomata, dignitates, & authenticã aliquã sententiã, quæ rẽ aliquã nõ uulgarẽ administrat, cuius generis sunt γυναικα, Adagia, Proverbia, Similia, Dissimilia, Metaphora, & alia scite dicta, quæ sententiã aliquã, & autoritatẽ habent, & populũ seu uulgũ tanquã captiũ detinet. Et licet respectũ superioris erga inferiorem, seu relationẽ importet, proprie tamen non significat comparare, sicut in superiore quoq; modo significandi uidimus. Ezech. 12. Et non prouerbiabunt illud amplius in Israel. & cap. 16. Ecce omnis prouerbiator super te prouerbiabit, dicendo, sicut mater, ita filia eius. & cap. 17. Et prouerbiabis prouerbiũ ad domũ Israel, & dicas, Aquila grandis, &c. & cap. 24. Prouerbiabo ad domũ rebellem prouerbiũ, & dicas ad eam, pone ollam, pone, inquam, & funde in eam aquam, &c.

ח. 12. ualeat doch' ב' י' ש' ז' ב'

Participium præsens seu nomen participiale מְשַׁלָּה, figurator, sententiarĩus, adagiator. Ezech. 16. Ecce omnis prouerbiator super te prouerbiabit. Et plura liter מְשַׁלָּהוֹת. Num. 21. Inde dicũt, prouerbiarũ, uenite in Hesbon. Ezech. 18. Vos prouerbiatis, prouerbiũ istud, patres comederũt labruscã, & dẽtes filiorũ obstupuerũt.

In secunda cõiugatione legitur participiũ præsens מְשַׁלָּה. Ezech. 21. Ah Iehoua deus, ipsi dicunt mihi, nunquid prouerbificator prouerbiorũ est iste, id est, qui facit prouerbia.

מִשְׁלַל

מִשְׁלָּה INDE NOMEN, γυναικα, sententiã, dictũ, dicterium, prouerbiũ, ἔφιωμα, dignitas, metaphora, figurata oratio, scite dictũ aliquam egregiã sententiã seu doctrinã continens, quæ in sermone dominatur & præcellit, & uelut sol in caelo, sic illa in oratione dominatur & potestater suam habet, eam illustrat, quocumq; nomine appellaueris: licebit enim uertere, utcumq; res postulauerit, de qua dicitur. Chaldaus ubiq; transfugit מְשַׁלָּהוֹת & מְשַׁלָּה. 1. Sam. 10. Ideo abiit in prouerbiũ, Nunquid Saul inter prophetas? Psal. 78. Aperiam cũ sententiã os meum. Prou. 1. Ad intelligendũ parabolã & interpretationẽ. cap. 26. Extracta crura de claudo, parabola in ore stultorũ. Num. 23. Et protulit sententiã suã, & dixit. 1. Reg. 4. Et loquutus est Salomo triginta milia sententiãrũ. Ezech. 12. Fili hominis, quod est dicterium istud. Deut. 28. Erisq; in flatum, dicterium, & fabulam in omnibus populis. In statu regiminis מְשַׁלָּה. 1. Samuel. 24. Sicut dicitur prouerbiũ prioris, s. seculi. Et pluraliter מְשַׁלָּהוֹת. Eccl. 12. Et cõposuit dicteria multa. Ezech. 14. Et ponam eum in signũ, & in prouerbia. Et in statu regiminis מְשַׁלָּה. Prouer. 1. Dicta Salomonis filij David. Iob 13. Memoria sunt recordationes uestræ erũt dicteria cineris, i. prouerbia de cinere. Ex his scripturæ locis perspicũ fit, q; hæc uox nõ significet proprie cõparationẽ seu similitudinẽ, sed sententiã, siue parabolã, seu figurã sermonis, quæ dominũ, potestater, & autoritatẽ obtinet, & uulgũ ceu attonitũ & captiũ detinet, ut quẽ energiã & emphasin, uel metaphoraã admixtã habet & egent interpretatione. Hinc intelligitur

etiam Q 3

stæ Dei nõ minus infestum, quã illos septentrionales Scythas.

מְשַׁלָּה
887
מִשְׁלָּה

Nomen participiale, tractus, regio, portio terre. Prouerb. 15. Sicut tractus palyuri, pro eo ponitur Zophonã 2. nomen מְשַׁלָּה.

Duos habet modos significandi. Primo, notat authenticum esse, in eminentia & autoritate constitutũ esse, antecellere, dominationẽ & potestater habere publicã, uel in personã uel in ditionẽ, semperq; importat respectũ alterius. Et legit aliquãdo absolutẽ. Exod. 21. Populo externo nõ habebit potestater seu ius uendẽdi eam. Prouer. 6. Manus sedulorũ dominabitur, sed dolosa erit sub tributo. Zach. 6. Dominabitur super throno suo. Psal. 19. A temerarijs serua seruum tuum, ne dominetur. Iob 41. Non est super puluere prædominari ei, i. qui in illum dominetur.

Construitur uerò aliã sapissimẽ in isto significandi modo cũ nomine median te præpositione beth, quæ nunc accusatiũ seruit, nunc ablatiũ, sicut & apud Latinos præpositio, in. Genes. 1. Ad dominandũ in die & in nocte, i. ut dominaretur in die & in nocte. & cap. 3. Ad uirũ tuũ acclinatio tua, & ipse habebit potestater in te. Paulus Apostolus inde suæ materiæ accõmo dās 1. Timõth. 2. cũ scribit, Mulieri docere nõ permitto, neq; autoritatẽ usurpare in uiros, sed esse in silentio, Græco uerbo ἀβηνται redidit. Gen. 4. Et tu dominaberis in illud. Et Paulus in hunc quoq; respiciẽs ad Rom. 6. reddidit uerbo καυνωσα peccatum in uobis non dominabitur, quod Græcis non tantũ dominari significat, sed etiã ius habere & autoritatẽ. Gen. 37. Et dixerũt fratres eius ad ipsum, nunquid regnando regnabis super nos, aut dominãdo dominaberis in nos, i. sumes tibi in nos ius & autoritatẽ. Deut. 15. Dominaberis in gẽtes multas, & in te non dominabuntur. Ioseph 12. Dominare in nos tã tu, q; filij tui. Ps. 103. Iehoua in caelis cõfirmavit sedẽ suã, & regnũ in omnia dominabitur. Prou. 19. Quãtõ minus decet seruũ dominari in principib;.

Participiũ præsens מְשַׁלָּה, quod tamẽ aliquando sine uau scribitur, trãsitq; saepe in naturã nominis: itaq; cũ alijs quoq; casibus constructur, & est potius officij, & administrationis, q; dignitatis. Chaldaus reddidit מְשַׁלָּהוֹת. Gen. 24. Et dixit Abraham ad seruu suũ seniorẽ domus suæ & dominationẽ habebat in omnibus, quẽ erant ipsius. Ioseph 12. Qui dominabatur ab Aroer usq; ad Iabok. Et mox iterum: Et dominabatur in monte Hermon. 1. Reg. 4. Et dominabatur Salomo in omnibus regnis. Gen. 45. Sed Deus qui posuit me patrẽ Pharaonis, & sustentatorẽ in tota terra Aegypti. 2. Par. 7. Nõ excidetur tibi uir dominator in Israel. Prouer. 24. Leo rugiens, & ursus excurrens dominator improbus super populo paupere. Psal. 59. Deus dominator est in Iacob. Ps. 66. Qui dominaat in fortitudine sua mudo. Mich. 5. Et tu Bethlehẽ Ephrata modicũ est, ut sis inter principes Iehuda; ex te egrediet, qui sit dominator in Israel. Septuaginta Interpretes uerterũt ἡγευ. Sed Græcus Mat. Interpres, qui hunc prophetæ locum citauit, reddidit ἡγευται, id est dux, ductor.

Et pluraliter מְשַׁלָּהוֹת. Ioseph 14. Philistæi dominabatur in Israel. cap. 15. Dominatur in nos Philistæi. 2. Paral. 23. Et accepit principes Centuriarũ, & magnificos & dominos in populo. Nehe. 9. Et super corpora nostra dominant. ubi cũ b; constructũ est. Et in genere foeminino מְשַׁלָּהוֹת. Iosa. 40. Et brachium eius dominatur ex se.

In uoce passiuã מְשַׁלָּהוֹת. Et quia Hebræi utunt in rerũ collatione, idẽo Latini uerterũt uerbo cõparandi. Ps. 49. Et homo in precio non manet, sed quando est in dominatione constitutus, sicut iumentã, quæ extinguitur. Ps. 28. In eminentia constitutus cum descenditibus in lacum. Iosa. 14. Ad nos in eminentia constitutus es.

In tertia coniugatione מְשַׁלָּהוֹת. Psal. 8. Constitues eum dominatorem in opera manuum tuarum, omnia subiicisti subter pedes eius, oues & boues, &c. Dan. 11. Et cõstituet eos dominatores in multos. Iosaia 46. Cui affimilatis me, & æquatis, & constituitis me in dominatorem. Iob 25. Dominari & metus apud eum, ipse facit pacem inter sublimes suos.

In quarta coniugatione מְשַׁלָּהוֹת. Iob 30. Et quãdo in eminentia summa erat cõstitutus, sicut puluis & cinis.

INDE NOMINA:

מְשַׁלָּהוֹת Potestas, dominũ, dominatio. Dan. 11. Magna potestas eius. Et pluraliter מְשַׁלָּהוֹת. 1. Paralip.

cũ dulce faceret in ore suo malũ. Psal. 55. Qui simul dulcescere faciebamus secretũ.

INDE NOMINA:

- Dulce, dulcedo. Iudic. 14. Et de forti egressa est dulcedo. & cap. 14. Quid dulcius meller? Prou. 27. Et animę esurienti omne amarũ dulce. Iefa. 5. Ponentium amarum in dulce, & dulce in amarũ. Eccl. 11. Dulcis est lux, & bonum oculis videre solem.
- Dulcedo. Prou. 27. At dulcedo sodalis sui, est supra consilium animæ.
- Dulcedo. Legitur cum affixo, uerso holem in hatephcametz. Iudic. 9. Num reliquam dulcedinem meam, &c.
- Nomen pluralis numeri tantum, dulcia. Nehe. 8. Comedite pinguiã, & bibite dulcia. Cantic. 5. Palatus eius dulcedines, & uniuersus ipse appetitiones.

Psal. 109.

בְּרֵךְ לִרְגְלֵי דַבְרֵךְ יְהוָה וְאֹזֶן לְנַתִּיבֹתָי׃

893

צָר

Similiter motũ animi significat, quo desiderium cordis nostri indicamus erga superiorẽ, eum ut flectamus, ut צָר. Et utruq; est obsecratio. Gen. 18. Ne obsecro irascat sustentator meus. Num. 12. Ne obsecro ponas super nos erratum. Et iterũ: Deus obsecro, sana obsecro eã. Pf. 7. Diminuat obsecro malũ improborũ. Pf. 118. Obsecro Iehoua, salua obsecro, obsecro Iehoua, pspere age obsecro. Ex isto loco perspicuum est eiusdẽ esse significationis צָר & צָרָה, & differre tantum positione, nepe q; צָר sit prepositiua, at צָרָה postpositiua. Deinde interdũ est adhortatio, quando scilicet nõ est inferioris ad superiorẽ, sed uel ad semetipsum, uel ad alium æquale, ad aliquid operis faciendũ. Gen. 18. Ecce euge coepi loqui. Cant. 3. Surgam euge & circuibo in ciuitate. Exod. 11. Loquere euge ad aures populi.

894

צָרָה

Nomẽ propriũ urbis Ægypti, quã Chaldeus paraphrastes, deinde Hieronymus & post eũ omnes ferẽ doctores esse Alexandria, quẽ tamẽ non ita uetusta est: quare potius uel Mẽphis est, uel Syene. Arbitror ego fuisse Thebas quẽ uetustissimũ fuit emporiũ ad mare & Nilum sitũ, celebre à centũ portis, quas habuisse dicit. Jer. 46. Ecce ego uisitado uenio ad administratoreẽ ex No, & sup Pharaonẽ, & super Ægyptũ. Nahum 3. Num melius habebis, q; No administratoris, quẽ habitat in riuis aquarũ undiq; illi, cuius munitio, mare, à mari murus eius, &c.

895

צָרָה

Certũ dixit, certò affirmauit seu asseruit, ait. Iere. 23. Ecce ego aduerfor illis prophetis, ait Iehoua, qui linguam suam usurpantes & aiunt, ait.

INDE VOX,

Quã aliqui nomẽ esse perhibẽt ad formã צָרָה, alij tamen cẽsent esse participium præteriti tẽporis, ego autumo nomẽ esse participiale, Sermo certus, dictũ indubitatum, sermo fidelis, sermo fide & acceptione dignus: quãquã Chaldeã trãslatio uerbaliter per צָרָה reddiderit. Et quia Latina lingua ita cogit, Hieronymus & alij etiã uerbaliter uerbo Dixit, trãstulerũt, etsi non simpliciter significet Dixit, sed potius certũ seu uerũ dixit, certũ asseruit seu asseuerauit, certò affirmauit, certò pmisit. Et nõ nisi deo attribuit, qui solus uerax est, & ueritatẽ loquit, q; cũ neq; metũ neq; fallit (sicut Christus patri suo dicit, Sermo tuus est ueritas) indubitata fide amplectẽdũ est q; quid pmissũ & loquit. Gen. 22. Per memetipsum iurauit, ait Iehoua, q; fecisti hoc, nec pepercisti filio tuo, unico tuo, q; benedicturus sim te. Ezech. 33. Viuo ego ait Sustentator Iehoua, nequaquã cõplacetia habeo in morte improbi. Pf. 110. Ait Iehoua sustentatorĩ meo, sede ad dexterã meã. Postea etiã prophetis & Apostolis immediatẽ à Deo uocatis adscribit, q; ut Petrus 2. Epist. 1. testat, nõ humana uoluntate, sed à spũ sancto impulsũ loquuti sunt sancti dei homines, & de qb. filius dei dicit: Qui uos audit, me audit, neq; errare possũt. Nu. 24. Et factus est ipũs dei sup eũ, & assumpsit sententiã suã, & dixit: Ait Bileã filius Peor, & ait uir, cuius ocu

etiam uox parabola hinc inde passim in euangelio, quòd non semper de comparationibus, seu similitudinibus sit intelligenda, sed de figurato sermonis genere à rebus publicis & publicẽ notis, transumpto, quod expositione opus habet, & homines uulgares lateat de parabolis, quas Christus proposuit. Mat. 13. Mar. 4. Ioan. 10. & 16. Et Mat. 5. & 6. & 7. de quibus, ut Matthæus testatur, turbæ obstupuerunt, dixerint q; q; docuerit uelut habens autoritatem, non sicut scribæ, &c.

888

מַתְּבֵל

Quare in themate צָרָה. Habena, retinaculum, quo eques quocunq; uult, animal pertrahit, ne ferat p li bidine. Alij frenũ, alij capistrum, alij chamũ transferũt: arbitror tamẽ proprie significare habenã seu lorũ, & tantũ etymologia differre à nomine צָרָה, habere congnationẽ cum uerbo צָרָה. Pf. 32. Non sitis sicut equus & mulus sine intellectu habenã & freno os eorũ obturãdo, nõ accedẽdo ad te. Prou. 26. Flagellũ equo, habenã asino, & baculus tergo stultorũ. Et metaphoricẽ pro gubernatione sumit. 2. Sam. 8. Et accepit Dauid habenã tributũ de manu Philistæorum, pro quo scriptor Chronicã 1. Paral. 18. ita posuit: Et accepit Dauid Gath & fillas eius de manu Philistæorũ. In statu affixorũ mutat prius scgol in hirik, alterũ in seuã. 2. Reg. 19. & Ier. 37. Et ponam hamum meum, in nasum tuum, & habenam meam in labia tua.

889

מַתְּבֵל

Aperuit, aperiẽdo expãdit. Et significatiõ quadrat cũ uerbis צָרָה צָרָה צָרָה צָרָה nisi q; ut forma, ita modo tantũ significandi inter se differat. Iefa. 40. Qui extendit uelut pellem, coelos, & expandit eos uelut tabernaculum ad habitandum.

INDE NOMEN,

889

מַתְּבֵל

Saccus, q; aperiẽdo expãdit, licet tm̄ in statu regiminis & affixorũ legat. Gen. 44. In ore sacci iunioris. Et iterũ: Et inuẽtus est calix in sacco Beniamin. Et cũ affixis. Ge. 42. Et ecce ipse erat in ore sacci sui. & ca. 44. Et aperuerũt quisq; saccũ suũ. & ca. 42. In sacco meo. Et pluraliter tã in statu regiminis q; affixorũ צָרָה צָרָה צָרָה. Gen. 44. Imple saccos uirořũ. Et iterũ: In ore saccorũ nostrorũ. Et iterũ: In saccis uestris.

890

מַתְּבֵל

Quando seorsum ponit sine adiuncta uocula, tũ est interrogatiũ tẽporis. Iob 7. Quando surgã? Pf. 41. Quando morietur. Neh. 2. Et qn reuerteris. Et cũ lamed צָרָה, sine interrogatione. Exo. 8. Quando depreceer p te. Accipit sæpe ante se particulã צָרָה, quouĩq; usq; quo, quandiu. Pf. 6. Et tu Iehoua usq; quo. & Pf. 80. Usq; quo sumasti in oratione populi tui. Osee 8. Usquequo non poterunt impunitas, id est non diu poterit abesse impunitas. Et semel præponitur ei צָרָה & postponitur צָרָה. Iere. 13. Postquam adhuc es immunda.

891

מַתְּבֵל

Lumbi, nomẽ dualis numeri, quia homini sunt duo lĩbi. Exo. 28. Factũ tibi sub ligacula lineã, ut operiat carnẽ nuditatis à lĩbis usq; ad femora. Deu. 33. Crurẽta lumbos insurgentiũ cõtra te. Prouer. 30. Pardus lumborum. Nah. 2. Corroborã lumbos. Et in distinctione sententiã צָרָה צָרָה. Ezech. 47. Et traduxit me per aquas usq; ad lumbos. Et in statu regiminis צָרָה צָרָה. 1. Reg. 12. Paruus meus desior est, q; lumbi patris mei. Et in statu affixorũ nihil uariat in primis uocibus. Gen. 37. Et posuit saccum in lumbos suos. Exod. 12. Lumbi uestri accincti. Iob 40. Virtus eius est in lumbis ipsius. Psal. 66. Posuisti stridorem in lumbis nostris. Psal. 69. Et lumbos eorum iugiter fac nutare. Prou. 31. Accingit in fortitudine lumbos suos. Iefaia 21. Ideo pleni sunt lumbi mei infirmitate.

892

מַתְּבֵל

Congruit significatiõ cũ uerbis צָרָה צָרָה צָרָה צָרָה, nisi q; ut forma, ita modo significandi inter se differat. Nam ut alia aperiõnẽ, & aperiẽdo expansionem significat, ita hoc quoq; expansionẽ significat, seu effusionẽ dulcis rei. Nã ut amara sunt scriptica & constringentia, ita dulcia sunt calida, aperiũtia & laxantia: quare Latini reddiderunt uerbo dulcorãdi. Et opponitur uerbo צָרָה. Iob 24. Dulcuĩt ipse uermi. & ca. 21. Et dulcuerũt ei limosa torrẽtis. Exo. 15. Et dulcuerũt aquæ. Pro uerb. 9. Aquæ furtiũæ dulcescunt. Participiũ præteritũ pluralis numeri, quod tamen nominaliter accipitur צָרָה צָרָה. Psal. 19. Dulciora præmelle & stillantia fauorum. Et in genere fœminino צָרָה צָרָה. Eccl. 5. Dulcis somnus operanti.

In tertia coniugatione צָרָה צָרָה. Iob 20. Cum dulcesceret in ore eius malũ uel sic, cum

cescet. De homine. Exo. 18. Marcescēdo marcesces, & tu & populus iste: uel sic, Languescendo languesces. Psal. 18. & 2. Paral. 22. Filij hypocrite elanguescēt. Proverb. 30. Si desipuisti cum extollerēs te.

Participium praesens **נָבֵל**. Iesa. 24. Et flos marcescens seu marcidus. Et generis foemini **נָבְלָה**. Ies. 1. Et eritis sicut quercus, cuius folium est marcidū. & cap. 38. Et totus exercitus eorū marcidus, sicut marcescit de ficu, id est, sicut folium marcidum cadens de ficu. Ioānes alludens ad hūc locū ira reddidit: Sicut ficus abiicit grossos suos, cum a uento mouetur.

In uoce passiuā semel legitur Ies. 64. Et emarcuimus, sicut folium nos uniuersi. ubi litera nun cum uoce sua characteristica futuri abiecta est euphoniae causa, uel certe est tertiā coniugationis à forma **בָּל**.

In secunda coniugatione **נָבַל**, infatuauit aliquem, pro fatuo habuit, cōtumelia affectit. Deut. 32. Et abiecit Deum, & contumelia affectit petram salutis suae. Ierem. 14. Neq; cōtumelia afficias thronū gloriae tuę. Nahū 3. Et contumelia afficiam te.

Participium praesens **נֹבֵל**. Mich. 7. Filius contumelia afficit patrem, filia insurgit contra matrem suam.

INDE NOMINA:

נָבֵל Fatuus, insipiens, insipidus, insulsus, carēs & destitutus ratiōe, cerebro, uigore ingenij, acredine, sapore, uirtute, intellectu, sapientia siue humana, siue spiritali, quiq; aliquid loquitur, seu facit uitio aut morbo quodā deprauatus cōtra publicā honestatem, uel manifestū uerbū dei. Prou. 17. Nō competit fatuo labiū superfluitatis. Et iterū: Et nō letabit pater fatui. Ies. 32. Non uocabit̄ amplius fatuus princeps. Deut. 32. Populus fatuus & nō sapiēs. Et mox iterū: In populo fatuo iritabo eos. Paulus citās hoc dictū Rom. 10. Gracē reddidit **ἄσωτες**. 2. Sam. 3. Nūquid ut moris fatuus, moritur Abner, id est, ignauus. Psalm. 74. Et populus fatuus blasphemauit nomen tuum. Psal. 14. Dixit fatuus in corde suo, nō est Deus. Est & nomē proprium uiri, mariti Abigail Carmelitae, 1. Sam. 25. quod ipsa apud Dauidem ex eo appellatiuū facit, & addit rationem nominis, quia, inquit, stultitia est cum eo. Et quia nomen est cōtumeliosum, opinor eo usum Christum, cum Matth. 5. ait: Qui dixerit proximo suo, fatue, &c. Et pluraliter **נֹבְלִים**. Sam. 13. Quò enim ego trāseram opprobriū meum, & tu eris uelut unus fatuorum in Israel. Ezech. 13. Vae super prophetas fatuos, qui ambulant post spiritū suum. Et in genere foemini **נֹבְלָה**. Iob 2. Dixitq; ad eam, ut loquitur una fatuarum, ita loqueris.

נֹבְלָה Fatuitas, insipientia. Sic autem uocat scriptura factum contra publicā honestatem, uel contra mandatum dei, uel contra naturam, & simul illud factum ignominia, seu turpitudine comitatur. Iob 42. Vt nō faciam uobiscum secundū fatuitatem.

De stupro uirgini illato. Gen. 34. Et displicuit ipsis uehementer, quòd fatuitatē fecisset in Israel. Deut. 22. Quia fecit fatuitatē in Israel. Item de fornicatione, & adulterio. Iere. 29. Et fecerūt fatuitatem in Israel, & meretricati sunt cum uxoribus sodalium suorum. Item de inconcessa libidine ratione sanguinis. 2. Sam. 13. Noli mi frater, noli comprimere me, ne facias fatuitatē hanc. De furto anathematis. Iosue 7. Et quia fecit fatuitatem in Israel.

נֹבְלוּת Fatuitas, insipientia. Osee 2. Et nunc reuelabo fatuitatem eius coram oculis amatorum eius, ubi tamen propter affixum mutauit schurek in kybutz.

נֹבֵלָה Corpus, scilicet fatuum, insipiens, id est exanime, extinctum, destitutum anima & uitę munijs. Quidam morticinum uerterunt, alij cadauer, quanquam cadauer Latinis à cadendo deriuatum & dictum sit, quòd tamen hoc thema propriē, ut supra diximus, non significat. Est autē hoc primum scitu dignum, quòd tam de animalium brutorum, quam hominum corporibus dicatur. Deinde, quòd si de animalium mundorum, & lege ad uescendum concessorum dicitur, quā tamen lex uetat, ne aut tangantur, aut edantur, de illis corporibus intelligi debeat, quā uel morbo, uel alia læsione extincta sunt, & non de his, quā uel Deo offerenda erant, uel aliò qui edebantur. Deuteron. 14. Ne comedatis omne cadauer. Leuit.

נִבְיָא

Quidam arbitrantur esse passiuum primē cōiugationis, ut sunt multa uerba, quā in uoce passiuā significationem habent actiuā. Alij uerò uerbum esse actiuum secundā coniugationis censent. Et significat illustrationē oculorū cū gestu, aspiciere, respicere, prospicere, circūspicere, & iterū quòd cū prapositione seu aduerbio conſtruitur, idq; ex circūstantiā loci accipi potest. Legitur autē in hac forma tantum semel Iesa. 5. Et respiciet in terram, & ecce obscuritas angustiae.

In tertiā coniugatione tantum est usitatum **נִבְיָה**, & uariē conſtruitur.

Primò saepe conſtruitur cū uerbo sequente **נִבְיָה**, & ex hac constructione eius significatio propria intelligi potest. 1. Sam. 17. Cum circūspexisset Philisteus & uidisset Dauidē. 2. Reg. 3. Nisi faciē Iosaphat regis Iehuda reuererem, nō aspicerē te, neq; uiderē te. 1. Paral. 21. Et cum uenisset ad Ornan, respexit Ornan, & uidit Dauidē. Iob 35. Circūspice cœlū & uide. Psal. 22. Ipsi respiciētes, uidebāt in me. Psal. 8. Prospice cœlo, & uide. Psal. 91. Vtiq; oculis tuis aspicias, & retributionē improborū uidebis. Psal. 142. Respice ad dextrā, & uide. Ies. 42. Sordi audite, & cecū respicite uti deatis. Thren. 1. Circūspicite, & uidete, si est dolor sicut dolor meus. Quandoq; tamen prapositioni ei uerbum **נִבְיָה**, & tum ad animi considerationē refertur. Psal. 84. Scutum nostrum uide deus, respice faciem uncti tui, id est cōsidera. Thren. 1. Vide Iehoua, & respice, quoniā uilis facta sum. Habakuk 1. Videte inter gētes & aspiciete, id est, cōsiderate. Secundò, aliquādo cum lamed prapositione, quā ualeat **בְּ**. Iob 28. Ipse enim respicit ad extremitates terrae. Psal. 74. Respice ad partem.

Tertiò, cum **ל**. Exo. 3. Et timuit respicere ad Deū. Num. 21. Et factū est cū mordisset serpēs aliquē, & respiceret ad serpētē areū, tum sanabat. 1. Sam. 16. Ne respicias ad formā eius. Psal. 102. Iehoua ē cœlis prospexit ad terrā. Iesaiā 22. Et nō respexistis ad factorē eius. Zach. 12. Et respiciēt ad me quē trāsfixerūt. Et Maria mater Domini haud dubie usā est hoc uerbo, cum Luc. 1. ait: Et respexit ad humilitatem ancillae suae. Quartò, cum nomine in accusatiuo posito, sine tamē articulo **הָ**. Num. 12. Et uisione & nō aenigmatibus, aut similitudine Iehoua aspiciet. & cap. 23. Nō respexit iniquitatē in Iacob. 1. Sam. 2. Et adspicias aduersarium habi taculī. 1. Reg. 18. Ascēde obsecro, respice uiam maris, & ascēdit & aspexit, dixitq; non est quicquā. Quintò, cum beth eadem phraſi, qua uerbū **נִבְיָה** conſtruitur, & significat cū uoluptate aspiciere, capere uoluptatē ex aspectu. Ps. 92. Et aspiciet oculus meus in obseruatores meos. Sextò, cum mem motū de loco im portate, & tum uertēdū erit uerbo **נִבְיָה**. Psal. 33. & Psal. 102. Iehoua ē cœlis prospexit, &c. Septimò, cum he aduerbio motū ad locū denotante. Gen. 15. Suspice nūc in cœlū, & numera stellas. Octauò, cū **נִבְיָה**. Gen. 19. Ne respicias post te. Exo. 33. Et respiciebāt post Moſen, donec ingrederetur tabernaculū.

Participium praesens **נִבְיָה**. Psal. 104. Qui cum aspicit in terrā, mox cōtremisit.

INDE NOMEN,

נִבְיָה Respectus animi & oculorū, quē quis cū fiducia habet ad personā, seu rē aliquā, ut ab ea adiuuet. Hieronymus, q̄ uel significatione nō multū abluat, uel literarū fortē similitudine ~~...~~ spes trātulit, quasi esset **נִבְיָה**. Ies. 20. Et cōsternati pudent ab Aethiopia respectu suo, & ab Aegypto gloriatiōis sua. Et mox iterū: Et dicet habitator insulae huius in die illa, Hic cine respectus noster, qui confugimus eò pro auxilio. Legitur etiā semel **נִבְיָה** Zach. 9. Et Gaza dolebit uehementer, & Ekron: quoniam pudefactus est respectus eius, & ablatas est rex ab Gaza.

נִבְלָה

Destitutū est humido naturali, emarcuit, flaccebat, elanguit, desipuit, desijt esse humidū & sanū, sapidū, uiuū, uegetū, corruptioni factū est obnoxium, excidit sua cōditiōe seu statu, in quo erat meliore. Et ut litera, ita modo tantū significandi differt à uerbo **נָבֵל**, & contraria est significationis cū uerbo **נָבֵל**. Ies. 40. Aruit foenū, emarcuit flos, uerbū autē Dei cōsistit perpetuò. & cap. 24. Emarcuit terra, excius est, & emarcuit orbis. ubi usus est paronomasia seu uo cum allusione. ca. 34. Omnis exercitus eorū marcescet, sicut marcescit foliū. Pl. 1. Et foliū eius nō marcescet. Pl. 37. Et sicut uiror herbae marcescet. Iob 14. Et quidē mōs cadēs emarcescet.

904
נב

Scaturiuit, exundauit, emanauit, ut fontis aquae scaturiuit, exundat, & emanant. Et ut forma, ita modo tantum significandi differt a uerbo נב. Legitur autem in prima coniugatione tantum participium praesens נב. Prou. 18. Torrens exundans, fons sapientiae.

In tertia coniugatione נב, refertur ad talem eloquentiam, quae instar scaturiginis in fonte, ex ore scaturit, & superflue emanat. Psal. 8. Dies ad diem eructat sermonem. Psa. 59. Ecce eructant ore suo, gladij in ore ipsorum. Psal. 88. Eructabo enim gemata ab iniquo. Prouer. 1. Eructabo uobis spiritum meum. cap. 15. Os stultorum eructat stultitiam. Et Eccl. 10. de exhalante fetore dicitur: Quemadmodum musca mortua putrescere, & exhalare scilicet fetorem facit unguentum pigmentarij, ita aliquid preciosum praesapientiae & honore, stultitia modica.

INDE NOMEN,

נב

Scaturigo, Eccl. 12. Confringitur cadus super scaturigine. Et pluraliter in statu regiminis נב. Iesaias 35. Factum est torridum in stagnu, & siccum in scaturiginem aquarum. & cap. 49. Et iuxta scaturigines aquarum deducet eos.

905
נב

Meridies, seu pars caeli aut terrae meridionalis, quae feritur ardore solis. Videtur enim cognitionem habere significatione cum uerbis נב & נב. Gen. 24. Et ipse habitabat in terra meridiei. 1. Sam. 27. Ad meridiem. Assumit aliquando in fine literam he motum ad locum importantem נב. Gen. 13. Et ad meridiem. Dan. 8. Et ad meridiem. Legitur tamen semel נב Iosue 15. Versus meridie. Usurpatur tamen נב interdum per metalepsin pro terra torrida, deserta, & sterili, propter nimios aestus solis, ut est terra uersus meridiem, quae caret aquis. Iudic. 1. Quia terram meridiei dedisti mihi, des mihi scaturigines quoque aquarum. Psal. 126. Conuerte se hora captiuitatem nostram, sicut fluctus in meridie. Iesaias 21. Onus deserti, maris, sicut turbines in terram meridiei, id est, deserti. Zach. 7. Et meridiei & uallium habitator. Dicitur etiam pars illa meridionalis alio nomine נב, eod quod terra lehua da meridies sit uersus dexteram sita. Item נב ab altitudine.

906
נב

Non est usitatum nisi in tertia coniugatione נב, & significat aliquid uerbis adferre, coram aunciare, annuuciare, indicare, referre. Et ut uoce, ita significatione magnam habet cum uerbo נב cognationem: nam utrunque aliquid adferre seu adducere significat: illud ore sermonem seu rem commissam, alterum personam seu rem aliam. Gen. 3. Quis indicauit tibi quod nudus esses. 1. Sam. 10. Annuciando annuciavit nobis, quod inuentae essent aling, sed causam regni non annuciavit. Iud. 16. Et uidit Dalila, quod indicasset ei totum cor suum. Et in Imperatio, infinitiuo, & futuro, interdum loco iod hirik habet zere, id est, transponit iod ad subscriptum hirik. Iesaias 58. Indica populo meo prauaricationem ipsorum. Iud. 14. Si indicando indicaueritis illud. Porro si sequitur uel uirgula makaph, uel dictio enclitica, tum loco zere habet sajol. 2. Sam. 11. Annucia obsecro mihi. Gene. 44. Et indicauimus ei. Iudic. 14. Et indicauit patri suo. Legitur tamen semel non de sermone, sed de gestibus dici, & talibus quidem, qui tam certo rem coram indicant, ac si quis ore & sermone significaret. 2. Sam. 19. Quia indicaisti hodie, quod non sint tibi cura principes & serui.

Participium praesens נב. Gene. 41. Non est indicans mihi. Iesaias 42. Et noua ego annuncio. Et pluraliter status regiminis נב. Iudic. 14. His qui indicauerant anigma. Et in genere foeminino נב. Esther 2. Non indicauerat Esther cognitionem suam.

In uoce passiuua נב. 1. Sam. 23. Et ipsi Saul indicatum est. 1. Reg. 18. Nonne indicatum fuit sustentatori meo? Gen. 22. Et indicatum est ipsi Abraham.

INDE NOMINA:

נב Nomen, quod tamen semper prepositionis officium subit, ante, coram, praesto, iuxta, prope. Gen. 31. Non uiuat ille coram fratribus nostris. 2. Reg. 12. Coram uniuerso Israele, & coram sole. Et quando accipit affixa, seruat prius sajol, alterum mutat in seua. Psal. 38. Coram te omne desiderium meum, &c. Legitur tamen semel

R cum

Leuit. 7. Vel adeps cadaueris. & cap. 22. Cadauer, aut laceratum non comedet. In statu regiminis נב. Leuit. 5. Si anima tetigerit rem aliquam immundam, siue in cadauere bestiae immundae, siue in cadauere iumentum immundi, siue in cadauere reptilibus immundi. Psal. 79. Dederunt cadauer seruorum tuorum uolatili in escam, &c.

Sic in statu affixorum, nisi quod pathah mutetur in cametz. Leuit. 11. Et cadauer illorum non tangeris de immundis animalibus. Et hominis corpore mortuo. Deuter. 21. Non manebit per noctem cadauer eius super ligno. & cap. 28. Et erit cadauer tuum in esca omni uolucris. Ios. 8. Iussit Iosua ut deponeret cadauer eius de ligno. Item Iesaias 26. Viuent mortui tui, corpus meum resurgit. Et nota hic נב corpus meum nomen singularis numeri, ponitur collectiuè cum uerbo pluralis numeri, resurgent. significans primo, quod omnia corpora credentium sint unum corpus cum corpore Christi, & capitis Christi, & cum eo etiam sint resurrectura, quod & factum est iuxta historiam Matthaei Evangeliste cap. 27. Nam multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, & egressi e monumentis post resurrectionem Christi, uenerunt in sanctam Ciuitatem, & apparuerunt multis. Deinde quod nomen non in simili forma hic scribitur, qua alioqui in alijs omnibus scripturè locis in statu regiminis legitur, haud dubie ideo est factum, ut Propheta significaret, quod hoc corpus Christi in sepulchro non emarcuerit, seu (ut regius Propheta David ait) uiderit corruptionem, ut alia omnium hominum corpora, sed ante putrefactionem surrexerit, atque ita quies eius, ut alibi propheta dicit, fuerit gloriosa. Atque haec simul mysteria uoluit Propheta hoc nomine singularis numeri, & hac singulari punctorum ratione significare, ne quis existimet temere sic scriptum, aut deprauatum esse a scribis.

נב Vas siue coreaceum, siue testaceum, sic dictum, quod sit uacuum, sicut נב fatuum significat, eod quod uacet sapientia & uirtutibus. Poteris autem uertere utrem, si expellibus factum intelligitur: si uero adiunctum habet nomen testae, aut aliam uocem, ex qua figuli opus esse ex terra factum intelligis, & sit contritio facile obnoxium, tum uel lagenam, uel urceum, uel amphoram, uel alio nomine uertere licet: quamquam praestaret habere in lingua Latina aliquod nomen, quo proprie exprimeretur uocabuli etymon, & significatio. Chaldaeus uertit נב. 1. Samu. 1. Et laguncula uini. 1. Sam. 10. Portans lagunculam uini. Iesaias 30. Et contritio eius sicut contritio uasis figulorum. Iere. 13. Omnis lagena implebitur uino. quod tamen cum quinq. punctis est scriptum. Et pluraliter in statu regiminis נב. Thren. 4. Quomodo reputati sunt uelut uasa testae, quae facta sunt manibus figuli. Iere. 49. Et uasa eius euacuabunt, & lagunculas eorum confringent. 1. Sam. 25. Et duos utres uini. Iob 38. Et utres caeli quis faciet quietescere. Vocat autem nubes caeli hoc nomine quae aquas uelut utres continent & fundunt.

נב Similiter cum sex punctis scriptum, uas seu instrumentum musicu, habens formam utris seu lagene, quocumque nomine appellaueris, modo scias a uacuitate habere nomen. Suidas scribit Nabla organi esse speciem, & alibi inquit: Psalteriu organum est musicum, quod Naula etiam uocatur. Vnde quidam pro Psalterio, alii pro lyra, nonnulli pro Choro, alij pro fistula utriculari interpretantur. Iosephus lib. Antiquit. 7. cap. 12. scribit נב citharam decem habuisse chordas, & plestro percussitum, נב uero duodecim chordas, & tangi consueuisse digitis: unde uerisimile est fuisse uas seu instrumentum nostrae Cheli seu testudini non dissimile. Psal. 33. & 144. Celebrate Iehoua in Cithara, in Nabla, decachordo psallite ei. Pl. 71. Excitare Nabla, & cithara. Psal. 71. Ego celebrabo te in instrumento Nabla. Psal. 92. Super decachordo & super Nabla. Iesaias 5. Et erit Cithara & Nabla, & tympanum & tibia, & uinum in conuiujs eorum. Amos 5. Qui carpunt super ostio seu foramine Nablam.

Et pluraliter נב. 2. Samuelis 6. In Citharis & in Nablis, & in tympanis. Iesaias 22. A uasis craterarum usque ad uasa Nablorum. Et cum affixis. Iesaias 14. Abiecta est in infernum magnificentia tua cum sonitu Nablorum tuorum. Amos 5. Aufer a me sonitum cantuorum tuorum, & modulationem nablaram tuarum non audiam.

Scatu-

909 **קַרְנָה** Cornupeta, qui ferit cornibus. Exod. 21. Et si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiffertius.

Multis coniecturis adducor, ut credam significatione parum abluere à uerbis קַרְנָה & קַרְנָה: nam ut prius de sermone & studio, posteriore de splendore, ita hoc de sono seu symphonia dicitur: licet autem uertere, sonare in instrumento musico, excitare sonum, mouere chordas manu seu digitis ut sonum seu concentum edant.

Et in prima coniugatione legitur tantum participium praesens pluralis numeri, quod tamen nominaliter accipi potest קַרְנָה, musici, ludentes instrumentis. Psal. 68. Praecedunt cantores, post ludentes seu musici instrumentales.

In secunda coniugatione קַרְנָה, mouit artificiosè instrumentum musicum, ludit ingeniosè instrumento musico, sonauit instrumento. 1. Samuelis 16. Et quando fuerit super te spiritus dei malus ut ludat manu sua. Et mox iterum: Prospicite mihi uirum, qui bene sciat ludere. Et iterum: Scientem ludere, seu gnarum ludendi. Psal. 33. Bene ludite cum triumphatione. Iesaiæ 23. Accipe citharam, & circuite ciuitatem meretrici obliuioni tradita pulchre ludendo. & cap. 38. Et instrumenta nostra tractabimus cunctis diebus uitae nostrae.

Participium praesens, seu nomen participiale קַרְנָה, ludens, sonans, musicus instrumentalis. 1. Samuelis 18. Et Dauid sonabat manu sua. 2. Reg. 3. Afferte mihi ludentem, & cum luderet ille ludens, facta est super ipsum manus Iehoua. Est autem hoc scitu dignum, quod ut קַרְנָה participium secundae coniugationis aliquoties pro infinitiui ponitur praeposita litera lamed, ita קַרְנָה similiter pro infinitiui seu gerundio usurpatur: ut 1. Sam. 16. Ut quaerant uirum scientem ludere. sicut & Chaldaeus per infinitiuum transulit, & mox sequitur infinitiuus appositus huic uoci, Scientem ludere. Item mox iterum cum litera gerundia: Prospicite mihi uirum, qui bonus sit ad ludendum. ut non sit dubium, quin participium in eo loco sit usurpatum pro infinitiui seu gerundio.

INDE NOMINA:

909 **קַרְנָה** Symphonia, concentus, harmonia, consonantia. Iob 30. Et nunc musica ipsorum factus sum. Item קַרְנָה absolute ponitur. Psal. 61. Ad triumphandum super symphonia. Et cum affixis. Psal. 77. Recordor musicae meae in nocte. Thren. 3. Factus sum risus toti populo meo, & musica eorum quotidie. & cap. 4. Seniores e porta defecerunt, iuuenes à musica sua. Et pluraliter קַרְנָה, pro instrumentis musicalibus, & symphonijs. Psal. 4. Ad triumphandum in symphonijs. Psal. 69. Proferunt dicteria in me sedentes in porta, & symphonias bibentes siceram. Habak. 3. Ad triumphandum in symphonijs meis.

910 **קַרְנָה** Musica, symphonia. Thren. 3. Ego sum musica ipsorum.

Significat generaliter tangere, sed per composita eius potest commodius expone, secundum quod cum particulis construitur. Et non multum differt significatione à uerbis קַרְנָה & קַרְנָה: sumitur autem tam in bona partem, quam malam.

Primo construitur cum affixis. Gen. 26. Quemadmodum tetigimus te. Ruth 2. Ut non tangant te. Secundo cum praepositione קַרְנָה. Iudic. 20. Quia uidit quod pertigerat super eum malum. Iesaiæ 6. Tetigit hic super labia tua. Iere. 4. Qui tetigit super cor tuum. Tertio cum praepositione קַרְנָה. Ieremiae 51. Quia pertigit ad coelum iudicium tuum. Genesis 20. Non permisi tibi ut attingeres ad eam. Haggai 2. Ut pertingant ora sua ad panem. Iob 2. Et tange ad os eius. Quarto cum קַרְנָה. Mich. 1. Et pertigit usque ad portam populi mei. Iob 4. Pertinet usque ad te. Quinto cum aduerbio קַרְנָה mediante articulo lamed datiu casus. Iesaiæ 65. Non attingent in uanum, neque parient in praecipitantia. Alij tamen sic interpretantur: Non laborant in uanum, ut sit à קַרְנָה, quod tamen non est, quia uerbum קַרְנָה perfecte coniugatur, illud uero non: deinde loquitur propheta de attractione coniugali, de qua coniuges norunt, Quam, inquit propheta, non fore sterilem, aut infœcurdam.

R. 2 Sexto

eum he paragogico קַרְנָה. Psal. 116. Coram nunc omni populo eius. Et quando ab initio recipit lamed קַרְנָה, tum notat motum ad personam, quae est coram. 2. Reg. 1. Et incuruauit se super genua sua erga Heliã. Prou. 21. Non est consilium contra Iehoua. Psal. 18. Omnia iudicia eius erga me sunt, id est, ob oculos posita. At quando praepositur ei litera mem קַרְנָה, tum idem est quod קַרְנָה, id est, procul, remote, longe: & habet contrariam significationem ipsi קַרְנָה, hoc est, notat motum à persona, uel re alia. Ge. 21. Et decedit ei procul. 2. Reg. 18. Et tu sisses te procul. Psal. 38. Amici mei & sodales mei longè à plaga mea sissebant se. 2. Reg. 2. Et sisserunt se procul, procul. Semel tamen ab initio suscipit caph, ut קַרְנָה, quasi coram ipso. Gen. 2. Faciam ei adiutorium, quasi coram ipso: uel sic, quod coram ipso. Et nõ est intelligendum de subiectione, sed cohabitatione, quod mulier coram marito suo semper, & indiuidua consuetudine uiuat.

907 **קַרְנָה** Dicitur is, qui praestat populo seu uulgo in rebus tam politicis, quam Ecclesiasticis, princeps, dux, praesul, antistes. Vulgaris editio alias ducem, alias principem uertit. 2. Samuelis 7. Et ungas eum ducem super populum meum. Prouerbiõ. 28. Vbi est dux defectum patiens prudentiarum, statim multiplicat iniurias. Iere. 22. Audiuit Passur filius Immer, qui erat antistes in domo Iehoua, Ieremiam prophetantem uerba ista. Et in statu regiminis קַרְנָה. 2. Reg. 20. Et dices ad Hiskijahu ducem populi mei. Ezech. 28. Et dices ad ducem Tyri. Et pluraliter קַרְנָה. Iob 25. Vox ducum occultabatur. Psal. 76. Ipse cohibet spiritum ducum. Et transfertur semel ad res praestantes, Prouer. 8. Audite, quoniam praestantia loquar, id est non uulgaria.

Ista uox perpetuo retinet punctum in litera finali, qui Hebraeis dicitur mappik. Ostendit autem esse pronunciantum, deinde q̄ inter coniugandum, & in alijs deriuatis non abijciatur. Arbitror autem modo tantum significandi differre à uerbis קַרְנָה & קַרְנָה, & significare uerbaliter in prima coniugatione mouere, promouere splendorem seu fulgorem, seu lucem, emicare, extendere splendorem: & tantum dicitur de splendore lucis. Nos uno uerbo splendendi uertere possumus. Et construitur cum praepositione קַרְנָה. Iob 22. Et super uiam tuam splenduit lux. Ies. 9. Lux splenduit super eos. Iob 18. Et non splendet scintilla ignis.

In tertia coniugatione קַרְנָה. 2. Sam. 22. Tu es lucerna mea Iehoua, & Iehoua illuminabit obscuritatem meam. Ies. 13. Et luna non emicare sinet lumen suum.

INDE NOMINA:

907 **קַרְנָה** Splendor, fulgor, emicantia. 2. Sam. 22. A splendore coram ipso incensi sunt carbones ignis. 2. Sam. 23. A splendore, à pluuia, id est à splendore post pluuiam herba e terra. Ies. 4. Et splendorem ignis, flammam noctu. Prou. 18. Semita iustorum uelut lux splendoris. quanquam magistri Hebraeorum censeant hoc loco positum pro Venere, seu Lucifero, ab excellentia splendoris. Et cum affixo mutat holem in hatephcemetz. Ios. 2. Et stellae retraxerunt splendorem suum.

908 **קַרְנָה** Splendores. Ies. 59. Expectantes suspiciebamus ad lucem, & ecce obscuritas, ad splendores, & in caligine ambulabamus.

908 **קַרְנָה** Modo tantum significandi à uerbo קַרְנָה, neque etiam multum differt à uerbo קַרְנָה, licet hoc aliquato sit generalius. Significat enim ferire cornibus, ut boues cornibus homines petunt, impetum in ipsos faciunt: construiturque semper cum accusatiui mediante articulo קַרְנָה, uel etiam absque eo. Exod. 21. Et si ferierit bos uirum, uel mulierem & moritur.

In secunda coniugatione קַרְנָה. Deut. 33. Primogeniti bouis decor eius, & cornua unicornis cornua eius, cum ipsis populos feriet pariter usque ad terminos terrae. 1. Reg. 22. & 2. Paralip. 10. Fecit sibi Zidkijahu cornua ferrea, dixitque, cum istis feries Syros donec consumperis eos. Psal. 44. In te aduersarios nostros feriemus. Ezech. 34. Et cornibus uestris feritis omnes infirmos.

Participium praesens קַרְנָה. Dan. 8. Vidi hircum ferientem contra meridiem. In quarta coniugatione קַרְנָה. Dan. 11. Et in tempore finali feriet cum eo rex.

INDE

Israele. Num. 14. Ne consternamini corā inimicis uestris. Iud. 20. Vtq̄ consternando cōsternabitur ipse corā uobis. ubi Infinitiuus defectiuē & irregulariter חָתַם pro חָתַם, positus est. 1. Reg. 3. Cum consternatus fuerit populus tuus coram inimico.

Participium חָתַם. Deut. 28. Dabit te Iehoua consternatum coram inimicis tuis. Iud. 20. Vtq̄ consternando consternatur corā nobis. Et pluraliter חָתַם. Deut. 28. Dabit Iehoua inimicos tuos, qui insurgunt contra me consternatos coram te.

In quarta coniugatione חָתַם. Ierem. 13. Priusquam consternerent pedes uestri super montibus crepusculi.

INDE NOMINA:

חָתַם Consternatio, strages. Exod. 12. Et non erit in uobis strages ad interitum. Iosue 22. Et facta est strages in coetu Iehoua. Iesaiā 8. Et erit in sanctuarium, & in lapidē consternationis, & in petram offensionis. Et in distinctione sententiā חָתַם. Num. 14. Et cepit strages.

חָתַם Consternatio, strages. Et à חָתַם tantum forma differt. Num. 14. In strage coram Iehoua. Num. 17. Et strages illa cohibita est. Num. 25. Quae percussa est in die stragis. 1. Sam. 4. Atque etiam strages magna facta est in populo. Psal. 106. Et erupit in eis strages. Ezech. 24. Aufero à te desiderium oculorum tuorum in strage. Et in statu regiminis חָתַם. Zachar. 14. Et erit strages equorum. Et pluraliter חָתַם. Exod. 9. Ego mitto omnes strages meas ad cor tuum, i. intra aedes tuas.

912 חָתַם Attrahit: congruit significatione cum uerbis חָתַם חָתַם חָתַם חָתַם, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Leuit. 11. Etiam si sus diuidit unguis, tamen non attrahit ad os, id est, non ruminat. Est enim ruminare attrahere cibum nondum concoctum, & eum denuo masticare.

In uoce passiuā חָתַם. Psal. 77. Plaga mea noctu tracta est, id est, defluxit. Thre. 3. Oculus meus extractus est, & non cessauit.

Participium pluralis numeri חָתַם. Sam. 14. Et uelut aquae tractae in terram, quae non colliguntur, id est, absorptae. Et in foeminino genere חָתַם. Iob 20. Migrabit proventus de domo eius, & contracta in die irae eius, i. quaecumq̄ in horreum tracta seu uecta sunt plaustris.

In tertia coniugatione חָתַם actiuē. Michea 1. Et traham in uallem lapides eius. Ezech. 35. Voluistis inimicitiam perpetuam, & traxistis filios super acies gladij. Et neutraliter extra regimen. Psal. 63. Et trahentur super acies gladij, pars uulpium erunt. Iere. 18. Et trahe eos super acies gladij. Psal. 75. Et extrahere faciet ex eo.

Participium praeteritum חָתַם. Michea 1. Sicut aquae extractae in praiceps.

INDE NOMEN,

חָתַם Tractus, id est, riuus, unde trahitur flumen. Iob 28. Erupit flumen extractus.

913 חָתַם Cum dextro puncto, accessit: & magnā habet cognationē significatione cum uerbis חָתַם & חָתַם חָתַם חָתַם חָתַם חָתַם, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Et ut nō per omnia apud Latinos uerba illa duo, appropinquo & accedo sunt synonyma, ita similiter apud Hebraeos se habent חָתַם & חָתַם, quod prius appropinquare, posterius uerō accedere significet. Et in uoce actiuā uisum est tantum in Imperatiuo, futuro, & Infinitiuo, quibus in uoce passiuā caret: enim uero praeteritum, & participium praesens mutatur ad uoce passiuā. Constructur autem quandoq̄ cum aduerbio חָתַם, huc. Genesis 18. Accede huc. Interdum cum aduerbio חָתַם. Iosue 3. Accedite huc. Gene. 33. Et accesserunt ancillae huc & nati eorum. ubi tamen per apocopen he legitur. Interdum constructur cum lamed, id est, ad. Ierem. 46. Et accedite ad bellum. Iudic. 20. Non addam accedere ad bellum. Legitur tamen semel, ubi aliō accedere significat, pro quo Latinus sermo utitur uerbo cedo, quia nō aliter fert. Iesaiā 49. Est angustus mihi locus, cede mihi, ut habitare queam. In tali significandi modo usurpatur etiam uerbum חָתַם, de quo suo in loco. Interdum constructur cum חָתַם. Genesis 27. Et accessit Iacob ad Izhak. Exod. 19. Ne accedite ad uxorem. Semel constructur cum pra-

Sexto, saepissimē constructur cum praepositione beth. Gen. 32. Et attigit in concauitate femoris. 1. Sam. 10. Quos tetigerat deus in cordibus ipsorum. Psal. 144. Tange in montes & fumigabunt. Iob 19. Quia manus dei tetigit in me. 1. Sam. 14. Et non addet amplius attingere in te. Ezech. 17. Cū tetigerit in eam uentus anterior, marcescet marcescendo.

Participium praesens חָתַם. Num. 31. Omnis attingens in uulneratum. 1. Reg. 19. Tangens in eum. Et pluraliter חָתַם. Iere. 12. Qui tangunt haereditatem. Et in genere foeminino חָתַם. 1. Reg. 6. Tangebatur parietem secundum. Num. 19. Et anima quae tangit. Et pluraliter חָתַם. 1. Reg. 6. Tangentes.

Participium praeteritum חָתַם, tactus, percussus. Iesaiā 53. Percussus dei. Psal. 73. Percussus tota die.

In uoce passiuā חָתַם. Ios. 8. Et percussi sunt Iosua, & omnis Israel ante eū & fugerūt.

In secunda coniugatione חָתַם, deo attribuitur, & constructur cum accusatiuo mediante articulo חָתַם, & significationē intēdit. Gen. 12. Et percussit Iehoua Pharaonem. 2. Reg. 15. Et percussit Iehoua regem.

In tertia coniugatione חָתַם, quādo post se regit accusatiuum nominis, siue pronominis, tum est transitiuum. Exod. 4. Et attingere fecit pedibus eius, id est, adhibuit seu applicauit. Leuit. 5. Et si non attingere faciet manus eius sufficientiam pedibus. Ezech. 13. Et attingere faciam eum ad terram. Sed quando absolutē ponitur extra regimen, tum est intransitiuum. Ezech. 7. Aduenit tempus, attigit dies, ut emptor non laetetur. Iesaiā 6. Et pertigit super os meum.

In uoce passiuā חָתַם. Psal. 73. Et cum hominibus non percutientur, id est, plagis afficientur.

INDE NOMEN,

911 חָתַם Masculini generis, quod in malam partem quamlibet laesionem seu percussuram uel animi, uel corporis, uel alterius rei etiā inanimatae significat. Hieronymus plaga uocabulo reddidit. Exo. 11. Adhuc plagam unam adducam super Pharaonem. Leuit. 13. Plaga leprae cum fuerit in homine. Et mox iterum: Et erit plaga flaua. cap. 14. Velut plaga apparet mihi in domo. Deut. 17. Inter plagam & plagam. Psal. 91. Et plaga nō appropinquabit tabernaculo tuo. Et in distinctione sententię mutat sagol in cametz חָתַם. Leuit. 13. Quum fuerit in eo plaga. Et in statu affixorum mutat idem sagol in hitik, & pathah in sua. Psal. 38. Procul à plaga mea stabunt. Psal. 39. Amoue à me plagam tuam. Et pluraliter חָתַם. Gen. 12. Et percussit Iehoua Pharaonem plagis magnis. Et in statu regiminis חָתַם. 2. Sam. 7. Et in plagis filiorum hominum.

Significat quamlibet consternationē, quae sit cum impetu, & impulsione. Et congruit significatione cum uerbo חָתַם, nisi q̄ hoc saepius significet attingere leuitus, & sine impetu, & laesione rei tactae: at חָתַם significationem habeat uehementiorem, sicut & pe littera est uehementior & spiritus impulsus effertur. Licebit autem uertere secundum eius rei proprietatem, de qua dicitur. 2. Paral. 13. Et deus consternauit Ieroboam. & cap. 21. Consternauit eum Iehoua in uisceribus eius morbo absq̄ sanatione. Iesaiā 19. Et consternauit Iehoua Aegyptum consternando & sanando. Exo. 21. Si contenderint uiri, & cōsternauerint mulierem grauidam, su boden schlegt, vnd das sie lagerhafft wird. Exod. 31. Et si consternauerit bos uiri, bouē sodalis sui, & morietur. Iud. 20. Et consternauit Iehoua Beniamin coram Israele. 1. Sam. 4. Quae consternauit nos Iehoua coram Philistaeis. 1. Sam. 25. Et consternauit Iehoua Nabal, & mortuus est, lagerhafft machen. 2. Sam. 12. Et consternauit Iehoua puerum, quem pepererat uxor Vriā Dauidi, & opprimebatur aegritudine. Psal. 88. Et ofores eius consternabo. Psal. 91. Super manibus portabunt te, ne cōsternes in lapidem pedem tuum. Prou. 3. Et pes tuus non consternetur.

Participiū praesens חָתַם. Exod. 8. Ecce etiam consterno terminum tuum ranis. 2. Paral. 21. Ecce Iehoua consternat stragem magnam in populo tuo.

In uoce passiuā חָתַם. 2. Sam. 10. Et uidit Syrius, quod consternatus esset coram Israele

ctus est populus iste, ore suo & labijs suis honorauerunt me, sed cor suum remouerunt à me, id est, aus swang. & cap. 53. Adactus est & oppressus, & tamen non aperuit os suum.

INDE NOMEN,

נָשָׂא Nomen participiale: de quo supra in participio.

915

נָשָׂא

Generaliter significat motum celerem, commotionem celerem, fugam, agitationem, nec potest uno uerbo reddi: congruit autem significatione cum uerbis נָשָׂא נָשָׂא נָשָׂא, nisi quòd ut forma, ita modo significandi inter se differant. Iesai. 22. Omnes duces tui aufugerunt simul. & cap. 33. A uoce tumultus aufugerunt populi. Ierem. 4. Omnes aues caeli aufugerunt. Psalm. 37. Videntes me aufugerunt à me. Esther 6. In nocte illa ablatus est somnus regi, & iussit adferri librum. Iesai. 10. Ablata est Madmena. Psalm. 55. Ecce uolebam procul discedere aufugiendo. Nahum 3. Et erit, quicumque uiderit te, fugiet à te. Psalm. 68. Reges exercituum fugient fugient, & amoenitas domus diuidet, scilicet spolia. Est autem uerbum hoc non intelligendum de hostibus, quòd illi alios fugaturi sint, sed de regio exercitus Apostolorum & ecclesiae, quòd illi celeriter pergunt, & pergendo occupabunt multa loca Euangelij propagatione. Est et uerbum Castrense hoc loco de exercitu dictum, qui felices successus habet, & de loco in locum celeriter castra promouet, & hostem uincit, & translatum hic ad Euangelij propagationem, quae celeri motu seu cursu per Apostolos fieri debebat, sicut certè factum & in omnem terram celeriter cucurrit regula ipsorum. Est igitur non passiuè intelligendum hoc uerbum hoc in loco, sed actiuè, quasi dicas: Reges exercituum promouebunt promouebunt, &c.

Participium praesens cum uau נָשָׂא, uel absque uau נָשָׂא. Iob 15. Agitur hinc inde pro pane. Prouerb. 27. Sic est uir migrans e loco suo. Iesai. 10. Non fuit motor ala. cap. 16. Et erit uelut auis uagabunda. Et ibidem iterum: Vagabundum ne prodas. Iesai. 61. Pane suo praueuerunt profugum. Ierem. 49. Et non est qui colligat uagabundum. Et pluraliter נָשָׂא נָשָׂא. Osee 9. Et erunt uagi inter gentes. Et in genere foemino נָשָׂא נָשָׂא. Prouer. 27. Sicut auis aufugiens de nido suo: uel sic, sicut auis uaga à nido suo.

Participium praeteritum נָשָׂא נָשָׂא, quod tamen nominaliter accipitur. Iob 7. Et fatior commotionibus usque ad crepusculum.

In tertia coniugatione uoce passiuæ נָשָׂא נָשָׂא. Iob 20. Quasi somnium auolabit, & non inuenient eum, scilicet hypocritam, & amouebitur, id est, euanesceat sicut uisio noctis.

Participium praeteritum נָשָׂא נָשָׂא. 2. Sam. 23. Sicut spina emota, id est, euulsa.

INDE NOMEN,

נָשָׂא Vide in themate נָשָׂא.

916

נָשָׂא

Spontaneus, ultroneus, liberalis, munificus fuit in conferendo, uel ad sacrificia & cultus, uel extra sacrificia ad pios usus, siue Deo siue hominibus: & includit simul quandam hilaritatem seu alacritatem, & quodammodo heroicam munificentiam & elargitionem: differtque à uerbo נָשָׂא modo tantum significandi. Exod. 35. Omnis uir aut mulier, quorum spontaneum est cor eorum, eos conferendi pro cuncto supellectili. Et iterum: Et omnis quem spontaneum fecit spiritus suus, ipsum contulerunt leuandam Iehoua. & cap. 25. Ab omni uiro cuius spontaneum fuerit cor illius, accipietis leuandam.

In quarta coniugatione נָשָׂא נָשָׂא accipitur actiuè, si post se regit accusatiuum: si uerò absolute ponitur, est neutrum. 1. Paralip. 29. Ego in rectitudine cordis mei sponte contuli omnia ista. Et mox iterum: Et spontaneos exhibuerunt se principes patrum, &c. Et iterum: Et laetatus est populus super spontaneos conferre eos, R 4 quia

positione beth, Iesai. 65. Ne accedas in me, id est, attingas in me.

In uoce passiuæ נָשָׂא, significationem habet neutralem, & legitur tantum in praeterito & participio, quibus in uoce actiuæ caret. Ceterum Imperatiuo, futuro, & Infinitiuo, quae in uoce actiuæ habet, caret. Ge. 33. Postea accessit Ioseph. 1. Reg. 20. Ecce propheta unus accessit ad Achab. Deut. 25. Accedet cognata eius. 2. Sam. 11. Cur accessistis ad urbem.

Participium pluralis numeri נָשָׂא נָשָׂא. Exod. 19. Etiam sacerdotes, qui accedunt ad Iehoua, sanctificabunt se.

In tertia coniugatione נָשָׂא נָשָׂא, accedere fecit, id est, attulit, adduxit, scilicet personam, uel rem. Et ita differt à uerbo tertiae coniugationis נָשָׂא נָשָׂא, quòd illud de allatione rei, alteruè de allatione sermonis intelligi debeat, & simul coniunctim leguntur. Iesai. 45. Annunciate & adducite. Gen. 48. Et adduxit illos ad eum. Exod. 21. Et accedere faciet eum herus suus ad iudices, id est, adducet. Amos 6. Sacrificia & oblationem adduxistis mihi. Iob 40. Et factor eius accedere faciet gladium suum, id est, admouebit seu applicabit gladium suum illi. Exod. 32. Et adduxerunt retributiones. Malachiae 1. Si attuleritis caecum. Amos 6. Et accedere molimini sedem iniuriae.

Participium praesens נָשָׂא נָשָׂא. Malachiae 2. Et adferens oblationem ipsi Iehoua. Et pluraliter נָשָׂא נָשָׂא. 2. Regum 4. Ipsi adducebant ei. Et in regimine נָשָׂא נָשָׂא. Mich. 3. Et erunt ipsi Iehoua adducentes munus in iustitia.

Participium praeteritum נָשָׂא נָשָׂא, Malachiae 1. Et in omni loco suffitus adfertur nomini meo.

In uoce passiuæ נָשָׂא נָשָׂא. 2. Sam. 3. Et pedes tui non in aera applicati.

In quarta coniugatione נָשָׂא נָשָׂא. Iesai. 45. Congregamini & uenite, accedite pariter.

914

נָשָׂא

Cum sinistro puncto, proprie adigit: congruit significatione cum uerbo נָשָׂא, differuntque tantum significandi modo: nam ut נָשָׂא neutraliter accedere significat, ita hoc cum sinistro, significat actiuè adigere ad solutionem debiti, uel ad aliquid aliud operis faciendum, simulatque uim quandam importat. Et respondet Latino uerbo exigere, quanquam uerbum adigendi Hebraeo esset uicinius.

In nouo Testamento sepe est uersum uerbo Graeco ἀγγαρεύω, quod uetus translatio uerbo angario transtulit, & magis proprie Latino adigendi (id quod significat) transtulisset. Sed primum locos ueteris Testamenti uidebimus. 2. Reg. 23. Ab uno quoque secundum aestimationem suam exegit argentum. Deut. 15. Non adiget sodalem suum, scilicet ad solutionem. Iesai. 58. Ecce in die ieiunij uestri queritis quidlibet, & omnes labores uestrorum adigitis seu exigitis. Nunc noui Testamenti locos adducam, ubi Christus & Euangelistae haud dubie usi sunt, aut illud uerterunt. Matthaei 5. Quicumque te angariauerit ad milliarium unum, abito cum illo, duo. Item cap. 27. & Marci 15. Angariauerunt Simeonem quempiam ut tolleretur cruce eius, id est, adegerunt. Sic & Christum Iesaias uaticinatur angariatum iri, ut infra in uoce passiuæ uidebimus.

Participium praesens, quo etiam Hebraei nominaliter utuntur נָשָׂא נָשָׂא. Iesai. 9. Virgam qua adigit cum ea. Iob 3. Non audierunt uocem adactoris. & cap. 39. Et oppressum adactoris non audiet. Et interposita litera uau נָשָׂא נָשָׂא. Dan. 11. Et stabit super loco suo quæstor, & exactor. Zachariae 10. Ex ipso egredietur omnis adactor pariter. Et pluraliter נָשָׂא נָשָׂא. Exo. 5. Et praecipit Pharaon in illo die cum exactoribus in populo. Et in statu regiminis נָשָׂא נָשָׂא. Exod. 5. Et egressi sunt exactores populi. In statu affixorum nihil mutat, nisi postremam syllabam more participiorum. Exod. 3. Clamorem ipsorum audiuim propter exactores eius. Iesai. 3. Populi mei exactores puerilitas sunt. & cap. 60. Et ponam praefecturam tui pacem, & adactores tui in iustitia.

In uoce passiuæ נָשָׂא נָשָׂא. 1. Samuelis 13. Et uir Israel uidit, quoniam angustia sibi: nam adactus erat populus, &c. Iesai. 3. Et adiget populus. & cap. 29. Eò quòd adactus

fol. 906 uerba. Iesai. 9. Virgam qua adigit cum ea. Iob 3. Non audierunt uocem adactoris. & cap. 39. Et oppressum adactoris non audiet.

potest, significat remouere aliquid immundi & pollutum. Iesaja 66. Fratres uestri oderunt uos, & remouent uos propter nomen meum. Christus hanc prophetam praedictionem suis discipulis renouans Ioannis 16. aut sane Ioannes ipse uerius uertit ἀποσυργώγος alienos a synagogis facient uos. Sic cap. 9. iam enim conspirauerat Iudaei, ut si quis confiteretur eum esse Christum, ἀποσυργώγος extra synagogam esset. & cap. 12. Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisaeos non confitebantur, ne a synagoga eijcerentur, &c. quanquam hoc Graecum non satis exprimat uocis significationem. Alterum scribitur Amos 6. Qui minitamina remotione diei malo, & accedere iubetis sedem iniurie, &c. Est autem gestus illorum qui indignatione moti cum detestatione rem tanquam execranda abominantur gestu.

INDE NOMINA:

רָחַק Remotio, amotio, reiectio, remouenda, reiectamentum; factum aliquod siue res, quae propter immundiciam remouetur: hinc Hieronymus immundiciam uertit 2. Para. 29. Et efferte remotionem a sancto. Thren. 1. Facta est Ierusalem in remotionem.

Sed paulo tamen post scribit cum iud & sine dagges רָחַק: Erratum errauit Ierusalem, ideo in remotionem facta est. Ezech. 7. Argentum suum in plateas proijcient, & aurum ipsum in remotionem erit. Et mox iterum: Ideo ponam illum eis in remotionem. Eisd. 9. Terra remotionis est propter remotionem populorum, regionum. Zach. 13. In die illa erit fons apertus domui Dauid, & habitatoribus Ierusalem pro errato, & pro remotione. Et Petrum in hunc locum respexisse arbitror, & usum hoc nomine, quo, inquit, non sordes carnis abijciuntur, &c. Ezech. 18. Et ad mulierem remotionis non accesserit. & cap. 22. Nuditate patris reuelauit in te, immundam remotionis compresserunt in te. Vocat propheta mulierem remotionis, sicut & Moses, quae tempore menstruorum & fluxus sanguinis tanquam immunda remouenda erat, ut neque uir eam attingeret, neque aliud uas. Leuit. 20. Vir si acceperit uxorem fratris sui remotio est, nuditatem fratris sui reuelauit, orbi erunt, id est, factum immundum. Num. 19. Et erit coetus filiorum Israel in custodiam pro aqua remotionis. Et mox iterum: Et qui attigerit aquam remotionis, immundus erit usque ad uesperam. Dicitur autem aqua remotionis, quia erat de cineribus uaccae ruffae, qui extra castra debebant in locum peculiariter remoueri. In statu regiminis רָחַק. Leu. 12. Mulier si femine conceperit, & pepererit masculum, tum immunda erit septem diebus iuxta dies remotionis fluxus sui, immunda erit. Leu. 18. Et ad mulierem in remotione immunditatis suae non appropinques, ut reueles nuditatem eius. Et in statu affixorum רָחַק. Leuit. 12. Si uero foemellam pepererit, tum immunda erit duabus septimanis secundum remotionem suam. & cap. 15. Et mulier si fuerit fluida, sanguis ipsius fuerit fluens ei in carne sua, septem diebus erit in remotione sua, &c.

רָחַק Meretricium, id est, merces quae datur meretrici, a remotione, quia non licebat dare in templum pro oblatione, eod quod ex opere immundo erat partum. Ezechie. 16. Omnibus meretricibus dabunt remouendam, id est meretricium.

רָחַק Hoc nomine Hebraei primo uaginam uocauerunt simili ratione, quod gladius sanguine humano pollutus in ea recondebatur, q. d. remouenda. 1. Paralip. 21. Et dixit Iehoua angelo: Et conuerit gladium suum ad uaginam suam. Deinde pluraliter רָחַק, mercedem quae a meretricibus dabatur amatoribus. Ezech. 16. Et dedisti remouendas tuas omnibus amatoribus tuis. Dicitur etiam alio nomine רָחַק, de quo alibi.

918

רָחַק

Impulit, expulit, & notat impetum. Congruit significatione cum uerbis רָחַק וָחַק & רָחַק וָחַק, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Deut. 20. Non perdas signum eius ad impellendum super illud securum. 2. Sam. 14. Ut non depellat ab ipso depulsum.

In uoce passiva רָחַק. Deuter. 4. Et impelleris & incurues te eis, & colas ea. ca. 19. Et impellatur manus eius in securi ad succidendum lignum. Prouer. 14. In malum suum impelletur improbus. Iere. 23. Impellentur & cadent in eam. & cap. 40. Ex omnibus locis ad quae impulsus sunt. & cap. 49. Et propellemini quicquid ante se.

Parti

quia corde perfecto spontaneos se exhibuerunt ipsi Iehoua. Esdrae 2. Spontaneos exhibuerunt se pro domo dei ut constituerent in loco suo.

Participium רָחַק, spontaneus, liberalis, munificus. 1. Paral. 29. Et quicumque est liberalis, ut impleat manum suam hodie ipsi Iehoua. 2. Paral. 17. Qui spontaneum se praebuerat ipsi Iehoua. Esdrae 3. Et pro omni munifico conferente spontaneam ipsi Iehoua. Et pluraliter רָחַק. Iud. 5. Qui munifici sunt in populo, Nehe. 11. Qui spontaneos se exhibuerunt ad habitandum in Ierusalem.

INDE NOMINA:

רָחַק Spontaneus, liberalis, munificus, beneficus, habens animum heroicum ad beneficiendum. Vocantur autem communiter magistratus & principes, qui a Deo excitati & multis heroicis uirtutibus ornati, ut in subditos se illis uirtutibus beneficos & liberales exhibeant. 1. Paral. 28. Cum omni munifico in sapientia. Prou. 17. Non est decorum stulto labium excellentiae, quanto minus munifico labium fallitatis. & cap. 19. Multi anxie expectant faciem magnifici. Et arbitror Paulum Apostolum uoluisse huius nominis exprimere significationem. 2. Corinth. 9. Hilarem datorem diligit Dominus. In statu regiminis רָחַק. Exod. 35. Quisque spontaneus in corde suo conferat eam. 2. Paralip. 29. Et omnis spontaneus corde holocausti. Et pluraliter רָחַק, hoc nomine dicuntur, ut paulo superius dixi, principes, heroes, qui magnifica faciunt. 1. Samuelis 2. Erigit de puluere exhaustum, de stercore releuat egenum, ut collocet eum cum magnificis. Iob 12. & Psalm. 107. Effundens despectionem super magnificos. Iob 34. Num dices regi Belsai, improbus ad magnificos. Psalm. 118. Melius est protectionem quaerere in Iehoua, quam considerare in magnificis. Psalm. 113. Qui sedere facit cum magnificis, cum magnificis populi sui. Prou. 8. Per me principes principatus administrant, & magnifici sunt omnes iudices terrae. Et Christum credo usum hac uoce Luc. 22. Reges gentium dominantur eis, & qui potestatem habent super eas, εὐεργεταί, id est, benefici uocantur. In statu regiminis רָחַק. Num. 21. Foderit eum magnifici populi. Psalm. 47. Magnifici populorum congregantur populo Dei Abraham. Psalm. 83. Pones eos magnificos eorum sicut Oreb, &c. ubi iud pluralis numeri absorpta est. Et in genere foeminino רָחַק. Psalm. 51. Et spiritus magnificus sustentet me. Et cum affixo רָחַק. Iob 30. Et persequitur uelut uentus magnificentiam meam. Et pluraliter רָחַק. Iesaja 32. Magnificus magnifica cogitat, & ipse super magnificis subsistet.

רָחַק Nomen substantiuum generis foeminini, spontanea, id est, donum spontaneum, quod confertur uel in sacrificium, uel aliis in pium & sacrum usum, nulla obligatione legis, neque uoto aliquo, sed mera liberalitate, & munificentia animi. Exo. 35. Contulerunt filij Israel spontaneam ipsi Iehoua. & cap. 36. Et ipsum attulerunt ad illum adhuc spontaneam singulis mane. Leuitic. 7. Et si uotum, uel spontanea sacrificium oblationis eius. Et cap. 22. Et uir qui obtulerit sacrificium retributionum ipsi Iehoua ad faciendum excellens uotum, siue in spontanea, siue in pecude, siue in oue. Et iterum: Spontaneam facere licebit illam, sed pro uoto non acceptabitur. Esdrae 8. Argentum & aurum spontanea Iehoua deo patrum uestrorum. Porro quando cum uerbo construitur, tum aduerbia facit. Deu. 23. Quemadmodum uouisti Iehoua deo tuo sponte, quod loquutus es ore tuo. Psalm. 54. Spontem sacrificabo tibi. Ezech. 46. Et si fecerit sponte holocaustum aut retributiones sponte ipsi Iehoua. Osea 14. Diligam eos spontem. In statu regiminis רָחַק. Deuter. 16. Contributio spontanea manus tuae, quam dabis. Et pluraliter רָחַק. Psalm. 68. Pluuia magnificentiarum asperges haereditatem tuam. Psalm. 110. Populus tuus spontaneum in die uictoriae tuae. Amos 4. Praedicate spontaneas. In statu regiminis & affixorum רָחַק. 2. Paral. 31. Erat super spontaneas dei. Ps. 119. Spontaneas oris mei accepta obsecro Iehoua. Leuit. 22. Pro cunctis uotis suis, & spontaneis suis, quas attulerunt ipsi Iehoua in holocaustum.

917

רָחַק

Ex isto uerbo tantum unum participium secundae coniugationis in usu est רָחַק, id est, quod in locis: quantum autem ex illis locis & nomine uerbaliter רָחַק colligi potest

participium praesens, sic legentes: Et non erit lamentator inter ipsos.
 לַמְנַחֵם Lamentum. Ezech. 27. Et leuabunt super te in lamentatione sua planctum.
 לַמְנַחֵם Lamentum, lamentatio. Jer. 9. Quia uox lamenti audita est. Et affument super nos lamentum. Et in distinctione sententiae לַמְנַחֵם. Iere. 9. Et docete filias uestras lamētū. Amos 5. Et uocabūt agricolā ad lucrū, & planctū, & sciētes lamētū.
 לַמְנַחֵם Nomen participiale, lamentabile. Mich. 2. Et lamentabitur lamentū lamentabile.
 לַמְנַחֵם Ablata nun litera, uocula qua dolor animi significatur. Ezech. 30. Vlulate, ha diei, id est, heu, quanquam sapissimē soleat à fronte accersere literam he לַמְנַחֵם aha, ha. lo fue 7. Aha Sustentator lehoua. Iud. 11. Aha filia mea. Iere. 1. Aha Sustentator lehoua deus, ecce non scio loqui. Ioelis 1. Aha diei.
 הוּ Particula dolentis. Amos 3. Et in omnibus plateis dicent ho, ho.
 הוּ O, hoī, heu. 1. Reg. 13. Et planxerunt super eum, hoī frater mi. Ies. 1. Hoī gens peccatrix. & cap. 55. Hoī omnis sitiens. Zach. 2. Hoī fugite ē terra Aqueilonis. Et iterum: O Zion erue te. Et aliquoties est uocula dolentis, sicut לַמְנַחֵם. Ies. 5. Væ attingere facienti domum domui, &c.
 הוּ Lamentū, lamētatio. Ezech. 2. Et scripta erāt in eo planctus, gemitus, & lamētatio.
 הוּ Vocula dolētis, hoī, heu. Num. 21. Heu tibi Moab. Et cū he paragogico לַמְנַחֵם. Ps. 120. Heu mihi, qui peregrinor in Mesech. Sed de hac uoce supra in themate לַמְנַחֵם.
 הוּ O: sed de hac uoce supra in themate לַמְנַחֵם.

922

לָבַח

In prima cōiugatione abduxit, abegit. Thren. 3. Me abduxit & abegit in obscuritate, & non in lucem. Ge. 31. Et abduxit peculū suum. Et iterū: Et abduxisti omnes filias meas, quasi captiuas gladio. 1. Sam. 30. Et abduxerunt & abierūt in uiam suam. 2. Reg. 4. Abduc & abi. 2. Reg. 9. Quia in furore abducat. 1. Paral. 20. Et abduxit Ioab robur exercitus. Iob 24. Alinum pupillorum abigunt. Cantic. 8. Abducerem te, & introducerem te in domum matris meae. Ies. 20. Ita abducat rex Assur captiuitatem Aegypti.

Participium praesens לָבַח. Psal. 80. Pastor Israelis ausculta, abducēs uelut oues Io seph. Ecclef. 2. Et cor meum abducerem in sapientia. Ies. 11. Vitulus & leuenculus & bos simul, & puer paruus abducat in eis. Et pluraliter לָבַח. 2. Sam. 6. Et Vza & Achio de domo Aminadab abduxerunt plaustrum illud nouum.

Participium praeteritum לָבַח. Ies. 60. Et reges earum abducat.
 In secunda cōiugatione לָבַח, & non modò eandem significationē, uerum etiam eundem modum significandi habet cū uerbo לָבַח: significat enim utrumq; adducere, adigere. Exo. 10. Et Iehoua adduxit uentum interiorem super terram. cap. 14. Et sustulit rotas currum eius, & adduxit eum grauissimē. Deut. 4. Ad quas adducet uos Iehoua illuc. Psal. 48. Ipse adducet nos uelut iumentū. Psal. 78. Et adduxit in robore suo Aphricum. Et iterum: Et transtulit uelut oues populum suum, & adduxit eos sicut greges per desertum. Ies. 49. Quoniam miserator eorum adducet eos. & cap. 63. Ita adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen.

Participium praesens generis foemini pluralis numeri לָבַח. Nah. 2. Et ancillae eius adducūt instar uocis columbarū, i. reducūt uocē uelut colūbe, i. ingemiscūt.

INDE NOMEN,

לָבַח Ductus, actus. 2. Reg. 9. Et ductus ille sicut ductus Iehu. Et hoc nomine uulgarī sua lingua Iudaei uocant morem, seu cōsuetudinem longo tempore introductam.

923

לָבַח

In secunda cōiugatione significat adducere, sicut uerbum לָבַח in secunda cōiugatione, atq; eundem quoq; modum habet significandi. Exo. 15. Adduxisti in potentia tua ad habitaculum sanctitatis tuae. Gen. 47. Et adduxit eos pro pane. 2. Paral. 28. Et adduxerunt eos in alinis. 2. Paral. 32. Et adduxit eos undequaq; Psal. 23. Iuxta aquas refrigerationum adducet me. Psal. 31. Propter nomen tuum duces me, & adduces me. Ies. 40. Foetas adducet. Et cap. 49. Et miserator adducet eos, & super scaturigines aquarum adducet eos.

Participiū praesens לָבַח. Ies. 5. Non est adductor ex omnib; filijs, quos genuit. In

Participiū לָבַח. 2. Sam. 14. Ut non expellat à se expulsū. Et mox iterū: Et ut reducat rex expulsū suum. Iob 6. Et efficacia expulsa est à me. Et pluraliter לָבַח. Deut. 22. Nō uideas bouem fratris tui, uel ouem eius depulsat, & abscondes te ab illis. Ies. 16. Absconde expulsos. Et iterū: Peregrinabunt in te expulsū mei. Et in genere fce. לָבַח. Ier. 30. Quoniam depulsam uocabūt te. Mich. 4. Et depulsam colligā. Expulsa. Ezech. 34. Expulsam non reduxistis.

In secunda cōiugatione לָבַח, cuius participium praeteritum לָבַח, quod tamen nominaliter legitur in abstracto, pro impulsu seu lapsu. Ies. 8. Et caligo impulsus.

In tertia cōiugatione לָבַח. Deu. 30. Apud cunctas gētes ad quas expulit te Iehoua deus tuus. 2. Sam. 15. Et impellat super nos malū. 2. Paral. 13. An non depulisti sacerdotes Iehoua. Psal. 5. In multitudine transgressionum suarū depelle eos. Iere. 24. In omib; locis in quē impulit eos. Deut. 13. Ad depellēdū te de uia. Et mox iterū: Quia quesiuit depellere te à Iehoua deo tuo. Et iterū: Et impulerint habitatores Ciuitatis suae dicētes, Eamus & seruiamus dijs alijs. 2. Reg. 17. Et impulit Ierobeā Israelē post Iehoua. Participiū praeteritū לָבַח. Ies. 13. Et erit sicut hinnulus impulsus.

INDE NOMINA:

לָבַח Nomen pluralis numeri, status regiminis, depulsi, extorres. Psal. 147. Aedificans Ierusalem Iehoua, depulsos Israel congregabit. Ies. 41. Et colliget depulsos Israel. Et cum dagges לָבַח. Iere. 49. Quò non uenient depulsi Elam.

לָבַח Depulsio, exilium. Deut. 30. & Nehe. 1. Si erit depulsio tua in extremo caelorum. לָבַח Depulsiones, exilia. Thren. 2. Et uiderunt tibi onera uanitatis & depulsiones.

919

לָבַח

Propulit, propulsauit. Congruit significatione cum uerbis לָבַח גֵּרָה גֵּרָה, nisi quòd ut forma, ita modo significandi inter se differat. Iob 32. Deus propellet eū, non uir. Psal. 1. Sed ut stipulam, quam propellet eam uentus.

In uoce passiuā לָבַח. Ies. 19. Et omne sementum riuū exaruit, propulsū est, & non ipsū. Psal. 68. Iuxta propelli sumum propelles, id est, ut impellitur fumus. Et est in isto loco compositum ex uoce passiuā & actiuā.

Participium לָבַח. Leuit. 26. Prosequetur eos sonus filij propulsi. Iob 13. An non folium propulsū praeualebis? Prouer. 21. Operans thesauros lingua fallaci, uanitas propulsata. Ies. 41. Et sicut stipula propulsa.

920

לָבַח

Vouit: & non est debiti, sed libere uoluntatis, ideoq; magnam habet cognationem cum ווית & ווית, nisi quòd ut forma, ita modo significandi inter se dissentiant. Fiebant autem uota pro impetratione alicuius beneficij à Deo. 2. Sam. 15. Votum uouit seruus tuus. Psal. 132. Vouit forti Iacob. Psal. 76. Vouete & reddite. Num. 30. Vir cum uouerit uotum.

Participium praesens לָבַח. Malach. 1. Et uouet & sacrificat. Leuit. 27. Secundum quòd apprehenderit manus uouentis.

INDE NOMEN,

לָבַח Votum, communiter cum sex punctis, quanquam quinque cum quinq; punctis scribas. Leu. 7. Si uerò uotū, uel spontanea fuerit sacrificiū oblationis ipsius. Num. 30. Mulier cū uouerit uotū. Et iterū: Votū uidua. 1. Sam. 1. Et uouit uotū. In statu affixorū mutat primā uocem in hirik, & alteram in seua. Iud. 11. Et fecit ei uotum suū, quod uouit. Num. 30. Et audierit pater ipsius uotū eius. Et pluraliter לָבַח. Prouer. 20. Et postea uota repetere. Ionē 1. Et uouerunt uota. In statu affixorum. Deut. 12. Et omnia uota tua, quae uoueris. Prou. 30. Et quid fili uotorum meorum. Iere. 44. Fecimus uota nostra. Deut. 12. Vota uestra, & spontanea uestra.

921

לָבַח

Lamentatus est, edidit talem uocem, ut uerbum sonat. Et est significatio interni doloris. 1. Sam. 7. Et lamentati sunt omnis domus Israel post Iehoua. Ezech. 32. Filii hominis lamentare super multitudine Aegypti. Michea 2. Et lamentabitur lamentum lamentabile.

INDE NOMINA:

לָבַח Lamentum. Ezech. 7. Et non erit lamentum inter eos: tamen si quidam malint esse partici-

minis נַחֲלִים . Job 20. Non uidebit riuos fluuios alueorum. Iesaiæ 18. Quæ est trans fluuios Æthiopia. Scribitur etiam forma foeminea נַחֲלִים . Job 28. De fletu flumina colligit, id est de guttis. Psal. 24. Iuxta flumina firmavit eam. Psal. 93. Eleuauerunt flumina uocem suam, eleuauerunt flumina illisionem suam. Psal. 107. Poni flumina in deserto. Nahum 2. Porta fluminum aperta sunt. Habakuk 3. Fluminibus sindebas terram. In statu regiminis & affixorum נַחֲלִים . 2. Reg. 5. Nunquid non meliores sunt Abana & Parpet fluuij Damasci præ omnibus aquis Israel. Psal. 74. Tu arefacis fluuios perenes. Psal. 137. Ad flumina Babylonis sedimus. Ies. 44. Et flumina tua arefacia. Ezech. 31. Et flumina eius alluunt circūquaq; plantationē eius.

נַחֲלִים Influxus, scilicet lucis, influentia luminis. Job 3. Neq; splendet super eum influentia, scilicet luminis.

מַנְהֵרֹת Spelunca, contraria significatione, quod influentia luminis careat, ut litera mem priuatiua sit, sicut in נַחֲלִים בְּרֵבֵרֵי contrariam habent significationem suo primogenio. Item אַרְוֵה אַרְוֵה אַרְוֵה &c. quanquā aliqui alij dicitas malint propter fenestram, per quam influat lumen solis. Iudicum 6. Propter Midian fecerunt sibi filij Israel speluncas, quæ erant in montibus.

נָתַתְּ In prima coniugatione non est usitatum, nec in secunda aut quarta, sed solū in tertia נָתַתְּ : & significat frangere, infringere, & transfertur plerūq; ad animū, ut si persuadendo frangitur. Num. 30. Sed Iehoua parcat ei, eo quod fregit pater eius eam. Et mox iterū. Si autem ille tacuerit, nec fregerit eam, tunc stabūt omnia uota eius. Num. 32. Vt quid frangitis cor filiorum Israel, ne transeant ad terrā. Psal. 33. Iehoua labefaciat consilium gentium, frangit cogitationes populorum. Psal. 141. Percutiat me iustus clementia, & reprehendat me, uelut oleum præcipuum minimē franget caput meum. u. d. Cū me arguit, uidetur esse fractura, sed nō est, imo potius est solatium & gaudium. Et in eo loco deficit aleph.

INDE NOMEN,

נִשְׁבָּרָה Fractio, fractura, ruptura, auulsio, distractio. Num. 14. Et cognoscetis auulsionem meam. Et pluraliter נִשְׁבָּרוֹת . Job 33. Ecce auulsiones contra me inueniet, reputabit me pro inimico sibi.

נִשְׁבָּרָה Vide supra in loco suo.

928

נִשְׁבָּרָה Cognationem habet significatione cum נִשְׁבָּרָה & נִשְׁבָּרָה, nisi q; ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Significat aut, fructificare, producere fructus, propagare. Et quando regit post se accusatiuum, est transitiuum, aliās extra regimen est neutrum. Prouerb. 10. Os iusti propagabit sapientiam. Psal. 62. Facultas si prouenerit, ne apponatis cor. Psal. 92. Adhuc prouentum facient in senio, id est procreabunt & foecundæ erunt.

In secunda coniugatione נִשְׁבָּרָה . Zachariæ 9. Frumentum iuuenes, & mustum procreabit uirgines.

INDE NOMINA:

נִשְׁבָּרָה Prouentus, fructus, foecunditas. Ies. 57. Creo fructum labiorum, quis autem & qualis sit fructus labiorum, de quo propheta loquitur, autor epistolæ ad Hebræos ca. 13. his uerbis declarat: Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, hoc est, fructum labiorum consentituum nomini eius. Et in statu affixi manet inuariatum. Malach. 1. Et fructus eius despectus, ut comedat ipsum.

נִשְׁבָּרָה Fructus, prouentus è terra progenitus. Ies. 27. Radicem aget Iacob, florebit & geminabit, & replebuntur superficies orbis prouentu. Et in statu regiminis נִשְׁבָּרָה . Ezech. 36. Et multiplicabo fructum arborum, & prouentum agri. Et cū affixo נִשְׁבָּרָה . Iudic. 9. Dulcedinem meam, & prouentum optimū. Et pluraliter נִשְׁבָּרָה . Deut. 32. Et comedit prouentus agri. Thren. 4. Qui ipsi diffluxerūt per fossi absq; prouentibus agri.

929

נִשְׁבָּרָה Generaliter commotionem, agitationem celerem, & fugam de loco in locū significat, nec potest commodè uno uerbo Latino reddi: habet aut congruentia signi-

In quarta coniugatione נִשְׁבָּרָה . Gen. 33. Et ego adducam sensim ad pedem operis, quod est ante me.

INDE NOMEN,

נִשְׁבָּרָה Vide thema נִשְׁבָּרָה .

924

נִשְׁבָּרָה Fremuit: congruit significatione cum uerbis נִשְׁבָּרָה & נִשְׁבָּרָה, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Prou. 5. Et fremas in nouissimo tuo. Ezech. 24. Et fremetis unusquisq; ad fratrem suum. Ies. 5. Et fremet, & capiet prædam. Et iterum: Et fremet super eum in die illa. Participium præsens נִשְׁבָּרָה . Prouer. 28. Leo fremens.

INDE NOMINA:

נִשְׁבָּרָה Fremitus. Prouer. 19. Quali fremitus leonis.

נִשְׁבָּרָה Fremitus. Et in statu regiminis נִשְׁבָּרָה . Psal. 38. Rugiui præ fremitu cordis mei. Ies. 5. Sicut fremitus maris.

925

נִשְׁבָּרָה Duxit, eduxit, produxit, scilicet clamorem, sicut asini, & onagri faciunt. Et differt modo tantum significandi à uerbo נִשְׁבָּרָה . Job 6. An rudet onager super gramine: cap. 30. Inter arbuta rudebant, subter urticas iacebant, scilicet sicut onagri.

926

נִשְׁבָּרָה Et si hoc uerbum uideatur deductum esse à nomine נִשְׁבָּרָה, tamē propter ordinem illi præponere uoluit: significat autem uel flumen, uel lumen prolabi seu procurere, sicut quoq; eiusdem nature est cum lumine & fons ex quo aqua scaturit, & profluit. Et notat hoc uerbum siue de flumine siue lumine dicatur, copiam & affluentiam cum celeritate ac lubentia & pronitate: habetq; quandam affinitatem significatione cum uerbis נִשְׁבָּרָה & נִשְׁבָּרָה, nisi q; ut forma, ita modo significandi inter se differant. Iesaiæ 2. Et confluent ad eum omnes gentes. Iere. 31. Et confluent ad bonitatem Iehoua. & cap. 51. Et non confluent ad eum omnes gentes. Psal. 34. Qui respiciunt ad eum, & confluent, etiā facies eorum non erubescēt. Iesaiæ 60. Tunc uidebis, & difflues: miraberis, & dilatabitur cor tuum.

INDE NOMINA:

נִשְׁבָּרָה Flumen, fluuius, cuius alueus naturalis, nō manufactus, aut ductus, ut נִשְׁבָּרָה: deinde perennis est, nec exsiccat æstate, ut נִשְׁבָּרָה torrens. Gen. 2. Et fluuius egrediebatur ex Æden. Num. 24. Sicut horti iuxta fluuiū. Job 40. Ecce uim facit fluuius, & non trepidat. Psal. 46. Fluuij riuuli eius exhilarant ciuitatem Dei. Ies. 48. Et fuisse uelut fluuius pax tua. & cap. 59. Et uenit uelut flumē hostis. Ionæ 2. Projecisti me in profundum in cor mariū, & fluuius circumdedit me, id est cūrsus aquarū. Et quādo absolute ponitur, tum intelligitur uel de Euphrate, uel Iordane: poteris autem id ipse ex circumstantia coniicere, utrum ex illis notet. Gen. 31. Et furgēs trāsiuit flumen. Exo. 23. Et inde à deserto usq; ad flumen. Ies. 24. Trans fluuium habitauerūt patres uestri. Et iterum: Et assumpsi patrem uestrū Abraham trās fluuium, & deduxi eum in uniuersam terram Chanaan. 2. Sam. 10. Et eduxit Syrum, qui erat trans flumen. 1. Reg. 4. A fluuiio terrę Palestinorū usq; ad terminū Ægypti. In omnibus illis locis pro Euphrate accipitur per antonomasiam. In reliquis sequētibus locis pro Iordane. Psal. 72. Et subiciet sibi à mari usq; ad mare, & à fluuiio usq; ad fines terræ. Zachar. 9. Et dominatio eius à mari usq; ad mare, & à fluuiio usq; ad fines terræ. Et in statu regiminis נִשְׁבָּרָה . Gen. 15. Semini tuo dedi terram istam à fluuiio Ægypti usq; ad fluuium magnum Euphratem. 2. Reg. 17. Et in Habor fluuiio Gozan. Iere. 46. Qui fuit ad fluuium Euphratis in Carchemis. Ezech. 1. Iuxta fluuium Chebar. In duali numero נִשְׁבָּרָה . Gen. 24. Et furgēs abijt in Syriam duorum fluuiorum. Deut. 23. De Perhor Syriæ duorum fluuiorum. Iudic. 3. Et uendidi eos in manu Chusan Rischaisaim regis Syriæ duorū fluuiorū. Psal. 60. Cū trāscideret cū Syriā duorū fluuiorum & Syriā Zobā. Porro Syriā duorū fluuiorū, Græci uocant μεσοποταμίαν, i. interammem. Et pluraliter forma masculina נִשְׁבָּרָה . Ies. 18. Diripuerunt flumina terram eius, quanquā ibi metaphoricè pro hostibus Ægyptijs ponitur. Habakuk 3. Nunquid in fluuijs exarsit Iehoua, aut in fluuijs ira tua, id est, imbribus. In statu regiminis

gatur euomere & præbere se turpem. Can. 1. Formosa seu gratiosa sunt genæ tuæ in montibus. Similiter Iesaiæ 52. Quam formosi sunt super montibus pedes Euan gelizantis pacem.

Participium seu nomen participiale, masculini generis נָחַם, decēs, decorus, formosus, amoenus. Prou. 26. Non decet stultū gloria: uel sic, Nō est decens stulto gloria. Can. 2. Aspectus tuus decorus. cap. 4. Et eloquutio tua decora. Et in genere foemini no נָחַם. Pf. 33. Rectos decet laudatio: uel sic, Rectorū decora est laudatio. Prouer. 17. Nō decet stultū labiū emittētīa, i. non est decorū. Cant. 1. Nigra sum, sed decora. & cap. 6. Tu pulchra es socia mea uelut Tirtza, decora ut Ierusalē. Scribis tū נָחַם. Pf. 93. Testimonia tua certa sunt ualde domui tuę decora sanctitas.

INDE NOMINA:

נָחַם Generis masculini, locus amoenus, graminosus, & pascuosus, in quo est uilla, aut tugurium, rus ein שְׂדֵה אֵו. 2. Samu. 7. Et sumpsi te de pascuo, sequentē greges. Iesaiæ 27. Ciuitas munita erit solitaria, pascuum dimissum & derelictum. Oseæ 9. Plantata in pascuo. In statu regiminis נָחַם. Exod. 15. Perduxisti in fortitudine tua ad pascuū sanctitatis tuę, i. ubi homines ceu oues pascuntur uerbo dei. Prouer. 3. Corrosio Iehoua in domo improbi, sed pascuū iustorū benedicet. Opponit hic pascuū seu mapale in pascuo ædibus improborū. Ier. 33. Pascuū pastorū ubi faciet habitare oues. Iesaiæ 34. Et erit pascuū draconū. Ezech. 25. Et redigā Rabba in pascuū camelorum. In statu affixorum seruat in prima cametz, si sine prapositione ponitur. Iob 18. Et spargetur super pascuū eius sulphur. Psal. 79. Nam deuorauerunt Iacob, & pascuum eius uastarunt. At si assumpserit à fronte lamed uel beth, tū seruat seua status regiminis. Iesaiæ 65. Et erit Saron in pascuū gregum. & cap. 32. Et habitabit populus meus in pascuo pacis. Et pluraliter נָחַם Ier. 23. Et reducam eos in pascua sua, & fructificabunt & multiplicabunt. Et in forma foeminea נָחַם. Ier. 6. Pascuo & delicijs assimilauit filiā Zion. Et in statu regiminis נָחַם. Psal. 68. Et decor domus diuidet spolia. Iob 8. Et restituet tuguriū iustitię meę. Et pluraliter נָחַם. Zophon. 2. Et erit tractus maris pascua, & caulæ gregis. Quamquam aliās semper interponat aleph נָחַם. Pf. 23. In pascuis graminois faciet cubare me. Psal. 65. Stillabunt pascua deserti. Psal. 74. Et pascua plena sunt rapina. Iob 2. Quo niā uiruerunt pascua deserti. Amos 1. Lugebunt pascua pastorū. Psal. 38. Qui dixerunt, accipiamus in hæreditatē nobis pascua Dei. Porro Epiphanius lib. 1. cōtra hæreses Tomo 2. secta 24. scribit Ægyptios pascua circa ciuitates suas uocare lingua sua Nomos, & licet נָחַם Græcū & pascua significet, tamē nō puto eum de Græco dixisse, quin potius נָחַם, q̄ uel ipse Hebraicē nō admodū peritus corrupte pronunciauit, uel per scribas deprauatē nomos pro נָחַם scriptum sit.

נָחַם Nomē loci in Rama, ubi Saul & seruī ipsius unā cū prophetantibus prophetauit, 1. Sam. 19. Pro quo Chaldaeus נָחַם uertit, i. domus doctriņæ. Existimo autē ab amoenitate nomen sortitū esse, quod fortasse sacellū fuerit in pascuis collocatū.

931

נָחַם

Confedit, quieuit, requieuit, pausauit, à uerbo נָחַם quo sæpe à Septuaginta Interpretibus uersum est. Cōgruit autē significatiōe cū uerbis נָחַם נָחַם נָחַם & נָחַם nisi q̄ ut forma ita modo significādi inter se differat. Gen. 8. Et cōsedit arca, mēse septimo, decima septima die mēsis super mōtanis Ararat. Exod. 10. Et ascendit locusta super uniuersam terram Ægypti, & quieuit in omnibus terminis Ægypti. 2. Regum 2. Et confedit spiritus Helix super Helisæum. Num. 11. Et factū est cum concideret super eos spiritus, statim prophetabant. Iesaiæ 7. Cōsedit Syria super Ephraim. Exod. 20. Et quieuit die septima, & cap. 23. Ut quiescat bos tuus, & asinus tuus. 1. Sam. 25. Et loquuti sunt omnia uerba ista cū Nabal, & quieuerunt, id est tacuerunt. Psal. 125. Non quiescet sceptrum improbitatis super forte iustorum.

In tertia coniugatione נָחַם, demisit, remisit, reposuit, quietē fecit seu dedit. Ex. 17. Quando autem demitteret manum suam, incipiebat praualescere Amalek. Ezech. 44. Et reponas benedictionem in domo tua. Zachariæ 6. Vide qui egrediuntur ad terrā Aquilonis, dimiserunt spiritū meum in terra Aquilonis. Exod. 33.

S 2 Facies

significatione cum uerbis נָחַם נָחַם נָחַם נָחַם, nisi q̄ ut forma, ita modo tantū significandi inter se differant. Et quomodo differant inter se נָחַם & נָחַם, in posteriore uide. Ierem. 50. Ab homine usq̄ ad iumentum aufugerunt, abierūt. 1. Reg. 14. Et percutiet Iehoua Israelē sicut agitur arundo in aquis. Psal. 11. Fuge in montem uestrum, sicut auis. Prou. 26. Sicut auis ad mouendū, sicut hīrundō ad uolandū. Ier. 4. Si abstuleris abominatiōnes tuas à facie mea, etiam non amoueberis. Ier. 49. Fugite, amouemini uehemēter, & ca. 50. Amouemini ē medio Babylonis.

Et quādo cōstruitur cū pronomine separato datiu casus, tum notat motionē capitū, i. gestū illū compatiētū, & condolentiū. Et talis gestus non potest aliquo uerbo Latino exprimi, ideo uerbo uel cōdoleo, uel cōpatior reddere licebit. Latini dicunt moueor commiseratione. Iob 2. Et decreuerunt simul ut uenirēt ad comouendum illi & ad consolandum eum, i. ad condolendum illi. Iere. 15. Quis comouebitur tibi. Nahum 3. Vastata est Niniue, quis commouebitur ei. Ier. 48. Comouemini ei omnes. Legitur tamen semel absolute Psal. 69. Et cū expectatione respiciebam, ut commoueret aliquis, sed nemo erat.

In secunda coniugatione passiuæ uocis נָחַם. Nahum 3. Sole exorto amouetur & non cognoscitur locus eius.

In tertia coniugatione נָחַם. 2. Reg. 21. Neq̄ addam ad mouēdum pedem Israelē de humo, i. ut Israel moueat pedem suum. Psal. 36. Et manus improborum nō amoueat me. Iob 18. Ex orbe amouebunt eum, ubi iod littera characteristica futuri transposita, & transformata est in dagges. Iere. 18. Omnis trāsliens super eam stabit & mouebit cum capite suo.

In quarta coniugatione נָחַם. Ier. 24. Et amouebitur sicut tugurium. Psal. 64. Mouebunt se, quicumq̄ aspexerit in eos. Et est sarcasmus subannantium.

Participiū נָחַם. Ier. 31. Audiēdo audiui Ephraim mouentē se, i. condolētē.

INDE NOMINA:

נָחַם Nomen participiale, profugus. Genes. 4. Mobilis & profugus eris in terra.

נָחַם Cumulus, acerus, mōles, uel arenæ, uel aquarū, quæ hinc inde deq̄ loco in locū mouetur. Exod. 15. Constiterunt quasi cumulus aquæ. Iosue 3. Aquæ defluētes superne etiam stabant, quasi cumulus aliquis. Psal. 33. Colligens uelut cumulum aquas maris. Psal. 78. Et constituit aquas uelut cumulum. Iesaiæ 17. Aceruus messis in die hæreditatis.

נָחַם Fuga, commotio, uagatio. Psal. 56. Fugam meam nūmerasti. Est & terræ illi & regioni hoc quoq̄ nomen inditum, quam Kain pulsus ex domo paterna inhabitauit. Gen. 4. Et habitauit in terra Nod in anteriore parte Æden.

נָחַם Commotio, gestus sublannantium. Psal. 44. Pōnis me prouerbiū inter Gentes, commotionem capitis inter plebes.

נָחַם Forma masculina, motio, commotio. Iob 16. Et commotio labiorum meorū parceret. Et in genere foemini no נָחַם. Thren. 1. Errorē errauit Israel, ideo in commotionem facta est.

נָחַם Scribitur aleph pro uau, & significat utrem, quo liquores continentur, & erāt ex pellibus confuti, ut possent de loco in locum moueri seu transportari. Psal. 119. Factus sum uelut uter in fumo. Et in statu regiminis manet inuariatū. Iudic. 4. Et soluit utrem lactis, & potauit eū. 1. Sam. 16. Et tollens Isai alinū panis, & utrem uini. In statu affixorum etiam nihil uariat. Psal. 56. Pone lacrymas meas in utrem tuum. Et pluraliter נָחַם. Iosue 9. Et utres uini inueteratos. Et mox iterum: Istos utres uini, quos impleuimus uinos.

930

נָחַם

Verbū est defectiuū & irregulare, & significatione non multū abluēdi à uerbo נָחַם: ut enim uerbum נָחַם desiderare, seu concupiscere, ita hoc uerbū נָחַם significat esse amoenū, iucundū, decorū, formosum, pulchrū, uolupe, gratiosum, quod cō inuitat & adblanditur, allubescit, & inuitat ad concupiscendū. Proinde recipit sæpe literā aleph, ut significetur ista relatio, & mutua beneuolētia, qua inuicem exosculantur. Haba. 2. Sed uinū imponit uiro superbo, ut non decorus fiat, id est ut cogatur

& Hieronymus Sistrum uertit: habet autem appellationē suam à motione, & geminatur eò quòd crebrius concutitur. 2. Sam. 6. In tympanis & in Sistris.

936

הַמְּאִי

Agitauit circumquaque aliquid. Et differt modo tantum significandi à uerbis הָיָה & הָיָה. Prouerb. 7. Agitauit suffiendo cubile meum myrrha.

In secunda coniugatione הָיָה. Ies. 10. Agitabit manum suam ad mortem filie Zion. In tertia coniugatione הָיָה. Exod. 20. Si cultrum tuum agitaueris super ipsum. Deut. 27. Et edificabis ibi altare ipsi Iehoua deo tuo, altare lapideum, non agitabis super eos ferrum. & cap. 23. At falcem non agites super fegetem proximi tui. 2. Reg. 5. Et agitabit manum suam ad locum. Iob 31. Si agitauit super pupillum manum meam. Ies. 10. Aut gloriabitur serra contra agitantem eam, sicut agitatur aliquis baculum. Psal. 68. Pluuiam munificentiarum agitabis deus super hereditatem tuam. Exod. 35. Et omnis uir qui agitabit agitantem auri ipsi Iehoua. Leuit. 8. Et agitabit ea agitantem ipsi Iehoua. Num. 8. Et agitabit Aaron Leuitas agitantem coram Iehoua à filiis Israel, ut seruiant seruitium Iehoua. Et ex isto loco intelligitur significatio huius ceremonie. Leu. 23. Et facietis in die illa agitare uos manipulum.

Participium praesens הָיָה. Ies. 19. Et expauescet ab agitatione manus Iehoua exercituum, quam ipse agitatur contra eam. Zach. 2. Ecce ego agito manum meam. Ies. 10. Aut gloriabitur serra contra agitantem eam.

In uoce passiva הָיָה. Exod. 29. Et armum agitandam, qui agitur est.

INDE NOMINA:

הַמְּאִי Surculus, qui hinc inde, & in omnes terrae partes agitatur uento, & figuratè sumitur pro doctrina Euangelij in omnem terram agitatione Spiritus sancti propaganda. Psal. 48. Pulcher furculo, gaudium totius terrae est mos Zion. Est & nomen urbis in Aegypto celeberrime, quam quidam putant esse Memphin. Iere. 2. Etiam filij Noph. & cap. 44. Qui habitant in Migdol, & in Tachpanches, & in Noph. & capite 46. Vasa transmigrantis facti tibi habitatrix filia Aegypti, quia Noph in solitudinem erit.

הַמְּאִי Instrumentum, in quo aliquid agitatur, & quod aliquid agitatur. Latini uocant cribrum seu uannum. Et legitur in statu regiminis הַמְּאִי. Ies. 30. Ad agitantem gentes in agitato, id est, cribro.

הַמְּאִי Agitatio. Et usurpatur pro Infinitiuo. Ies. 30. Ad agitantem Gentes in agitato, id est, cribro.

הַמְּאִי Fauus, qui agitatione mel spargit. Psal. 19. Et dulciora melle, & fauo fluorum. Cant. 4. Fauum distillant labia tua.

הַמְּאִי Nomen regionis in tribu Manasse, cuius fit mentio Iosue 17.

הַמְּאִי Agitatio, agitanda, mouenda, seu oblatio, quae hinc inde in sublimi agitabatur in sacrificijs. Exod. 29. Et agitabis ea, agitantem coram Iehoua. Loquitur ibi de uarijs escis, quae tali ceremonia Deo offerebantur. Et ibidem iterum: Et sanctificabis pectus agitationis. Ies. 30. Et bellis agitationis pugnabit contra eam. Et in statu regiminis הַמְּאִי. Ies. 19. Et pauabit ab agitatione manus Iehoua exercituum. Et pluraliter הַמְּאִי. Num. 18. De omnibus agitantibus filiorum Israel.

937

הַמְּאִי

Eruptio ad uolatum, euolauit. Et ut הַמְּאִי maledictis in aliquem inuehere, & incellere, ita הַמְּאִי forma parum mutata prorumpere, protolare significat. Congruit autem cum uerbis הַמְּאִי & הַמְּאִי, nisi quòd ut forma, ita modo significandi inter se differant. Thren. 4. Euolauerunt & recesserunt.

In tertia coniugatione הַמְּאִי, de florum eruptione intelligitur. Significat efflorescere, efflorescere, pullulare, germinare. Cant. 6. An floruerint malogranata. Ezech. 12. Et floreat amigdalu. ubi in medio pro uau habet aleph, perinde הַמְּאִי.

INDE NOMINA:

הַמְּאִי Nomen generale auium, summo nisu ad praedam euolatium, & quae pernici quodam impetu feruntur. Vox Latina Nifus Hebrae uoci respondet, nisi quòd Nifus Latinis species sit, Hebraeis uero completatur multas species rapacium auium, quae praede inhiat, & uenationi. Leu. 11. Et Nifum cum speciebus suis. Secundo significat

qua drigam & equos. In statu regiminis & affixorum הַמְּאִי. 2. Regum 2. Et equi ignis, id est ignei. 1. Regum 22. Sicut equi mei, sic equi tui. Iosue 11. Equos eorum succides. Legitur & in forma foemina הַמְּאִי. Canticorum 1. Equabus cum curribus Pharaonis assimilauit te, amica mea. Est & הַמְּאִי nomen auis proceritate, statura, uoce similis equo, quam nos gruem uocamus. Ies. 38. Sicut grus & hirundo, ita garriebant. Iere. 8. Turtur & grus, & hirundo custodiunt tempus aduentus sui.

הַמְּאִי

935

הַמְּאִי

Fuga. Psal. 142. Sublata est fuga à me. Ieremie 25. Et auferetur fuga à pastoribus. & cap. 46. Et fuga fugerunt. Et in statu affixorum mutat holem in schurek. 2. Samuelis 22. Et refugium meum. Et in forma foemina הַמְּאִי. Ies. 52. Et cum fuga non ibitis. In statu regiminis הַמְּאִי. Leuit. 26. Et fugient fugam gladii.

Esti generaliter motionem significet, & in hac generali significatione cum uerbo הַמְּאִי conueniat, tamen modo significandi alijscq; proprietatibus inter se non omnino conueniunt, sicut & si ea conferas uidere licet: nam ut cetera praeterea, הַמְּאִי plerumq; celeriore & crebriore motione & agitatione significat, quam הַמְּאִי. Habet item magnam cognationem cum uerbo הַמְּאִי, quod ratione litterae mem ab initio, à motione, & remotione significat. Itē cum uerbo הַמְּאִי, de quibus supra in loco. Iob 28. Ab hominibus moti sunt. Prouerbiorum 5. Mouentur gressus eius. Threnorū 4. Moti sunt caeci in plateis. Psal. 107. Mouentur sicut ebrius. Ies. 24. Et mouendo mouebitur terra uelut ebrius. Et mox iterum: Quoniam auolauerunt & moti sunt. Amos 4. Et mouebuntur duodecim ciuitates ad unam ciuitatem ut bibant aquam. & cap. 8. Et mouebuntur à mari usq; ad mare. Exod. 20. Et ut uidit populus, statim moti sunt, & steterunt à longe. Iudicum 9. Et abibo ad mouendum super arboribus, id est ut mouear super arboribus. Psal. 109. Mouendo moueantur filij eius ut mendicent. Ies. 6. Mouebantur super luminaria à uoce clamantis. cap. 7. Et motum est cor eius, & cor populi eius sicut mouentur ligna syluae. Ieremie 14. Sic uoluerunt moueri.

Participium praesens הַמְּאִי, mouens, mobilis: de quo infra inter nomina. Et in genere foemino pluraliter הַמְּאִי. 1. Samuelis 1. Tantum labia eius mouebantur.

In uoce passiva הַמְּאִי. Amos 9. Et mouebo in omnibus gentibus domum Israel, quae admodum moueruntur in cribro, ut non cadat lapillus in terram. Nahum 3. Si mouentur, statim cadunt super os comedentis.

נָחַץ Plaga, lesio, percussura, flagellum. Chaldaeus uertit נָחַץ. Leui. 26. Et addam super uos plagam septemplexiter iuxta errata uestra. Num. 11. Et percussit lehoua in populo plagam magna. Iosue 10. Et cecidit eos plaga magna. Ies. 1. Plaga sanctiosa. In statu regiminis נָחַץ. Ier. 30. Plaga inimici percussi te. Ies. 14. Plaga incessabilis. I. incessabilis. Marcus Euagelista ca. 5. reddidit נָחַץ. Et pluraliter נָחַצוּ. Deu. 28. Et mirificabis lehoua plagas tuas, & plagas seminis tui, & plagas magnas, & perdurantes

raliter נחמיה. Gen. 31. Et respondit Rachel & Lea, & dixerunt illi, nunquid adhuc est nobis pars & hereditas in domo patris nostri, nonne nothę reputatę sumus eis? nam uendidit nos, &c. 1. Regum 11. Et rex Salomo dilexit mulieres nothas. Esdrae 10. Mulieres nothas.

נָכַר Abalienatio, translatio in terram notham, exilium. Job 31. An non calamitas iniusto, & abalienatio operantibus desiderium.

נָכַר Abalienatio, translatio in terram notham, exilium. Et cum affixo mutat holem in hatephcametz. Abdę 1. Et ne rideas in die fratris tui, in die abalienationis eius, id est exilij.

963 נִיחַיָּה Vox est peregrina, & omnes Interpretes aromata significare asserunt. Gen. 37. Camelos portantes aromata, & resinam, & lotum. & cap. 43. Parum resinę, & parum mellis, aromata, & lotum. Et cum affixo rejcit literam aleph. 2.

964 נִיחַיָּה Reg. 20. & Iesa. 39. Et fecit uidere eos totam domum aromatum suorum. Consummauit: congruitq; significatione cū uerbis נָכַר & נִיחַיָּה, nisi quod ut forma, ita modo tantum significandi inter se differant. Iesa. 33. Cum consummaueris tu transgredi.

INDE NOMEN,

נִיחַיָּה Consummatio. Job 15. Nec extendet in terram consummationē suam, id est, facultatem quam comparuit.

965 נִיחַיָּה Circumcidit, precidit, amputauit. Congruūt significatione cū uerbis נָכַר & נִיחַיָּה. Gen. 17. Circumcidetis autem carnem pręputij uestri.

INDE NOMEN,

נִיחַיָּה Formica, a precidēdo, seu precidendo sic dicta, quod etiam, Plinio teste, semina arrosa tondat, ne rursus in fruges exeant e terra. Prouerb. 6. Vade ad formicam pger. Et pluraliter נִיחַיָּה. Prouerb. 30. Formicę populus inualidus.

נִיחַיָּה Pardus. Vide in themate נִיחַיָּה.

966 נִיחַיָּה Retrocessit: congruit significatione cum uerbo נָכַר, & contrariam habet significationē uerbis נָכַר & נִיחַיָּה. Ies. 59. Pręuaticando & mentiendo in lehoua, & retrocedendo post deum nostrum. Mich. 2. Non retroaget ignominia multa.

In tertia coniugatione נָכַר, retrocedere fecit, transiit retrorsum, retroegit. Deut. 19. Non transferas retrorsum terminum proximi tui. Prou. 22. Non transferas retrorsum terminum antiquum, quem posuerunt patres tui.

In uoce passiuua נָכַר. Iesaia 59. Retro actum est iudicium.

967 נִיחַיָּה Leuaui, eleuaui. Et significatione congruit cū uerbis נָכַר & נִיחַיָּה, nisi q; ut forma, ita modo significandi inter se differat. Psal. 4. Eleua super nos lumen uultus tui. Job 4. Nunquid si eleuaerimus uerbum ad te, agrę ferēs?

In secunda coniugatione, eleuare ad altiora, petere seu affectare altiora, tentare in altum. Atq; importat ausum, nisum, & conatū. Vnde uerbo tentandi Hieronymus uertit, ac interdū ualet idē, qđ periculū facere, experiri. Gen. 22. Et Deus tētauit Abrahā, i. petijt altiora & maiora ab eo, scilicet fidei pbattonē maclatione filij. Deut. 4. Nū tētauit deus sumere sibi gentē. & cap. 6. Nō tētetis lehoua deū uestrū, quęadmodū tentastis in Massa. & cap. 28. Quę nō tentauit plāta pedis sui statuere super terrā. 1. Samu. 17. Et accinxit Dauid gladiū suū super uestimēta sua, & cępit abire, sed nō tētauerat, dixitq; Dauid ad Saul, nō possum incedere in illis, quia nō tētraui, & deposuit ea a se. Dan. 1. Tenta nūc seruos tuos. Pl. 26. Proba me lehoua, & tenta me. Iud. 6. Tentabo nūc tātum semel in tonsura. Exo. 20. Ne timeatis, quia tentare uos uenit Deus. 1. Reg. 10. Et uenit ad tentandum te, ut cognosceret quid esset in corde tuo. 2. Par. 32. Ad tentandū ut cognosceret, quę essent in corde eius.

Participium præsens נִיחַיָּה. Exo. 20. Quia tentat lehoua deus uester uos.

INDE NOMEN,

נִיחַיָּה Tentatio, s. rei altioris. Est etenim tētatio presentis boni fastidiū, & appetitio melioris. Pl. 95. Ne induretis cor uestrū, sicut in Meriba secūdū tentationē in deserto. Et

inimici a uerfarer, ne occultarent hostes eorum & dicerent, id est, ne abnegarēt. Iere. 19. Propterea quod dereliquerunt me, & occultauerunt locum istum, id est, negauerunt. Job 21. Et signa eorum non occultabitis, id est, negabitis.

In tertia coniugatione נָכַר, obtinet significationē primā coniugationis. Deut. 33. Fratres suos non agnouit. Gen. 27. Et non agnouit eum. Iud. 18. Et ipsi agnouerunt uocem pueri. & cap. 37. Agnosce nunc, an tunica filij tui sit. Deut. 16. Non agnosces faciem. Prouer. 24. Agnosce faciem in iudicio, non est bonum.

Participium præsens נָכַר. Psalm. 142. Et non erati mihi agnosces. Ruth 2. Sit agnosces te benedictus. Et pluraliter נָכַר. Esdrae 3. Et non erant populus agnoscentes uocem clamoris laticię.

In quarta coniugatione נָכַר, habet interdum significationem primā & tertię coniugationis, exhibuit se cognoscendum, prodidit se. Prouer. 20. Etiam in studijs suis agnoscendum se prębet puer. Interdū habet contrariā significationē, quāam habet in secunda coniugatione, & significat occultare se & animū, gestus & mores fingere alios, ne agnoscat, dissimulauit se aliū. Gen. 42. Et occultauit se erga eos.

Participium præsens generis fœminini נָכַר. 1. Reg. 14. Statim ipsa occultabat se, id est, mores & gestus. Et mox iterum: Quare ita tu occultas te.

INDE NOMINA:

נָכַר Notus: & est cōtrarium nōmīni נָכַר nothus. 2. Regum 12. Accipiant sibi sacerdotes, quisque a notō suo. Et pluraliter נָכַר. 2. Regum 12. Ne accipiatis argentum a notis uestris.

נָכַר Agnitio, notitia, iuxta formam נָכַר, a uerbo נָכַר. Ies. 3. Agnitio faciei suę respōdet contra ipsos.

נָכַר Vt נָכַר notum aliquē significat, qui scilicet est unius & eiusdem seminis, generis, nationis, religionis, earundemq; legum, ita ē contra נָכַר significat nothum, id est, talem personam aut rem, quę non est unius & eiusdem seminis, nationis, religionis, earundemq; legum, sed illegitima, aliena, extranea a proprietate & ueritate. Quare ut apud Hebręos differentia est inter נָכַר & נָכַר, ita apud Latinos inter notū & nothum, nobilem & ignobilem. Nunc aliquot scripturę locos huius rei adducam. Gen. 17. Ab omni filio notho, qui non est de semine tuo. Exod. 12. Omnis filius nothus non comedet ex eo. Deuter. 32. Iehoua solus duxit eum, & non fuit ipsi deus nothus. 2. Samuel. 22. & Psalm. 18. Filij nothi affingunt se mihi. 2. Paralip. 14. Et abstulit altaria Nothi, & excelsa. Nehe. 9. Et separati sunt semen Israel ab omni notho. Iesaia 56. Et ne dicat filius nothus qui applicatis est ad Iehoua, separando separabit me Iehoua a populo suo. Iere. 8. Quare prouocauerunt me in sculptilibus suis in uanitatibus Nothi, scilicet dei. Ezech. 4. 4. Propterea intro ducitis filios nothos, pręputiatis corde, & pręputiatis carne. Deu. 31. Et metreticabitur post deos nothę terrę. Psal. 137. Quomodo cantabimus canticū ipsi Iehoua super terra notha.

נָכַר Nomen masculini generis, Nothus. Exod. 21. Populo notho non dominabitur ad uendendum eum. Deut. 15. Nothum angariabis, & qui fuerit frater tuus, hunc liberū dimittat manus tua. & cap. 17. Nō poteris ponere super te uirū nothum, qui nō est frater tuus. Et cap. 29. Nothum, qui ueniet de terra longinqua. Iud. 19. Nō declinabimus ad ciuitatē notham, quę non sit de filijs Israel. 2. Paral. 6. Et etiam ad nothū, qui nō est de populo tuo Israel. Pl. 69. Et nothus filijs matris meę. Prou. 5. Et labores tuos in domo nothi. & cap. 27. Laudet te alienus, nō os tuū, nothus, & nō labia tua. Zoph. 1. Et super omnes indutos indumēto notho. Et pluraliter נָכַר. Iesa. 2. Et in filijs Nothorum satisfaciunt, id est, gignunt nothos sufficēter. Thren. 4. Hæreditas nostra uersa est ad alienos, & domus nostra ad nothos. Abdę 1. Et nothi ingressi sunt per portas eius. Et in genere fœminino נָכַר. Exod. 2. Ad uenā sui in terra notha. Ruth 2. Et ego notha. Prou. 5. Et quare errabis fili mi in aliena, & amplecteris sinum nothę. Iesaia 28. Et ad seruitū ueritū suum notho seruitio suo. Iere. 2. Et quomodo conuersa es mihi in fastidia uisitū nothę. Et pluraliter

מסכתה Licium, seu liciatorium, instrumentum textorum, per quod fila fluunt: nos peccatorem uocamus. Iud. 16. Si texueris septem cincinnos capitis mei cum liciatorio.

970 מוסיע Mouit se loco, promouit se aliò, profectus est aliò. Et ipsius significatio complectitur utrunq; terminum, à quo, & ad quem. Gene. 33. Profectus est in Succoth.

Num. 11. Et uerus profectus est à Iehoua. Et cap. 9. Et eleuata nube proficiscebantur. Gen. 12. Et profectus est Abrã eundo & proficiscendo meridie uersus. & ca. 33. Proficiscamur, & eamus. Legitur tamen actiue sequente accusatiuum. Iudic. 16. Et amouit clauum texturæ. Et mox iterum: Et apprehedit ualuas portæ ciuitatis, & duos postes, & amouit eas unã cū uectæ. Iesa. 33. Nemo amouebit clauos eius in aeternum.

Participium præsens מוסיע. Num. 10. Et arca constitutionis proficiscebatur ante eos. Et pluraliter מוסיעו. Num. 10. Proficiscimur nos ad locum.

In uoce passiuã מוסיע, amotus, ablatu, translatus est. Iob 4. Nonne ablata est excellentia ipsorum in eis. Iesa. 38. Et tas mea ablata est.

In tertia coniugatione מוסיעו. Exod. 15. Et transtulit Mose filios Israel à mari iuncti. 1. Reg. 5. Et transtulerunt lapides magnos. Ps. 80. Vitæ ex Ægypto transtulisti.

Participium præsens מוסיע. Eccl. 10. Transferens lapides, dolore afficietur illis.

INDE NOMINA:

971 מוסיע Translatio, amotio, transmissio. 1. Reg. 6. Lapis integer ad translationem ædificatus. Iob 4. Attingens eum gladio nõ figetur, lanceam propulsatione & lorica, id est, eiaculationem. Vsurpatur tamẽ interdum loco infinitiui. Deut. 10. Surge uade ad proficiscendum ante populum. Similiter actiue. Num. 10. Et ad transeundum castra. Et pluraliter in statu regiminis מוסיעו, profectioes. Num. 10. Iste sunt profectioes filiorum Israel. Et cum affixis. Ge. 13. Et iuit per profectioes suas. Exod. 40. In omnibus profectioibus suis. Num. 33. Per profectioes suas, ubi tamen sine dagges scribitur.

972 מוסיע Nomen, ablata litera nun, id est promotio, profectio, proiectio, propulsio. Psa. 55. A uento propulsio, à tempestate.

973 מוסיע Modo tantum significandi differt à uerbo מוסיע, quod de succensione ignis in altum, מוסיע autẽ de scanzione in altum quæ sursum fit, dicitur: similiter congruit cum uerbo מוסיע, quod applicare, attingere, & apprehendere significat, sicut etiã in ascensione applicatur manus scalis. Opponitur autem significatione uerbis מוסיעו. Psal. 39. Si ascendero in cœlum, tu illic es. In lingua Chaldaica ualde est usitatum pro uerbo מוסיע.

974 מוסיע Congruit significatione cum uerbis מוסיעו & מוסיעו, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant: significat autem ascendere fecit, id est obstrinxit, obserauit supernè uel sera, uel cõpede, uel corrigia. Iud. 3. Clausit ianuã habitaculi post se, & obserauit. 2. Sam. 13. Et obserabit ostium. Et iterum: Et obsera ostium. Ezéch. 16. Et obstrinxi te taxo.

Participium præteritum מוסיעו. Cant. 4. Hortus obseratus. Et in genere fœmĩnĩto pluraliter מוסיעו. Iudic. 3. Et ecce ostia coenaculi obserata.

In tertia coniugatione מוסיעו. 2. Paral. 28. Et calceare fecerunt eos.

INDE NOMINA:

975 מוסיע Calceamentum, seu solea, quæ pedi inducitur, & supernè corrigia obfirmat. Gen. 14. Visq; ad corrigiam calceamenti. Deut. 25. Dõmus illius, cuius detractum est calceamentum. In numero duali מוסיעו. Amos 2. Eò q; uendiderunt argẽto iustum, & egenum pro calceis, scilicet duobus. Et pluraliter מוסיעו. Ies. 11. Et faciet ambulare in calceis. Et in forma fœmĩnea מוסיעו. Iosue 9. Et calcei ueteres.

976 מוסיע Sera, qua aliquid obstringitur. Cant. 5. Et myrrham transeuntem ad cardines seræ. Et pluraliter מוסיעו. Nehem. 3. Seras eius.

977 מוסיע Compes. Deut. 33. Ferrum & æs, compes tuus.

978 מוסיע Iucundum fuit, gratum fuit, acceptum fuit. Et ut literarum transpositione, ita significatione differt à uerbo מוסיע. Genes. 49. Et terram q; iucunda esset. 2. Sam. 12. Iucun-

Et inde hoc nomine dictus est locus in deserto, ubi Israelitæ tentauerunt Dominũ. Exo. 7. Et uocauit nomen eius Massa. Et in statu regiminis מוסיע. Iob 9. In tentationem inculpatorũ subsannabit. Et pluraliter מוסיעו. Deut. 4. Per tentationes. & cap. 7. Tentationes magnas, quas uiderunt oculi tui, id est, miracula.

968 מוסיע

Si regit post se accusatiuum, tum actiue significat uerrere, euerrere, expurgare scopis, aut alio instrumento. Congruitq; significatione cum uerbo מוסיע, nisi q; ut forma, ita modo significandi inter ipsa est differentia. Ies. 52. Et euerret te de tentorio. Prouerb. 15. Domum superborum euerret Iehoua. Sed si nullũ post se regit accusatiuum, & absolute ponitur, tum neutraliter accipitur. Prouer. 2. Improbii autem de terra excidentur, & facientes excursions euerruntur.

In uoce passiuã מוסיע, euersus est scopis. Deu. 28. Et euerremini de terra, in quam uenistis.

INDE NOMEN,

969 מוסיע Aliquĩ pro proprio nomine uiri, nonnulli alij pro domo cinerum qui erãt ex templo expurgati, alij pro domo in qua scope erant depositæ & alia instrumenta, alij pro domo Baal accipiunt, quæ mox ita destruenda erat, ut scopis uerri potuerit. 2. Reg. 22. Et custodietis custodiam domus Massach.

Fudit, effudit, libauit: & dicitur nõ tantum de liquidis, uerum etiam de aridis rebus. Et cõgruit significatione cum uerbis מוסיעו & מוסיעו, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Ies. 29. Quoniam effudit super uos Iehoua spiritum soporis. & cap. 40. Et sculpsit fudit faber. Exo. 30. Et fusionem non fundetis super illud. Item ordinauit, cõstituit, preposuit, quod scilicet fiebat olei seu unguenti infusione. Psal. 2. Ego autẽ ordinaui regem meum, ubi Chaldeus transtulit מוסיעו, id est in auro aui.

Participium præteritum generis fœmĩnini מוסיעו. Iesa. 25. Et tegumentũ quod expandum est super omnes Gentes.

In uoce passiuã מוסיע, constitutus, ordinatus, superordinatus fuit. Prouerb. 8. Ab æterno ordinata eram.

In secunda coniugatione מוסיעו. 1. Paral. 11. Et fudit eam ipsi Iehoua. In tertia coniugatione מוסיעו. Gen. 35. Et fudit super eam fusionẽ. Num. 28. In sacrificio iube fundi siceram ipsi Iehoua. Psal. 16. Non fundam fusiones eorum cum sanguine. In uoce passiuã מוסיע. Exod. 25. Et pelues quibus funditur.

INDE NOMINA:

970 מוסיע Fusio, libamen ex uino. Gen. 25. Et fudit super ipsam fusionem. Num. 15. Et uinum ad fusionẽ. Legitur etiam cum quinque punctis מוסיעו. Exo. 29. Et fusionẽ quartarium hin uini. & cap. 30. Et fusionem non fundetis super illud. Obserua autem quod ut מוסיעו est aridorum, ita מוסיעו est liquidorum: ut ex loe cap. 1. alijq; cõplurimis in locis cognibile est. Et in statu affixorũ mutat primam uocem in hirik, alteram in seua. Iere. 20. Quia mendax est fusile eius: nam spiritus nõ est in eo. Et pluraliter מוסיעו. Leuit. 23. & 2. Paral. 29. item Iere. 7. Et in statu affixorum מוסיעו. Num. 6. Et fusiones ipsorum. Iesa. 41. Ventus & res inanıs fusilia eorum.

971 מוסיע Fusio, libamen. Deu. 32. Vbi dij eorum, quorum adipem in sacrificijs comederunt & biberunt uinum fusionis eorum. Et pluraliter in statu regiminis ac affixorũ מוסיעו. Iosue 13. Præordinati Sichem. Psal. 83. Pone eos præordinatos eorum sicut Oreb, & sicut Zeeb. Ezechiel. 32. Ibi præordinati Aquilonis. Mich. 5. Et fuscitabimus uos octo præordinatos hominis, id est, ex uulgo.

972 מוסיע Fusio uel aridorum, uel liquidorum: Aridorum poteris uertere oportorium, operimentum, protectionẽ, protectorium, tutelam. Ies. 30. Et ad protegendum protectorio. & cap. 28. Operimentum strictum, dum colligitur. cap. 25. Et operimentum quod opertum est super omnes Gentes. Liquidorũ, fusio, seu opus ab artifice sum. Exo. 32. Et fecerunt uitulum fusionis. & cap. 34. Deos fusionis non facies tibi. Deut. 9. Fecerunt sibi fusionem, id est, fusile. Iudic. 17. Ad faciendum sculpsit & fusile. Et pluraliter מוסיעו. 1. Reg. 14. Et fecisti tibi deos alios, & fusilia. 2. Paral. 28. Et fusiones fecerunt Baalam, id est, fusilia.

iuuenis. 1. Regum 11. Et uir ille Ierobeam erat potens bello, uidensq; Salomo iuuenem, quod facere posset opus, praefecit eum super tributū domus Ioseph. 1. Paral. 12. Et Zadok iuuenis, potens bello. Psal. 37. Iuuenis fui & senui. Iudicum 17. Et erat iuuenis de Bethlehem Iehuda. Genes. 18. Et accepit filium bouis tenerum & bonum, & dedit iuueni. Iudicū 8. Et non extraxit iuuenis gladium suum. Ruth 2. Et dixit Booz iuueni, qui praerant messoribus. 2. Regum 5. Dixit Gahazi iuuenis, uir dei. 1. Samuel. 2. Et uenit iuuenis sacerdotis. & cap. 14. Et dixit Ionathan filius Saul ad iuuenem portantem arma sua. 2. Sam. 16. Et ecce Siba iuuenis Mephiboseth. 2. Regum 9. Et abiit iuuenis, iuuenis, inquam, Prophetæ. 1. Samuelis 20. Eratq; puer paruus cum eo. 1. Regum 3. Ego autem sum puer paruus ignorans egredi & ingredi. Iudicū 8. Qui timebat, erat enim adhuc iuuenis. 1. Paral. 22. Salomo filius meus est iuuenis & tener. & cap. 29. Et dixit Dauid rex congregationi, Salomonem unicum meum elegit Deus iuuenem & tenerum, opus uero magnum est. 2. Paralip. 13. Rechabeam erat iuuenis & tener corde. Est & aliquando adiectiuum & aetatis, significatq; iuuenem. 1. Samuelis 1. Et puer erat iuuenis. 1. Samuelis 30. Praeter quadringentos uir iuuenis, id est, uiros iuuenes, simili scilicet ratione qua Psal. 69. **נַעַר**, bos iuuenis dicitur. Item Iudicum 13. Quoniam Nazireus dei erit puer ille ab utero. Et mox iterum: Quid faciemus puero, qui nascetur? Iesaiæ 7. Antequam sciat puer iste reprobare malum, & eligere bonum. Exod. 2. Et aperiens uidit eum esse infantem, & ecce puer flebat. Zachariae 11. Ecce ego suscito pastorem in terra, qui laeta non uisitabit, iuuenem non requirit. Est nonnunquam intellectus uerbus. Ierem. 1. Ecce ego non noui loqui, quia puer sum ego, id est, imperitus. Eccl. 10. **נַעַר** tibi terra, cuius rex puer est, id est, rerum imperitus. Iesaiæ 65. Puer filius centū annorum morietur. Iuxta illud etiā Paulus usurpauit 1. Corint. 14. Ne sitis pueri sensibus, sed malitia pueri sitis, sensibus uero perfecti sitis. Et pluraliter **נַעַרִים**, pueri, iuuenes. Genes. 25. Et creuerunt pueri, seu iuuenes. 1. Sam. 2. Et erat delictū iuuenum magnum ualde coram Iehoua. 2. Regum 2. Pueri parui egrediebatur de ciuitate. Psal. 148. Senes cum iuuenibus laudent nomen Iehoua. Genes. 14. Exceptis tantum, quæ comederunt iuuenes. Ios. 6. Ingressi sunt iuuenes exploratores eduxerunt Rahab. 1. Samuel. 9. Sume unum de pueris. 1. Sam. 21. Si iuuenes cauerunt à muliere. Et in statu regiminis **נַעַרִים**. Exod. 24. Et misit iuuenes filiorum Israel. 1. Samuel. 25. Et uenerunt iuuenes Dauid. Et in statu affixorum **נַעַרִים**. Exod. 10. Cum iuuenibus nostris, & cum senibus nostris abibimus. Et semel legitur de sensu pueris pluraliter, Iesaiæ 3. Dabo pueros principes eorum. Et in genere foeminino **נַעַרִים**, puella, iuencula. Et est aetatis, etiā si non sit uirgo. Deut. 22. Et dabunt patri puellæ. Et est obseruandum, quod bis & uigies scribatur in libris Moysi sine **נַעַרִים**. Genes. 24. Puella cui dixero. Et iterum: Vocemus puellam. Sed extra libros Moysi scribitur integrè cum **נַעַרִים**. Iudic. 19. Pater puellæ. Ruth 2. Cuius est puella ista. Amos 2. Et uir & pater ipsius ibant ad puellam. Iudicum 21. Quadringentas puellam uirginem, id est, puellas uirgines. Esther 2. Omnem puellam uirginem pulchri aspectus. 1. Reg. 1. Quærant sustentatori meo regi puellam uirginem, id est, iuueniculam, quæ sit uirgo, uel iuuenem uirginem. Nam ut potest esse **נַעַרִים** uirgo, quæ non sit iuuenis aetate, ita potest esse **נַעַרִים** puella, quæ non sit uirgo. Et pluraliter in statu absoluto **נַעַרִים**. 1. Sam. 9. Et ipsi iuuenierunt puellas egredientes. In statu regiminis & affixorum **נַעַרִים**. Esther 4. Puellæ Esther. Ruth 2. Cum puellis Booz. Gen. 24. Et puellæ eius. Esther 4. Et puellæ mex.

נַעַרִים Pueritia, iuuentus. Iob 36. Morietur in iuuentute anima eorum. Psal. 88. Oppressus sum ego, & expirans à iuuentute. Proverbiorum 29. Delicatè nutriens à iuuentute seruum suum.

נַעַרִים Nomen pluralis numeri tantum, dies seu tempus excussionis ex curatione molliore ad ministerium œconomicum, & nos Latine iuuentutem dicimus. Psal. 127. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij iuuentutis. Iesaiæ 54. Et uxorem iuuentutis repudiaram. Et cum affixis. Genes. 8. Quoniam signum hominis malum à

Iucundus fuisti mihi uehementer. Psal. 141. Audient sermones meos, quia iucundus sum. Prouer. 2. Et scientia anima tua iucunda erit. Cant. 7. Quam pulchra fuisti, & quam accepta fuisti. Ezech. 32. A quo iucunditatem habebis.

INDE NOMINA:

נֶעֱדָוּ Iucundum, gratum, acceptum, lieblich. Psal. 81. Citharam iucundam cum Nablo. Psal. 133. Ecce quam bonum, & quam iucundum. Psal. 135. Pallite nomini eius, quia iucundum. Psal. 147. Laudate Ia, quia iucundus, grata laudatio. Prou. 22. Quoniam iucundus eris si custodieris ea in uentre tuo. & cap. 24. Omnis copia preciosa, & iucunda. Can. 1. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & iucundus. In statu regiminis **נֶעֱדָוּ**. 2. Sam. 23. Iucundissimus psalmorum. Et pluraliter **נֶעֱדָוּ**. 2. Sam. 1. Saul & Ionathan dilecti, & iucundi in uita sua. Iob 36. Et anni eorum in iucundis. Psal. 16. Funes ceciderunt mihi in iucunda. Prou. 23. Et effundes uerba tua iucunda. Et in genere foeminino **נֶעֱדָוּ**, cuius plurale est in usu. Psal. 16. Iucunditates in dextera tua.

נֶעֱדָוּ Iucunditas. Psal. 27. Ut uideam iucunditatem ipsius Iehoua. Psal. 90. Et sit iucunditas Iehoua dei nostri super nos. Prou. 3. **נֶעֱדָוּ** eius **נֶעֱדָוּ** iucunditatis. Zach. 11. Alterum uocari iucunditatem, & alterum dolores.

נֶעֱדָוּ Iucunditates. Iesaiæ 17. Propterea plantabis plantas iucunditatum.

נֶעֱדָוּ Iucunda, accepta. Psal. 141. Ut non comedam in iucundis eorum, id est, quæ illis iucunda sunt.

נֶעֱדָוּ Hinc deducunt multi **נֶעֱדָוּ**. Vide in themate **נֶעֱדָוּ**.

974

נֶעֱדָוּ

Excussus est, neutraliter, si nullus sequatur obliquus. Ier. 51. Pariter ut leuiculi rugient, excutientur ut catuli leonarum. Vel si sequitur casus, sumitur actiue. Nehem. 5. Etiam excussi sinum meum.

Participium praesens **נֶעֱדָוּ**. Iesaiæ 33. Qui excutit manus suas, ne sustentet in munere. Et ibidem iterum: Excutiens Bafan & Carmelum.

Participium praeteritum **נֶעֱדָוּ**. Nehem. 5. Sic erit excussus, & uacuus.

In uoce passiuua **נֶעֱדָוּ**. Psal. 109. Excussus sum uelut locustæ. Iud. 16. Et euigilaui e somno suo, & dixit, Egrediar hac uice sicut alia uice, & excutiar. Iob 38. Ut apprehendat alas terræ, & excutiantur improbi ex ea.

In secunda coniugatione **נֶעֱדָוּ**, excussit. Psal. 136. Et excussit Pharaonem & exercitum eius in mare iuncti. Exo. 14. Et excussit Iehoua Aegyptios in medium maris. Nehem. 5. Sic excutiet deus omnem uirum, qui non stabilauerit uerbum istud.

In quarta coniugatione **נֶעֱדָוּ**. Iesaiæ 52. Excute te de puluere.

INDE NOMINA:

נֶעֱדָוּ Excussus. Hebraei autem isto nomine puerum seu iuuenem appellant eius aetatis, quia iam e molliore parentum cura foras excussus est, aut excutiendus ad aliquod ministerium, ut aliquid operis faciendi assuefiat, & exerceatur. Quare saepe ministri ita appellantur, q; ea aetas ad quotidianas functiones & ministeria adhiberi solet. Et dicitur hoc nomine, quousq; ad eam conditionem peruenit, ut incipiat esse iuris sui: quanquam per carachresin interdum etiam largius usurpent, uel pro iunioris, uel rudioris, seu ineptioris. Graeci **νηπιος**, Germani uero nunc **ein kind**, nunc **ein knaben**, nunc **ein iunger oder iungling** uocant. Nunc exemplis uidebimus. Gen. 19. A iuene usq; ad senem totus populus undequaq; Ierem. 51. Collisi per te uirum & mulierem, collisi per te senem & iuuenē, & collisi per te electum & uirginem. Deut. 21. Non assumer personā senis, neq; iuuenis miserebitur. Gen. 21. Non displiceat in oculis tuis super iuuenē. Gen. 37. Ioseph filius septendecim annorum erat pascens cum fratribus suis oves, & ipse iuuenis erat cum filijs Bilha. & cap. 41. Et erat nobiscum iuuenis Hebraeus seruus principis mactatorum. 2. Paralip. 34. Et cum adhuc esset iuuenis, &c. Erat autem natus sedecim annorum. 1. Samue. 17. Et dixit Saul ad Dauid, quia iuuenis es, & ipse est uir belli à iuuentute sua. Et iterum: Et respexit Philistaeus, & uidit Dauidem, & spreuit eum, quia erat iuuenis & rufus. 1. Sam. 18. Est ne pax iuueni Absolom. Exod. 33. Minister eius Iosue filius Nun, iuuenis

quanquam etiam sic legi posset: Et pulsatus incuruando, ut cadat robore eius magno pauper.

Participium praesens נָפַל. Deut. 21. Cadens in agro. Iosue 7. Et tu quid cadis super faciem tuam. 2. Sam. 3. Et cadens gladio. Iob 12. Non cado ego a uobis, id est, non cedo uobis, non sum uobis inferior. & cap. 14. Equidem mons cadens emarsescet. Ieremiae 37. Ad Chaldaeos tu cadis, id est, deficis. Et pluraliter נָפְלוּ. 1. Sam. 31. Et inuenerunt Saul, & filios eius lapsos in monte Gilboa. 2. Paralip. 20. Et ecce illi cadavera collapsa in terra. Psal. 145. Sustentator est lehoua omnibus lapsis. Ierem. 6. Cadent cum cadentibus. & cap. 39. Cadentes, qui ceciderunt ad eos, id est, defece- runt. Ezech. 32. Omnes isti interfecti, qui cadebant gladio. Et in genere foemini no נָפְלוּ. Gen. 15. Obscuritas magna cadens super eum. Amos 9. Erigam tabernaculum Dauid collapsum.

In tertia coniugatione נָפַל, cadere fecit. Iesaię 34. Cadere fecit eis forte. 1. Sam. 3. Et non cadere fecit ex omnibus uerbis suis super terram. Esther 6. Ne cadere facias quicquam de omnibus, que loquutus es. Deut. 25. Et cadere faciet eum Iudex Iud. 2. Non cadere fecerunt ex omnibus operibus suis. Iob 6. Etiam super pupillum ca- dere facitis, id est, irritis. & cap. 29. Et lucem faciei meae non cadere faciebat, id est, labefactabant. Psal. 37. Ut cadere faciant afflictum & egenum. 1. Sam. 10. Saul cogitabat obijcere Dauidem in manu Philistarum. Iere. 3. Non cadere faciam fa- ciem meam in uos, id est, non mutabo, ut irati solent mutare formam & gestum faciei.

Participium praesens נָפַל. Dan. 9. Prosterne precationem meam coram lehoua. Et pluraliter נָפְלוּ. Dan. 9. Nos prosternimus precationes nostras coram te. In quarta coniugatione נָפַל. Deut. 9. Et prostrauit me coram lehoua quadra- ginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus prostrauit me.

Participium praesens נָפַל. Esdrae 10. Et prostratus coram domo dei.

INDE NOMINA:

נֶפֶל Foetus, scilicet eiectus, qui ante tempus ex materno utero excidit mortuus, Latini abortiuum uocant. Iob 3. Aut sicut abortiuus absconditus non fuit. Psal. 58. Abortiuus mulieris, qui non uidit solem. Ad hunc locum alludens Paulus uocat se abortiuum, 1. Cor. 15. Et in distinctione sententiae נֶפֶל. Eccl. 6. Melior est illo abortiuus.

נֶפֶל Aliquid deciduum. Et in statu regiminis נֶפֶל. Amos 8. Et deciduum frumenti uen- damus, id est, glutinam, quae de frumento cadunt, dum cribratur aut ue- tilatur. Et in statu regiminis pluraliter נֶפְלוּ. Iob 41. Decidua carnis eius adhae- rent, id est, caro eius non est flaccida seu pendula.

נֶפֶל Casus, ruina. Iesaię 23. Posuit eam in ruina. cap. 25. Urbem munitam in ruina. Legitur tamen semel נֶפֶל. Ies. 17. Et erit tumulus ruinae. Et in regimine נֶפֶל. Iudic. 14. Ut uideret cadaver Leonis. Et cum affixis. Prou. 29. Et iusti in ruina illorum uidebunt. Ezech. 26. A uoce ruinae tuae. Et cap. 31. Super ruina eius habita- bunt omne uolatile caeli.

נֶפֶל Vetus translatio uertit Gigantes, & dicti sunt, quasi oppressores, tyranni, ab irru- endo & opprimendo: aliam in scriptura dicti נֶפֶל, ut Deu. 2. & alibi. Gene. 6. Et Nephilim erant in terra. Num. 13. Et ibi uidimus Nephilim fi- lios Enak de Nephilim.

נֶפֶל Caducum, deciduum. Hieronymus & alij transfulerunt fatuum, insulsum, quod f. facile rursum de muro a pluuia seu grandine desicitur. Sed de hoc uide suo in loco.

Legitur semel, & est eiusdem cum נָפַל significationis, Ezechielis 28. Et cadet uulneratus.

Dispersum est: estque uerbum neutri generis, ac generali significatione congruit cum uerbis נָפַל & נָפַל. 1. Sam. 13. Vidi quod dispergeretur populus a me. Gene. 9. Tres isti sunt filij Noach, & ab illis dispersa est uniuersa terra. Iud. 7. Et impresserunt in tubas, etiam dispergendo cados, qui in manibus eorum. Participium praeteritum נָפַל. Ier. 22. Nunquid sculpsit contempum dispersus est

iuuentute sua. Numeri 30. Atque inter patrem erga filiam eius, in iuuentute ipsius. Psal. 25. Errata iuuentutis meae, & transgressionis meae ne recorderis. Psal. 103. Re- nouabitur sicut aquilae iuuentus tua. Ezech. 23. In iuuentute sua fornicatae sunt. Et iterum: Propter ubera iuuentutis tuae. Legitur tamen semel in forma foemina נָפְלוּ. Ieremiae 32. A iuuentute tua.

נָפַל Stuppa, excussa scilicet ex lino. Iudic. 16. Quemadmodum rumpitur filum tortum stuppa, quando ipsum olfacit ignem. Iesaię 1. Et erit praesidium eius in stuppam, et opus eius in scintillam.

נָפַל Flauit, spirauit. Et congruit significatione cum uerbis נָפַל & נָפַל, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Gene. 2. Et spirauit in nasum eius anhelitum uitarum. Ieremiae 15. Expirauit anima eius. Ezech. 22. Et colligam uos, & sufflabo contra uos in igne furoris mei. Ezech. 37. Et fla in interfectos. Haggei 1. Et quod inferetis in domum etiam sufflabo in illud, scilicet ut rem nullius momen- ti. Ezech. 22. In medium fornacis ad sufflandum super illam ignem.

Participium praesens נָפַל. Iesaię 54. Ecce ego creauit fabrum sufflantem in i- gnem carbonem.

Participium praeteritum נָפַל. Ierem. 1. Ollam sufflatam ego uideo. Iob 4. E na- ribus eius egreditur fumus, sicut ex olla sufflata.

In secunda coniugatione, uoce passiuua נָפַל, cuius participium נָפַל legitur Iob 20. Deurabit eum ignis non sufflatus.

In tertia coniugatione נָפַל. Iob 31. Si facultatem eius comedi absque argento, & animam dominorum eius suspirare feci. Malachiae 1. Et dixistis, ecce defatigatio, & expirastis illud, id est, spiritu seu flatu ex ore emisso contempistis illud.

INDE NOMINA:

נֶפֶל Suspirium, gemitus, suspiratio, expiratio. Et in statu regiminis נֶפֶל. Iob 11. Et ex- pectatio eorum, suspirium animae.

נֶפֶל Instrumentum, quo sufflatur ignis, sufflatorium, follis. Ierem. 6. Exustum est suffla- torium ab igne.

נֶפֶל De hoc nomine uide in themate נָפַל, & deriuato eius נָפַל.

נָפַל Cecidit, ruit, lapsus est. Germanicum partim respondet ei, fallen, abfallen: congrua itque significatione etiam cum uerbis נָפַל & נָפַל, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Iudic. 5. Incuruauit se, & cecidit. 2. Regum 5. Et ferrum cecidit in aquam. Exod. 19. Et cadat ex eo multus. Genesis 25. Coram omnibus fratribus suis cecidit. Ieremiae 9. Et cadet cadaver hominis. Gen. 17. Et ce- cidit Abram super faciem suam. Ezech. 24. Non cecidit super eam fors. & cap. 48. Et cadet terra ista uobis in hereditatem. Iob 4. Cum caderet sopor super homines. Ezech. 8. Et cecidit super me ibi manus sustentatoris lehoua. & cap. 11. Et cecidit su- per me spiritus lehoua. 2. Sam. 11. Et cecidit a populo, a seruis Dauid abgefallen. 2. Regum 7. Et cadamus ad castra Syriorum. 1. Paralip. 12. Et de Manasse ceciderunt ad sustentamentum suum Saul. Psal. 5. Decidant a consultationibus suis. 1. Samuelis 29. Et non inueni in eo quicquam a die, quo cecidit ipse ad diem hunc, id est, defe- cit. Iosue 21. Non cecidit quicquam de omni uerbo bono, quod loquutus fuerat le- houa, id est, intercidit. Et secundum istam phrasin etiam Christus dixit Matthaei 10. Nonne duo passeris minuto asse ueneunt, & unus ex illis non cadet in terra si- ne patre uestro? Lucae 16. Facilius est caelum & terram transire, quam legis unum apicem cadere, &c. 1. Samuelis 26. Et nunc cadat sanguis meus in terram. Genesis 4. Et exarsit Kain ualde, & conciderunt facies eius. 1. Samuelis 7. Non cecidit cor ullius hominis propter illum. Nehem. 6. Et conciderunt ualde in oculis suis. Esti. 6. Ante quem coepisti cadere coram ipso, non preualebis ei, sed cadendo cades cor- am eo. Iesaię 3. Et Iehuda cecidit. & cap. 16. Et celestus cecidit. Et in aliquot lo- cis accipitur actiue. Iosue 11. Et irruerunt in eos. Iob 1. Et irruit Seba, & abstulit eos. Psal. 10. Et contundet opprimendo, & proficit robore suo multos pauperes, &c. quan-

David, & dilexit eum Ionathan. Osee 4. Et ad iniquitatem ipsorum leuabat animam suam. Psal. 107. Quoniam satiavit animam inanem, & animam famelicam repleuit bono. Cantic. 5. Anima mea egrediebatur cum ipse loqueretur. Habakuk 2. Non est recta anima eius in ipso. Iesa. 56. Canes praefracti anima, nescientes saturari, id est, praefractae uoracitatis seu ingluuiei. Iere. 6. Ut inueniatis requiem animam uestram. Sic Christus Matth. 11. Tollite iugum meum super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuentis requiem animabus uestris. Iesaiae 5. & Habakuk 2. Dilatauit infernus animam suam. Deut. 21. Si uero non habueris beneplacitum in ea, dimittas eam pro anima sua, id est ad arbitrium ipsius, quocumque uoluerit. Deut. 23. Et comedas uuas iuxta animam suam. Reg. 19. Et surgens abiit pro anima sua. Psal. 17. Et inimici mei in anima circumdant me. Psal. 27. Ne dederis me in animam hostium meorum. Ezech. 16. Dabo te in animam odientium te. Mich. 7. Et magnus loquitur malum animae suae, id est, quicquid uult. Habakuk 2. Et peccas anima tua, id est uoluntarie. Prou. 13. Desiderat, & non anima eius piger, sed anima sedulorum impinguabitur.

Sic Iudaei ad Christum hac phrasi uel Ioan. 10. dicunt; Quousque anima nostra suscipendis. Et Psal. 105. in bonum ponitur: Ut institueret principes eius in anima sua, & senes eius redderet sapientes, id est, in doctrina sua, ut ipse uolebat, & sciebat ex uerbo dei. Iere. 15. Si starent Moses & Samuel coram me, non esset anima mea ad populum istum. Quarto, dicitur etiam nomine isto promiscue sanguis & uita, eodemque sanguis sit uita animalis, & e contra uita consistat in sanguine, qui est uehiculum spirituum. Gen. 9. Veruntamen carnem cum anima sua sanguine suo non comedetis, id est, cum anima sua, quae est sanguis ipsius, &c. Leuit. 17. Nam anima carnis est in sanguine. Et iterum: Quoniam anima omnis carnis sanguis eius, in anima eius est, id est, in corpore eius est. Et mox iterum: Quoniam omnis anima carnis sanguis suus est. Deut. 12. Ne comedas sanguinem, quia sanguis est ipsa anima, neque comedas animam cum carne. Sic quoque pro uita legit substantialiter, quo corpus scilicet uiuificatur. Gen. 9. Et de manu uiri fratris tui requiram animam hominis. Exod. 4. Quoniam mortui sunt omnes uiri, qui querebant animam tuam. Et Matthaei interpres Angeli uerba citans, Defuncti sunt, quae querebant animam pueri. Graece ψυχην reddidit. Item Exo. 21. Dabis animam pro anima. Leuit. 17. Sanguis pro anima expiat. Iudicum 9. Hic pater meus pugnabit pro uobis, & abiecit animam suam in oppositum, & liberauit uos de manu Midian. Iudic. 12. Et posui animam meam in manu mea. Iesa. 53. Et reatum posuerit animam suam. Et Christus ista phrasi & uoce usus est Ioan. 10. Bonus pastor ponit animam pro ouibus suis. Item, Animam meam pono pro ouibus, &c. Ier. 38. Et qui egreditur ad Chaldaeos uiuet, & erit anima sua ipsi in spoliis, & uiuet. Iere. 51. & Amos 6. Iurauit Iehoua exercituum per animam suam. Ier. 4. Aufer a me animam meam, quia praestat me mori, quam uiuere. Deut. 6. Diliges Iehoua deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni facultate tua. In ista significatione Christus saepe est usus: Matth. 6. Nonne anima plura est, quam cibis: & cap. 20. Qui perdiderit animam suam. Luc. 14. Si quis uenit ad me, nec odit animam suam, non potest meus esse discipulus. Et alibi in locis complurimis. Est praeterea hic obseruandum, quod quando hoc nomen construitur cum uerbo percutiendi uel interficiendi, tum significat adimere uitam. Gen. 37. Percutiamus eum anima. Leu. 24. Et uir qui percusserit omnem animam omnium hominum, morte morietur: & qui percusserit animam iumentum, restituat ipsi animam pro anima. Deut. 27. Maledictus qui accipiens munus, ut percutiat animam sanguinis innocens. Deut. 22. Sicut uir surgit contra proximum suum, & interficit eum anima. Quinto, usurpat pro corpore, altera s. parte compositum, in quo est anima siue halitus. Leu. 26. & Deut. 28. Consumptionem oculorum, & tabescentiam animae. Num. 30. Votum uiduae, uel repudiatum, quo illa obstrinxerit animam suam. Psal. 37. Affixi in ieiunio animam meam. Psal. 105. In ferrum uenit anima eius. Psal. 106. Et misit macilentiam in animam eorum. Iesa. 58. Numquid tale est ieiunium, quod ego elegi, si per diem affligit animam suam. Gen. 1. Reptitient aquae reptile animam uiuentis. Et mox iterum: Producat terra animam uiuentem iuxta speciem suam.

uir ille Canaiahu. Et foemininum, pluralis numeri נִרְבָּהוּ. Iesaiae 11. Et dispersio- nes Iehoua congregabit.

In secunda coniugatione נִרְבָּהוּ, collidendo dispersit. Psal. 137. Beatus qui apprehenderit, & disperferit infantes tuos ad rupem, i. collidendo disperferit. 1. Reg. 5. Et dispergam eas ibi, & tu tolles, s. rates. Psal. 2. Sicut uas figuli disperges eos. Ier. 13. Et dispergam eos unumquemque ad fratrem suum. & ca. 48. Et lagenas dispergent. Ierem. 51. Et dispergam per te Gentes.

Participium praeteritum generis foeminini, pluralis numeri נִרְבָּהוּ. Iesaiae 27. Sicut lapides calcis dispersos.

In tertia coniugatione legitur tantum participium praesens נִרְבָּהוּ, & accipitur nominaliter, sicut נִרְבָּהוּ, malleus. Iere. 51. Malleus tu mihi es, uasa belli.

INDE NOMINA:

נִרְבָּהוּ Nomen participiale, dispersor: & eo appellant malleum, quo concutiendo disperguntur res. Iere. 51. Malleus tu mihi es, uasa belli.

נִרְבָּהוּ Eadem ratione Hebraeis Malleus dicitur, sicut praecedens נִרְבָּהוּ, & legitur Ezech. 9. Et unicumque uas dispersionis suae in manu sua, id est, malleus in manu sua.

נִרְבָּהוּ Dispersio: uocant autem Hebraei hoc nomine fulgetrum, quia dispergit. Iesaiae 30. Flamma ignis deuorantis fulgetro & inundatione.

נִרְבָּהוּ Dispersio. Dan. 12. Et in consummando dispersionem populi sanctitatis.

979
נִרְבָּהוּ

Congruit significatione cum uerbis נִרְבָּהוּ נִרְבָּהוּ נִרְבָּהוּ נִרְבָּהוּ נִרְבָּהוּ, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se discrepent. Proinde nominaliter נִרְבָּהוּ proprie significat animam, ut animae quoque uocabulum tam Graecis quam Latinis pro uento, flatu, halitu seu anhelitu accipitur. Imo anima re ipsa aliud nihil est nisi flatus seu spiritus uitalis: unde & Lactantius de opificio Dei scribit animam, alios sanguinem dixisse, alios ignem, alios uentum: unde anima uel animus nomen accepit, quod Graece uentus ἀνιμος dicitur, &c. Gen. 1. Sed & omni bestiae terrae, & omni uolatili caelorum, & omni motabili super terra, in quo est anhelitus uiuens. Iob 11. Oculi improborum consumuntur, & refugium adimetur ab eis, & expectatio ipsorum uelut anhelitus animae. & cap. 41. Et anhelitus eius carbones inflamat. Ier. 15. Infirmam tanquam genitrix septem liberorum spirans anhelitum suum. Iesaiae 3. Et domunculas animae, id est, fragrantiae. Secundo dicitur de anima quae est altera & principalior pars hominis, quae nihil aliud est nisi spiritus uitalis. Genesis 27. Ne benedicat tibi anima mea priusquam moriar. & cap. 35. Et factum est cum egrediretur anima eius (moriebatur enim), uocauit nomen eius Ben Oni. 1. Sam. 1. Mihi sustentator uiuit anima tua mihi sustentator. 1. Sam. 25. Erat anima sustentatoris mei ligata quasi in fasciculo uite, apud Iehoua deum tuum. Iob 9. Etsi integer sum, tamen non sum absolutus in anima mea. Iob 24. Anima interfecto uociferatur. Psal. 13. Ponam consilia in anima mea. Psal. 119. Viuat anima mea, & laudabit te. Ier. 38. Viuit Iehoua, qui fecit nobis animam hanc. 2. Sam. 1. Tota adhuc anima mea in me est. 1. Reg. 17. Reuertatur queso anima pueri huius intra ipsum. Et mox iterum: Et reuersa est anima pueri intra ipsum, & uixit. Thren. 2. Cum effunderet animam suam in sinu matrum suarum. Iob 12. In cuius manu est anima omnis uiuentis & spiritus omnis carnis. Tertio dicitur de potentia animae, quam uocamus appetituum, seu concupiscibilem, id est, pro appetitu, affectu, uoluntate, ingenio, animo, mente, desiderio, concupiscentia, anhelatione, aspiratione. Exo. 23. Ne opprimas peregrinum: uos enim nostis animam peregrini, i. mentem. Gen. 23. Si est cum anima uestra, ut sepeliam mortuum meum. Et mox iterum: Sichem filius meus ex anima sua concupiscit filiam uestram. 2. Reg. 19. Si est anima uestra, non egredietur, ut euadat qui est in ciuitate. Gene. 49. In consilium ipsorum non ueniet anima mea. Iudic. 18. Ne fiant uobis obuiam uiri amara anima. 1. Sam. 1. Et ipsa erat amara anima. Et mox iterum: Et effudi animam meam coram Iehoua. Deut. 24. Et ad illam mercedem ipse eleuat animam suam. 1. Sam. 18. Et coagulata est anima Ionathae cum anima

נָחָה Statua, statio, praesidium. Genesis 19. Et respexit uxor eius post ipsum, & facta est statua. 1. Regum 4. Et statio una, quae erat in terra. 1. Paralipom. 11. Et statio Philistaeorum erat tunc in Bethlehem. Et pluraliter נָחָהִים. 2. Samuelis 8. Et posuit in Aedom stationes. 1. Regum 5. Praeter principes stationum. 1. Paralipo. 13. Et posuit in Aedom stationes. Et in statu regiminis נָחָהִים. 1. Samuelis 10. Vbi sunt stationes Philistaeorum.

982

נָחָה

Congruit significatione cum uerbis נָחָה נָחָה נָחָה נָחָה נָחָה, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Legitur autem in prima coniugatione uoce actiua semel & neutraliter, Iere. 4. Vrbes tuae exurentur absque habitatore.

In uoce passiuua נָחָה, irruui, inuolari, alter in alterum exarsit, obrui, seu irruui. Et dum Latinus sermo uerbum non habeat quo ille praecipuus impetus, seu irruptio exprimi possit, uerbo rixandi seu contendendi reddere necesse est. Exo. 21. Quando rixantur uiri et leserint mulierem grauidam. Leuit. 24. Rixati sunt in castris. Deuter. 25. Quando rixantur uiri inuicem. 2. Sam. 14. Et rixati sunt duo illi in agro.

Participium pluralis numeri נָחָהִים. Exo. 2. Ecce duo uiri rixantes. 2. Regum 19. & Iesaiæ 37. Et acerui obruti.

In tertia coniugatione נָחָה. Num. 26. Qui rixati sunt aduersus Mosen & Aaron, in conuenticulo Korah cum rixarentur aduersus Iehoua. Psal. 60. Quando rixaretur ipse cum Mesopotamis.

INDE NOMEN,

נִיחָה Lis, rixa, pugna, uelitatio. Prou. 13. Inter superbos dabitur rixa. & cap. 17. Qui diligit transgressionem, diligit rixam. Iesaiæ 58. Pro lite & rixa ieiunatis. Et pluraliter נִיחָהִים. Iesaiæ 41. Viri rixarum tuarum erunt tanquam nihil.

983

נִיחָה

Verbum defectiuum, legitur enim in prima coniugatione tantum participium passiuua uocis generis foeminiini נִיחָה, quod tamen nominaliter usurpat. Iere. 8. Quare auersus est populus iste in Ierusalem auersione finali seu pertinaci, incessabili.

In secunda coniugatione usuueniunt tantum infinitiuus & participium praesens, & significat urgere, instare, perducere operas uictoriose, et uirtute ad finem usque. 1. Paralip. 15. In citharis super oetaua ad urgendum seu triumphandum. 2. Paralip. 34. Zacharias & Mesullam de filijs Kahabitatum ad urgendum seu superandum, scilicet uoce uehementiore & concentu musico fortiore, quo ceteros uincebant.

Participium praesens נִיחָה. Et in singulari perpetuo in titulis Psalmodum, quorum sunt 56. & Habakuk 3. semel cum Iamed scriptum legitur נִיחָה, atque uarie ab interpretibus expositum est. Chaldaeus ubique uertit נִיחָה, id est, ad laudandum. Graeci ἐπι νίκη, id est, in finem. Hieronymus ἐπι νικίαιον, uictoriale, triumphale. Aben Ezdra, & R. Dauid Kimhi praefecto cantorum. Aliqui ad uictoriam, nonnulli ad inuitatorium, alij Praecentori, alij Praesuli, alij aliter. Verum ut meam quoque sententiam adferam, sentio ubique locorum נִיחָה positum, & accipiendum pro נִיחָה, infinitiuo, seu gerundio, his nimirum adductis rationibus:

Primò, propter Euphoniã quã in hac lingua plurimum momenti habet. Secundò, quia Chaldaeus similiter gerundiuẽ transtulit נִיחָה, ad laudandum. Tertio, quia participia omnium coniugationum usurpantur saepenumero gerundialiter: ut Exod. 12. נִיחָהִים, 1. Samuelis 16. נִיחָהִים, scientem ludere. Et mox iterum: נִיחָהִים. Et iterum נִיחָהִים. Item 1. Paralipo. 16. נִיחָהִים. Item 1. Paralip. 21. נִיחָהִים. Item Psal. 7. Sagittas suas נִיחָהִים ad urendum parauit. Iesaiæ 23. נִיחָהִים pro נִיחָהִים. Item Psal. 74. & Ezechielis 17. נִיחָהִים, & id generis alia complurima.

Quartò, quia phrasis Hebraea exigit, ut eiusmodi participia infinite seu gerundialiter accipiãtur, sicut in illis omnibus supra citatis uidere licet, maxime uerò Habakuk 3. Iehoua Sufsentator, uirtus mea, qui posuit pedes meos instar ceruorum, & super excelsis meis fecit incedere me ad urgendum in instrumentis meis. Et pluraliter נִיחָהִים, executores operarum, qui urgebant & instabant, ut operã fierent. 2. Paralip. 2. Et numerauit Salomo septuaginta millia uirorum portantium onera, & octoginta millia latomorum in monte, & executores super eos tria millia &

& cap. 9. Ecce ego erigo foedus meum uobiscum, & cum semine uestro post uos, & cum omni anima uiuente, &c. Leuit. 11. Et ex omni anima uiuente, quae est in aquis, &c. Ezech. 47. Et erit ut omnis anima uiuens, quae reptat in omni loco. Gen. 2. Et creauit Iehoua deus hominem, puluerem de humo, & flauit in nares eius halitum uitae, & factus est homo in animam uiuentem. Hoc Mosi dictum Paulus Apostolus 1. Corint. 15. citans, ita uertit: Factus est primus homo ἐκ ψυχῆν σαρκῶν, id est in animã uiuentem, in naturaliter laben, quod tamen prius σαρκῶν ψυχῶν, corpus animale reddiderat. Sextò, legitur tamen in aliquot locis per Catachresin pro corpore exanimi positum. Leuit. 19. Et incisionem super animam non ponatis in carne uestra. Leuit. 21. Non contaminabit se sacerdos super animam populi sui. Num. 5. Et omnis immundus ab anima. cap. 6. Et expiabit illum ab eo, quod deliquit super animam. & cap. 9. Fuerunt autem uiri quidam immundi ab anima hominis.

Septimò, sepe pro toto composito, id est animante, scilicet paris pro toto: & totum a parte nobiliore sumit hanc denominationem. Gen. 17. Cuius uerò caro non circumcisa fuerit, exterminetur anima illa ex populo suo. Exo. 12. Taurum id quod comeditur ab omni anima. Leuit. 2. Anima, quando obtulerit oblationem ipsi Iehoua. & cap. 22. Quicumque attigerit immundam animam. Num. 30. Quicumque occiderit animam. & cap. 31. Et anima hominis ex mulieribus, quae non cognouerunt concubitum maris. Deut. 24. Si inuentus fuerit aliquis, qui furatur animam ex fratribus suis. Iere. 43. Viros & mulieres, paruulos & filias regis, atque omnem animam. Ezech. 18. Anima quae aberrauerit, ipsa morietur. Sic usus est etiam Paulus Rom. 13. Omnis anima potestatis subdita sit. Legitur tamẽ saepenumero collectiuẽ. Gen. 14. Da mihi animam, & substantiam tolle tibi. & cap. 46. Omnis anima, sexaginta sex. Exod. 1. Et fuit omnis anima, quae egressa sunt de foemore Iacob, septuaginta. Iesaiæ 19. Et stagna animae. Et pluraliter in statu absoluto forma foeminea נִיחָהִים, pro animabus intellectionibus. Ezech. 16. Vos prophanastis me, apud populum meum propter pugillum hordei, propter frustum panis, ad occidendum animas, quae non moriuntur, & ad uiuificandum animas, quae non uiuent. & cap. 18. Omnes animae meae sunt sicut anima patris, ita anima filij mea est. Item pro uoluntatibus. Prouerb. 11. Et capit animas sapiens, id est, uoluntates hominum. Item pro totis compositis. Exod. 12. Et assumet uicinum suum propinquum domui suae pro numero animarum. Leuit. 18. Exterminabuntur anime sic facientes, de medio populi sui. Num. 19. Et super animas, quae in eo fuerint. In statu regiminis & affixorum נִיחָהִים, pro compositis. Gen. 36. Acceptit Esau uxores suas, & filios suos, & filias suas, & omnes animas domus suae, &c. Pro corporibus. Gen. 9. Quia sanguinem uestrum de animabus uestris requiram, id est, sanguinem corporum uestrorum. Iosue 2. Et eruetis animas uestras a morte. Iere. 2. In alis tuis inuenitur sanguis animarum egenorum. Item pro corporibus exanimis & defunctis. Leuit. 21. Super omnes animas mortui non ingrediatur, id est, super nullius defuncti corpus. Legitur tamen pluraliter etiam in forma masculina נִיחָהִים semel Ezech. 13. Quas uos allicitis, ut sint animae aduolantes.

INDE VERBUM,

נָחָה Primae coniugationis uocis passiuua, respirauit, animatus est, refrigeratus est, refocillatus est. Exod. 23. Et respiret filius ancillae tuae. & cap. 31. Die septimo cessauit, & respirauit. 2. Sam. 16. Venerunt autem rex & uniuersus populus, qui erat cum ipso defatigati, & respirauit ibi, &c.

נָחָה Vide supra in themate נָחָה.

980

נָחָה

Volauit: congruitque significatione cum uerbis נָחָה נָחָה נָחָה נָחָה נָחָה, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Iere. 48. Date alam Moab, ut auolando egrediatur seu auolet.

981

נָחָה

Verbaliter in usu est in forma נָחָה, ut suo in loco, sed in ista legitur tantum nomen uerbale.

thematicis colligitur, quod uidelicet significet uictoriam, excellentiam, praestantiam, superioritatem. Et נצחל ad uincendum, scilicet alios in cantu, ad obtinendam uictoriam, & superioritatem.

Simulatq; hic obseruandum, quod 1. Paral. 15. tria commemorentur instrumentorum genera, quibus Leuitae in templo usi sunt. Primum נצחל נצחל נצחל, id est cymbala quibus clare crepitauerunt. Alterum נצחל על נצחל, Nabla super ima uoce. Tertium נצחל נצחל על נצחל, Cithara super octaua ad superandum, scilicet alios uocis altitudine & contentione, qua alijs fuerunt & superiores & excellentiores, & aliorum ceu uictores extiterunt, quemadmodum uerissimi le est ad imitationem apud Graecos postea quoq; fuisse tria harmoniarum genera, Lydium, Ionicum, & Doricum, quorum aliud quoq; alio fuit fortius.

984 נצחל

In prima coniugatione usuenit tantum in uoce passiuā, & significat ereptū esse. Iere. 7. Et dixisti, erepti sumus. Gen. 32. Et erepta est anima mea. Psa. 33. Non eripietur multitudo potentiae suae. Psal. 69. Eripiar ab osoribus meis. Deut. 23. Qui eripietur ad te a sustentatore suo.

In secunda coniugatione נצחל, eripuit, diripuit. Ezech. 14. Ipsi in iustitia sua eripient animam suam. Exod. 3. Et diripietis Aegyptum. 2. Paralip. 20. Inuenerunt in eis in copia etiam supellectilem, & uestes & uasa desiderabilia, quae diripuerunt sibi sine pondere.

In tertia coniugatione נצחל. Exod. 18. Eripuit eum de manu Aegypti. 2. Samuel. 23. Et substitit in medio agri, & eripuit eum & percussit Philistaeos. Iere. 15. Et eripiam te de manu malorum. 2. Reg. 20. De manu regis Assur eripiam te. Psalm. 34. Eripiet eum Iehoua. Prouerb. 10. Et iustitia eripiet a morte. Genes. 31. Omnes diuitias, quas diripuit deus a patre nostro. Exo. 12. Et domos nostras diripuit. 2. Samuel. 20. Ne forte inueniat ciuitates munitas, & diripiat oculos nostros, id est, ne amplius uideamus eum. Similis phrasia est illi, qua dicunt Hebraei, furari cor. 1. Samuel. 30. Non dabitur eis de spolio, quod diripimus. Psal. 119. Et ne diripias ex ore meo uerbum ueritatis. Osee 2. Et rapiam lanam meam, & linum meum ad tegendum nuditatem eius, id est, quibus utuntur ad tegendum nuditatem suam. Prouerb. 19. Magnus furor sustinet multam, qui si eripias, tamen amplius addet.

Participium praesens נצחל. Iud. 8. Qui eripit eos de manu omnium hostium suorum. Prouerb. 14. Eripit animas testis ueritatis. 2. Sam. 14. Et non erat ereptor inter illos. Psal. 7. Lacerator, & non ereptor.

Participium praeteritum נצחל. Amos 4. & Zach. 3. Quasi torris ereptus ex igne. In quarta coniugatione נצחל. Exo. 33. Et diripuerunt sibi filij Israel ornamenta sua.

INDE NOMEN,

נצחל Ereptio. Esther 4. Si tacendo tacueris in tempore isto refrigerium, & ereptio stabit Iudaeis. Et litera he est heemanthica, sicut in nomine נצחל a uerbo נצחל.

985 נצחל

Seruaui, adseruaui, cōseruaui, praeseruaui, scilicet a corruptione, obseruaui. Congruit significatione cum uerbis נצחל נצחל נצחל נצחל נצחל, nisi qd ut forma, ita modo significandi inter se differant. Et interdum perfecte, interdum defectiue coniugatur. Psal. 119. Quoniam testimonia tua cōseruaui. Deut. 22. Cōseruaui ipsum sicut pupillam oculi sui. Psal. 25. Integritas & rectitudo cōseruent me. Psal. 12. Praeserua eum a generatione illa. Psal. 34. Praeserua linguam tuam a malo. Psal. 32. Ab angustia praeserua me. Prouerb. 22. Oculi Iehoua obseruant scientiam. Nahum 2. Ascendit dissipator ad superficiem tuam obseruando munitam.

Participium praesens נצחל. Exo. 34. Qui adseruat beneficium millibus. Psal. 3. Fideles cōseruat Iehoua. Iob 7. Quid faciam tibi o seruator hominum. & cap. 27. Et sicut tugurium facit obseruator. Et pluraliter נצחל. 2. Regum 17. Inde a turre obseruatorum usque ad ciuitatem munitiois. Ieremiae 4. Obseruatores ueniunt de terra longinqua. & cap. 21. Est dies quo clamabunt obseruatores. Et in statu regiminis נצחל. Psal. 25. Omnes semitae Iehoua misericordia & ueritas cōseruatoribus foederis sui. Psal. 119. Bene cōseruatoribus testimoniorum eius.

Parti-

uocine polina putruum
c. N. A. 2. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

& sexcentos. pro quo 1. Reg. 5. legitur נצחל. Et mox iterum: Triamillia, & sexcentos exequutores ad faciendum laborare populum.

INDE NOMINA:

נצחל Victor, triumphator, Epitheton dei gloriosissimi. Sam. 15. Victor Israelis non mentitur, neque poenitudine ducetur, quia non est homo, ut poenitudine ducatur, id est, Deus Israelis est talis ut uiuicat, si quid semel decreuit & dixit, opere exequitur.

Est & nomen abstractum, excellentia, praestantia, uictoria. 1. Paral. 23. Tibi Iehoua magnificentia, & fortitudo, & gloria, & uictoria, & laus. Est & temporis, & significat uictoriam temporis, id est, perpetuam seu aeternitatem, quae uincit omnia. Et construitur aliquando cum lamed נצחל. Ies. 34. In aeternitatem aeternitatis nemo pertransibit per eam, ubi simul plurale נצחל legitur. Aliquando cum particula ו: ut Psal. 49. In aeternum usque non uidebunt lumen, id est, non uincunt uiddendo lumen.

נצחל Significat actionis uel rei de qua dicitur uictoriam, & excellentiam, superioritatem & praedominationem. Porro cum uerbis constructum transit in naturam aduerbii, id est, finaliter, perpetuo, omnino, prorsus, uictoriosè. Psal. 13. Quare Iehoua obliuisceris mei perpetuo. Psal. 16. Notam mihi facias semitam totius uiae facientem letitiam faciei tuae, iucunditates dexteræ tuae perpetuo. Amos 1. Et furorem suum seruauit uictoriosè seu perpetuo. Et quando cum nomine substantiuo construitur, accipiendum est adiectiue. Iere. 15. Quare factus est dolor meus perpetuus, id est, immedicabilis. Assumit autem frequenter a fronte literam lamed נצחל, ad uictoriam, in finem, perpetuo, omnino, prorsus. Habakuk 1. Et non egreditur ad uictoriam iudicium, id est ad exequutionem, finem. Notat autem lamed motum ad locum, siue, ut Philosophi loquuntur, finem ultimatū. Sic נצחל ad Hebraeos cap. 7. dicit, Nihil ἐτελειωσεν, id est ad finem adduxit lex, explicuit huius uocis significationem, id est, ad executionem seu finem ultimatam. Et mox iterum, Lex homines constituit pontifices, habentes infirmitatem. Porro sermo iuristandi, qui supra legem constituit τελειωσεν, id est, in finem, seu in aeternum cōsummatum. Et ita Paulus uocat Christum finem legis, id est uictorem seu uictoriam legis. Et 1. Corinth. 15. ubi illud Iesae 27. Absorpsit mortem in uictoriam, adducens, ita reddidit, κατεπόθη ὁ θάνατος ἐς νίκην, id est absorpta est mors in uictoria, uolens significare, quod absorpta morte uicerit & praualuerit, regnetq; & triumphet uita: quamquam, ut paulo ante dixi, etiam sic Hebraea uerba interpretari licebit: Absorpsit mortem omnino, atq; adeo quidem, ut nullum amplius ius siue imperium in ipsum habeat: uel sic, Absorpsit mortem uictoriosè, penitus, prorsus, omnino, sicut & 1. Thessal. 2. Peruenit autem in illos ira Dei ἐς τέλος, id est in finem, id est prorsus, omnino, penitus, perpetuo, aeternaliter, finaliter. Sic 2. Sam. 2. An uictoriosè deuorabit gladius, id est prorsus, omnino. Chaldaeus נצחל. Item Iob 14. Vrges perpetuo ut abeat. Psal. 9. Confumantur gladij omnino. Et mox iterum: Non perpetuo seu omnino obliuiscetur egeni. Prou. 21. Vir audiens perpetuo loquetur. Constructum etiam cum particula ו. Iob 34. Pater mi probetur Iob usq; perpetuum propter conuersiones ad homines iniquitatis, id est, eo quod se omnino conuertit ad iniquos.

Item construitur cum lamed & נצחל. Psal. 49. Et uiuet amplius in perpetuum. Iere. 50. Non habitabitur amplius in perpetuum. Et in statu affixorum mutat sagol in hirik, & pathah in seua. Ies. 63. Et aspersit excellentiam suam super uestem meam, id est quod cōcalcauit eum, aspersit uestem meam, uici ipsum cum in famia nominis & periculo uicte. Et mox iterum: Et deiici in terram excellentiam eorum. Hoc alij in istis duobus locis pro sanguine reddiderunt, eo nimirum quod uita hominis consistat in sanguine, sed uidetur remotius esse a simplicitate. Iere. 3. Ablata est excellentia mea, id est, diuitiae, potentia, gloria, & pulcherrimus status cum ecclesiae tum politiæ. Et pluraliter נצחל. Ies. 34. In perpetuitatem perpetuitatum non erit transiens per eam, id est, in omnem aeternitatem. Sed de hoc etiam supra in nomine נצחל.

Ex hac locorum collatione facile iam significatio huius thematicis

rum nomina punctis sunt notata. 1. Paral. 12. Et ex media tribu Manasse decem & octo millia, qui caupati sunt cum nominibus, id est nominatim. Esdrae 8. Nethinæos ducentos & uiginti, qui omnes caupati erant cum nominibus.

INDE NOMINA:

קב Cabus, à concauitate qua aliquid recipitur. Est autem Cabus secundum Suidam mensura frumentaria. 2. Reg. 6. Donec caput asini uenderetur octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoreis columbarum quinque argenteis.

קבה Venter, uentriculus, à concauitate *wansf.* Deut. 18. Ut dent sacerdoti armum & utranque maxillam, & uentrem.

קבה Venter. Num. 25. Transfodit utrumque uirum Israeliten, & mulierem per uentrem eius. Vulgata editio, & aliqui alij pro locis genitalibus accipiunt.

קבה Cauca, cauerna. Num. 25. Veniens post uirum Israeliten in caucaam.

קבה Cauca, cauerna. Iesa. 51. Respice ad petram unde excissi estis, & ad caucaam cisterne, qua eruti estis. Et dicitur etiã isto nomine instrumentum ferreum, quo cauatur & tunditur materia. Translatio nostra uertit malleus, fortassis præacuto cuspi de, quo cauantur ligna & lapides. Iud. 4. Et posuit malleum in manum suam. Et pluraliter *בְּקָבִים*. 1. Reg. 6. Mallei & secures. Iesa. 44. Et cum malleis format illud. Iere. 10. Clauis & malleis affigit ipsum.

נקבה Fœmina. Et significat sexum fœmineum, non tantum inter homines, uerum etiã inter alia animalia generantia, habens appellationem à cauca seu cauerna, perinde ac si Latinis fœmina diceretur à fœminibus, membro scilicet sexus fœminei genitali. Sic equidem ad hanc nominis etymologiam allusum est Iesa. 51. Respice ad petram, unde excissi estis, & ad caucaam cisterne, unde eruti estis. ubi Abrahamum iam sterilem & siccum, petram, & Sarã eius uxorem caucaam uocat, ex qua sint tanquam puteo ueteri & exiccato exhausti. Genesis 1. Creauit Deus hominem in imagine sua, in imagine Dei creauit eum, marem & fœminam creauit eos. Leuit. 12. Et si fœminam pepererit, immunda erit duabus septimanis. Iere. 31. Fœmina circumdabit uirum. Gen. 6. Ex omni uiuente, & ex omni carne bina introduces in arcam, ut uiuifices tecum, mas & fœmina erunt. Leuit. 5. Adducet igitur reatum suum ipsi Iehoua supra erratum suum quo errauit, fœminam ex ouibus.

נקבים Fistulae, à concauitate & cauis, scilicet foraminibus. Ezech. 28. Opus tympanorum tuorum & fistularum tuarum est apud te.

נקב Nomen adiectiuum masculini generis, punctum, uisum, adustum, nigrum. Congruit significatione cum thematibus *נקר* & *נקר*, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariet. Gen. 30. Omne pecus punctum. Et pluraliter *נקבים*. Ibidem:

Et pariebat grex ligatos, punctos & maculosos. & cap. 31. Puncti erit merces tua, & pariebat totus punctos. Et in forma fœminina *נקבה*. Gen. 30. Et omnes capras punctatas. Cantic. 1. Ornamenta aurea faciemus tibi cum puncturis argenti.

נקבים Nomen pluralis numeri tantum, habens sub prima litera substantiali *hirik*, puncta. Iosue 9. Et omnis panis uaticii eorum aridus, erat puncti. 1. Reg. 14. Et accipies in manum tuam decem panes, & punctata.

נקר Nomen, participiale, pūctor, seu inustor, adustor. Hoc autem nomine dicebantur pastores seu armentarii, eò quod pungebant, seu inurebant notas pecoribus. 2. Reg. 3. Et Messa rex Moab erat armentarius. Et pluraliter *נקרים*. Amos 1. Amos qui fuit inter adustores de Theckoa, id est armentarios.

נקר In prima conjugatione uocis actiuae legitur in Infinitiuo cum suo passiuo, & si significat uacuum esse, uacare uel culpa, uel poena, uel re alia, id est esse innocenti.

Et congruit significatione cum *נקר* & *נקר*, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Ierem. 49. Et si tu ipse uacando uacaueris, scilicet culpa, non tamen uacabis, sed bibendo bibes, i. et si uideare nihil mali meritis, tamen non eris innocens seu immunis aut impunitus.

In uoce passiuua frequenter est in usu, & significat uacuum fieri à culpa aut poena, aut alia re quapiam, absolutè, non esse obnoxium. Gen. 24. Tunc uacuus eris seu absolueris

X à male-

Participiū præteritum *נקר*, quod significatione similiter se habet ut uerbi *נקר*, seruatus, conseruatus. Ezech. 6. Et relictus ac conseruatus fame morietur. Et pluraliter *נקרים*. Iesaia 65. Qui sedent in sepulchris, & in obseruatis morantur, id est, locis abominosis & tetris, à quibus præseruare se oportebat, ne contaminarentur.

In statu regiminis *נקר*. Ies. 49. Et ad reducendum conseruatos Israelis. Et in genere fœminino *נקרה*. Iesa. 1. Sicut ciuitas olim conseruata, id est, de cuius conseruatione iam desperatum est. Et in statu regiminis *נקרה*. Prouer. 7. Et ecce mulier uenit obuiam ei habitu meretricio, & obseruata corde, id est quæ cor habet, quod obseruat & insidiatur uel, quæ cor habet impudens, quod non amplius custodiam sui seruati uel sic, reseruata corde, id est, quæ cor habet reconditum. Et pluraliter *נקרות*. Iesa. 48. Feci te audire nota; & reseruata quæ non cognoueris, i. recondita.

INDE NOMINA:

נקרה Conseruatorium, sera. Psal. 141. Pone Iehoua custodiam ori meo, conseruatorium super ianua labiorum meorum.

נקר Surculus, inde dictus, quod eius habeatur ratio, & obseruetur conserueturque, nec præcidatur, sicut *נקר* rationem nominis habet, de quo suo in loco. Iesaia 11. Egre-dietur uirga de stirpe Iesai, & surculus de radicibus eius. & cap. 14. Tu autem proie-dietur es ex sepulchro tuo, uelut surculus abominabilis. & cap. 60. Et surculus plan-tationum eius, opus manuum mearum. Dan. 11. Et stabit de surculo radicem eius.

986

נקר

Locus cauis & uacuus, cauerna. Congruit cum uerbis *נקר* & *נקר* & nomine *נקר*, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Et pluraliter in statu regiminis *נקרים*. Iesaia 7. Et in cauernis rupium. Ier. 16. Et de cauernis rupium. Nec amplius in scriptura legitur.

987

נקר

Non aliter atque *נקר* Hebraei Germanico *fallen*, & *נקר* *fallen*: item *נקר* Latino uacuare, & uoce & significatione congruit dempra tantum nun prima litera, ita simili modo hoc uerbum *נקר* conuenit cum Latino Cauo seu excauo: quamquam Latini uerbis perforandi seu excindendi, ut lingue sue commodioribus, uer-tant. Legitur etiam eadem significatione alijs formis, nempe *נקר* & *נקר*, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. 2. Reg. 12. Et accipiens Iehouada sacerdos arcam unam, excauauit foramen in ostiolo eius. 2. Reg. 18. & Iesa. 36. Nonne ponis fiduciam tibi super baculum, arundinem etiam contractam hanc, nempe super Aegyptum, super quem si innixus fuerit aliquis, intrabit manum eius, & excauabit eam. Iob 40. Laqueis excauatur nasus. Et mox iterum: An ponas hamum in nasum eius, & cuspidem excauabis maxillam eius. Est præterea obseruandum, quod hoc uerbum suo quoque modo significat excauare in dica, seu notare seu signare foraminibus seu puncturis. Gen. 30. Excaua mercedem tuam erga me, & tribuam. Iob 3. Excauabunt eam, qui maledicunt diei. Iob 5. Et excauauit tabernaculum eius subito, id est, nota aliqua incisa signauit. Prou. 11. Qui cohibet frumentum, cauabit eum populus, id est, nota aliqua infamiae signabit eum populus. Itæ constructum cum nomine *נקר* posito in accusatiuo, uel mediãte articulo *נקר*: ut Leuit. 24. Et excauauit filius mulieris nomem & uilipendit, id est, nota uit infamiae. Vel sine articulo. Iosue 14. Siue fuerit aduena, siue indigena cum excauauerit nomen, occidatur.

Accipitur tamen semel in bonum, Iesa. 62. Et imponet tibi nomen nouum, quod os Iehoua cauabit illud, id est, notabit. Item constructum interdum cum nomine *נקר* mediante præpositione beth. Habakuk 3. Excauasti in sceptris eius caput & uilas eius, id est, insculpsisti.

Participiū præsens *נקר*. Leuit. 24. Et qui excauat nomen Iehoua, morte morietur, id est, inurit notam nomini diuino.

Participiū præteritum *נקר*. Haggai 1. Reponit mercedem in sacculum excauatum, id est, pertusum seu perforatum. Et pluraliter in statu regiminis *נקרים*. Amos 6. Et confidentibus in montem Samariae, caupati primitiarum gentium, i. insigniti.

In uoce passiuua *נקר* constructum cum *נקר* mediante præpositione beth. Num. 1. Et accepit Moses, & Aaron uiros illos qui caupati sunt cum nominibus, id est, quorum

rum

לכאור

Vocat שחא פונדמ מוכמות

ua in domo Iehuda. Participium praesens וָבֵן. Psal. 99. Et ulciscens super studia eorum. Nahum 1. Deus emulatio[n]is, & uindex Iehoua, uindex Iehoua. Et in genere foemino וְבָנָה. Leu. 26. Et adducā super uos gladiū uindicatē uindicatā p[er] pacti. In uoce passiuā וּבָנָה, & construitor cum ablatiuo mediante mem, uel Beth. 1. Sa muel. 14. Et uindicabar de inimicis meis. Exo. 21. Vindicādo uindicabitur. Ier. 15. Ut facias uindicatam mihi a persecutoribus meis, ut uindicemini in ea. Iudicū 15. Nisi uindicet in uobis. Iesaiā 1. Et uindicabor de inimicis meis. Ezechielis 25. Et uindicabuntur in eis.

In secunda coniugatione וּבָנָה, uindicauit: & regit post se accusatum median te articulo וּבָנָה, uel etiam sine eo. Ier. 51. Et uindicabo uindicatā tuā. 2. Reg. 9. Et uin dicabo sanguines seruorum meorum.

In uoce passiuā וּבָנָה. Gen. 4. Omnis qui occiderit Cain, septuplum uindicabit. Exod. 21. Non uindicabitur.

In quarta coniugatione וּבָנָה, uindicauit se. Ier. 5. Nō uindicabit se anima mea. Participiū וּבָנָה. Psal. 8. Ut compescas inimicum, & uindicantem se.

INDE NOMINA:

וָבֵן Vindicata, forma masculina. Deu. 32. Mihi uindicata, & ego retribuā. Et iterū: Et uin dicatā reddet hostibus suis. Pf. 58. Laetabitur iustus, quādo uiderit uindicatā. In sta tu regiminis וְבָנָה. Iud. 16. Ut uindicet uindicatā unius, i. uindicatā una p[er] duob. ocu lis meis. Et in forma foemina וּבָנָה. Psal. 149. Ad faciendum uindicatam in Gē tibus. Ier. 51. Quoniam tēpus uindicatē est ipsi Iehoua. Et in statu regiminis וְבָנָה. Num. 31. Ad dandū uindicatā Iehoua in Midian. Pf. 97. Vindicatā sanguinis seruo rum tuorū. Et cū affixis וּבָנָה. Ier. 11. Videā uindicatā tuā de eis. & ca. 20. Ut acci piamus uindicatā nostrā de eo. Et pluraliter וּבָנָה. Iud. 11. Fecit tibi Iehoua uin dicatā de inimicis tuis. Pf. 94. Deus uindicatū Iehoua, deus uindicatū inclaresce.

Decisum, decussum est circumquaq[ue] congruitq[ue] significatione cū uerbis וּבָנָה & וְבָנָה, nisi quōd ut forma, ita modo significandi inter se differat. Ier. 29. So lennia ad solennitates decidentur, id est, frondes.

In secunda coniugatione וּבָנָה. Iesaiā 10. Et decidet condensā sylvā ferro. Iob 19. Etiam si pellem meam hanc deciderint, tamen ex carne mea uidebo deum.

INDE NOMINA:

וְבָנָה Decussio, excussio, scilicet circularis. Iesaiā 17. Sicut excussio oliuā duarum aut triūm baccarum.

וְבָנָה Scissura. Iesaiā 3. Pro cinctura, scissura.

Congruit significatione cum uerbis וּבָנָה & וְבָנָה, quā effossionem significat ue nā aquā, quā fodienti occurrit. Et opponitur uerbo וְבָנָה, quod cōtra significat preciosum esse, qđ nō cuius occurrit, & fit obuā, sed rarū & carū est. Dicit au tē proprie de effossione oculorū, qui magnā habēt (ut in themate וְבָנָה infra dicit) cū scaturigine aquarū seu fontis cognationem. Prou. 30. Oculū effodient ei corui torrentis. 1. Sam. 11. In effodiendo uobis omnem oculum dextrum.

In secunda coniugatione וּבָנָה. Iob 30. Nocte ossa mea effodit, id est medullā of sium, quē instar uenā in ossibus fluit. Num. 16. Num oculos uitorum istorum effo dies. Iud. 16. Et effoderunt oculos eius.

In uoce passiuā וּבָנָה. Iesaiā 51. Respice ad petram, qua excissi estis, & ad cauernā, unde effossi estis.

INDE NOMEN,

וְבָנָה Fossa, foramē. Et in statu regiminis וְבָנָה. Exo. 33. Et ponā te in foramē petrae. Et pluraliter in statu regiminis וְבָנָה. Ier. 2. Et ingredientur in foramina petrarū.

Legitur in prima coniugatione tantū semel, in uoce passiuā וּבָנָה: cōgruitq[ue] si gnificatione cū uerbis וּבָנָה, nisi quōd ut forma, ita modo signi ficandi inter se differant: significat autem hoc nostrum cursu capi, seu intercipi & illaqueari. Deu. 12. Caue tibi ne capieris post eos, i. ne cursu post eos irretieris. In secunda coniugatione וּבָנָה. Psal. 38. Et laqueos posuerunt, quarentes ani mam

à maledictione mea, id est, non eris obnoxius maledictioni meā. Et iterū: Et si mulier illa noluerit te sequi, eris uacuu[s] à iuramento hoc meo. Exo. 21. Si egressus fuerit foras super baculo suo, tum absoluetur percussor. Num. 5. Si non concubue rit uir tecum, neq[ue] declinasti ad immunditiam sub uiro tuo, uacua eris ab aquis amaris, id est nihil tibi nocebunt. Iud. 15. Et dixit Simson, absoluitus sum hac uice à Philistaeis. Proverb. 6. Sic qui ingreditur ad uxorem proximi sui, non uacabit, scilicet culpa, quisquis attigit eam. & cap. 29. Manum ad manum nō uacabit malus. & cap. 28. Qui festinat discere, nō uacabit, scilicet, uel culpa, uel poena. Et ut Pau lus exponit, Incidet in tentationē & laqueum & cupiditates multas stultas & no xias, quā demergunt homines in exitium & interitum: siquidem radix omnīū ma lorum est studium pecuniae, quam quidam dum appetunt, aberrarunt à fide, & se ipsos implicauerunt doloribus multis. Ierem. 25. Ecce in ciuitate, super qua inuoca tur nomen meum, ego incipiam malum facere: & uos uacando uacabitis; non ua cabitis, id est non eritis uacui ab illo malo. Iesaiā 3. Et uacua in terra sedebit. Zachi 5. Omnis fur ex eo, sicut illud uolumē absoluitur, & omnis qui peierat ex eo, sicut illud absoluetur, id est impunitus erit.

In secunda coniugatione וּבָנָה. Exod. 20. & Deut. 5. Quia non sinet uacare poē na eum Iehoua, id est non sinet impunitum. Exod. 34. & Num. 14. Qui remittis i niquitatem, & transgressionem, & erratum, & uacando nemo erit uacuu[s], scilicet à peccatis. 1. Reg. 2. Et nunc ne sinas eum impunitum. Ier. 30. Et castigabo te in iū dicio, ut uacuando non uacues te, id est non excuses te, quasi nihil poenarū sis me ritus, quasi omnino sis innocens & uaces omni peccato & culpa. Iohelis 3. Et si namne inultum sanguinem eorum. Nahum 3. Sed uacare faciendo neminē uacu um faciet, scilicet à peccato & culpa.

INDE NOMINA:

וְבָנָה Vacuus, inculpatus, impunitus, innocēs; extra culpā, noxā, poenā, aut aliā rem po situs. Estq[ue] tā culpā, quā poenā. Item personā, nō rei. Gen. 24. Tum eris uacuu[s] à maledictione mea. Exo. 21. Si petierit bos uirum aut mulierem, ut moriatur, lapi dibus bos obruatur, & habens bouem sit impunitus. & cap. 23. Innocētē & iustum ne occides. Deut. 9. Ut nō effundat[ur] sanguis inculpatus. Deut. 24. Si quispiā accēpē rit mulierē nouam, non egredietur in militiam, sed uacuu[s] erit domui suae, i. immu nis ab oneribus publicis. Et semel legitur cum aleph paragōgico וְבָנָה. Iohelis 3. Effuderūt sanguinē innocentem. Et pluraliter וּבָנָה, uel cum duplici sōd priore daggestato וּבָנָה. Gen. 44. Apud quē inuentus fuerit, is sit seruus meus, & uos eri tis immunes. Num. 32. Et subacta fuerit terra coram Iehoua, postea reuertentini, & uos eritis absoluti à Iehoua. Iosue 2. Dixerunt uiri ad eā, liberi erimus à iuramento tuo. Et mox iterū: Sanguis eius sup[er] caput e[st], nos uacui erim[us]. Iob 9. In tēratione in nocētū subsannabit. Ier. 2. In alis tuis inuentē sanguis animarū pauperū innocētū

וְבָנָה Innocētia. Gen. 20. In integritate cordis mei, & in uacuitate manuū mearam feci istud, i. innocentia. Psal. 26. Leuabo in innocentia manus meas. Osee 8. Non diu fe rent impunitatem. Amos 4. Vnde & ego dedi uobis uacationem seu uacuitatem dētium, id est ut dentes sint uacui à cibo. Similis Hebraismus legitur Pro. 14. Vbi non sunt boues, ibi praesep e mundum est.

וְבָנָה Nomen pluralis numeri tantū, Cyathi, uasa sic dicta à uacuitate, quōd intus sint caua & uacua, seu q[uod] ex auro sint fabrefacta puro uacuoq[ue] à foridibus. Exo. 27. & 37. Et Cyathos eius quib. libabitur, ex auro facies. Num. 4. Et Cyathos. Ier. 52. Et Cyathos; qui ex auro erant, abstulit Magister coquo[rum].

וְבָנָה Surrexit, stetit ad uindicandū, statuit uindicatā, qđ sit, quādo quis non languē scit. Et nō differt à uerbo וּבָנָה, nisi modo significandi. 1. Sam. 24. Iudicet Iehoua inter me & te, & uindicet me Iehoua de te. Num. 31. Vindica uindicatā filiorū Is rael. Leuit. 19. Nō uindicabis, nec obserues filios populi tui. Deut. 33. Quoniam san guinem seruorū suorū uindicabit. Iosue 10. Et luna stetit donec uindicaret gens inimicos suos. Exo. 21. Vindicando uindicabitur. Ezech. 25. Cum uindicaret Iehoua

uam

cellum Israel plantabo, & leuabit ramum & faciet fructum, id est, producet seu proferet. Iesaiæ 3. Leuabit in die illa dicens: Non ero colligator, ubi absolute ponitur, p iurare. Sic etiā nos Germani dicimus simili phrasi *ich wils auff mich nemmen*. Ionæ 1. Leuate me & proiecit me in mare. Psalm. 62. Tantū ne eleuetur, con sultant, id est euehatur. Iesaiæ 5. Et leuabit signum gentibus longinquis. Nahum 1. Et eleuata est terra à facie eius. Job 7. Et leuatus est in querela mea lectus meus. In summa hoc uerbum de capitis, manuum, pedum, faciei, o colorum, uocis, sermo nis, fletus, animæ, corporis, adeoq; rerū aliarū eleuatione & exaltatione, etiā extra figuram sermonis dicitur. Et ut fā ex citatis locis liquidō constat uerbum hoc ele uationē significare, ita etiā eam significationem in sua lingua perpetuō seruat, nisi q; uerbum eleuandi in lingua Latina non tam late pateat: itaq; uel affinia, & synonyma, uel composita, uel alia uerba sumere necesse est, quibus explicetur.

Secundō, Sic aliquoties uerbis cepit, aut tulit, sustulit, suscepit. Gen. 13. Non ce pit seu tulit eos terra. & cap. 21. Age tolle puerum. & cap. 27. Tolle nte instrumta tua. & cap. 44. Imple saccos eorum quantum leuare possunt. Num. 16. Ne afinū quidem accepi ab eis. 1. Sam. 17. Venit leo, & abstulit agnum de grege. 1. Reg. 18. Et spiritus Iehoua sustollat te in locum ignotum. Psalm. 24. Feret benedictionem à Iehoua. Prouerbiorū 9. Si derisor fueris, tu solus feres. Job 32. Nescio an breui me tollat factor meus. Psalm. 19. Accipiam pennas auroræ. Micheæ 2. Domos quasli bet accipietur. Sic dicunt etiam leuare seu tollere uxore, pro accipere seu ducere uxorem. Iudic. 21. Et tulerunt uxorem iuxta numerum ipsorum. Ruth 1. Et tulerūt sibi uxores. 2. Paralipom. 24. Et accepit sibi Iehoia uxores. Tertio, aliquoties uerbis sustinendi, tolerandi, capiendi, sufferendi, superportandi, seu parcendi red dere necesse est. Genesis 18. Non sustineres locum istum propter quinqua ginta. Job 21. Sustinete me, & ego loquar. Num. 14. Quemadmodum sustinuisti populū istum usq; nunc. Psalm. 69. Propter te sustinui opprobrium. Prouerbiorum 18. Spi ritum afflic tum quis sustineret. Osee 1. Non amplius miserebor domui Israel, nec sustinendo sustinebo eam. Ieremiæ 15. Scis q; sustineo propter te opprobrium. Iesaiæ 1. Defatigatus sum sustinendo, id est, tolerando. Paulus Apostolus ista phra si sæpè est usus: Rom. 9. Sustinui in multa patientia uasa ire. 1. Corinth. 13. Caritas omnia suffert. 2. Corinth. 11. Utinam tolerassetis me paulisper in insipientia mea, imo suffertis me. Actorum 13. Per quadraginta annorum tempus mores eorum su stinuit in deserto, &c. Quarto, etiam uerbo portandi nō raro redditur, tamen si certè Hebræis idem proprie non significet, quod Latinis uerbū portandi. Gen. 47. Et portabis me ex Aegypto. Malachia 2. Spargam stercus in faciem uestram, & auferet uos secum, id est, simul cū stercore efferemini. Exo. 25. Et facies uectes, quibus arca portetur. Numeri 1. Ipsi portēt tabernaculum, & omnia uasa eius. ca. 7. Officium eorum erat ut portarent super humeris suis. Deut. 1. Quemadmodum portat pater filium suum. Prouerbiorum 19. Magna ira adferet detrimentum.

Ex his locis iam recitatis, & item alijs complurimis facilè cognoscitur uerbum hoc motum seu leuationem significare potius, quā portationem, hoc est actio nem seu motum seu leuationem potius, quā quietem. Nam Hebræi aliud habent uerbum, quod portare seu gestare proprie significat, nempe לָבַן: hoc enim alicujus humeris onus incumbere, seu onus aliquid in se susceptum portare significat. Et ut aliud est leuando accipere, suscipere, tollere, transferre, et aliud onus in se susceptū portare, ita Hebræis differunt לָבַן & נָשַׂא: quod q̄ sit uerum, ex his Iesai. 10. eis cernere licet. cap. 46. Et leuabo, ego portabo, & eripiam. Et mox ibidem iterū multō clarīus: Leuant eum super humerum, & portant eum, ubi prius uerbum est לָבַן, & posterius est נָשַׂא.

In uoce passiuā נֶשֶׂא. Exod. 25. Et leuabitur illis mensa. Iesaiæ 2. Et eleuabitur super colles. & cap. 66. Leuamini in latere. Ier. 10. Leuando leuabunt, quia ambulare non possunt. Zoph. 5. Ecce massa plumbi leuatur, i. fertur. 2. Paral. 32. Et leua bitur in oculis omnium Gentium. Psalm. 7. Eleuare propter iram hostium meorū.

X 3 In se-

mā meam. Psalm. 109. Laqueos tendat uel irretiat foenerator omni, quicquid est illi. In quarta coniugatione נֶשֶׂא. 1. Samuel. 28. Et quare tu captiosus es in animā meam, ut occidas me.

Nardus, species herbæ bonæ fragrantia. Cantic. 4. Nardus & crocus. In sta tu affixi mutat zere in hirik. Ibidem: Nardus mea dedit fragrantiam suam. Et pluraliter נַרְדִּים. Cantic. 4. Camphorā cum Nardis.

Obrui bonis, uel malis נֶשֶׂא. ut eorum amplius nō remiscaris: quare Latini uerbo obliuisci uerterūt. Cōgruit enim significatione cum illis thematibus נֶשַׂא וְנֶשְׂא וְנֶשֶׂא וְנֶשַׂא וְנֶשְׂא וְנֶשְׂא nisi quod ut forma, ita modo significadi inter se dif ferant. Legitur autem in hac forma bis tantū, & ab eo nomen formatum. Genes. 41. Vocauit Ioseph nomen primogeniti נַמְנָס Manasse, dicens, quontam obliuisci fecit me deus omnem laborem meum, & uniuersam domum patris mei.

Participium præfens pluralis numeri נֶשְׂאִים. Num. 31. Et oppressi seu obruti sunt usq; ad Nophah.

Cum schin dextro, & in uoce passiuā. Et significat obrui uerbis seu argumētis persuasibilibus & sophistica, semperq; accipitur in malum, pro decipi, obrundi clamoribus, ut decipiatur. Et à superiori uerbo differt tantūmodo significandi. Iesaiæ 19. Obruti sunt principes Noph, id est fallacijs.

In tertia cōiugatione נֶשַׂא, obruit se, obtudit uerbis fallacibus, argumētis per suasibilibus, sycophantica. Et non unā admittit cōstructionē, sed plures. Pri mō regit post se accusatiuū. Iere. 49. Terror tui obruit te & superbia cordis tui, id est, decepit, & cap. 37. Ne obruatis animas uestras dicendo. Gen. 3. Serpens obruit me, & comedi. 2. Reg. 19. Non obruat te deus tuus in quo confidis, &c. Abdia 1. Superbia cordis tui obruit te. Et mox iterum: Omnes uiri pacti tui obruerūt te.

Interdum cōstruitur cum Datiuo. Iere. 4. Imponēdo imposuisti populo huic. 2. Reg. 18. & Iesaiæ 36. Nō imponat uobis Hiskia, i. non persuadeat falsō. Et quā do cum בֵּית, uel beth cōstruitur, tum est reale: ut Psalm. 33. Obruat mors super eos. Psalm. 89. Non irruet inimicus in eum.

INDE NOMINA:

נֶשֶׂא. Nomen Infinitum, Ruina, obruitio, oppressio. Thren. 3. Formido & fouea fuit nobis ruina, & contritio.

נֶשְׂא. Ruina, oppressio. Prouerb. 26. Celat enim odium in oppressionem.

נֶשַׂא. Præcipitia in quæ aliquis ruit. Psalm. 73. Veruntamen in lubrica ponis eos, deijcis eos in præcipitia. Legitur etiam נֶשַׂא. Psalm. 74. Eleua plantas tuas ad præcipitia æternitatis.

997
נֶשַׂא. Verbum istud ex illorum est numero, quorum significatio q̄ latissimè patet: atq; ut res & sententiæ uariāt, ita quoq; significationē suam, seu ut rectius dicā, modū significandi ipsdē attemperat. Proinde sæpenumero usuenit, q; idem uerbum plures significationes habere uideatur, cū tamen unam solū obtineat, tantūq; modo significandi uariet. Id autē inde fieri arbitror, quod uerba in Hebræa lingua simplicia sint, nec ullā cōpositionē admittāt: nec ea quidem egeāt, quæ Latinis multam uarietatem in significatione pariunt. Hinc copiam, amplitudinem ac maiestatem huius linguæ cognoscere licet, q; unius uerbi, & quidem simplicis tantæ sint diuitiæ, ut multis uerbis, ipsdē etiam compositis aliarum linguarū nō sine magno labore, idq; haud satis commodè ac foeliciter reddere queas. Cū au tem & hoc uerbum mirificè locuples sit, iam simplicibus, iam compositis, iā alijs uerbis cognatis & æquipollentibus, & diligenter & fideliter transferre studebimus. Primaria uerò eius significatio est, leuare, eleuare. Genesis 7. Multiplicate sunt aquæ, & eleuauerunt arcam. Et cap. 29. Leuauit Iacob pedes suos, & abiit. ca. 33. Leuauit Iacob oculos suos, & uidit. & cap. 31. Et eleuauit liberos suos & uxores suas super Camelos. & cap. 42. Et leuauit frumentū suum super asinos. Exodi 10. Et uentus Orientalis eleuauit locustam. 1. Samuelis 5. Et reliquerunt sibi sculptilia sua, & leuauit, id est, abstulit ea David & filij eius. Ezechielis 17. In mōtem excelsum

Eleuare manum.

Aliquoties pro iurare accipitur, eò quòd iurantes manum leuare solent. Exo. 2. Et ducã uos in terram, pro qua leuauĩ manũ meam, ut darẽ eam Abrahã. Num. 14. & Ezech. 36. Ego leuauĩ manũ meam, si non gentes ignominiam suam portabũr, Iesaias tamẽ uerbo isto absolute usus est cap. 3. Ipse leuabit in die illa, & dicet, non possum mederi. Saepe pro orare accipitur, ab orantiũ gestu sumpta phrasi. Deuter. 32. Quoniam leuabo ad cœlos manũ meam. Psal. 28. Cum eleuo manus meas ad oraculũ sanctitatis tuã. & Psal. 63. In nomine tuo leuabo manus meas. Psal. 134. Eleuare manus uestras in sanctitate. Hoc Paulus imitatus 1. Timoth. 2. uiros adhortans, Sustollite, inquit, puras manus absq; ira & disceptatione. Est autem leuare manus ad Deum, ~~quod est ad Deum referre, ut supra~~ gloriarĩ de dignitate operũ nostrorum, sed ea omnia Deo adscribere, & accepta referre. Est & leuare manum ad præcepta Dei, uelle opera Dei facere. Psal. 119. Et leuauĩ manus meas ad mandata tuã, ut scilicet ea perficiam. Nonnunquam leuare manum signum gratiã, & auxiliũ, à porrigentibus manum infirmis uerbis sumpta figura dicendi. Psal. 10. Surge Iehoua, eleua manum tuam, ne obliuiscaris pauperis. Iesaias 49. Et leuabo ad gentes manum meam. Ezech. 20. Leuabo manũ meam ad semen domus Iacob. Et iterum: Et leuabo manum meam ad eos, ut educam eos ex terra Ægypti. Econtra tamen in malam nonnunquã partem sumitur. Psal. 106. Et leuauit manum suam ad illos ad prosternendum illos in deserto. Hinc quoq; phrasĩ illa intelligitur Exo. 24. Et non misit manum ad principes Israel. Sic sumitur quoq; 2. Sam. 18. Qui conclusit uiros, qui leuauerunt manum suam in sustentatorem meum regem. & 2. Sam. 20. Qui leuauit manum suam in regem.

Leuare animam suam,

Est cõcupiscere, adspirare, desiderare, anhelare. Deut. 24. Et ad mercedem patris leuat animam suam. Psal. 25. & 86. Ad te Iehoua leuo animam meam. Iere. 22. Et ad terrã ad quam leuant animã suam, non reuertentur. Osee 4. Et ad iniquitatem eorũ leuant animã suam, id est, gaudent peccatis populi, ut plus emolumentũ inde sibi cedat. Prou. 19. Ad occidentũ eum nõ leues animã tuã. Sic Iudei Ioan. 10. ad Christũ uisũ sunt ista phrasi: Quousq; animã nostram leuas? Si tu es Christus, dic nobis palãm, &c. Inde ~~uox~~ desideriuũ animã, id quod anima unice desiderat. Ezech. 24. Cæterum leuare animam alterius, est ferre, sustinere. 2. Sam. 14. Et non leuaret deus animam, ne scilicet diffluat. sicut legitur leuare populum Numeri 14. Quemadmodum releuamen fuisti populo isti ex Ægypto usq; huc.

Leuare cor.

Thren. 3. Leuemus cor nostrum cum manibus nostris ad deum. Vide supra in phrasi, leuare manus. Et alia phrasi leuare cor ad aliquid, est uelle sua sponte aliquid facere, propria uoluntate uouere aut quid aliud facere. Exo. 35. Et uenit, quem eleuat cor suum. Et mox iterum: Omnes mulieres, quas leuauit cor suum. Sumitur tamen semel in malam partem, 2. Reg. 14. Et eleuauit te cor tuum.

Leuare peccatum, scilicet ab alio.

Gen. 4. Nunquid si benefeceris, releuatio, subleuatio. Et iterũ: Maior est iniquitas mea, q̃ leuare, releuatio, tolerantia, sufferentia, subleuatio, condonatio. & cap. 50. Obsecro leua iniquitatẽ seruorum tuorũ. Exo. 10. Et nunc leua obsecro peccatum meũ hac uice. Num. 14. Leuans iniquitatẽ, & transgressiones. 1. Sam. 15. Leua peccatũ meum. Iob 7. Quare nõ leuas iniquitatẽ meam. & cap. 34. Quis ad deũ dicit, Leuauĩ, i. peperci, neminẽ affixi seu oppressi. Psal. 25. Parce omnibus delictis meis. Psal. 32. Beatus ille cui leuata est trãgressio, i. condonata: uel sic, exoneratus trãgressione. Ps. 99. Deus cõdonans fuisti eis. Ies. 2. Incuruat se plebs, humiliat se optimates, ideo illis nõ leues. Iesaias 33. Populus leuatus iniquitate. In his locis iam citatis idẽ hoc uerbũ Hebræis ualeat, quod Latini tollere, s. onus seu pondus peccati, remittere, cõdonare, subleuare peccatũ, dare ueniã, cõdonare, parcere, nõ opprimere. Et est gratiã, clementiã, ueniã, ignoscentiã, ut supra quoq; ostendimus.

X 4 Leua-

In secunda coniugatione ~~והי~~, Hebræis idem ualeat, quod Latini donandi, cõdonandi seu munerandi, scilicet ex gratia, quod eleuare & in altum sustollere munerata solebant. 2. Samuelis 5. Et quòd donasset regnum eius propter populum suum. Itẽ forma ~~והי~~. 1. Reg. 9. Et Hiram rex Tyri munerauit Salomonem lignis cedrinis. Esdra 1. Et muneret eum uiri loci illius argento & auro. & cap. 8. Et munerauerunt populum; & domum dei. Amos 4. Et munerabit uos in lanceis, id est leuabit uos lanceis infixos, sicut munera leuari solent. Et est ironia, seu sarcasmus. Esther 3. Postea magnificauit rex Achasuerus ipsum Amon, & munerauit eum, et posuit sedem eius super omnes principes. & cap. 9. Et omnes qui erant ab officijs regis, munerabant Iudæos. Psal. 28. Parce eos, & munera eos usq; in æternum.

In tertia coniugatione ~~והי~~: Leuit. 22. Et leuent super se iniquitatem delicti, id est, suscipiant in se iniquitatem delicti. 2. Samuelis 17. Et omnis Israel eleuabunt sues ad ciuitatem illam.

In quarta coniugatione ~~והי~~. Numeri 16. Quare eleuatis uos supra ecclesiã dei. & cap. 23. Et regnum eius eleuabitur. 1. Regum 1. Adonias eleuas se, dixit, ego regnabo. 1. Paral. 29. Tu eleuatus es super omnes in caput. Prouerb. 30. Si stultẽ fecisti in eleuando te. Ezechielis 1. Et cũ eleuarent se animalia supra terram, eleuabantur etiam rotæ. Volui autem eo consilio diligentius huius uerbi cõiugationes recensere, ut inde eius significationem obseruares. Nunc porro phrasẽ anno tabimus, in quibus et si significationem suam perpetuò quã constantissimẽ seruaret atq; retineat, tamen cum gentium linguã ea uerbo eleuandi ex causa supra dicta reddere non possunt, nec eas agnoscunt, quò minus sacrarum literarũ studiosi impingant, ordine eas commemorare libuit.

Eleuare caput.

Genes. 40. Eleuabit Pharao caput eius. Ier. 52. Eleuauit Euiomerodach rex Babel in secundo anno regni sui caput Iochin regis Iuda, & eduxit eum e domo carceris, id est restituit eum pristinã dignitati. Item in alia phrasi. Iudicum 8. Et subiugatus est Midian, ut amplius non eleuauerit caput suum. Iob 10. Si iustus sum, non eleuo caput meum. Psal. 83. Et osores tui eleuauerunt caput. Hac phrasi significatur ausus præsumptio, temeritas, superbia.

Eleuare faciem.

Si de deo dicitur, gratiã & beneuolentiã est significatio. Num. 8. Eleuet Iehoua faciem suam ad te, & det tibi pacem. Si autẽ de homine, ausus impudentiã, & præsumptio significatur. 2. Samuelis 2. Et quomodo leuabo faciem meam ad Iob ab fratre tuum? Iob 11. Tunc enim leuare poteris faciem tuam absq; macula. Tertio, leuare faciem alterius, idem ualeat quod nobis acceptare, præferre, anteferre, habere alicuius hominis respectum. Et est acceptationis, fauoris, beneuolentiã, & gratiã. Genes. 19. Et accipi faciem tuam etiam hac in re. Deuteroni. 16. Deus magnus & metuendus, qui non acceptat personã, neq; munera. 1. Samu. 25. Ecce audiui uocem tuam & acceptaui faciem tuam. Leuit. 19. Ne leues faciẽ pauperis, quod exponitur Exod. 23. Et pauperis causam ne ornas. 2. Reg. 3. Nisi faciem Iosaphat regis Iuda acceptarẽ. Prouer. 6. Non acceptabit faciem cuiusquã reconciliatoris. & cap. 18. Acceptare faciem improbi, non est bonũ, quod postea exponens cap. 24. uerbo ~~והי~~ reddidit. Iob 13. Corripiendo corripiet uos; si in abscondito faciem acceptabitis. Malachia 2. Præferentes faciẽ in lege. Inde ~~והי~~ ~~והי~~, id est, prælatum seu eleuatum faciẽ, id est qui alijs honore & dignitate præfertur, honorabilis faciẽ, qui ob personã dignitatem alijs antepõnitur. 2. Regum 5. & Iob 22. Ies. 3. Et ~~והי~~ ~~והי~~ respectus personã quo huic magis fauemus quã illi, non ob ipsius rei, sed personã discrimen. 2. Paral. 19.

Eleuare oculos.

2. Regum 19. Eleua in altum oculos tuos ad sanctũ Israel. Ezech. 19. Et oculos suos non leuauit ad Idola. Et est cultus, reuerentiã, & animi desiderantis, & suspicientis ad auxilium diuinum.

Eleua-

Vt poneret onus totius populi super me. 2. Paral. 2. 4. Et filij eius & multitudo one ris sub eo, id est census, exactionis, tributi. Sic etiā pro officio, seu ministerio su mitur, quod leuaf & imponit super aliquo. Num. 4. Illa sunt onus filiorū Caath in tabernaculo. 1. Paral. 15. Et Chenan princeps Leuitarum in onere, quia erat intelli gens. Item pro onere seu ministerio do cēdi alios. Et per synecdochen pro ipsa doctrina & propheta. Prouer. 30. Verba Agur filij lake, onus, id est doctrina, insi tutio. Ies. 13. Onus Babylonis, quod uidit Iesaias, id est propheta futuri mali. Iere. 23. Propterea quod uerbum istud dicitis esse onus Iehoua, ideo projiciā uos. Et pluraliter נאשאב. Thren. 2. Prædicauerunt tibi onera mendaciæ, & electionis.

נאשאב Onus. Iesai. 30. Ardens facies eius, & grauis onere. Amos 5. Propterea quod oppri mitis pauperem, & onus farris accipitis ab eo, id est, tributum. 2. Paral. 2. 4. Ut ad ferrent de Iuda & Ierusalem onus Mosi, id est, cēsum. Et pluraliter נאשאב. Pro uer. 22. Ne sis inter illos, qui spondent pro oneribus, id est, debitis. Gen. 43. Et subla tæ sunt ab eo leuandæ ad illos, & auctior erat leuanda Benjamin reliquorū leuan dis quinq; partibus, id est, muneribus. Ezech. 20. Ibi requiram leuandas uestras, & primitias oblationum, id est, munera.

נאשאב Onus, eleuatio, leuanda. Zopho. 3. Auferam onus, propter quod tibi erat ignomi nia ludic. 20. Ut ascendere facerent eleuationem fumū e ciuitate. 2. Samu. 11. Et se quuta est ipsum leuanda regis. Esther 2. Et dabat leuandam, ut decebat regem. Ier. 40. Et dedit ei princeps Laniorum uictum & leuandam, id est, donarium, munus. Iere. 6. Leuate leuandam, id est, uexillum, signum militare.

נאשאב Eleuationes. Iob 36. Eleuationes tabernaculi eius. Zach. 4. Et educet lapidem ca pitis eius, eleuationes gratia gratia ei. Istis tamen duobus in locis schin dextrum est scriptum.

נאשאב Leuanda, ferculum, donarium. 2. Sam. 19. An comedendo comedimus cum rege, aut leuandam accepimus.

נאשאב Eleuatio, altitudo, eminentia, excellentia, præstantia. Iob 20. Si ascenderit in coe lum eminentia eius, & caput eius ad nubes.

נאשאב Eleuatio. 2. Paralip. 19. Eleuatio faciei, id est respectus personæ.

נאשאב Nomen infinitum, eleuatio, tumor, pustula. Leuit. 13. Eleuatio, uel scabies. Genes. 49. Excelsens eleuatione, & excelsens potētia, id est, excelsentissimus sacerdotio, & regno. Iob 13. Nonne excellentia seu eleuatio eius terrebūt uos. Thren. 3. Eleuatio & contritio. Habak. 1. Ab ipso iudicium, & onus suum egredietur, id est, ius & iuris executio. Genes. 4. Numquid si benefeceris, eleuatio, scilicet onere peccati, id est, non amplius grauaberis onere peccati, sed habebis remissionem pecca ti & gratiam.

נאשאב 998 Flauit, efflauit: magnâq; habet significatiōe cognationē cum נאשאב & נאשאב, nisi quod ut forma, ita modo tantum significandi inter se differant. Iesaiæ 40. Aruit gramen, emarcuit flos, quia spiritus Iehoua flauit in illum.

In tertia conjugatione נאשאב, efflauit. Gen. 15. Et cum descēdisset turba auium super cadauera, statim afflauit eas, id est, flatu oris abegit eas. Psal. 147. Emittit uer bum suum, & liquefacit ea, efflat spiritum suum, & fluunt aquæ.

נאשאב 999 Congruit significacione cum uerbis נאשאב & נאשאב, & est contrariū uerbis נאשאב & נאשאב; significat enim applicare, attingere, apprehendere, assequi: estq; tan tū in tertia conjugatione usitatū נאשאב. Leuit. 26. Apprehedit tritura uindemiā, & uindemiā attinget fationem. Gen. 44. Persequere uiros, & apprehēde eos. & cap. 47. Et non attingerunt dies annorum uitæ patrum meorum. Deur. 28. Et uenient super te omnes benedictiones istæ, & apprehēdent te. Psal. 40. Ei apprehēderunt me ini quitates meæ. Ies. 51. Gaudium & lætitiā apprehēdent. Iob 24. Terminos apprehē dunt, gregē diripiunt, & pascunt. Caterum cōsidera q; ut uerbū נאשאב, ita etiam hoc in aliquot locis peculiarē habet modū significandi. Leuit. 25. Et uir cui non fue rit assertor, tum apprehendet manus eius, & inueniet iuxta sufficientiā redēptio nis, Et ibidem iterum: Aut si apprehenderit manus eius, ut redimatur.

Parti.

Leuare peccatum, scilicet super se.

Alia phrasi est suscipere in se peccatū, reum seu obnoxium fieri peccati, uel pœ næ peccati. Leuit. 5. Si anima deliquerit, & ignorās aliquid fecerit, quod nō oportebat facere, leuabit iniquitatē suam. & cap. 22. Ut nō leuent super se delictum. E zech. 14. Et leuabunt iniquitatē suam. Et iterū: Cū errauerit quispiā, uel audiue rit uocē execrabilem, neq; indicat, leuabit iniquitatem illius, id est tam reus erit il lius peccati, ac si ipse perpetrasset. Leuit. 19. Ne oderis fratrem tuū in corde tuo, sed arguendo argue eum, ne leues pro illo peccatū. Num. 14. Filij uestri pascentur in deserto 40. annis, & leuabunt fornicationē uestram, donec consumantur corpora uestra. Exo. 28. Et leuabit Aaron iniquitatē Ecclesiæ. Num. 18. Tu & filij tui leua bitis iniquitatem sanctuarij. Leuit. 16. Et leuabit hircus super se omnes iniqui tates eorum. Iesaiæ 53. Ipse infirmitates nostras leuauit, id est, in se suscepit, sicut & Euangelista citans hoc Phœtæ de Messiah nostro uaticinium, uerbo Græco ελαβε, id est, suscepit, est interpretatus. Et Iohannes in suo Euangelio uerbo ελεγε, cum inquit, Ecce agnus Dei qui tollit peccatū mundi. idem significante reddidit. Onera enim quæ nobis ipsis imponimus, tollere quoq; Latine dicimus.

Leuare gratiam.

Esther 2. Et ipsa leuauit gratiam coram ipso. Et ibidem iterum: Et fuit Esther le uans gratiam in oculis omnium uidentium eam, id est, meruit, reportauit.

Leuare parabolam,

Hebræi dicunt pro proponere. Num. 23. Et leuauit parabolam suā, & dixit. Iob 27. Et leuauit iterū Iob parabolam suā. & cap. 36. Leuabo scientiā meam e longinquo. Ies. 14. Et leuare parabolā hanc contra regē. Et ut Hebræi peculiari phrasi di cunt, ascendere super cor, pro eo quod nos dicimus cogitare, ita similiter dicūt le uare super labia seu os, pro eloqui, proloqui, edicere, tametsi absolute & sine adfū cto legatur. Iesaiæ 3. Leuabit in die illa, dicens, non ero medicus. Iob 21. Et leuabūt ad tympanum & citharam. Deut. 33. Leuabit de sermonibus tuis, id est, loquetur de sermonibus, quos ex te audiuit, & didicit. Sic simili figura dicunt leuare rü morem. Exo. 23. Non leuabis rumorem uanum. Psal. 15. Et conuiciū non leuauit super proximo suo. Item, Leuare lamentationē, cantum lamentabilem, oratio nem funebrem. Ezech. 19. Leua lamentationem super principes Israel. Item, Le uare orationem. Iesaiæ 37. Leua orationem pro reliquijs. Item, Leuare proph etiam. 2. Regum 9. Et Iehoua leuauit super eum istam prophetiam.

Leuare nomen.

Exod. 20. Non leuabis nomen Iehoua dei tui in uanum. Et iterum: Quicumque nomē eius in uanū leuauerit. Ex. 28. Et leuauit Aaron nomina ipsorum corā Iehoua super duobus humeris. Psal. 16. Et nō leuauit nomina ipsorum super labijs meis. Hinc & illa phrasi intelligit, qua Dominus ad Ananiā utit Act. 9. Vade quoniam orga num electū est mihi iste, ut Balthozai portet nomē meū corā gentibus. Sic leuare cōuiciū, pro excitare. Psal. 15. Qui conuiciū non leuauit aduersus proximū suum.

INDE NOMINA:

נאשאב Prælatus, primās, princeps. Gen. 23. Tu es princeps dei inter nos. & cap. 34. Vidit eam Sichem filius Hamor Hiueus princeps terræ. Exo. 22. Principi in populo tuo ne maledicas. Et pluraliter נאשאב, Gen. 17. Duo decim principes gignet. Di cuntur autem isto nomine uiri in eminentia constituti, qui populi onera leuant, si cut clarē locus testatur. Exod. 18. Et ipsi unā tecum leuabunt. & Num. 11. Et leua bunt tecū onus populi. Dicuntur præterea hoc nomine nubes, uapores, exhalat ions, quæ de terra in sublimē eleuantur. Psal. 135. Qui eleuat nubes de extrema te terræ. Prou. 25. Nubes & uentus, & nulla pluuia.

נאשאב Onus, pondus, grauamen, quod leuaf & imponitur alicui. 2. Sam. 15. Si transueris mecum, eris super me onus, id est, eris mihi oneri. Nehe. 5. Deferamus igitur onus istud, id est, grauamen. 2. Reg. 5. An nō dabif obsecro seruo tuo onus duorum mulo rum. 2. Paral. 20. Diripuerūt sibi absq; onere, scilicet ut leuare non potuerūt. Num. 11.

Vi

currunt. Itaque quod Latini uerbo osculor, ita Hebraei sua lingua uerbo isto efficiunt, & est symbolum amoris, reuerentiae, & obedientiae secundum quod ad personam fit.

Primo constructum plerumque cum datiuo mediante articulo lamed. 1. Reg. 19. Et omne os quod non occurrat illi, id est, osculum praebuit. 2. Sam. 15. Et ore occurabat illi. Psal. 85. Iustitia & pax occurrerunt. Prouer. 7. Et ore occurrent ei. 1. Reg. 19. Occurram obsecro patri meo. Job 31. Et occurret manus mea ori meo. Secundo regit post se accusatiuum nominis uel pronominis. 1. Samuelis 20. Et osculati sunt unusquisque proximum suum. Gen. 3. Et osculatus est eum. Cantic. 1. Osculetur me osculis oris sui. & cap. 8. Osculabor te. Tertio cum praepositione. Genes. 41. Et ad os tuum occurret omnis populus: uel sic, super ore tuo, id est iussu tuo occurret omnis populus, id est, obediet, obsequetur.

Participium praesens pluralis numeri רָשָׁעִים. Psal. 78. Filij Ephraim applicantes, iacentes arcu. 1. Paralip. 12. Applicantes arcum ad os.

In secunda coniugatione נִשְׁקָה, ore alteri occurrit, praebuit alteri os seu osculum, osculatus est. Et iisdem casibus constructur quibus in prima. Primo, cum datiuo. Genes. 29. Et ore occurrit ei, id est, osculum praebuit ei. & cap. 45. Et praebuit osculum omnibus fratribus suis. Secundo, cum accusatiuo. Psal. 2. Osculamini filium, id est, agnoscite eum esse Dominum uestrum.

In tertia coniugatione legitur tantum participium plurale foemini generis רָשָׁעִים. Ezech. 3. Et strepitus alarum animalium occurrebant, unaqueque altera ad alteram.

INDE NOMINA:

נִשְׁקָה Oscula. Prouer. 27. Fideliora sunt uulnera amantis, quam blanda oscula odientis. Cantic. 1. Osculetur me ex osculis oris sui, id est, uno atque altero osculo oris sui.

סופה Turbo, tempestas: inde nomē habens, quòd uel obruendo aufert & absumit, uel ut uentus iuncetū, ita similiter arenam aut rem aliam inde aufert. Num. 21. A rupe in turbine expōita. Iob 21. Et sicut palea quam surripit turbo. Pro uerb. 1. Et interitus uester, uelut turbo ueniet. Iesaja 17. Et sicut globus ante turbinem. Amos 1. In die turbinis. Et pluraliter סופות. Iesaja 21. Sicut turbines in plaga meridionali.

סופות Turbo, tempestas. Osee 8. Ventum seminauerunt, & turbinem metent.

סוף Etsi ad formam סוף potius referendum erat hoc nomen, quia tamen in illa forma uerbaliter non reperitur, & significatiōe hanc formam refert, malui huc adscribere. Significat autē primò limen. Et ut Latinis nomē habet à limitādo, id est, terminando, ita uersimile est Hebræis etiā dici à סוף. Chaldaeus uertit סוף. Iud. 19. Et ecce mulier illa, concubina eius ceciderat ad ianuam domus, & manus eius super limen. 1. Reg. 14. Ipsa autem ingrediente per limē domus, mortuus est puer.

Sumitur tamē quandoq̄ pro poste. Ezech. 40. Et ueniens ad portā, quæ respicit uiam Orientālē, & ascēdit in gradibus eius & mēsurus est limen portæ calamo uno & limen alterum calamo uno in latitudine. Zoph. 2. Coruus in limine morabitur.

Et in statu affixi mutat pathah in hirik, daggestata litera. Ezech. 43. In ponēdo eos limen suum iuxta limen meum. Et pluraliter סופות, liminarīa. 1. Paral. 9. Custodes liminarium ad tabernaculum. Et mox iterum: Omnes isti Electi in portarios in liminaribus erant ducenti & duodecim. 2. Paral. 7. Operuit domum, scilicet trabes liminariū, & parietes eius, & ianuas eius auro. & cap. 23. Vt sint portitores liminarium. Iesaja 6. Et commouebantur postes liminarium à uoce clamātis. Amos 9. Percute capitellum ut commoueantur liminaria.

INDE VERBVM,

סוף Id est, ad limē sedit, seu stetit. Psal. 84. Malo ad limen stare in domo dei mei, quam habitare in tabernaculis improbitatis. Secundò, nomen סוף significat generaliter phialā, seu peluim, seu aliquod uas, sicut & Chaldaeus quoq̄ generaliter transtulit. Exo. 12. Accipite fasciculum Esopi, & tingite in sanguine, qui fuerit in phiala, & aspergite ad postes. Zach. 12. Ponam Ierusalem phialam titubationis omnibus populis. Legitur tamen in reliquis scripturæ locis collectiue positū pro uas sacris, quæ reposita erant, & custodita in liminaribus templi à sacerdotibus & Leuitis: unde etiā appellatiōnē habere arbitror, q. d. liminaria. Et quando nomini סוף apponitur, tum Chaldaeus utrunq̄ una uoce סוף transtulit, id est, thesaurarius. Iere. 37. Et quæ erat supra exedram Maeseiah filij Sallum custodis uasorū. 2. Reg. 12. Et posterunt illuc sacerdotes custodes uasorum omne argentū allatum ad domū Iehoua. & cap. 23. Præcepit rex Hiskia sacerdoti magno, sacerdotibusq̄ secundū ordinis, & custodibus uasorum, ut efferrēt è templo Iehoua uasa facta ipsi Baal. Esther 2. Duo Eunuchi regis ex custodibus uasorū. Legitur tamē pluraliter forma fœminea, ad differentiā superioris סופות. 1. Reg. 7. Phialas, emunctoria. & cap. 12. Nō autē siebant pro domo Iehoua phialæ argenteæ. Et semel scriptum legitur

legitur

negociatoribus,ideo Hebreis hoc uerbū idem significat,quod Latinis negociari, id est, circumſire mercatū,uel circumferre merces. Gen. 34. Et terra ipſa erit coram uobis, habitare & circūſite eam. Et iterum: Et habitabit in ea & circumeunt eam.

Participiū præſens, ſeu potiùs nomen participiale כָּוֶרָה, de quo infra in nomine. In ſecunda coniugatione, forma geminata כָּוֶרָה כָּוֶרָה. Pſal. 38. Cor meum circūſiuit, deſeruit me uirtus mea.

INDE NOMINA:

כָּוֶרָה Nomen participiale, circulator, circumforaneus. Et hoc nomine Hebrei negociatorem uocant. Gen. 23. Argēti tranſeuntis ad negociatorem. Prou. 31. Fuit ſicut naues mercatoris. Et pluraliter כָּוֶרָה ים. Gen. 37. Et præterierunt Midianitæ mercatores. Ezech. 27. Mercatores in populis ſibilauerunt ſuper te. In ſtatu regiminis & affixorum כָּוֶרָה ים. 2. Paral. 1. Et è Cheue mercatores regis. Ezech. 38. Et mercatores Tharſis. Ieſa. 23. Mercatores eius principes. Et in genere ſoeminiño כָּוֶרָה ים. Ezech. 27. Syria negociatrix tua.

כָּוֶרָה Circulatio, negotiatio. Et in ſtatu regiminis כָּוֶרָה. Ieſa. 23. Et fuit negociatio Gen tium. Prou. 3. Præ negociatione argenti.

כָּוֶרָה Circulatio, negociatio. Et legitur tantum cum affixis. Ieſa. 23. Et erit negociatio eius. Prou. 3. Melior negociatio eius.

כָּוֶרָה Circulatio, negociatio. 1. Regum 10. Præter uiros indagationis & negociationem negociatorum.

כָּוֶרָה Clypeus ſeu ſcutum rotundum, rotella. Pſal. 91. Clypeus & rotella ueritas tua.

כָּוֶרָה Nomen lapidis precioli, quo uſi ſunt pauimentis ſternendis, à rotunditate, & à forma ſcutellata. Eſther 1. Et marmore, & Dario & Sochereth.

1044 כָּוֶרָה Sua ſponte nafcens. 2. Reg. 19. Et in anno ſecundo ſpontè nafcens, pro quo Ieſa ias cap. 31. uertit כָּוֶרָה ים.

1045 כָּוֶרָה Legitur tantum in tertia coniugatione כָּוֶרָה ים: congruitq; ſignificatione cū uerbis כָּוֶרָה ים & כָּוֶרָה ים, niſi quòd ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe differant. Significat enim ſubleuare, eleuare, euehere uel uerbo uel factò. Hieronymus uertit uerbo incitauit: licebit quoq; uertere concitare, exuſcitare, extimulare. Deuter. 13. Si extimulauerit te frater tuus, & c. dicendo, abeamus, & ſeruiamus dijs alijs, id eſt, auſſredere. Iofue 15. Et extimulauit eum ut peteret à patre eius agrum. 1. Sam. 26. Si Iehoua extimulauit te contra me. 2. Sam. 1. Et extimulauit Dauidem in eos. 2. Paral. 18. Et eleuauit eos deus ab eo. Iob 36. Atque etiam eleuauit te ex ore anguſtiæ amplo. Et mox iterum: Et ardor ne eleuet te ad ſufficiētiām.

INDE NOMINA CONTRARIAE ſignificationis.

כָּוֶרָה Operimentum, uelum, uelamen, pallium. Gen. 20. Ecce hoc tibi quaſi uelamē oculorum erga omnes qui tecū ſunt, & cap. 49. Et in ſanguine uuae, palliū ſuū lauabit.

כָּוֶרָה Literarum mutatione & tranſpotione, hyems, tempus hyemale, quo terra operitur gelu & niuiibus. Can. 2. Ecce hyems præterijt, & imber mutatus eſt, abiijtq; ſibi. Et alibi non inuenitur, niſi q̄ Chaldaus Gen. 8. pro כָּוֶרָה ים tranſtulit כָּוֶרָה ים.

1046 כָּוֶרָה Abscondit, operuit ſuperponendo aliquid: congruitq; ſignificatione cum uerbis כָּוֶרָה ים & כָּוֶרָה ים, niſi q̄ ut forma, ita modo ſignificandi tantum inter ſe diſcrepent. Exo. 33. Et operiā manum meā ſuper te donec tranſeam. ubi tamen cum ſin liſtro eſt ſcriptum. & cap. 40. Et obducas ante arcā, uelū. 1. Reg. 8. Et operiebant Cherybim arcā, & ueſtes eius ſuper nē. Thren. 3. Abſconditus es in ira, & perſecutus es nos. Et mox iterum: Abſconſionem poſuiſti in nube tibi, ne tranſiret oratio. Pſ. 140. Operimentum poſuiſti capiti meo in die prælij.

In tertia coniugatione כָּוֶרָה ים. Iud. 4. Fortè ipſe abſconderet pedes ſuos. 1. Sam. 24. Et tibi erat ſpelunca, ingreſſusq; eam Saul, ut teneret pedes ſuos. Dicit autem ſcriptura uerecundè, uelare pedes, qui ſeſe exonerant, ſumpta loquēdi figura à Iudeo-

ceſſet ac degenerauit: uel, à qua me auerto, quam abhorreo, & auerſor.

כָּוֶרָה Nomen portæ in templo Hieroſolymitano. 2. Reg. 11. Et tertia pars in porta Sin. כָּוֶרָה Nomen putei non procul ab Hebron. 2. Sam. 3. Et reduxerunt eum de puteo Sira. כָּוֶרָה Olla, uas quòd à foco poteſt amoueri. Chaldaus כָּוֶרָה ים. Exo. d. 16. Cum federemus ad ollam carnis. 2. Reg. 4. Pone ad focum ollam magnam. Ierem. 1. Ollam ebullientem ego uideo. Ezech. 24. Væ ciuitati ſanguinum, ollæ in qua aduſtio, quæ aduſtio non recedit ab ea. Et pluraliter. Exo. d. 27. Facies etiam ollas pro cineribus. 1. Reg. 7. Ollas quoq; & palas. Pſal. 58. Priuſquam intelligēt olle ueſtræ rhamnum, id eſt, ſentient calorem rhamni ardentis ſub ſe, quanquam multi ſic interpretentur: Antequam ſentient ſpinæ ueſtræ rhamnum adhuc in uiriditate, ſic furor creando conſumet eum.

כָּוֶרָה ים Nomen pluralis numeri tantum, ſpinæ quæ remouentur. Eccl. 7. Quafi eſt ſonitus ſpinarum ſub olla, ita riſus eſt ſtulti. Ieſaia 34. Et aſcendent in palatijs eius ſpinæ. Nahum 1. Quoniam uſq; ad ſpinas perplexas, & quando ſunt in uiriditate ſua abſumuntur quaſi ſtipula ariditate plena. Dicuntur etiam iſto nomine inſtrumenta, quibus capiuntur piſces in modum ſpinæ formata. Amos 4. Et leuabit uos conſis, & poſteros ueſtros ſpinis piſcationis. Et Iob 40. uſus eſt ſimili phraſi, nomine כָּוֶרָה ים: Spina perforabis maxillam eius.

כָּוֶרָה Operimentum, tegumentum, uelum, uelamen, pallium. Refer ad ſuum thema כָּוֶרָה ים.

1040

כָּוֶרָה Traxit, detraxit: & ſignificatione cōgruit cum uerbis כָּוֶרָה ים כָּוֶרָה ים, niſi q̄ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſſentiant. 2. Sam. 17. Feret omnis Iſrael funes & trahemus eam uſq; ad torrentem. Ierem. 49. Niſi traxerint eos paruuli ouium, & cap. 15. Et canes ad trahendum, & cap. 22. Sepultura aſini ſepelietur, trahendo & abiijciendo.

INDE NOMEN,

כָּוֶרָה Nomen adiectiuum generis ſoeminiñi. Iere. 38. Et tulit inde pannos detractos. Et mox iterum: Pone nunc pannos detractos.

1041

כָּוֶרָה Purgauit, ſcilicet ſcopis, aut alio inſtrumento. Congruir ſignificatione cum uerbo כָּוֶרָה ים, niſi q̄ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſſerant. Ezech. 26. Et de molientur muros Tyri, & diruent turres eius, & purgabo puluerem eius ab ea, ponamq; eam in ſiccā petram.

INDE NOMINA:

כָּוֶרָה Purgamentum, luſtramentum. Thren. 3. Purgamentum & reiectamenta poſuiſti nos. Hanc phraſin Paulus ad ſe accommodando reddidit hoc nomen כָּוֶרָה ים, quòd puluerem aut aliud quippiā, quòd abſtergitur (כָּוֶרָה ים enim eſt abſtergere) ſignificat: quare purgamentum uertere licet. 1. Corin. 4. Conuicijs affecti obſecramus, ueluti reiectamēta mūdi facti ſumus, omnium כָּוֶרָה ים, id eſt, purgamentum.

כָּוֶרָה Purgamentum, coenum, quòd purgari ſolet. Ieſ. 5. Et factum eſt cadauer ipſorum purgamentum in medio platearum.

1042

כָּוֶרָה Traxit, detraxit: cōgruit ſignificatione cum uerbis כָּוֶרָה ים & כָּוֶרָה ים, niſi q̄ ut forma, ita modo ſignificandi inter ſe diſſentiant. Legitur ex eo participium præſens כָּוֶרָה ים. Prouer. 28. Vir pauper & iniuria afficiens exhaustos, eſt pluuia detrahens, ut non ſit panis.

In uoce paſſiua כָּוֶרָה ים. Ieremię 46. Quare detractus eſt fortis tuus, nec ſtetit: quia Iehoua impulit eum.

INDE NOMEN,

כָּוֶרָה Trahentia, metatheſi facta literarum. Iob 14. Et diluent trahentia eius puluerem terræ. ubi de pluuia decidente ſuper terram, & ſimul detrahente loquitur. Vide uerbum כָּוֶרָה ים.

1043

כָּוֶרָה Circuiuit, circumgyrauit, circulauit in loco aliquo aut terra. Et diſſert modo tantum ſignificandi à uerbis כָּוֶרָה ים כָּוֶרָה ים. Iere. 14. Quia tam propheta, q̄ ſacerdos circūſerunt terrā. Et quia merces de loco in locū circūſquaq; circūſerunt à nego-

1047
מספוק

Implicuit, cōmiscuit instar ueprīū, ut smutud se pungāt, & lādant. Et congruit significatiōe cū uerbis מְסַפְּקִים וְשׂוֹמְרֵי חֻמַּת הַבַּיִת, nisi q̄ ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Iesā. 9. Et inimicos eius commiscebit, ut smutud sese pungant & lādant. & cap. 19. Et commiscebo Ægyptios contra Ægyptios, & bella gerent frater cōtra fratrem. Hanc phrasin Christus seruator noster imitatus est Lucā 21. Insurret gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, &c.

INDE NOMEN,

מספוק Commixtio, densitas, frequentia, copia, crebritudo. Psal. 42. Quādo transibo cum frequentia.

1048
מסבל

In prima coniugatione nō est usitatū, nisi in uoce מסבל, id est, incōstans animo, inconsiderans, ignauius fuit, inconstanter, inconsideratē, ignauiter egit. Et ut literarū tantum transpositione à מסב, ita modo solū significādi partū uariat. Et rursus licet tā forma literarū, q̄ pronuntiatione nō multum à מסב differat, tamē significatiōne ei omnino est contrariū, q̄ constantiā, strenuitatē, & perseverantiā in negocio sibi perficiēdo notat. 1. Sam. 13. Et dixit Samuel ad Saulem, Inconstans fuisti, 1. ignauius, nō custodiisti mandātū Iehoua dei tui, q̄ mādaui tibi, ideo cōfirmauit Iehoua regnum tuum ad Israel. 2. Sa. 24. Et dixit Dauid ad Iehoua, errauī ualde in hoc quod feci, & nunc Iehoua aufer a me obsecro iniquitatē serui tui, quoniā incōstanter egi ualde. 2. Sam. 16. Fiduciā habuisti in rege Syriae, & non potius innixus es super Iehoua deo tuo, ideo liberatus est exercitus regis darye de manu tua, nōne Æthiopes & Lybii habuerūt ualidissimū exercitū in curribus & equitibus plurimis, sed innitebaris tu super Iehoua: tradidit ille eos in manū tuā, quoniā Iehoua oculi circūmeūt per uniuersam terram, ut cōfortentur, qui erga eū sunt corde perfecti: tu autem inconstanter egisti super hoc, ideo amodo erunt contra te bella.

In secūda cōiugatione מסבל. 2. Sa. 15. Fac incōstans seu instabile cōsiliū Achitio phel. Iesā. 44. Qui conuertit sapiētes retrorsum, & sciētā ipsorū inconstantē facit.

In tertiā cōiugatione מסבל. Gen. 31. Ego dimisissē te cum gaudio, & cum canticiis, & cū tympano, & cithara, neq̄ permisisti osculari filios meos, & filias meas, incōsideratē fecisti agendo. 1. Sam. 26. Et dixit Saul, errauī, reuertere fili mi Dauid, eō quod anima mea preciosa fuerit hodie in oculis tuis, ecce inconsideratē egi, & errauī multum ualde.

INDE NOMINA:

מסבל Inconstans animi, instabilis, inconsiderans, inaccuratus, socors, ignauius, qui ad rem suam non est attentus, nec in administratione seu officio sibi demandato constat est, & perseverans, & gnauus, sed remissus. Eccl. 2. Quis scit utrum sapiēs sit aut inconsiderās, qui dominaturus est super labores meos. & cap. 7. Ne sis inquietus multum, neq̄ sis ignauius. Ierem. 5. Audi nunc istud popule ignaue, sine corde, cui sunt oculi & non uidet, & aures nec tamen audit. Et pluraliter מסבלים. Ier. 4. Quoniam stultus est populus meus, me nō cognouerūt, filii ignaui, & non intelligētes sunt.

מסבל Inconstantia, instabilitas, ignauiā, in cordia in rebus agendis. Eccl. 2. Deliberaui in corde meo ut abstraherem a uino carnem meam, & cor meum assuefacerem ad sapientiam & deprehenderem ignauiam. Et mox iterum: Vidī ego sapientiam praestantiorē esse ignauiam. sicut praestantior est lux obscuritate. & cap. 7. Verti me ego & cor meum ut cognoscerem, & explorarem, & exquirerem sapientiam, & arithmeticam, & ut cognoscerē iniquitūdinem, ignauiam & gloriās. & cap. 10. Preciosior quā sapientia, & gloria, est ignauiā.

מסבל Inconstantia, instabilitas, ignauiā, in cordia in rebus agendis. Eccl. 2. Deliberaui in corde meo ut abstraherem a uino carnem meam, & cor meum assuefacerem ad sapientiam & deprehenderem ignauiam. Et mox iterum: Vidī ego sapientiam praestantiorē esse ignauiam. sicut praestantior est lux obscuritate. & cap. 7. Verti me ego & cor meum ut cognoscerem, & explorarem, & exquirerem sapientiam, & arithmeticam, & ut cognoscerē iniquitūdinem, ignauiam & gloriās. & cap. 10. Preciosior quā sapientia, & gloria, est ignauiā.

1049
מסב

Congruibat, conueniebat, conferebat, conducebat, fuit usui, profuit. Significatiōe cōgruit cum uerbis מְסַבֵּי & מְסַבֵּת, nisi q̄ ut forma, ita modo significandi inter se non nihil uariant. Iob 15. Arguet uerbo, quod non conferet. & cap. 22. Num deo conferet Gigas, aut conferet apud ipsum prudens. cap. 34. Non cōferet uiro, si in gratia ipse cum deo. & cap. 35. Quid conferet tibi.

Participium praesens מסב. Iesā. 22. Wade, ingredere ad apothecariū illū Sebna, qui est

rūm cacantium gestu, qui cū uentrem leuare uolunt, procumbendo in genua pedes uestitu tegunt. Iob 3. Et operuit deus ante eū. & cap. 38. Et conclusa duabus ualuis mare. Loquitur autē de mulieris claustris, per quē moles aquarum partus tempore tanq̄ mare erūpit. Psal. 5. Lati erunt omnes, qui in te sperant, perpetud exultabunt, & tere super eos, i. proteges eos. Psal. 91. Ala sua proteget te. 2. Sam. 12. Et surrexit Dauid a terra, & lauit & unxit, mutauit q̄ uestitum.

INDE NOMINA:

מסב Nomen participiale, absconsio, protectio, tegumentum, protectorium, munimentum, munitio. Ezech. 28. Tu es Cherub unctiois protectionis. Et mox iterum: Et auferam te Cherub protectionis e medio lapidum ignis. Nahum 2. Festinabūt ad murum, & parabunt munitionem. Et pluraliter מסבים. Exo. 25. Cherubim protegentes alas suas super propiciatorium.

מסב Tegumentum, tectoriū, absconsio, latibulū, turgurium. Iob 27. Et sicut turgurium facit custos. Iesā. 1. Filia Zion sicut turgurium in uinea. Ionā 4. Et egressus Ionas fecit sibi turgurium. Scribitur tamen bis cū hoem מסב: Psal. 10. Insidiatur clam sicut leo in latibulo. & Psal. 27. Absceder me in tabernaculo in die malo. quāquā multi dicant esse affixū tertiā personā masculini generis. Et in statu regiminis מסב. Amos 9. Erigam tabernaculū Dauid, quod ceciderat. Et in statu affixorum interdum abijcit literā he. Psal. 76. Et fuit Salem tabernaculū eius. Iere. 25. Reliquit sicut leunculus turgurium suum. Et cum sin pro sam ech. Thren. 2. Turgurium eius.

Interdū mutat he in thau. Pf. 18. In circuitu suo tabernaculū eius. Et pluraliter מסבם. Gen. 33. Et Iacob profectus est in Sycoth, & edificauit ibi domū & pecori- bus suis tabernacula: ideo uocauit nomē loci Sycoth. Leui. 23. In tabernaculis habitare feci filios Israel. Et ibidem iterum: Festum tabernaculorū septē diebus ipsi Iehoua. quod Græci uerterunt σκηνωσκηλια, sicut etiā Ioannes Euangelista cap. 7.

מסב Tegumentum, operimentū. Ezech. 28. Omnis lapis preciosus, operimentū tuum. מסב Nomen idoli, cuius fit mentio Amos 5. Et gestabatis Sycoth deum uestrum, & Kiun imaginem uestram, &c. Hunc locum dicit Stephanus ex propheta in historia sua Act. 7. his uerbis allegauit: Suscepistis tabernaculum Moloch, & sydus dei uestri Remphan, &c.

מסב Velum, tegumentum. Et in statu regiminis mutat alterū camez in pathah, prius autem perpetud seruat: unde colligit Rabi Helias ab hoc uerbo geminato deductum. 2. Sam. 17. Et tulit mulier, & posuit operculum super faciem putei. Pf. 105. Et extendit nubem pro operimento. Iesā. 22. Et reuelabitur absconditū repositorium, id est, thesaurus Iudæ. Exod. 26. Et facies uelū pro ianua tabernaculi de hyacinto, purpura, cocco, & hyssō retorta. Et hoc sanē aliud fuit uelum q̄ מסב, cuius paulō ante Moses mētionē fecerat, sicut ex hoc textu clarissimē cernere licet. Erāt namq̄ duo uela in tabernaculo, quæ etsi quod ad materiā, formā, & quātitatem attinet, ab inuicem nihil differrent, tamen מסב tantum a quatuor colūnis pendeat, quarum capitella erant aurea, & bases argenteæ: at מסב a quinque colūnis, quarum quidem capitella erant aurea, sed bases non erant argenteæ, ut prioris, sed æræ. Et prius erat obtentum inter Sanctum sanctorū, & sanctum, sed posterior, s. מסב erat ianuæ uice & claudēbat sanctum: quod masb cap. 9. uocat uelum secundum. Porro Exo. 27. & 38. & 40. etiā de tertiō מסב legitur, quod fuit uice ianuæ atrij, hoc est tertiā tabernaculi partis, quod similiter ex eadem materia, & iisdē coloribus constabat, quibus priora duo, & pendeat a quatuor colūnis, quarum capitella erant argentea, & bases æreg. Vt rectē igitur distinguas, nec confundaris: Primū & intimum dicitur a Mose מסב, & aliquādo מסב. Alterum, uidelicet medium, quod autor epistolę ad Hebræos secundum uelum uocat, dicit a Mose מסב לחת המסב, id est uelū ianua pro ianua habitaculi, uel etiā מסב לחת המסב, Exo. 36. Tertium uocat Moses מסב הַחַדְרֵי, uelum uelum inuolutum in eo arca testimonij portabant, reliqua duo Gerfonitæ gestabant.

rata. Gen. 40. Et in sporta superiore erant ex omni cibo Pharaonis, opere pistoris facta. Ex. 29. Et panes azymos & placetas azymas mixtas oleo, & lagana azyma uncta oleo, &c. & pones ea in sporta unam, & offeres ea in sporta. Et mox iterum: Et panes qui in sporta sunt. Levit. 8. Et de sporta azymorum. Iud. 6. Ingressus Gideon paravit hoedum ex capris, & modium farinae non fermentatae, & carnes posuit in sporta. Et pluraliter סֵפֶלִים. Gen. 40. Tres sporte, tres dies sunt. In statu regimini סֵפֶלִי. Gen. 40. Ecce tres sportae decorticatae super capite meo.

סֵפֶלֹת Sportae, nomē pl. nu. tāṭū. Ier. 6. Reducēdo manū tuā sicut uindemiator in sportas. סֵפֶלִית Via strata, seu trita, quā nos appellamus actum seu uiam regiā, Germanicē strasse. Chaldaeus transtulit סֵפֶלִית, id est, trita. Num. 20. Et dixerūt filij Israel ad A. dom, in strata ascendemus. 1. Samuel. 6. Et uia recta pergebant uaccae, uia ad Bethsems in strata una ibant. Ies. 40. Repurgate uia ipsi Iehoua, rectificate in campesribus strata ipsi Iehoua, quod tres Euangelistae uerterunt Graecē σιτισ. Et in statu regiminis סֵפֶלִית. Prou. 16. Strata rectorum est discedere a malo. Et cum affixo. Iael. 2. Quisq; in strata sua ambulabit. Et pluraliter סֵפֶלִית. Iud. 20. Et coeperunt cedere de populo sicut prioribus duabus uicibus in stratis, quarū una ascendit in Bethel, & altera in Gibeā. Psa. 84. Bene hominī cuius fortitudo in te est, strate in cordibus ipforum. Iud. 5. Stella in stratis suis pugnabat contra Sisera. Ies. 49. Et strate meae eleuabuntur. 2. Paral. 9. Et fecit rex de lignis Algumim stratas pro domo Iehoua, & pro domo regis, pro quo 1. Reg. 10. scriptum est סֵפֶלִית, fulcra, collectiue.

סֵפֶלִי Strata. Ies. 35. Et erit ibi strata & uia, & uia sanctitatis uocabitur. סֵפֶלִית Agger, uallum, strata, id est terra suggesta in cumulum. Et semper construitur cum uerbo סֵפֶלִית, fudit. 2. Sam. 20. Et fuderunt aggerem ad ciuitatem. Ezech. 4. Et fundes contra eam aggerem. Et pluraliter סֵפֶלִית, significat munitiones seu instrumenta bellica, qualia sunt arietes, seu balistae, quibus ex aggeribus muri ciuitatum sternebantur. Iere. 32. Ecce balistae uenerunt ad ciuitate ut capiatur ipsa. & cap. 33. Quae destructae sunt per balistas & per gladium.

סֵפֶלִית Scala, qua tanquam strata ascendit sursum. Ge. 28. Et ecce scala constituta erat in terra. סֵפֶלִית Inseta litera y, nomē insecti alati & quadrupedis, quatuor genicula supra quatuor pedes habentis, quorum adminiculo super terra saltat, a Mose in cibum concessi. Est autem certum speciem esse locustae, quidā Scarabaeum, alij סֵפֶלִית, id est, Attacum, sicut post Septuaginta etiam Hieronymus uertit. Legitur semel in Biblijs sacris Levit. 11. Et Attacum iuxta speciem suam.

סֵפֶלִית Sentis, spina, aculeus, qui sternitur. Ezech. 28. Et non erit amplius domus Israel spina pungens. Et pluraliter סֵפֶלִית. Ezech. 2. Et tu fili hominis ne timeas ab eis, quae rebelles & spinae tecum sint, & iuxta scorpiones sedeas, &c.

1053 סֵפֶלִית Legitur in secunda coniugatione semel tantum: hinc est quod propria ac certa eius significatio haberi non potest. Quidā pro implorare, petere, obsecrare accipiunt, ita exponentes Iob 6. Et esset adhuc mihi consolatio, & orarem in dolore. Alij pro foveri, refocillari, accipiunt, qui ita interpretatur: Et esset adhuc mihi consolatio, & refocillarer in dolore, &c.

1054 סֵפֶלִית Strauit, prostrauit, costernauit: congruitq; significatione cum uerbo סֵפֶלִית, nisi quod ut forma, ita modo parū significandi inter se differat. Ps. 119. Prostrauisti omnes qui aberrat a statutis tuis. In secunda coniugatione סֵפֶלִית. Thren. 1. Prostrauit omnes fortes meos. In uoce passiuua סֵפֶלִית. Iob 28. Sapientia non sternetur cum massa auri Ophir, aut cum Onyce precioso & Saphiro. Et mox iterum: Non ordinabit eam cum Smaragdo Aethiopiae, cum massa auri munda non sternetur. Loquitur autem de consuetudine commutantium merces, quas ordine utriusq; sternentes ob oculos, alterutram quam putat esse preciosiore, aut parem ad se trahit: sicut de illa commutandi ratione merces supra quoque diximus in uerbo סֵפֶלִית.

Participium praeteriti temporis סֵפֶלִית. Thren. 4. Filij Zion preciosi, & strati cum auro optimo, quomodo reputati sunt uelut uasa testacea, opus, scilicet manuū figuli, id est, qui fuerat collati cum auro optimo. Et litera aleph scripta est pro he.

est super domum. Et in genere foeminino סֵפֶלִית, ad habitatrix, consuetudinaria, quae est iuxta, & prebet & cofert, & est usui. 1. Reg. 1. Et sit illi consuetudinaria & faciat in sinu tuo, ut calefiat suffocatori meo regi. Et mox iterum: Erat autem puella illa pulchra ualde, & facta est regi consuetudinaria, & ministravit ei, at rex non cognouit eam. In uoce passiuua סֵפֶלִית. Eccl. 10. Transferes lapides dolore afficietur in eis, & findens ligna aspergetur cum eis, id est, asperione eorum laedet. In secunda coniugatione legitur participium praeteritum, masculini generis סֵפֶלִית, ad collectus, thesaurizatus, folium, sed iam non amplius: atq; id est quod decogregatus, decollectus, detheaurizatus, hoc est, penuriosus, sine penu & facultatibus, qui nihil habet bonorum ad se pertinens: & est nomen priuatiuum. Ies. 40. Penuriosi leuanda est lignum, quod non putrefiet.

In tertia coniugatione סֵפֶלִית. Num. 22. An non ego sum asina tua, qua uentus es super me tandiu usq; in diem hunc, an consuescendo consueui facere tibi ita. Iob 22. Assuesce cum illo, & sis pacificus. Psal. 139. Et omnes uias meas consuetas habes.

INDE NOMINA:

סֵפֶלִית Granaria, apothece, penus qui ad usum familiarem, & ad manu parati sunt, promptuaria. 2. Paral. 16. Et omnes penus in ciuitatibus Nephtali. 2. Paralip. 22. Et penus pro prouentibus frumenti, & musti & olei. Exo. 1. Et edificauit ciuitates penuum Pharaoni. 1. Reg. 9. Et omnes ciuitates penuum, quae fuerunt Salomoni.

סֵפֶלִית Inops, qui est sine penu, penuriosus, cui deest quod ad uitae usum attinet, & nihil in promptu habet. Eccl. 4. Melior est natus penuriosus & sapiens, quam rex senex & stultus. cap. 9. Inuenitur in ea uir penuriosus sapiens, & euadere facit ciuitatem in sapientia sua, & homo non recordatur uitrum illum penuriosum: Et dixi ego, melior est sapientia quam fortitudo, & tamen sapientia penuriosi despecta est, & uerba eius non audiuntur.

סֵפֶלִית Penuria. Deut. 8. Terra in qua non est penuria, comedes panem in ea. 1050 סֵפֶלִית Respondet significatione uerbis סֵפֶלִית & סֵפֶלִית, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se discrepent. In prima coniugatione non est usitatum, nisi in uoce passiuua סֵפֶלִית, quod significat claudi, concludi. Gen. 8. Et conclusi sunt fontes abyssi. Psal. 63. Quia occludetur os loquentium falsum.

In secunda coniugatione סֵפֶלִית. Ies. 19. Et concludam Aegyptios in manu dominorum in duritia.

1051 סֵפֶלִית Legitur uno tantum in loco scripturae, & quidem in tertia coniugatione סֵפֶלִית, & exponit a Chaldaeo paraphraste uerbo סֵפֶלִית, quod aduertere, attendere significat. Vnde Latini Interpretes uerbo auscultandi uerterunt. Deut. 27. Attende & audi Israel, hodie factus es populus Iehoua dei tui. Apparet autem esse gestus potius, quam sensus.

1052 סֵפֶלִית Strauit, suauit, aut aliud quippiam: congruitq; significatione cum uerbo סֵפֶלִית, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Iob 19. Simul uenerunt laetrunculi eius, & strauerunt super me uiam suam. Psal. 68. Sternite uehenti in mixturis. Ies. 62. Transte, transte per portas, repurgate uiam populo, sternite, sternite strata, colligite lapides ex ea. Iere. 50. Aperite horrea eius, sternite uelut aceruos. Participium praeteriti generis foeminini סֵפֶלִית, strata. Prou. 15. Via pigri uelut plexitas uepiti, sed semita rectoru strata. Ier. 18. Ut ambulent semitas uia non strata.

In secunda coniugatione סֵפֶלִית, & significat sternere alicui honoris causa, i. extollere seu euehere laudibus. Prou. 4. Sterne ei & exaltabit te.

In quarta coniugatione legitur tantum participium סֵפֶלִית. Exo. 9. Adhuc extollis te contra populum meum, ut non dimittas eum.

INDE NOMINA:

סֵפֶלִית Corbis, sporta, canistrum, cophinus, tamen si Hieronymus in quaestionibus Hebraicis putet commodius uerbi Cophinus quam canistrum. Et quidem Matth. Euang. Interpres Graecus reddidit κοφινος. Et licet κοφινος, Iulio Polluce teste, ueteribus mensurae genus fuerit, tamen Hebraeis sportam sonat, sicut & Luc. ca. 9. σικυριου uertit, id est, sporta seu sportulam: & ut ex Gen. 40. ex uiminibus erat contexta & exagge-

rata

familiaris & usitata in carmine. Et id quidem etiam significatio ipsius innuere uidentur: nam **הָרְבֵּץ** stratam significat, & ponitur a Poeta, ut pes in ea eat & progredietur longius, atq; modulatio cantus, adeoq; numerus suppleatur.

Est & hoc non praetereundum, qd haec uocula in Psalterio septuagies semel ponatur, & ter in oratione Habakuk, idq; semper in soph pasuk, hoc est, sine uersuum, exceptis quatuor locis, ubi in medio uersuum posita conspicitur: ut Psalm. 55. Audiet deus & affliget eos, qui sedet ab initio Saela, quia non mutationes ipsis, neq; timent Deum. Psal. 57. Mittet de caelis & saluabit me ab opprobrio absorbentis Saela, mittet Iehoua pietatem & ueritatem suam. Habakuk 3. Deus est Theman ueniebat, & sanctus est monte Paran Saela, operuit coelos magnificentia eius, & laude plena est terra. Et mox iterum: Nudatione nudabatur arcus tuus, iuramenta tribubus sermo Saela, fluminibus secabas terram, &c.

הָרְבֵּץ Simila, similago, id est farina alba, & flos seu deliciae farinae triticeae. Et in hoc differt a **הַרְבֵּץ**, id est, farina quae est communis ex omni frumento, quod scilicet **הָרְבֵּץ** est ex tritico, & Hebraeis dicta strata & in sacris etiam usurpata, **הַרְבֵּץ** farina autem non nisi in prophano & uulgari panis usu, & oblatione Zelotypiae. Ge. 18. Accipe tria fata farinae similiae. Exod. 29. Similam triticorum facies ea. Eze. 16. Similam & mel & oleum comedisti, & pulchra fuisisti ualde ualde. Et in statu affixorum mutat holem in hatephcemetz. Leuit. 2. Et contrahet inde pulchritudinem pugilli sui de simila illa, & de oleo illo.

חָדַן Condonauit, ignouit, propitius fuit, pepercit. Et est contrariae significationis uerbo **הַחֵן**. Legitur aliquoties absolute. Num. 14. Condonauit iuxta uerbum tuum. 1. Reg. 8. Exaudies in loco habitationis tuae in caelo, & cum exaudieris, etiam condonabis. 2. Reg. 24. Et repleuit Ierusalem sanguine innocente, nec uoluit Iehoua condonare. Dan. 9. Sustentator audi, Sustentator condona, Sustentator attende & fac, &c.

Aliquando construitur cum datiuo mediante articulo lamed. Num. 30. Si autem prohibuerit eam pater eius illo die, quo audierit uotum, aut obligationem qua obstrinxit animam suam, non tenebitur, sed Iehoua condonabit ei, eod qd pater eius prohibuerit eam. Et credo Petrum usum hoc uerbo Matth. 16. cum ad Christum dicit *ἐλέησον κύνε*, propitius sis tibi Domine, id est, parcas tibi Domine, &c. 2. Reg. 5. In hac tamen re condonabit Iehoua seruo tuo, ut cum ingressus fuerit Sustentator meus rex in templum Rimmon, & adorauerit ibi, innixusq; fuerit super manum meam, & ego quoq; adorauero in domo Rimmon, cum, in qua, adorauero in domo Rimmon, condonet Iehoua seruo tuo ob hanc rem. Num. 14. Condonate nunc iniquitatem populo huic secundum multitudinem misericordiae tuae. Exo. 34. Et quia populus durae ceruicis est, condonabis iniquitates, & errata nobis.

Participium praesens **חֹדֵן**. Pl. 103. Qui condonat omnes iniquitates tibi. Paulus uerbis hoc reddidit Graece Col. 2. *χαριστεύων*, i. condonans nobis omnia delicta, &c.

In uoce passiuua **חָדַן**. Leuit. 4. Et faciet cum iuueno isto, sicut fecit cum iuueno pro errato, & propitiabitur super illis sacerdos, & condonabitur illis. Num. 15. Et condonabitur toti caeteri filiorum Israel.

INDE NOMINA:

חָדַן Condonator, propitius, Graece *ἔλεος*. Psal. 86. Tu Iehoua es benignus & propitius. Psal. 130. Quoniam apud te est condonatio, ut timearis. Et pluraliter **חֹדָן**. Dan. 9. Iehoua dei nostri miserationes & condonationes.

חָדָן Rupes. Num. 20. Et loquimini ad rupem in oculis eorum, & dabit haec aquas suas, educesq; illas aquas de rupe. Et iterum: Et percussit rupem baculo suo. 1. Sam. 14. Deus rupis ex latere isto. Pl. 40. Et erexit super rupe pedem meum. Num. 24. Et positis in rupe nidum tuum. Et in distinctione sententiae **חֶדֶן**. Num. 20. Et congregauerunt Moyses & Aaron congregationem ante rupem. Iere. 23. Et sicut malleus dissipabit rupem. Et in statu affixorum mutat saegol in pathah, & pathah in seua. 2. Sam. 22. & Pl. 18. Iehoua rupes mea, & refugium meum. Et pluraliter **חֶדָן**. 1. Sam. 13. In latibulis & in rupibus. Pl. 104. Rupes sunt tutela cuniculis. Ier. 2. Et in prominentias rupium.

Detor-

INDE NOMEN,

חָדַן Dicitio, quae in tota Biblia nusquam legitur nisi in psalmis, & in oratione Habakuk, quae similiter carmine scripta est. Exponitur autem ab interpretibus multipharicam. Chaldaei reddiderunt **חָדַן**, quos pleriq; alij cum ex circumcisione, tum praeparatio doctorum sequenti, exposuerunt semper, iugiter, ut noter perpetuam: sed saltem expositionem falsam esse Paulus Episcopus Burgenis in additione 3. super Psal. 46. duabus rationibus euidenter conuincit: Prima, quia oportebat etiam in alijs scripturae locis poni, quoties perpetuitas significatur, quod tamen non fit. Ergo non significet perpetuitatem. Secunda, quia legatur in aliquot locis, ubi nullo modo perpetuitatem significare possit: ut Psal. 81. Probauit te iuxta aquas contentionis, Saela. Habakuk 3. Deus est Theman ueniebat, & Sanctus de monte Paran. Saela, operuit coelos magnificentia eius, &c. Et ibidem iterum: Nudatione nudabatur arcus tuus, iuramenta tribubus sermo. Saela. Item ibidem iterum: Egressus es in salutem populi tui, in salutem Christi tui, cruentasti caput de domo improbi, nudando fundamentum usq; ad collum, Saela. In quibus locis certe perpetuitatem eius rei quae describitur, significare minime potest, quod iugiter & perpetuo fiant. Et tertiam causam quoq; subijgit, quod si haec dicitio, inquit, esset significatiua, tum Hieronymus haud dubie non omisisset, sed eam posuisset ac reddidisset, quod tamen nusquam fecisse competentum est: ergo uox est non significatiua, tantu abest ut perpetuitatem significet. Quidam alij aliter sentientes, dicunt idem significare quod **חָדַן**, id est ceritudinem, ueritatem. Et Rabi Dauid Kimhi in Commentario suo super Psal. 3. Abrahamum Ben Ezdram in ea fuisse sententia asserit, quem non pauci sequuntur, adducentes pro se locum Habakuk 3. ubi legitur: Nudatione nudabitur arcus tuus, iuramenta tribubus, sermo Saela, ueritatis seu certissimi. tamen si hanc expositionem R. D. Kimhi non recipit, eod qd ex isto loco id obtineri minime possit, & sequeatur, qd in omnibus alijs locis eandem significationem habere oporteret, quod minime sit uerum. Porro Rabi D. Kimhi super Psal. 3. deriuat hanc dictionem **חָדַן** a uerbo **חָדַן**, & asserit non esse significatiua, nisi qd indicet in eo loco, ubi ponitur, uocem esse eleuanda. Et in hanc suam sententiam copulurimos pertraxit, qui sentiunt, qd praeter uocis elevationem nihil aliud denotent: sed quomodo uox eleuanda sit, dicunt nobis ignotum esse, siquidem ratio Musices illius priscae iam pridem antiquata sit, & cum ipso cultu exoleuerit. Insuper haec uox in Graeca uersione non reperitur, nisi post multos Psalmos per *διέλεμα* reddita, quod est requies distinctae continuatione, quae tamen, ut Cassiodorus scribit, semper fit per quandam sonorū mutationem. Hinc nonnulli signū esse crediderunt exaltandae uocis, ad quam animus mora aliqua excitatus intenderet cogitationes suas ad insignes illos affectus, & motiones spiritus, quae in eo uersu continentur. Atq; hanc sententiam facile amplecterer, eod qd angusta sit, & melioris notae Theologi etiam nostra aetate praeter alijs elegerunt, nisi me aliquot loci remorarētur, quos non tantum habere spiritus uideo, ut aliqua insigni mora ad eorum contemplationem opus habeant, ut sunt Psal. 4. Filij uiri usq; quo gloria mea in ignominia, diligitis uanitatē, & quaeritis mēdaciū. Saela. Item Pl. 46. Fremant & intumescant aquae eius, cōcutiantur montes in summitate sua, Saela. Psal. 81. Probauit te iuxta aquas cōtentionis, Saela. Item Psal. 68. Deus cum exires corā populo tuo, cum exires per desertū, Saela. Et iterum: Reges terrae cantate Deo, psallite ipsi Iehoua, Saela. Habakuk 3. Egressus es in salutem populi tui, in salutem Christi tui, cruentasti caput improbi, nudando fundamentū usq; ad collū, Saela. Et id genus alij multi, qd alibi quae difertē sunt scripti, & tamen sine ista uocula **חָדַן**.

Proinde mihi sententia Rabi Abraham Ben Ezdra maxime omnium probatur, ut a Burgenli loco supra citato, & quidem aliter quam a Rabi Dauid Kimhi recitatur, quod dicitio **חָדַן** non ponatur significatiue, sed tantum ad supplendum modulamen cantus, sicut copula uau, & aliae syllabae & uoculae in Psalmis saepenumero ociosae sunt, nullaq; significandi necessitate, sed tantum carminis gratia ponuntur. Est igitur **חָדַן** dicitio enclitica seu paragogica, Poetis tantum fami-

super illis una dextera sua, & altera cum sinistra sua. 2. Regum 18. & Iesaiæ 36. Ecce confidit super baculo arundinis contrafacto isto, scilicet super Ægypto, super quo sustinebitur aliquis, statim ingreditur in manum eius, & perforat eam. 2. Paral. 32. Et sustinebatur populus super verbis Ezechiae regis Iuda. Psal. 71. Super te sustentus fui ab utero. Iesai. 48. Et super deo Israel sustentati sunt.

In secunda coniugatione סָמַר, sustinuit, id est supernè posuit. Canticor. 2. Suffinete me floribus.

INDE NOMEN,

1060 סָמַר Pro opertorium, operimentum, tegumentum, quod supernè imponitur. Iud. 4. Et cum diuertisset ad eam in tabernaculum, statim operuit eum tegumēto.

1061 סָמַר Signum, simulachrū. Et significatione congruere arbitror cū nomine סָמַר propter literarum finalium affinitatē, nisi quod modo significandi inter se differant. 2. Paral. 33. Et posuit sculpsit simulachri, quod fecerat. Et amouit deos nothos, & simulachrū ex domo dei. Legitur etiā quinq; punctis scriptū סָמַר, Ezec. 8. Vbi erat sedes simulachri amulationis possessoris. Et in distinctione sententiæ סָמַר. Deut. 4. Ne perditē agatis, & faciatis sculpsit, effigē cuiuscūq; simulachri.

1062 סָמַר Ab hoc themate inusitato, derivatū est nomē participiale סָמַר, id est signatum, notatum, signatura, nota. Iesai. 28. Et hordeo signatum, & speltā limitem suum: uel ita, hordeo signaturam, seu locum designatum. Et arbitror ut litera finali, ita modo tantum significandi differre à nomine סָמַר.

INDE NOMEN,

1063 סָמַר In prophetis literis Hebræorum Grammatici & scriptores utuntur pro nota seu signo, pro quo in sacra scriptura סָמַר ponitur. Greci quoq; imitati hanc uocem סָמַר uocauerunt signum, ut Act. 4. Quid faciemus hominibus istis, nam cōspicuum signum editum est, &c.

1064 סָמַר Horruit, & aculeatus fuit. Psal. 119. Horruit à pauore tui caro mea. In secunda coniugatione סָמַר. Iob 4. Horruit pilus carnis meę, id est, pilus carnis meę factus est horridus, aculeatus & hispīdus.

INDE NOMINA:

1065 סָמַר Horridus. Iere. 51. Adducite equos tanquam bruchū horridum, id est hispīdum & aculeatum. Reperiuntur enim pilosi & hispīdi. Vel si maus ut ad strepitū alarum referas, horrifonum, sicut Apoc. 9. de quodam locustarum genere scriptū est: Quorum uox alarum sicut uox curruum, equis multis currentibus ad bellum, &c.

1066 סָמַר Clauis ferrei, qui horrore quodam & crepitu infiguntur. 1. Paralip. 22. Et ferrum in copia pro clauis. Vel sub primo mem pathah. Iesaiæ 41. Et firmavit illud clauis. Scribitur etiā in forma foeminea סָמַר. 2. Paral. 3. Et pondus pro clauis. Et cum sin pro famech סָמַר. Eccl. 12. Verba sapientum sicut stimuli, & sicut clauis. Est & scriptum cum pathah in prima pro hirik סָמַר. Iere. 10. Et cum clauis & malleis affigit ea.

1067 סָמַר Rubus, dumetū. Deut. 33. Et gratia habitatoris Rubi ueniet super caput Ioseph. In reliquis omnibus locis habet per prothesin סָמַר. Exod. 3. Et uisus est illi angelus Iehoua in flamma ignis e medio rubi, & uidit, & ecce rubus ardebat in igne, & rubus ipse non comburebatur.

1068 סָמַר Montis nomen à rubis, qui aliās סָמַר est dictus, estq; situs in Midianitide, Exod. 3. & pertingit Paulo Apostolo Galat. 4. usq; ad Hierosolymam. Et in hoc monte lata est lex Mosi diuinitus, Exod. 19. Leuiti. 7. & Leuit. 26. & 27. Et desertum ad illum montem, ab eo quoq; nomen sortitum est, Exo. 19. Leui. 25. Num. 33. Est & epitheton dei. Psalm. 68. Cœli stillauerunt à facie Dei illius Sinai, seu Siniaci. Et mox iterum: Sustentator inter eos Sinæus in sanctitate. Et quia mons iste Sinai terræ Iudæę est uersus Austrum situs, inde Australes dicti sunt סָמַר. Iesaiæ 49. Et isti de terra Sinæorum.

1069 סָמַר Quidam ramos, alij fructus esse uolunt palmarum arboris. Ego arbitror significationem habere à similitudine rubi, & duplicatum esse ad augendam significationem. Canti-

1057 סָלַח

Detorsit, deflexit. Iob 12. Abducit sacerdotes, spoliū, & pertinaces defleclit. Exo. 23. Quia munus excæcabit uidentes, & defleclit uerba iustorum. Prou. 13. Iustitia conseruat integritatem uig, sed improbitas defleclit ad erratū. & cap. 19. Stultitia hominis defleclit uitam eius. & cap. 22. Et defleclit uerba excurrentis. Participium præsens סָלַח. Prouer. 21. Animaduertit iustus ad domum improbi, defleclit improbos in malum.

INDE NOMEN,

1058 סָלַח Deflexio. Prouer. 11. Integritas rectorum ducet ipsos, at deflexio excurrentium uastabit eos. ubi opponitur nomini סָלַח. Et cap. 15. Sana lingua, est lignum uitæ: at deflexio in ea, contritio est in spiritu.

1059 סָלַח Nomen pluralis numeri tantum, significat odores, seu odoramēta, id est res odoratas. Et in hoc differt à nomine סָלַח, quod hoc de illis aromatis dicitur, quorū in cibis cōdicendis usus est, at סָלַח in faciendis unguētis, & suffitu. Exo. 25. Odora pro oleo unctionis, & pro suffitu odorū. & cap. 30. Sume tibi odora, balsamum, unguem, & Galbanū odora, & thus mundum, faciesq; ex illis suffitum pigmentarij.

1060 סָלַח Sustinuit, id est, desuper sustinuit, è supernis sustentauit personam ne cadat & pereat. Quadrat significatione cum uerbis סָלַח & סָלַח, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Gene. 27. Frumento & multo sustinebo eum. Psal. 3. Ego cubabo & dormiam, & euigilabo, quoniā Iehoua sustinebit me. Psal. 51. Et spiritu liberali sustinebis me. Psalm. 119. Sustine me in sermone tuo, & uitam. Iesaiæ 59. Et iustitia sua, illa, inquam, sustinuit eum. Construitur semel cum præpositione סָלַח, desuper, seu è supernis tendit. Ezech. 24. Diem, quo sustinuit rex Babel ad Ierusalem, id est diuina uoluntate, & instinctu tendit. Et sequente סָלַח, significat desuper, è supernis, cœlitus, diuinitus aliquid euenire super aliquem siue bonum, siue malum. Amos 5. Et sustinebit manus suam super parietem, & mordebit eum serpens. Psal. 88. Super me sustinuit furor tuus, i. incubuit. Cæterum in reliquis scripturæ locis de singulari ceremonia legitur, qua manus super alicuius hominis uel animalis caput imponebatur, qua uolebant significare illum hominē seu pecus destinatum esse diuinitus uel in publicum sacrificiū & pœnam. Exo. 29. Et Aaron filijq; ipsius sustinebunt manus suas super caput iuueni, &c. Leuit. 24. Educ maledicum extra castra, & sustinebunt omnes auditores manus suas super caput eius, & obruent lapidibus eum tota congregatio, &c. Vel ad publicū ministerium: ut Deut. 34. Et Iosua filius Nun repletus fuit spiritu sapientiæ, quia Moses sustinuerat manus suas super ipsum. Num. 27. Accipe ad te Iosua filium Nun, uirum in quo est spiritus & sustinebis manū tuam super ipsum. Simili ratione in nouo Testamento hic ritus obseruatus est, cum uel designaretur discipuli ad accipiendā dona spiritus sancti: ut Act. 8. & 19. Vel cum faceret miracula: ut Matt. 9. Marci 7. & 16. Act. 9. Vel ad publicam functionem ministerij ecclesiastici: ut est Act. 7. & 13. 1. Timoth. 4. item 2. Tim. 1. Vnde & Paulus ad Timotheum suū scribens, iubet ne citò manus alicui imponat, id est, ne citò ad publicā in Ecclesia functionem admoueat. Hæc eo consilio de manuum impositione adducere uolui, ut uerbi huius Hebræi natiuam significationem, deinde etiam ex eius significatione huius ceremoniæ & ritus auctoritatem indicare uoluerim, quod è supernis instituentē Deo, non humana uoluntate eueniret.

1061 סָלַח Participium præsens סָלַח. Psal. 37. Quia brachia improborum confringentur, sustinet autem iustos Iehoua. Et iterum: Quoniam cadendo non concideri: Iehoua enim sustinet manu sua. Psal. 145. Sustētator est Iehoua omnibus cadētibus. Ies. 63. Et respiciebam, & non erat adiutor, & cum essem desolatus, non erat sustentator.

1062 סָלַח Et pluraliter in statu regiminis סָלַח. Psal. 54. Iehoua est cū sustentatoribus animę meę. Ezech. 30. Et cadēt sustentatores Ægypti. Participiū præteritū סָלַח. Psal. 112. Sustentatū est cor eius, non timebit. Iesai. 26. Cogitatio sustentata. Et pluraliter סָלַח. Psal. 111. Certa sunt omnia commissā eius sustentata in omnia secula.

1063 סָלַח In uoce passiuā סָלַח, sustentus, seu sustentatus est. Iudicium 16. Sustinebatur super

1064 סָלַח

1065 סָלַח

1066 סָלַח

1067 סָלַח

1068 סָלַח

In uoce passiuā **טפ**. Osee 13. Sicut palea deturbabitur ab area. Iesaiā 54. Oppressa, tempestate obruta.

In quarta coniugatione **טפן**. Dan. 11. Et tempestuosè feretur super deum rex Aquilonis cum curribus, & cum equitibus.

INDE NOMEN,

טפ Tempestas horribilis. Ieremiā 23. Et tempestas uiolās. Et cap. 25. Et tempestas magna excitabit à lateribus terræ. Amos 1. In tēpestate, in die turbinis, ubi simul ponuntur **טפ** & **טפן**: prius dicitur ab horrore, alterū ab oppressione. Ionā 1. Quoniam noui ego, quod propter me sit tempestas magna hæc contra uos. Et cū sin sinistro **טפ**. Iesaiā 28. Tempestas euulsionis. Et in distinctione sententiæ **טפ**. Psal. 55. A uento projectionis, à tempestate. In statu affixorū addit alteri pathah uoculam seuā. Psal. 83. Sic persequeris eos in tempestate tua, & in turbine tuo terrebis eos. Et in forma fœminina **טפ**. 2. Reg. 2. Cū leuaret Iehoua Heliā in tēpestate in cœlum. Psal. 107. Et constituit uentum tempestatis. Iesaiā 40. Et tempestas uelut stipulam tollet eos. & cap. 41. Ventilabis eos, & uetus tollet eos, & tempestas disperget eos. Et cū sin sinistro **טפ**. Iob 9. Qui in tēpestate opprimit me. Nahum 1. In turbine & tempestate uia eius. In statu regiminis **טפ**. Iere. 23. Ecce tēpestat Iehoua. Et pluraliter in statu absoluto **טפ**. Ezech. 13. Et uetus tēpestatum disumpet. Et in regimine **טפ**. Zach. 9. Et ibit in tēpestatib. Austrī.

Planxit, celebrauit planctum. Et dicitur de illa ceremonia, & pompa lugentium & lamentantium mortuos. 1. Reg. 14. Et planctum celebrauerūt ei totus Israel. Zach. 11. Et plangent super eum. 2. Samuel. 3. Et celebrate planctū ante Abner. Ieremiā 49. Filiæ Rabba accingite uos saccis, celebrate planctū. Michæ 1. Plangam & ululabo. 2. Sam. 11. Et planxit super maritum suū. Ieremiā 22. Non celebrabunt planctum ei. Zach. 7. Quum ieiunaueritis etiam plangēdo. Gen. 23. Ad cebrandum planctum Saræ. Eccl. 3. Tempus plangendi, & tempus saltandi.

Participium præsens **טפ**. Eccl. 12. Et circuibunt in platea plangentes. Iesai. 32. Super agros plangentes.

In uoce passiuā **טפ**. Iere. 16. & 25. Non plangentur.

INDE NOMINA:

טפ Planctus, ceremonia funeralis, pompa funebris. Et in statu regiminis **טפ**. Iere. 6. Planctum amaritudinum.

טפ Planctus. Amos 5. In omnibus plateis planctus. Et mox iterū: Et planctus ad scientes lamentum. Zach. 12. Secundum planctum super unicum.

Perinde se ratione significandi habet, ut uerbum **טפ**: nam primò significat addere, adijcere, sicut uerbū **טפ**, & cōtrariā est significationis uerbo **טפ**. Legitur autem in isto significandi modo tantū in Infinitiuo. Deut. 29. Propter assumere ebriam, ipsam sitientem, id est ut assumat ebria sitientē: uel sic, ut abstrahat ebriam cum sitiente. Iesaiā 30. Propter addere erratum super erratum. Num. 32. Et surrexistis loco patrum uestrorum, ad addendū amplius super furorem Iehoua cōtra Israel. Secundò, cōtrario significandi modo notat abstrahere, adimere. Et in hoc significandi modo congruit cum uerbo **טפ** & cū **טפ**, altero modo significandi. Gen. 18. Et accedens Abram dixit, an serid absumes iustum cum improbo. Psal. 40. Erubescunt simul quærentes animam meam ut abstrahant eā. Iesai. 7. Atq; etiam barbam absumes. Ierem. 12. Absumptum est iumentum & uolatile.

In uoce passiuā **טפ**. Gen. 19. Ne forte absumeris in iniquitate ciuitatis. Et mox iterū: Ne forte absumeris. Num. 16. Ne forte absumemini in omni errato eorū. 1. Sam. 27. Et dixit Dauid in corde suo, nunc absumar die una per manum Saul.

Participium masculini generis **טפ**. Iesai. 13. Quicumq; inuentus fuerit, confodietur, & omnis additus cadet gladio, id est superstes. 1. Paral. 21. Aut tribus mensibus absumptus ab hostib. tuis. Prou. 13. Et ille est absumptus, q colit sine ratione.

In tertia coniugatione **טפ**. Deut. 32. Addam super uos mala, & fagittas meas consumam in eos.

1064

טפ

Cantic. 7. Ascendam in palmam, apprehendam ramos eius.

Significatione congruit cum uerbo **טפ**, differuntq; tantū modo significandi: significat enim fulcire, sustentare. Actiue, si regit post se accusatiuum. Iudic. 19. Fulci cor tuum buccella panis. Psal. 18. Et dextera tua fulciet me. Psal. 41. Iehoua fulciet eum super grabbato languoris. Psal. 104. Et panis cor hominis fulciet. Iesai. 9. Et ad fulciendum illum in iudicio, & in iustitia. Prouer. 20. Et fulciet munificentiæ thronum suum. Si quando absolute ponitur, sumitur neutraliter. 1. Reg. 13. Veni mecū domum, fulcire.

INDE NOMEN,

טפ

Fulcrum. 1. Reg. 10. Et fecit rex ligna Almugim, fulcrum pro domo Iehoua, ubi singulari pro plurali est positū, sicut pro eo scriptor Chronicæ **טפ** reddidit, id est, strata, 2. Paralip. 9.

טפ Require in themate **טפ**.

1065

טפ

Significat generaliter quamlibet cuiuslibet rei progressionem, protensionem, prominentiam, præminentiam, excellentiam, excessum. Iudicium 15. Et habitauit in prominentia rupis Etam. Et mox iterum: In prominentia rupis, id est, precepta rupe. Et pluraliter tianponit iod in literam sequentem **טפ**. 1. Reg. 18. Quando transiit in duas prominentias: si Iehoua est deus, sequimini eum; sin Baal, ite post eum, id est, extrema, duo extreme opposita. Paulus organū electum duo illa extreme opposita pulchrè expressit his uerbis: Ne ducatis iugum cum incedulis: quod enim cōsortium iustitiæ cum iniustitiæ; aut quæ cōmunio luci cum tenebris; aut quæ concordia Christo cum Belial; aut quæ pars fideli cum infidelis; aut quid cōuenit tēplo dei cum simulachris; Et singulari consilio & industria pro **טפ** Christum, & pro **טפ** quadam allusione **טפ** substituit, &c. Legitur etiam sin pro samēch scriptum **טפ**. Iob 4. In præminentijs ex uisionibus noctis. Sic Paulus 2. Corinth. 12. Ne excellentia reuelationum supra modum effeuer, &c. Et in statu regiminis **טפ**. Iesaiā 2. Ut eant in prominentias rupium. & cap. 57. Mactantes liberos suos sub proeminentijs rupium, id est, prominentibus rupibus. Et cū sin sinistro **טפ**. Iob 20. Propterea excellentiæ meæ reduxerūt me. Et in statu affixorum. Iesaiā 27. Ibi pascet & accubabit uitulus, & absumet prominentias eius, id est, extrema arborum uerbera. & cap. 17. Quatuor aut quinque bacca in prominentijs eius, id est ramis prominentibus. Et in genere fœminino **טפ**. Ezech. 31. In prominentijs eius nidus fecerunt omnes aues cœli, id est ramis.

טפ

Excessi, sublimes, eminentes, & qui nimis alta, sublimia & eminentia affectant. Psal. 119. Affectantes sublimia odio habui, & legē tuā dilexi: uel ita, superba, sublimia & eminentia odio habui. Sic Paulus dicit 1. Corinth. 4. Non ueniam in eminentia sermonis, sed in uirtute, &c.

INDE VERBUM,

טפ

Deramificauit, prominentia seu ramos in arbore succidit: uerbum habes contrariam significationē nomini, unde deriuatum est. Legitur autem ex eo tantū participium præsens **טפ**. Iesai. 10. Ecce sustentator Iehoua exercitū deramat frondes cum uiolentia.

1066

טפ

Deturbauit, seu deiecit quasi tempestas horribiliter: & sepe scribitur cum sin sinistro, ac in quibusdam locis modo tantū significandi differunt. Habakuk 3. Turbabit ad dispergendum me. Zachar. 7. Et deturbabo eos super omnes gentes, &c. ubi tamen irregulariter est scriptum. Psal. 58. Sic furor deturbabit eos.

Participium præsens **טפ**. Ione 1. Quia mare ibat, & tempestuosum erat. Et iterum: Quia mare abibat & tempestuosum fiebat contra eos.

In uoce passiuā **טפ**. 2. Reg. 6. Et conturbatum est cor regis Syriæ super hac re. Psal. 50. Et in circuitu eius tempestas orta erat uehementer.

In secunda coniugatione **טפ**. Iob 27. Tollet eum uentus Orientalis, & uadet & deturbabit eum de loco suo.

1072

ספ

Numeravit ordine. i. Samuelis 24. Postquam n umeravit populu. Leuit. 15. Et numerabit sibi septem dies. Psal. 56. Fugam meam numerasti. Gen. 15. Numera stellas si potes numerare eas. Psal. 48. Numerate turres eius. Psal. 78. Iehoua numerabit cum scripserit populos. Iesaja 22. Et domos Ierusalem numerabitis.

Participium praesens ספס, Iesaja 33. Vbi est numerans turres. Et quia plerunq nominaliter usurpatur, infra inter nomina referendum duximus.

In uoce passiuua ספס. Gen. 32. Sicut arena maris, quae no numerabitur pra multitudine. i. Regum 8. Oues & boues, qui non numerabuntur. i. Paral. 23. Et numerati sunt Leuitae. Iere. 33. Non numerabitur militia coeli.

In secunda coniugatione ספס, recitauit ordine. Psal. 119. Labijs meis recitau omnia iudicia oris tui. Et mox iterum: Vias meas recitau. Psal. 75. Recitauerunt omnia mirabilia tua. Psal. 69. Recitate inter Gentes gloriam eius. Pf. 22. Recitabo omnia ossa mea. Psal. 71. Os meum recitabit iustitiam tuam.

Participium praesens ספס. Iudicum 7. Et ecce uir recitabat amico somnium. 2. Reg. 8. Et fuit ipse recitans regi quod uiuificasset mortuu. Et pluraliter ספס. Ps. 19. Coeli recitant gloriam dei.

In uoce passiuua ספס. Psalm. 22. Semen seruiet illi, recitabitur ipsi Iehoua in posteritatem. Psal. 88. Num recitabitur in sepulchro beneficentia tua.

INDE NOMINA:

ספ Generaliter literatorem significat, id est scribam literaru, seu ut nos uocamus Notarium. Iudicum 5. Et de Zabulon irahentes cum uirga scribae. Psalm. 45. Lingua mea scribae expediti. Ies. 36. Sicut nouacula scribae. Deinde pro scriba usurpatur, qui in regum aulis, & principum gubernatione res gestas, & acta publica, ite census, reditus conscripserunt. 2. Reg. 15. Et scribam principis militiae. 2. Regu 12. Et ascendit scriba regis. & ca. 19. Et misit rex ipsum Eliakim, qui erat super domu, & Sebna scribam, & seniores sacerdotum, & c. i. Paralip. 27. Iehonathan patruus Davidis consiliarius, uir intelligens, & Scriba. Ies. 33. Vbi est scriba, ubi pōderator, ubi numerator turriu. Paulus hunc Iesaja locum pro se citans uertit Graeca uoce γραμματεὺς, id est, literator. Et Metasthenem definiuisse arbitror cum inquit, Scribae publici, notarij sacerdotes, penes quos erat publica fides annalium, temporu, & Regu gesta. Tertio pro illo ponitur cuius professio erat interpretari legē, & prophetas, iudicare in rebus dubijs & perplexis legis & scripturae sacrae, & genealogias tribuum, maxime autem tribus Regie consignare, qualis fuit Esdra, de quo Esd. 7. Et hic Esdra ascendit e Babylone, qui erat scriba expeditus in lege Mo si, & c. Atq; alij deinceps multi post ipsum, quorum collegium usq; ad Christi tempora durasse Euangelista multis in locis testantur, qui praeterea etiam rerum diuisionem, haereditates, successiones familiaru, cesus templi, causas matrimoniales, & diuortia, & item alias causas ecclesiasticas curabant ac conscribebant, sicut legitur quod Herodes rex ex pontificibus & scribis populi percontatus sit de loco ubi Christus nascendus erat, Matth. 2. Et in eode Euangelista cap. 13. inquit: Omnis Scriba doctus in regno coelorum similis est homini patrifamilias, qui depromit e thesauro suo noua & uetera. Insuper alijs multis in locis frequens fit mentio scribarum. Et Matth. 23. Scribas, hypocritas & abutentes sua professione proluxa conuentione acriter Christus obiurgat, in qua quale eo tempore & postea ad Hierosolyman usq; excidium officium gesserint, perspicue cernere licet. At q; Porchetus & alij post ipsum sentiunt σφραγιστής, id est, iudiciu magnu, & deprauata uoce Graeca Iudaei ספסו appellarint, & eorum numero septuaginta fuisse, qui quoque ספסו sacris literis in margine apposerint, omnesq; uersus, & omnes dictiones, denique literas adeo singulas numerarint, non multum repugno, siquidem in isto populo subinde studia literarum, eruditio & sapientia collapsa sint, & scribae sese ad illas minutias applicarint. Postremo discrimē inter ספס & ספסו etiā obseruā dū est, sicut & Euangelista obseruauit: ספס scriba est γραμματεὺς, ספסו uerō est de gubernatione superiore, qui leges praescribit, & dicitur νομοδότης, id est doctor legis,

INDE NOMEN,

ספס Pabulum, quod stramini seu paleis admiscebatur iumentis. Gen. 24. Etiam stramē & pabulum multum est nobiscum. & cap. 42. Et aperuit unus saccum suu, ut daret pabulum asino suo in diuersorio.

1069

ספס

Iecit: differt autem modo tantu significandi a uerbis ספס & ספסו: uariat autem modum significandi secundum constructionem, ut si cum ספס constructur, notat adijcere: ut i. Samuel. 2. Adijce me obsecro ad unum sacerdotalem ut comedam buccellam panis.

In uoce passiuua ספס, & constructur cum ספס. Iesaja 14. Et adijcientur super domo Iacob. ubi Chaldaeus uertit ספסו.

In secunda coniugatione legitur tantu participium praesens ספס. Habakuk 2. Vae propinanti socio suo, adijcienti furorem suum.

In uoce passiuua ספס. Iob 30. Sub urticis facebunt.

In quarta coniugatione ספסו, significat iacere seu manere in ea conditione, in quam incidit. i. Sam. 26. Quoniam elecerunt me hodie, ne iacerem in haereditate Iehoua, id est manerem.

INDE NOMINA:

ספס Dicitur quicquid sua sponte, & sine alterius labore decidit: Vulgaris traslatio uocat sponte nascencia. 2. Reg. 19. & Iesaja 37. Comedes hoc anno deciduum. Et in regimine ספס. Leuit. 25. Deciduum mellis tuae non metes. Et pluraliter cu affixo. Leuit. 25. Non seminabitis, neq; metetis decidua eius. Iob 14. Et diluent decidua eius puluerem terrae. ubi de pluuia dicitur decedente super terram.

ספס Plaga seu macula, scrobs, quae in carne hominis incidit absq; lesione alteri, quaeq; sua sponte incidit in carnem hominis: nos scabiem uocamus, quanquam minus proprie. Leu. 13. Homo in cuius cute fuerit tumor, uel scabies uel candidula, & ca. 14. Ista est lex de tumore, & de scabie, & de candidula.

ספס Eiusdem est cum superiore significationis. Leuit. 13. Et mundabit eu sacerdos, quia scabies est. Et mox iterum: Si autem crescendo creuerit scabies illa in cute.

ספס Nomen pluralis numeri tantum, quo Ezechiel pro uelamine bis usus est: huc no pertinet, ideo quare in uerbo ספסו.

ספס Concha: sed quare in themate ספסו.

1070 ספס

Cogruit significatione cu uerbis ספס & ספסו, nisi q; ut forma, ita modo significandi inter se dissentiant: significat enim tegere, obtegere, operire, abscondere e su pernis. i. Reg. 6. Et texit domum imbricibus & tabulatis.

Participium praeteriti temporis ספסו, tectus. Deut. 33. Quia ibi portio legislatoris tecti. i. Reg. 7. Et tecta est cedro. Et pluraliter ספסו. Hag. 1. Ad habitandum in domibus uestris tectis. Et in statu regiminis cum sin sinistro, & kyburz loco schurek ספסו. Deut. 33. Et tegumeta thesauroru areng. i. tectos thesauros in arena.

INDE NOMINA:

ספס Tegumentum. i. Reg. 6. A pauimento domus usq; ad parietes tegumenti.

ספס Pars inferior nauis, quae superne tecta est, & Latinis carina dicitur. Ionae 1. Et Ionas descendit usq; ad latera carinae.

1071 ספס

Composit, concussit, pulsauit: congruitq; significatione cu uerbo ספס, nisi q; ut prima litera, ita modo significandi dissentiat. Num. 24. Et excauidit ira Balak aduersus Bileam, & complosit manus suas. Iob 27. Complo det super est manus suas, & sibilabit super eum in eo loco ubi fuit, & c. ubi ramen exemplaria Venetiana habent sin sinistrum. Threnor. 2. Comploserunt super te manus omnes pretereuntes in uia. Ieremiae 31. Complosi super foemur. Ezechielis 21. Plaude super foemur. Ierem. 48. Inebriate eum, quia magnificauit se contra Iehoua, pulsatur etiam Moab in uomitu suo. Iob 34. Pro improbis pulsauit eos in loco uidentiu. Et mox iterum: Inter nos pulsatur & multiplicet uerba sua ad deum: uel sic, Inter nos com plodat, scilicet manus more orantium.

nis, siue pronominis, tum retinet significationem primæ cōiugationis. 2. Sam. 16. Et lapidauit lapidibus Dauidē. Iesaiæ 5. Et sepiuit eam, & lapidauit eam, id est, lapidibus muniuit eam. At quando construitur cū ablatiuo mediante præpositio ne mem, tunc significatione cōtraria notat delapidare, i. remouere lapides. Ies. 62. Repurgate uiam pro populo, sternite, sternite stratā, liberate à lapide, id est, delapidate à lapide, seu repurgate à lapide.

In uoce passiuæ קָטַל. 1. Reg. 21. Lapidatus est Nabor, & mortuus est.

Peruersus fuit, auertit se, rebellauit. Et contrariæ est significationis uerbis קָטַל & קָטַר: cōgruitq; significatione uerbo קָטַר, nisi quòd ut forma, ita modo significandi inter se discrepēt. Osee 4. Sicut uacca rebellis rebellauit.

Participium præsens קָטַר, intractabilis, rebellis, peruersus, contumax. 1. Reg. 20. Abijt uerò rex Israel contumax, & furibundus. Et in genere foeminiuo קָטַר. 1. Reg. 21. Qualis est iste spiritus contumax, ut non comedas panem.

INDE NOMEN,

קָטַר Nomen participiale, contumax, peruersus, inobediēs, immorigerus, incorrigibilis, indisciplinabilis, intractabilis, eigensinnig, qui non uult regi ulla disciplina, sed pro arbitrio quolibet fertur. Deut. 21. Si fuerit alicui filius cōtumax. Paulus in hūc locū respiciēs, hoc uitiū Græcè ἀπειθείαν uocat, i. insuasibilitatē, ut opponat uerbo Hebræo קָטַר. Et in epist. ad Ephes. quodāmodo definit: In filijs inobedientia, qui in cōcupiscentijs carnis uersant, facientes quæ carni ac mēti libent. Et ad Colof. 3. Mortificate membra uestra terrestria, stuprum, immunditiæ, mollitiæ, cōcupiscentiā, & auaritiā, quæ est simulachrorū cultus, ob quæ uenire solet ira dei in filios ἀπειθείας, i. intractabiles. Psal. 78. Generatio contumax. Ies. 65. Expandi manus meas ad populū contumacē. Hūc locū Paulus citās Rom. 10. uocē prophetae duabus reddidit, quòd satis eius significationē exprimeret. Et pluraliter קָטַר. Ps. 66. Qui cōtumaces sunt, non extollentur. Ps. 68. Accepisti dona p hominibus, atq; etiā cōtumaces, ut habitat Ia. Ies. 1. Principes tui cōtumaces sunt & socij furū.

In genere foemin. קָטַר. Osee 4. Sicut uacca indisciplinabilis rebellabit Israel. Itē in alia forma קָטַר. Nehe. 9. & Zach. 7. Et dederunt humerū intractabilē.

Pro. 7. Clamofa, indisciplinabilis, in domo sua non consistunt pedes eius.

Eius plurale קָטַר, proprie sentes significat, quæ aculeate pungendo adurūt: ideo multi pro irritatoribus exposuerunt. Sed quidam Rabi Dumasch filius Labrat, qui ab Elia Leuita citatur in suo Thesbita, dicit speciē esse spinæ ex 20. speciebus, quæ in Biblijs reperiunt. Ezech. 2. Quoniā sentes & spine erūt iuxta te, & ad scorpiones tu habitas. Ego arbitror esse urticas ab urendo, & conuenire cum קָטַר.

Congruit significatione cum uerbis קָטַר & קָטַר, nisi quòd ut forma, ita modo significandi inter se parum uariant. Significat autē neutraliter extendere se in latitudinē, i. überhangen. Exo. 26. Extensio, quæ excedit in cortinis, nempe dimidiū cortinæ excedentis, extendet se super extremitatibus habitaculi.

Participium præsens generis foeminiui קָטַר. Ezech. 17. Et floruit, & facta est in uitem extendentem se, scilicet in latitudinem.

Participium præteritum קָטַר. Exod. 26. Sitq; extensio, siue extensio super lateribus habitaculi, huc & illuc ut operiat ipsum. Et pluraliter קָטַר. Amos 6. Propterea nūc exulamur in principio exulū, & discedet cōiuiatio extētionū. Scribit tamen ibidē קָטַר: Qui iacent super lectis eburneis, & super quorum grabbatīs sunt extensiones, & comedūt agnos de grege. Vult autē luxum significare regum mentorū super grabbatis ubiq; dependentiū. Et in statu regiminis קָטַר. Ezech. 23. Accinctos baltheo in lumbis suis extensa tincturæ in capitis suis. Vocat autē latas & amplas cappas seu mitras Babyloniorum.

In uoce passiuæ קָטַר: eius participiū foeminiui generis קָטַר, significat extensionem illam ablatam seu præcisam, ut amplius non sit: itaq; contrariæ significationis uerbo uertere oportet pro diminuta, cōtracta est. Ieremie 49. Ablatum est consilium à filijs; contracta est sapientia ipsorum.

seu legisperitus: sed de hac re nunc satis, nunc pergemus. Et pluraliter קָטַר. 2. Paralipom. 34. Et super baiulos & exactores, super omnem faciētem opus, ad singula ministeria erant ex Leuitis, Scribis, & præfectis & Ianitoribus. 1. Reg. 4. Elishoreph & Achia filij Siffa, scribæ. Iosaphat filius Ahilud memorator, id est à secretis. Ier. 8. Ad falsum fecit stylum Scribarū. Et in statu regiminis קָטַר. Esther 3. Et uocauerunt Scribas regis.

קָטַר Liber, in quo continentur literæ, nomina, seu res gestæ ordinē conscripæ, catalogus, in quo ordine uel personarum, uel rerum fit recitatio: quanquam etiam sæpè continens pro contento ponitur, id est pro scriptura, literis seu literatura. Gen. 5. Hic est liber generationū Adami, id est catalogus, recitatio. Et his uerbis orditur suam historiā Matthæus: Hic est liber generationis Iesu Christi filij Dauid, &c. id est, catalogus. Num. 21. Propterea dicitur in libro bellorū Iehoua. Deu. 24. Et scribe illi libellum diuortij, Iosue 10. Nonne hoc scriptum est in libro recti. Iesaiæ 34. Et circumuoluentur uelut liber, cœli. Ieremiæ 32. Et dedit librum emptionis. Malachia 3. Et scribetur liber memorialis corā ipso. 2. Samuelis 11. Et scripsit Dauid libellum ad Ioab, & misit per manum Uriæ. Iesaiæ 29. Et facta est uobis uisio omnis sicut uerba libri ob signati, quem dabunt scienti librum, dicendo, lege nunc istū: & datus est liber ei qui non nouit librum, dicendo, lege obsecro eum, & dicit nō noui librum, id est literaturam seu scripturam. Sic Dan. 1. Et ad docendū eos librum & linguam Chaldæorum, id est, literaturam, scripturam, literas, lectionē. Et mox iterum: Et dedit illis deus scientiam & intellectum in omni libro, & sapiētia, id est literatura. Et in statu affixorum mutat zere in hirik, & segol in seua. Exo. 32. De le me de libro tuo. Et mox iterum: Quicūq; deliquerit in me, delebo eum ex libro meo. Et pluraliter קָטַר. 1. Regum 21. Et scripsit libellos in nomine Achab, & signauit eos sigillo eius, & misit libellos ad seniores. Eccl. 12. Faciendi libros multos non est finis. Dan. 9. Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum.

קָטַר Numerus, numeratio, nomen infinitum. 2. Paralip. 2. Et numerauit Salomo omnes uitros profelytos, qui erant in terra Israel post numerationem qua numerauit eos Dauid pater eius.

קָטַר Numerus. Genes. 41. Ut cessaret numerare, quia non erat numerus. Psal. 147. Qui subtrahit numerū de stellis. Et notandus est significandi modus, quē in aliquot locis habet: Gen. 34. Ego & homines numeri. Deu. 4. Et relinquemini homines numeri in Gentibus. Ezech. 12. Viri numeri. Iob 16. Quoniā anni numeri ueniēt, id est pauci numero. Et in statu regiminis קָטַר. Exo. 16. Præ numero animarū uestrarum, cap. 23. Et numerum dierum tuorum implebo. In statu affixorū quædam seruant cametz: ut Num. 29. In numero eorū. Quædam mutant cametz in pathah. Num. 14. Omni numero uestro. Et pluraliter in statu regiminis קָטַר. 1. Paralip. 12. Et isti sunt numeri capitum.

קָטַר Siphra, numeri. Ps. 71. Quoniā non noui numeros, scilicet beneficiorum tuorum. Saphirus, lapis preciosus candicans. Exo. 24. Et sub pedibus eius candor Saphiri, & uelut cœlum in claritate. Et cap. 28. In ordine secūdo Rubinus, Saphirus & Adamas. Iob 28. Nō sternetur cum auro Ophir, cum Onyche precioso, & Saphiro. Et pluraliter קָטַר. Cantic. 5. Venter eius ebur dentis, obductus Saphiris. Iesaiæ 54. Et fundabo te in Saphiris.

Librauit, scilicet lapides, quemadmodum faciunt qui lapidem in destinatū hominem, uel locum, uel animal proijciunt. Et ut קָטַר de sagittis, ita קָטַר de lapidibus intelligitur, siue nomen קָטַר appositū sit, siue nō. Sed quia uerbu librandi lingua Latina minus cōgruit, & nō ita significanter exprimit, uertemus nos uerbo lapidandi: quare modo tantū significandi à uerbis קָטַר & קָטַר differt. Deut. 13. Et lapidabis eum lapidibus. Exo. 17. Et lapidabunt me.

In uoce passiuæ קָטַר, libratus est, id est, lapidatus est. Exo. 19. Sed lapidando lapidabitur, aut sagittando sagittabitur.

In secunda coniugatione קָטַר, quando construitur cum accusatiuo siue nominis,

1074

קָטַר

קָטַר

1075

קָטַר

קָטַר

1076

קָטַר

קָטַר

1073

קָטַר

קָטַר

1080

סתר

Occlusit, obstruxit: cōgruitq; significatione cum uerbis וסתר & וסתר וסתר, nisi quōd ut forma, ita modo significandi inter se dissentiant. 2. Paral. 32. Et ipse Ezechias occlusit exitum aquarum. Et mox iterum: Et occluserunt omnes fontes.

Dan. 2. Et tu occlude uerba, & occlude librum usq; ad tempus finis.

Participium präteritum וסתר. Ezech. 28. Ecce sapientior es Daniele, omne occlusum non clam te est. Scribitur tamē cum kybutz וסתר. Psal. 51. Et in abstruso sapientiam cognoscere fecisti me, id est, & sapientiam, quæ est in occulto, notam fecisti mihi. Huc respexit Christus Luc. 8. Non est absconditum, quod non sit cognoscendum. Et Paulus 1. Cor. 2. Sed loquimur sapientiam in mysterio, quæ recondita est. Et pluraliter וסתר. Dan. 12. Vade Daniel, quoniam occultata & obsignata sunt uerba usq; ad tempus finis.

In uoce passiuua וסתר. Nehe. 4. Quōd cceptæ essent interruptiones occludi.

In secunda coniugatione וסתר. Gen. 26. Et omnes puteos occluserunt eos Philistæi. Et mox iterum: Et obstruxerunt eos Philistæi.

1081

סתר

In prima coniugatione usuuenit tantum in uoce passiuua וסתר, id est, absconditus fuit, reconditus fuit. Et tam in bonū quā malū sumitur. 1. Sam. 20. Et uenies ad locum ubi absconditus fuisti. Iere. 23. Num absconditur quisquam? Psal. 89. Viquequo lehoua absconderis in seculum. Ies. 28. Quoniam posuimus mendaciū protectionem nostram, & in falso absconditi sumus.

Participium masculini generis וסתר. Psal. 19. Et nihil absconditū à calore eius. Prouer. 27. Astutus uidet malum, & absconditur. Et pluraliter וסתר. Deut. 7. Abscondita à facie tua. Et in genere foeminiuo וסתר. Iob 3. Viro cuius uia abscondita. Et pluraliter וסתר. Deut. 29. Quæ abscondita sunt lehoua deo nostro. Psal. 19. Et ab absconditis fac inculpatum me.

In secunda coniugatione וסתר. Ies. 16. Absconde expulsos.

Participium präteritum foeminiui generis וסתר. Prou. 27. Mellior est increpatio manifesta, quā dilectio abscondita.

In tertia coniugatione וסתר. Psal. 10. Abscondit faciem suam. 1. Sam. 20. Et cur abscondet pater meus à me rem istā. 2. Reg. 11. Et absconderunt eum ab Athaliahu. Ies. 49. Et posuit me in sagittam politam, in pharetram suam recondit me. & cap. 57. Et percutiebant eos abscondendo. Prouer. 25. Gloria dei abscondere rem, & gloria Regum peruestigare rem. ubi opponitur uerbo וסתר. Ies. 29. Væ profundantibus à lehoua ad abscondendū consiliū. ubi utraq; littera characteristica tertie coniugationis abiecta est. Psal. 17. In umbra alarū tuarum abscondes me. Psal. 31. Abscondes eos in absconsione faciei tuæ. Psal. 64. Abscondes me à consilio malignantiū.

Participium præsens וסתר. Ies. 8. Et qui abscondit faciem suam à domo Iacob.

In quarta coniugatione וסתר. Ies. 29. Et intelligentia intelligentium eius abscondetur.

Participium וסתר. 1. Sam. 23. Nonne Dauid abscondit se apud nos.

INDE NOMINA:

סתר Absconsio, latibulum. Iud. 4. Verbum absconsionis mihi ad te Rex. Psal. 27. Et abscondet me in absconsione tabernaculi sui. Psal. 32. Tu es absconsio mihi. Psal. 61. Protectionem habeo in absconsione alarum tuarum. Psal. 90. Sedens in absconsione Altissimi. Ies. 28. Et absconsionem aquæ inundabunt. Et in accentu distinctiuo וסתר. Deut. 27. Et ponet in abscondito. In statu affixorum mutat zere in hirik, & sagol in seua. Psal. 18. Ponet tenebras absconsionē suam. Psal. 119. Absconsio mea & scutum meum es tu. Et in genere foeminiuo וסתר. Deut. 32. Surgant & adiuuent uos, & sint super uos absconsio.

מסתתר

Absconsio, latebra, latibulum. Psal. 10. Insidiabitur in abscondito tanquam leo. Habakuk 3. Ut deuorent oppressum in abscondito. Et pluraliter וסתר. Psal. 10. In absconditis interficiet inculpatum. & Psal. 17. Et sicut leunculus foderis in absconditis. Ies. 45. Et dabo tibi thesauros tenebrarum, & arcana absconsionum. Iere. 49. Reuelauit abscondita eius.

אא א Abscon-

INDE NOMEN,

סתר Extensio, dilatatio, res extensa. Exod. 26. Et extensio, quæ excedit in cortinis.

1077

סרנים

Legitur in scriptura sacra tantū pluraliter. Arbitror autē Phoenices suos principes ita uocasse, sicut Hebræi וסרנים, & Babylonij וסרנים, & Persæ Satrapas principes suos appellarūt. Habuit autem Phoenicia quinq; Satrapas siue principes secundum quinq; ciuitates celebriores, quas rexerunt: quæ 1. Sam. 6. nominatim referuntur. Iud. 16. Et corruit domus super princip es. 1. Sam. 6. Et mures aureos iuxta numerum omnium ciuitatum Philistæorum, nempe secundum principes. Et in statu regiminis וסרנים. Iud. 3. Quinq; principes Philistæorū. 1. Samuel. 6. Iuxta numerum principum Philistæorū quinq; anos aureos, & quinque mures aureos. Significat quoq; וסרנים, axes in rotis, quibus fulciuntur, & uoluntur. 1. Regum 7. Quatuor rotæ aræ erant basi unī, & axes aræ. Ex hoc loco fit perspicuū, ideo principes hoc nomine uocari, qui fulcra sunt populū, & uelut cardines rerum agendarum.

1078

סרנים

Nomen peregrinum, seu Ægyptium esse censeo, quo is est appellatus qui Regi à negocijs aulicis fuit perficiendis, maximè autē curandis cubiculis: hinc Hieronymus uertit Eunuchus, id est cubicularius seu Camerarius. Et licet illi quoq; Gynecæis curandis præfuerint, & ut de fide continentia minus suspecti essent, castra rētur, tamen nō omnes spadones fuisse ex eo constat, q; Potiphar Eunuchus Pharaonis uxore habuisse legitur. 2. Reg. 8. Et dedit ei rex Eunuchū unū qui princeps erat in suburbijs. 2. Reg. 25. Ier. 52. Et ex ciuitate accepit Eunuchum unum, qui præfectus erat super uiros bellatores. Iere. 38. Et audiuit Ebedmelech Æthiops uir Eunuchus, qui erat in domo regis. Ies. 56. Et ne dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridum. In statu regiminis mutat cametz in seua. Gen. 39. Emitq; eum Potiphar Eunuchus Pharaonis princeps Laniorū uir Ægyptius. Esther 2. Ut congregaret omnem puellam uirginem, quæ eleganti esset facie in Susa metropolim, intra domum mulierum, sub manum Hege Eunuchi regis custodis mulierū, ut donaret ornatum illis. Et ibidem iterū: Manēs sub cura Saasgaz Eunuchi regis custodis cubicularum. Et pluraliter וסרנים. 2. Regum 9. Et prospexerunt ad eum duo uel tres Eunuchi, &c. 2. Reg. 20. & Ies. 39. Et de filijs tuis, qui egrediuntur ex te, quoscq; genueris, accipiet, & erūt Eunuchi in palatio regis Babel. Esth. 1. Die septimo cū corde hilari esset, post unum dixit ad Mehuman, Bitham, Harbonam, Abagthā, Zethar, & Carchas septē Eunuchos, q; ministrabat in cōspectu regis Achaueri, ut introducerēt Vasthi reginā in cōspectū Regis. Ies. 56. Sic ait lehoua Eunuchis, qui custodiēt Sabbatha mea, &c. Iere. 28. Post quā egressus est Iechonia rex & Regina, & Eunuchi principes Iehuda & Ierusalē, artifex & inclusor de Ierusalem. Ier. 34. Principes Iehuda & principes Ierusalem, ipsos Eunuchos & sacerdotes, & uniuersum populum terræ. Daniel. 1. Et imposuit eis princeps Eunuchorū nomina, &c. In statu regiminis וסרנים. Esth. 4. Et uocabat Hester Hathah ex Eunuchis regis, quæ constituerat ante illam. Esth. 6. Et cum illi adhuc loquerentur cū eo, aduenerunt Eunuchi regis, & faterunt introducere Hamon ad conuiuium. In statu affixorū similiter nihil mutat. Gen. 40. Et iratus est Pharao super duos Eunuchos suos, super principem pincernarum, & super principem pistorum. 1. Samuel. 8. Sata uestra & uineas uestras decimabit, & dabit Eunuchis suis & seruis suis. 2. Reg. 24. Et egressus est Iehoiakim rex Iehuda ad regem Babel, ipse & mater eius & serui eius & principes eius, & Eunuchi eius. Et mox iterū: Matrē regis & uxores regis & Eunuchos eius, & potentes in terra. Esth. 4. Venientes autem puellæ Esther, & Eunuchi eius, nunciauerunt ei. Dan. 1. Et dixit rex ad Aspenaz magistrum Eunuchorum suorum, ut introduceret de filijs Israel, &c.

1079

סתר

Præpositione mem litteræ וסתר, auunculus, id est, frater matris. Amos 6. Et tollet eum patruus suus, & auunculus suus ad educendum offā de domo.

סתר Quare in themate suo וסתר.

Occlu-

ע Osee 4.

עם לא יבין ילבט

1089



Seruiuit. Et differt à uerbo עבד, quòd hoc sit liberorum & ingenuorū, עבד autem dicatur de duriore conditione & seruitute. Variat autē modo significādi ex cōstructione. Primò, bis cōstruitur cum datiuo mediante articulo lamed. Iud. 2. Et dereliquerunt Iehoua, & seruiuerunt ipsi Baal & Astaroth. 1. Sam. 4. Ne seruiatis Ebraeis, quemadmodū seruiuerunt uobis. Secundò, quando cum beth cōstruitur, tum acti-

uè significat duritiem seu seruitiam exercere in aliquem tanquam in seruum. Leuit. 25. Et si attenuatus fuerit frater tuus tecū, & uenditus fuerit tibi, non duritiā exer ceas in eum seruitute serui. Et ibidem iterum: In perpetuū duritiā exercebitis in eos. Iere. 25. Quoniam duritiā exercebunt in eos etiam Gentes multæ. & cap. 30. Et non duritiā exercebunt in eum amplius. & cap. 34. Absque duritiā exercere in eos. Ezech. 29. Opus eius, quo duritiā exercuit in eam, dabo ei terram Ægypti.

Legitur tamen semel extra hāc phrasin usurpatam literā beth, ubi ualet, pro, seu propter. Osee 13. Et seruiuit Israel pro uxore, & pro uxore custodiuit, &c.

Tertiò, sapissimè regit post se accusatiuum, & uerbo colendi reddere licebit. Exo. 3. Coletis deum super mōte isto. & cap. 20. Non prosternes te illis, neq; coles eos. Deut. 10. Iehoua deum tuum timebis, & ipsum coles. Ies. 19. Et colent sacrificium, & oblationem. 1. Sam. 26. Vade, cole deos alienos. Psal. 2. Colite ipsum Iehoua in timore. Malach. 3. Frustrā est colere Deum. Deut. 10. Ad diligendum Iehoua deum tuum, & ad colendum eum in toto corde uestro, & in tota anima uestra. 1. Sam. 17. Si autem ego præualuero eum, & percussero eum, eritis nobis in seruos, & coletis nos. Gen. 14. Duodecim annis coluerūt Kedorlaomer & decimo tertio rebellauerunt. & cap. 31. Vos scitis quòd pro uirili mea coluerim patrem uestrum. Exo. 20. Sex diebus coles, & facies omne opus tuum, at dies septimus sabbatum est Iehoua dei tui. Deut. 28. Vineam plantabis & coles, sed uinum non bibes.

Participiū presens עבד. Gen. 49. Et factus est pro tributo seruiēs. Prou. 12. Suiuis somnus colentis. Ezech. 48. Colens ciuitatem, colēt eum ex omnibus baculis Israel. Gen. 4. Et Cain erat colens terram. Ezech. 13. Vir colens terram, id est, agricola. Et pluraliter עבדו. Num. 18. Ipsi seruiūt seruitium tabernaculi. 2. Reg. 17. Et deos suos erāt colētes secundū morem gentiū. In statu regiminis עבדו. Ies. 19. Et pudesiet seruitio colētes ligna. & cap. 30. Boues & pulli alinorū cultores humi.

In uoce passiuā עבדו. Deut. 21. In uallem asperam, in qua nō coletur. Ezech. 36. Et culti eritis, & sati eritis. Et mox iterum: Et terra desolata coletur.

Participiū עבדו. Ezech. 5. Regi propter agrum seruitur.

In secunda coniugatione uoce passiuā עבדו. Deuteron. 21. Vitulam armentī, in quam non est duriter actum, quæ non traxit in iugo. Iesaiæ 14. Et à seruitute dura, qua duriter actum est in te.

In tertia coniugatione עבדו, seruire fecit, ad seruitium adegit, in seruitutem redegit. Iesaiæ 43. Sed seruire fecisti me in peccatis tuis, defatigasti me iniquitatibus tuis. Et mox iterum: Non seruire feci te in oblatione. Ezech. 29. Rex Babylonis in seruitium adegit exercitum suum seruitute dura. Ierem. 34. Vt non seruire in illis. Exod. 1. Et aegerunt seruire Ægyptij Israel. 2. Paral. 2. Et sexcentos præfectos ut seruire facerent populum.

Participiū presens pluralis numeri עבדו. Exo. 6. Quos Ægyptij seruire faciūt.

INDE NOMINA:

עבד Seruus, q̄ uel pecuniā est emptus, uel captus bello: quanquā etiā ex humiliatōe, et animi submissiōe aliquis se seruū alterius uocat, atq; tū idē est, qd' obsequēs, obtempe-

מסתור Absconso. Ies. 53. Sicut absconso facierum ab ipso. מסתור Absconso. Ies. 4. In protectionem & absconsonem ab imbre & pluuia.

DE DICTIONIBVS TETRAGRAMMATICIS ET PEREGRINIS.

1082



Flos seu folliculus in uite. Cantico. 2. Et uites in flore dederūt fragrantiam. Et mox iterū: Et uineas nostras in flore. & cap. 7. Videbimus si floruerit uitis, aperuerit se flos.

1083




Et pluraliter סמיו; alij ramos, alij fructus esse uolunt palmæ arboris. Ego arbitror significatiōem habere à similitudine rubi, & duplicatū esse ad augendam significatiōem. Legitur tantūm Cantico. 7. Ascendam in palmam, apprehendam ramos eius.

1084




Pinnula in piscibus. Leuitico. 11. & Deuter. 12. Omne quod habet pinnulam & squamam. Et accipitur collectiue.

1085



Nomen pluralis numeri, quo usa est scriptura ad significandum ingentem & densissimam execrationem seu cæcitatem. Gen. 19. Et homines, qui erāt ad ianuam domus, percusserunt cæcitatibus, id est, ingenti cæcitate. Sic Septuaginta etiam reddiderunt, ὀφθαλμοί, id est, cæcitate. 2. Reg. 6. Percute obsecro gentem hanc cæcitatibus.

1086




Quemadmodum Iudæi ספר, Galliam illam occidentalem, ita ספר ei uicinam Hispaniam uocant: utrunq; tamen falsò, & sine ulla ratione, insigniq; inscitæ & oscitantæ patefactione, cum ex textu certissimè constet loca esse Septentrionalia. Quare præceptor Hieronymi & auctori uulgatæ editionis omnino assentior, qui ut in textu est scriptum, ספר, bosphorū transulerunt. Siquidē hæc uox pronuciatiōe cum Hebræo congruat. Legitur tantūm in Abdia: Et mi grauit exercitus huius de filiis Israel, qui inter Cananogos sunt usq; ad Zarphath, & trāsmigratio Ierusalem, quæ est in Sepharad, possidebunt ciuitates meridionales.

1087



Et pluraliter סרעה, uox composita ex סר & ערה, quorum utrūq; ramū significat, interposita litera Res. Puto autem significare multos ramos, seu magnam perplexitatem ramorum Ezech. 31. Et multiplicati sunt rami eius. Legitur deinde סרעה, forma nonnihil mutata, aliud nomen pluralis numeri tantūm, quod ad animum refertur, & significare arbitror perplexitatē, scilicet cogitationum, distractionem animi. Nam ut סר, & ramum significat & cogitationem, seu proloquutionem, ita quoq; similiratione hoc. Vius est autē isto in duobus locis Dauid: Psal. 94. In multitudine perplexitatum mearum intra me, consolationes tuæ oblectauerunt animam meam. Psal. 139. Scrutare me deus, & cognosce cor meum, proba me, & cognosce perplexitates meas.

1088



Nomen compositum. Nam סר sentem significat. Inde in hoc nostrum סרפס, senticetum, quod non in altum succrescit. Iesaiæ 55. Et pro senticeto crescet Myrtus.

מַעֲכָה Et in statu regiminis מַעֲכָה, densitas. 1. Regum 7. In regione Iordanis fudit ea rem in densitate humi.

עֲבֹטִי Nomen compositum ex עֵבֶ & טֹטִי, & significat densum lutum. Habakuk 2. Et aggrauat super se lutum densum.

1091 עֲבֹט

Mutuatus est, alicunde mutuo accepit, **borgen**. Deu. 15. Tu autem non mutuo accipies. In secunda coniugatione עָבַט, mutuauit, id est, commutauit. Iosue 2. Sicut heroes current, sicut uiri bellicosi transcendent murum, & singuli in uia sua ambulabunt, neque commutabunt semitas suas, **abwechseln**.

In tertia coniugatione עָבַט, mutuo dedit. Deuter. 15. Mutuo dabis gentibus multis. Et mox iterum: Sed aperiendo aperies illi manum tuam, & mutuando mutuas illi sufficientiam defectus eius, quo defecerit ei.

INDE NOMEN,

עֲבֹט Mutuum, hoc est, pignus, quod mutuo danti interim datur donec soluatur debitum, **pfand** / **vnderpfand**. Deu. 24. Proferet ad te pignus foras. Et mox iterum: Restituendo restitues ei pignus, dum occubuerit sol. Et in statu affixorum nihil uariat. Deuter. 24. Si accommodato dedisti proximo tuo accommodatum aliquod, non ingredieris in domum eius ad pignorandum pignus eius. Et mox iterum: Et si uir ille oppressus est, non cubabis in pignore eius. Vide עָבַט.

1092 עֲבֹט

Generalis significatio non multum abluat a uerbis עָבַט & עָבַט: & ut literarum tantum transpositione, ita solo significandi modo inter se differunt. Generaliter enim haec tria transitione, seu motum de uno ad aliud significant: nam עָבַט conuenire, seu ut Latini dicunt transigere, עָבַט transitione uagari seu tollere, עָבַט autem transire communiter de loco ad locum, seu conditione ad conditionem significat, quando scilicet medium per quod transitur, uel aqua, uel ignis, uel mons, uel uallis, uel campus aut desertum existit. Primo absolute ponitur. Psal. 116. Statui, ne transiret os meum. Habakuk 1. Tunc mutabit animum suum & transibit, & reus erit. Prover. 22. Qui calidus est, uidet malum & abscondit se: imperiti autem dum transiunt, statim damnatum accipiunt. In illis tribus superioribus locis **transigere** & **transigere** est importat.

Interdum significat praeterire aliquid. Psal. 18. A splendore coram ipso nubes eius praeterierunt. Psal. 37. Et praeteribam, & ecce non erat. Psal. 57. Et in umbra alarum tuarum defensionem quaeram, donec praetereat malum. Exo. 12. Et transibit lehoua ad percutiendum Aegyptios, & uidebit sanguinem in superliminari & super duobus postibus, & transillet super ianuam, &c. Hinc sumpsit Euangelista, quod dicunt de transitu Christi ad patrem, &c. Est aliquando temporis. Gen. 50. Et praeterierunt dies luctus eius. Iob 17. Dies mei praeterierunt. & cap. 18. Praeterijt messis, cessauit aestas, & nos saluati non sumus. Ies. 28. Donec praetereat indignatio. Secundum regit plerumque post se accusatiuum mediante articulo הָ accusatiui casus, si de aquis dicitur. Gen. 31. Et surgens transiuit fluuium. & cap. 32. Quoniam cum baculo meo transiui Iordanem istum. 1. Reg. 2. Transibis torrentem Kidron. Aliquando etiam de loco. Gen. 32. Ortus est ei sol, dum transiret Penuel. Item de persona. 2. Sam. 18. Cucurrit igitur Achimaz & praeterijt ipsum Hushi, id est anteuertit. Item attribuit etiam rei inanimatae. Iere. 23. Fui quasi uir ebrius, & uelut uir quem transiuit uinum, id est perualit. Significat tamen etiam in hac constructione meta constituta, & praescripta praeterire. Gen. 31. Testis est acruus ille, & testis est statua illa, quod non praeteribo acruum hunc ad te, neque tu praeteribis acruum istum & statua istam ad me in malum. Iere. 5. Qui posuit arenam terminum mari, statutum perpetuum, nec praeteribit eum. Psal. 104. Terminum posuisti quem non praeteribit. Num. 22. Si daret mihi Balak plenitudinem domus suae, argentum & aurum, non potero praeterire os lehoua dei mei, ut faciam uel exiguum uel magnum quiddam. Iosue 7. Eo quod praeteriuit pactum lehoua, & fecit stultitiam in Israel. Tertio, constructur saepenumero cum praepositione beth, id est in, per. Gen. 12. Et transiuit Abram per terram usque ad locum Sichem. Gen. 30. Transibibo hodie per omnes greges tuos. Num. 20. Transibimus nunc per terram tuam, non transibimus per agrum, aut per uineam. Legitur tamen

temperans, subiectus, deditus, &c. Genes. 9. Seruus seruatorum erit fratribus suis. Et mox iterum: Et erit Canaan seruus illi. Exo. 12. Et omnis seruus, acquisitio argenti. & cap. 21. Si emeris seruum Hebraeum, sex annis seruet, & in septimo anno egredietur. Deut. 15. Et mortuus est ibi Moses seruus lehoua. Et in distinctione sententiae עָבַר. Leuit. 25. Non uendatur uenditione serui. 1. Reg. 9. Non dedit Salomo seruum. In statu affixorum mutat prius saegol in pathah, & alterum in seua. Iosue 1. Moses seruus meus mortuus est. Et pluraliter עָבַר. Gen. 9. Seruus seruatorum erit fratribus suis, & cap. 12. Et serui & ancillae, & cap. 44. Apud quemcumque inuentus fuerit ex seruis tuis, statim morietur, & nos erimus sustentatoris mei in seruos. 2. Sam. 8. Et factus est Moab Dauidi in seruos, portantes munus. Et in statu regiminis עָבַר. Gen. 26. Et foderunt serui Izhak in ualle. In statu affixorum seruat priores duas uocales. Leuit. 25. Quonia ipsi sunt serui mei, quos eduxi de terra Aegypti. 1. Reg. 10. Et habitationem seruorum eius, & stationem ministrorum eius.

עָבַר

Seruitium, seruitus, cultus: & dicitur tam **δουλεία**, quam **λατρεία**. Gen. 29. Et dabitur tibi etiam hoc pro seruitio, quo seruus apud me. Exo. 1. Et amaricauerunt uitam eorum seruitio duro. & cap. 2. Et gemuerunt filij Israel praeseruitio, & clamauerunt, & ascendit clamor eorum ad Deum propter seruitium. Leuit. 23. Omne opus seruitij non facietis. In statu regiminis עָבַר. Exo. 30. Et accipies argentum expiationis a filiis Israel ad seruitium tabernaculi. Leuit. 24. Omnis ingreditus ad seruitium seruitij, & seruitium portationis in tabernaculo. Ies. 32. Et erit factura iustitiae pax, & seruitium iustitiae tranquillitas, & confidentia aeterna. In statu affixorum עָבַר. Gen. 30. Quoniam tu nosti seruitium meum, quo seruiui tibi. Exo. 12. Custodieris cultum istum. Et mox iterum: Quis iste est cultus uester. Psal. 104. Egredietur homo ad opus suum, & ad culturam suam usque ad uesperam.

עָבַר

Seruitium. Gen. 26. Et fuit ei acquisitio ouium, & acquisitio armenti, & seruitium multum. Iob 1. Et seruitium multum ualde.

עָבַר

Seruitus. Esdrae 9. Parum in seruitute nostra. Et iterum: Et in seruitute nostra non dereliquimus lehoua.

מַעֲבָרִים

Seruitia, nomen pluralis numeri tantum. Iob 34. Idcirco agnoscat seruitia eorum:

עָבַר

Seruitia, nomen pluralis numeri tantum: singulare eius esset עָבַר, tamen non est in usu. Eccl. 9. Et seruitia eorum in manu Dei.

1090 עָבַר

Condensatus est, estque quantitatis: & congruit significatione cum uerbis עָבַר & עָבַר: ite cum עָבַר & עָבַר, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Deut. 32. Impinguatus es, condensatus es.

INDE NOMINA:

עֵבֶ

Densum, densitas cuiuslibet rei, nomen masculini generis. 1. Reg. 7. Et columnas & densitatem in superficie eorum. ubi de trabe densa dicitur. Et hoc nomine Hebraei communiter uocant nubem densiorem. 1. Reg. 18. Ecce nubes parua sicut uoila uiri ascendit de mari. Iob 20. Et caput eius ad nubem pertigerit. & cap. 30. Et ut nubes, praeterijt salus mea. Prou. 16. Et beneuolentia eius sicut nubes serotina. Eccles. 11. Si plene erunt nubes, pluuia super terram euacuantur. In statu regiminis עֵבֶ. Exo. 19. Ecce ego ueni ad te in densitate nubis. Et pluraliter עָבַר. Ierem. 4. Ingressi sunt in densitates, id est in syluas densas. Iudic. 5. Ecce nubes stillauerunt aquas. 1. Reg. 18. Et caeli obfuscantur nubibus & uento. Iob 22. Nubes sunt absconsio illi. Psal. 104. Qui ponet nubes uehiculum suum. In statu regiminis עָבַר. 2. Sam. 22. & Psal. 18. Densitates nubium. In statu affixorum etiam nihil mutat. Iob 26. Colligat aquas in nubes suas. Psal. 118. A splendore praesentiae eius nubes eius transeunt. Et in forma foemina עָבַר. 1. Reg. 12. Minimum meus densior lumbis patris mei. Et in statu affixorum mutat he literam in iod, & cametz in haeoph cametz. 1. Reg. 7. Et densum eius palma. Ieremiae 52. Et densum eius quatuor digitorum. Et pluraliter עָבַר, nubes. 2. Samuelis 23. Sicut mane non sunt nubes. Psal. 77. Effluxae sunt aquis nubes.

עָבַר

Densitas. Iob 15. Currit ad eum collo suo, densitate tergoris clypei sui.

Et

aut filiam suam per ignem. Dan. 11. Stabit in loco eius trāsire faciēs, & exactor ornatu regio, id est censor. Et pluraliter עֲבָרִים. 1. Sam. 2. Non enim est bona fama quam ego audio: präterire faciēs populum Iehoua, id est prauaricari.

In quarta coniugatione עָבַר, transfertur ad animi inflammationem seu exarationem. Nam ut transfire per ignem, pro comburi, ita transfire per irā accipitur pro exardescere in ira. Et construitur semper cum præpositione beth. Deut. 3. Et exarsit Iehoua in me. Psal. 78. Et in hereditatem suam exarsit. Semel tamen cū עָבַר construitur, Psal. 89. Exarsisti contra unctum tuum.

Participium עָבָר. Prou. 14. Sapiens timet, & declinat à malo: sed stultus trāsfit, & est confidens, id est perumpit. Prou. 26. Similis est uellicati aures canis, qui transiens exardescit super causa non sua. Prouer. 20. Sicut rugitus leonis terror regis, qui inflammat eū, illius anima errat. Hic tamen opere precium annotandū duxi, quod hoc uerbo in utroq; significandi modo tam Saluator noster quam Apostoli ipsius usi sunt, ex quibus ipsius significatio multo fit illustrior: ut Matth. 5. Christus inquit: Amen quippe dico uobis, donec transibit cœlū & terra, iota unū, aut apex unus non transibit ex lege, quoad omnia facta fuerint. Item Lucæ 16. Facilius est cœlum & terram transfire, quam legis unum apicem cadere. Item cap. 21. Amen dico uobis, non transibit hæc ætas, antequam omnia hæc facta fuerint, cœlum & terra transibunt, uerba autē mea non transibunt. Quomodo autē cœlum transiturum sit, Petrus clarè exponit 2. Epi. cap. 3. ubi inter cætera sic scribit: Atqui nunc cœli & terra eiusdem sermone repositi sunt, & seruantur igni in diem iudicij & perditionis impiorū hominum. Et paulo post: Veniet dies domini sicut fur in nocte, quo cœli procellæ in morem transibunt, elementa uerò astuantia soluentur, terraq; & ea quæ in ea sunt opera, exurentur.

INDE NOMINA:

עֲבָרִים Hebræus, nomen masculini generis, quo cognomine à Cananæis & Phœnicibus Abraham initio appellatus est, q̄ priusquā ad ipsos uenisset, trans Euphratē in Mesopotamia habitauerit, & inde traiecto fluuio ad eos cōmigrauerit, q. d. Trās Euphrateus, sicut dicimus Transjordanus, Transalpinus, &c. Et ab Abrahamo dein de tota eius posteritas, non solum à Cananæis, uerum etiā Ægyptijs alijsq; Gentibus Hebræi sunt cognominati. Et ad huius sententiæ confirmationem facit, qd̄ Iosue 24. Deus de Abrahamo Hebræorum populo dicit: Ego tui patrem uestrū Abraham trans flumen, & duxi illum per uniuersam terram Canaan, &c. Quare illis suffragari non possum, qui ab עָבָר uiro, cuius mentio fit Gen. 10. deriuatū uolunt. Gen. 14. Et uenit qui euaserat, & indicauit Abram Hebræo. & ca. 39. Ecce in trodixit ad nos uirum Hebræum, ut illuderet nobis. Et mox iterū: Venit ad nos seruus ille Hebræus. Et pluraliter עֲבָרִים. Gen. 46. Furtim sublatus sum de terra Hebræorum. & cap. 43. Quia non possunt Ægyptij comedere panē cū Hebræis. 1. Samuelis 4. Quæ nam est uox magni illius tumultus in castris Hebræorum. Et in genere feminino עֲבָרָה, Hebræa. Deut. 12. Si uēditus fuerit tibi frater tuus Hebræus aut Hebræa. Ieremiæ 34. Ut demittat unusquisq; seruum suum, & ancillam suam, Hebræum & Hebræā liberos, ne quis seruiret ei in Iudæo, quisq; fratri suo.

Et pluraliter עֲבָרָה. Exod. 1. Et dixit rex ad obstetrices Hebræas. Ceterū qd̄ ad discrimē attinet inter hæc duo, Hebræus & Iudæus: etsi Erasmus haud dubie etiā alios sequutus, hoc esse dicat, qd̄ illud sit religionis, & alterū magis Gentem & nationem indicet: tamen existimo primūm circa originem differre, qd̄ Hebræus dictus sit à transitu Euphratis, Iudæus uerò à Iuda patriarcha cognominationem acceperit. Deinde magis probat̄ quod Tertullianus in suo Apologetico adfert: Aludæis, inquit, Ptolemæus Philadelphus postulauit proprias scilicet literas, quas soli habebat. Ex ipsis ad ipsos semper prophetæ perorârunt, s. ad domesticā dei Gentem, ex patrum gratia, Hebræi retro, qui nunc Iudæi, &c. Equidē Paulus Apostolus, quando de generis cū nobilitate, tum originis antiquitate contra Pseudapostolos gloriat̄, Hebræi sunt, sum & ego (inquit) Israelite sunt, sum et ego:

men semel in singulari phrasi, Deuter. 29. Ut transeas in pacto Iehoua dei tui, & in iuramento eius, quod Iehoua deus tuus fecit hodie tecum, id est, ut pergas, tanquā intra metas. Quartò, cum ablatiuo mediante עָבַר. Deut. 2. Transiimus à fra tribus nostris filijs Esau. 1. Reg. 22. Quo tempore transiuit spiritus Iehoua à me ne loqueretur mihi. Itē cum עָבַר. Gen. 18. Ne obsecro transeas à me. Et cum simplici mem. Psal. 18. A splendore coram ipso nubes eius transierunt. Et in singulari phrasi, Iesaja 40. Et à deo meo iudicium meum præteribit, id est, negligetur.

Quintò, cum עָבַר. Num. 6. Nouacula non transibit super caput eius. Psal. 42. Et procellæ tuæ super me transierunt. Num. 5. Aut si transierit super eum spiritus Zelotypie, ut æmuletur uxorem suam. Deut. 24. Si acceperit aliquis uxorem nouam, non egredietur in militiam, neq; transibit super eum pro re aliqua, scilicet onus ali quod publicum. Prou. 19. Moderatio hominis differt iram suam, & decus eius est transfire super transgressionem, id est, dissimulare. Sextò, cum עָבַר, sub, subter. Leuit. 27. Omnis decimatio bouis & ouis, & quicquid transit sub baculo, scilicet pastoris. Septimò, cum עָבַר, & tum significat præire, antequam, præcedere. Gen. 33. Et ipse præiuit ante eos. Exo. 17. Præi ante populum. Deut. 3. Manda cum Iosua, & corrobora eum, & cõforta eum, quia ipse præiuit ante populum istum, & ipse fortè diuidet eis terrā hanc, quam uidēs. Octauò, cum עָבַר, inter. Gen. 15. Et ecce furnus fumans, & lampas ignis trāsiiit inter partes illas. Iere. 34. Qui non confirmauerunt uerba pacti, quod pepigerunt coram me, cum uitulum conciderent in duas partes, & transierunt inter partes eius. Nonò, cum עָבַר. Num. 32. Et transierunt per medium mare in desertum.

Participium præfens עָבָר, sine holem. Psal. 8. Transiens semitas maris. Gen. 23. Quadringentos siclos argenti transeuntis ad negociatorē. Exo. 30. Omnis transiens ad recensitos, à filio uiginti annorū & ultra dabit leuandā ipsi Iehoua. Iesaja 29. Quasi stipula transiens, multitudo tyrannorum. Michi. 7. Quis deus est sicut tu, leuans iniquitatem, & transiens super transgressionem propter reliquias hereditatis tuæ. Et pluraliter עֲבָרִים. Iere. 34. Transeuntis inter partes uituli. Num. 14. Et dixit Moses, quare in hoc estis præteritores oris Iehoua, hoc non succedet. Prouer. 26. Magister præstat omnia, secus si quis cõducit ignauum, & præteritores, id est qui obiter & transeunter aliquid faciūt, hūmpler. Et est contrarium nomini עָבַר.

In secunda coniugatione עָבַר, transfire fecit. 1. Reg. 6. Et transfire fecit, scilicet uerum per clausuras aureas ante oraculum auro obductum. Et inde sumpta similitudine, de pecore masculini generis dicitur. Iob 21. Bos eius transfire fecit, & non abijciat, scilicet semen.

In tertia coniugatione עָבַר, transfire fecit, transtulit. Gen. 8. Et trāsire fecit deus uentum super terra, & sedata sunt aquæ. Leuit. 25. Et transfire faciet clangorē cornu in mense septimo. Et mox iterum: In die expiationis transfire facietis cornu per uniuersam terram uestram. Exod. 12. Et transfire facies omne quod aperit uuluum, ipsi Iehoua, id est censibus. Gen. 47. Populum uerò ipsum trāsire fecit in ciuitates, id est transtulit. 2. Sam. 12. Et dixit Nathan ad Dauid, etiam Iehoua transtulit erratum tuum, non morieris. 2. Sam. 3. Ad transferendum regnum à domo Saul. 2. Paral. 35. Transferte me, quia uulneratus sum uehemēter. Gen. 32. Et accipiens transfire fecit eos flumen. Porro quando construitur cum præpositione beth, & de igne intelligitur, uel etiam impio ritu idolo Molech exhibitio, cui parētes liberos suos igni cremabant, tum significat traducere per ignem, quod Latini ueteres dicebant lustrare. Num. 31. Omnem deniq; rem quæ uenit per ignem, transfire facietis per ignem, & mundabitur, & quicquid non uenit per ignem, transfire facietis per aquam. 2. Samu. 12. Et transfire fecit eos per fornacem lateritium. 2. Reg. 17. Et transfire fecerunt filios suos, & filias suas per ignem. Leuit. 18. Et de semine tuo non dabis ad traducendum ipsi Molech.

Participium præfens עָבָר. Deut. 28. Non inueniatur in te traducens filium suum, aut

ba, quæ nidificat in transitibus foraminis foueæ. Iesaiæ 7. In die illa radet Ichoua nouacula conducta per transgressiones fluij, id est, Transfluvianos.

Primò significat uolare. Et ut עוף motitare se in aquis uel terra, ita עוף agitare & mouere se celeriter, & subleuari in aere remigio alarū & uibratione significat: quanquam deinde in aliquot locis significationem habeat contrariā, congruatq; cum uerbis עוף & עוף, de quo suo in loco. Deut. 4. Aut in similitudinem cuiusq; auis alata, quæ uolat in cælo. 2. Sam. 22. & Psal. 18. Et uehebatur super Cherub, & uolabat, & uisus est super alis uenti. Iob 5. Homo ad laborem nascitur, & filij uolucritū, ut eleuentur uolando. Iob 20. Quasi somnium auolabit, & nō inueniet illud. Psal. 99. Quod secatur citò, ita auolamus. Psal. 91. A sagitta quæ uolat die. Prouer. 23. Tanquam aquila auolabit in cælo, ubi uau scriptum est pro iod tercia futuri litera. Iesaia 6. Et uolabat unus ad me de Seraphim. Et cap. 11. Et uolabūt in humerum Philisteorum. & cap. 61. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant. Nahum 3. Velut bruchus, qui se diffundit & auolat. Habakuk 1. Auolabunt uelut aquila celeriter ad escam.

Participium præsens generis fœminini עופה. Zach. 5. Et ecce uolumen uolans. Bius plurale עופות. Iesaia 31. Sicut aues uolant.

In secunda coniugatione עופה, uolitauit. Gene. 1. Et dixit deus, motent copiosè aquæ motabile animæ uiuentis, & uolucrum, quæ uolitet supra terram. Iesaia 6. Sex alis uolabat. Ezechielis 32. In uolitare faciendo me gladium meum super facies eorum.

Participium præsens עופה. Iesa. 15. Et proles eius serpens uolitans. In tercia coniugatione עופה. Prou. 23. Si auolare feceris oculos tuos ad illud. Participium præteritum עופה. Dan. 9. Factus uolare uolatu tetigit me. In quarta coniugatione עופה. Oseæ 9. Velut auis auolabit gloria eorum.

I N D E N O M I N A :

עוף Nomen collectivum seu uniuersitatis, omne id significans & complectens, quod uolat, non solum aues, sed apes quoque, uespas, bruchos, & reliqua eiusmodi uolucra, q. d. uibratile. Gen. 1. Et uolucres uolet supra terram. Et mox iterum: Et omne uolucrum alatum iuxta speciem suam. Est autem dignum observatione, quod hoc in loco, aquarum appellatione ueniat quoque aer. Deinde, quod natantium & uolatilium unam originem seu materiam ex qua, Moses ponat propter cognationem quam inter se habent. Nam uelut pisces aquam secant motu pinnarum, uel terius procedentes, caudæ uerò mutatione, tum circumuersiones, tum rectos motus sibi ipsi uelut temone gubernantes, sic etiam in uolucris uidere est aerem alis simili modo pernatantibus. Tertio, quod multis aibus & uolare, & natare concessum sit, sicut mergis, anatis & similibus, quæ ad aquas uiuunt. Genesis 40. Et comedet uolucrum carnem tuam de te. 1. Sam. 17. Et dabo carnem tuam uolucris cæli. 1. Reg. 4. Et loquebatur Salomo de animali, & de uolucris, & de calcatri, & de piscibus. Psal. 50. Nosti quod uolucrum montium, & fera agri penes me est. Psal. 78. Et quasi arenam maris, uolucrum alatum. Iere. 5. Sicut cauea plena uolucris, sic domus eorum plena impostura. Legitur etiam appositiue. Leuit. 11. Omne motabile, uolucrum, quod ambulat super quatuor. Deut. 14. Omne motabile uolucrum immundum sit uobis, nec comedetur.

עפעפיים

Palpebrae, à motu & uibratione. In statu affixorū עפעפיים. Iob 16. Circa palpebras meas est umbra mortis. Psal. 11. Palpebrae eius probant filios hominis. Psal. 132. Si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis nutationem. Prouerborum 4. Et palpebrae tuæ sint rectæ coram te. & cap. 6. Neque capiat te palpebris suis. Ieremia 9. Palpebrae nostræ stillant aquas. In statu regiminis semper accipitur metaphoricè. Iob 3. Obtenebescant stellæ crepusculi illius, expectet ad lucem, neque uideat in uibratione auroræ. & ca. 41. Oculi eius uelut uibrationes auroræ, id est, promissiones radij.

עוף Volatus. Et iod est litera heemantica, sicut in nomine עוף. Dan. 9. Volatu tetigit me circa tempus oblationis uespertinæ.

dicere, ita hinc quoque allusione quadam facta ponere hoc uerbum uoluit, ut rectè imposturas & auaritiam magistratum sui temporis perfringeret, qui etiam ultimos racemos pauperibus eriperent.

In uoce passiva עוף. Threno. 1. Non est dolor similis dolori meo, qui infligitur est mihi. & cap. 3. Oculus meus factus est afflictioni animæ meæ.

In quarta coniugatione עוף. Psal. 14. Non declines cor tuum ad malum, ad peruertendum opera in improbitate.

I N D E N O M I N A :

עוף Nomen participiale primæ coniugationis, cuius significationem quoque retinet, puer qui adhuc est in nutrice, lactens. Ier. 49. An obliuiscetur mulier lactentis sui. & cap. 65. Lactens dierum.

עוף Puer, lactens, paruulus: cuius plurale legitur Iob 19. Etiam paruuli spreuerunt me. & cap. 21. Emitterent sicut oues, paruulos suos.

עוף Puer. Vide de hoc in themate עוף.

עוף Fraudulentus, iniustus, iniurius. Iob 18. Hæc sunt tabernacula iniusti. & cap. 29. Et conterebam molares iniurij. Zophon. 3. Et nescit iniurius pudorem.

עוף Fraudulentus, iniustus, iniurius. Iob 16. Conclusit me deus cum iniusto.

עוף Iniustitia, iniuria, omne malum generaliter significat, quod est cōtra charitatē proximī, contra honestatem, & iustitiam politicam, contra publica iura, statuta, & leges, quodcunq; ex malo cordis thesauro, uel in uerba, uel in ipsum opus externum ascendit, atq; prorumpit. Nam hoc nomen ab significatione uerbi nequaquam se iungo, sed ut à עוף exulit עוף & עוף impostura deducitur, ita ab עוף ea omnia deducuntur, quæ uel bona, uel mala ex corde hominis, uel in os, uel in opus erumpunt: id quod Christus hoc dicto clarè testatur Matth. 15. ubi inquit: Ex corde exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, stupra, falsa testimonia, conuicia, &c. In ista forma legitur Leuit. 19. Non facietis iniustitiam in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Deut. 25. Quoniam abominatio Iehoua dei tui omnis faciens falsā, & faciens iniustitiā, &c. Ex his locis iam citatis clarè cernitur, quod significet peccatum contra leges ciuiles, & ciuilem iustitiam. Deut. 32. Deus est ueritatis & non iniustitiæ, iustus & rectus. ubi opponitur ueritati, sicut & Christus ueritati opposuit Ioannis 7. Qui querit gloriam eius, qui ipsum misit, hic uerax est, & & & & iniustitia in illo non est. Ezech. 8. Qui in usuram non dedit, neq; fœnus accepit, sed ad iniustitiam amouit manum suam. Et paulò post iterum: Cum auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniustitiam. ubi opponitur nomini עוף.

עוף Sicut à עוף fit denominatiuum עוף, & significat etiam iniustitiā. 2. Sam. 3. Sicut qui cadit ante filios iniustitiæ, sic cecidisti. 2. Sam. 7. Et non addiderunt filij iniustitiæ opprimere eos, sicut in initio. Iob 6. Respondete obsecro, nec sit iniustitia. & cap. 24. Et frangeris sicut arbor fraudis.

עוף Literarum facta transpositione, iniustitia. Oseæ 10. Super filios iniustitiæ.

עוף Iniustitia. Ezech. 28. Donec inuenta est in te iniustitia. Oseæ 10. Iniustitiā messuisti. Psal. 92. Non est iniustitia in eo.

עוף Iniustitia, iniuria, fraus. Ezech. 28. Propter iniustitiam negotiationis tuæ.

עוף Iniustitia. Iob 5. Et iniustitia sua obstruxit os suum. Et pluraliter עוף. Psal. 64. Scrutabuntur iniustitias. Psal. 58. Etiam in corde iniustitias operabimini.

עוף Quidam non ineptè iugum significare putant, quod collo, & ceruicibus iumentorum superinducatur, ab עוף, ut supra quoque in radice illa ostensum est. Tamē sententia non ineptum erit si ab עוף deducas, ut per iugum, seruitutē, disciplinam, seu castigationem seueriorem & crucem intelligas, qua uel iumenta, uel homines cohæbentur & coercentur, continenturq; in officio suo. Numeri 19. Super quam ascendit iugum. Deut. 28. Et ponet iugum ferreum super collum tuum. Iesa. 9. Quoniam iugum oneris eius, &c. Et in statu affixorum mutat uau holem in kybutz, & fortificat literam lamed. Gen. 27. 1. Reg. 12. & Iesaia 47.

עוף Nomen pluralis numeri tantum, racematio, iudicium. Nonne melior est racematio

gans ad uitem pullum suum. Et pluraliter עֲרִיָּם Gen. 32. Et pullos decem. Iud. 10. Super triginta pullos. Et legitur semel עֲרִיָּם, uau pro iod. Iesaiæ 38. Super numerum pullorum.

עיר Ciuitas, urbs, eò q̄ excitata sit muris, turribus, alijs ædificijs & hominum operis & actionibus. Et nomen est masculini generis tam appositione adiectiuorum, quàm declinatione. Genesis 4. Et fuit ædificans ciuitatem, & uocauit nomen ciuitatis. & cap. 10. Ipsa est ciuitas magna. Iere. 48. Et ingredietur prædator ciuitatem & ciuitatem, id est, singulas ciuitates. In statu affixorum nihil mutat. Iudic. 8. In ciuitate sua. Dan. 9. Super ciuitatem suam. 2. Sam. 19. In ciuitate mea. Et pluraliter עָרִים. Num. 35. Ciuitates ad habitandum. Iesai. 14. Neque implebunt faciem orbis ciuitatibus. In statu regiminis עָרֵי. Num. 32. Ciuitates munitiois. Leuit. 25. Ciuitates Leuitarum. Iudic. 12. Et sepultus est in ciuitatibus Gilead.

עור Pellis, cutis, siue à corpore detracta sit, siue non: & dicitur tam de hominis, quàm animalium pelle, & nomen habet, quia pilis excitata est. Genesis 3. Et fecit Iehoua deus Adæ & uxori eius tunicas pelles. Leuitic. 13. Homo si fuerit in cute carnis suæ tumor. In statu affixorum manet inuariatum. Leuitic. 8. Iuueniunt uerò & pellem eius. Iob 19. In cute mea, & in carne mea adhæsit os meum. Ierem. 19. Non mutabit Æthiops cutem suam. Et pluraliter עוֹרִים. Exod. 25. Et pelles arietum rubricatas, & pelles taxorum. Et cap. 35. Et facies operimentum tecto, pelles arietum.

יער Sylua, quòd habet excitatas arbores. Ac tam terminatione, quàm appositione adiectiuorum est masculini generis. Iosue 7. Quia sylua est. 1. Sam. 22. Ingressus est syluam Charethi. Iesaiæ 29. Et Carmel in syluam reputabitur. In distinctione sententiæ mutat prius pathah in cametz עֵיַר. Psalm. 50. Quia mihi est omnis fera syluæ.

In statu affixorum mutat posterior pathah in seua. Iesaiæ 10. Et gloria syluæ eius. Ierem. 21. In sylua eius. & cap. 46. Succiderunt syluam eius. Et pluraliter יַעָרִים. Ezech. 34. Et dormient in syluis. & cap. 39. De syluis. Legitur tamen semel forma fœminea יַעֲרָה. Psalm. 29. Et detegit syluas.

יער Fauis mellis, scilicet syluestris: quia in terra Canaan in syluis magna copia mellis manabat, quo, ut Marcus Euangelista cap. 1. indicat, Ioannes Baptista pascuus est. Cantic. 5. Comedi fauum meum. Legitur tamen etiam in forma fœminea in statu regiminis יַעֲרָה. 1. Sam. 14. Et intinxit uirgam in fauum mellis. Neque alibi reperitur in tota Biblia.

תער Nouacula, culter rasorius, quo nudatur cutis. Num. 6. Nouacula non transibit super caput eius. & ca. 8. Et transire faciant nouaculam super omnem carnem suam. Ierem. 63. Lacerauit eam cultro scribæ, & proiecit in ignem. Ezech. 5. Accipe tibi gladium acutum, & nouaculam rasorum.

תקנה Vagina ex pelle seu cortio. 2. Sam. 20. Et super eam cinctura gladij iuncta ad lumbos eius in uagina. Et in statu affixorum abijcit literam he. 1. Samuelis 17. Et accipiens gladium illius, & extrahens illum è uagina sua. Iere. 47. Omucro Iehoua, quousque non cessas colligere ad uaginam tuam. Ezech. 21. Et educam gladium meum è uagina sua.

מעורר Nomen pluralis numeri, quo usus est propheta pro membris uirilibus, quæ pelles seu cutes sunt, sicut nomen עָרִים pro membro genitali interdum accipitur. Habakuk 2. Etiam inebriando ut respiciat ad cutes eorum, satiaberis etiã tu ignominia præ honore, bibes etiã tu & præputiaberis.

עור Vigorem oculorum, uirtutem uisuum hebetauit, seu extinxit, excæcauit, obcæcauit. Paulus Apostolus ita reddidit 2. Corinth. 4. In quibus deus huius seculi excæcauit sensus incredulorum, ne illucesceret illis lumẽ Euangelij, glorię Christi, qui est imago Dei, &c. Est autem contrariæ significationis uerbo עָרַר, quod excitare significat. Exo. 23. Et munus non accipies, quia munus excæcabit uidentem. Et Deut. 16. Neq̄ accipies munus, quia munus excæcabit oculos sapientum. 2. Reg. 25. & Iere. 39. Et oculos Zidkijahu excæcauit.

ערת

Altero modo significationem priori omnino habet contrariã, & cõgruit significatione cum uerbis עָרַר & עָרַר, & significat defatigatum esse, destitutum esse uiribus, ne possit uolare seu mouere se. Iudicũ 4. Et ipse sopore oppressus & lassus statim moriebatur. 1. Samuelis 14. Et defatigatus erat populus ualde. Ierem. 51. Et laborabunt populi in uanum & populi in igne, & defatigabuntur. Et iterũ: Non resurget propter malum, quod ego induco super eam & defatigabuntur.

INDE NOMINA:

מעות Nomen uerbalis, quod per metalepsin significat obscuritatem, quæ ex defatigatione sequitur. Iesaiæ 8. Obscuritas pertrahens, & caliginis impulsio.

מועה Defatigatio, aut etiam obscuritas, quæ defatigatione sequitur. Iesai. 8. Quoniã non defatigatio ad hanc, quæ angustia eius uel ita, ad hanc angustiam, quæ ei.

תעפה Obscuratio. Iob 11. Obscuratio tanquam lux matutina erit.

1112

ערה

Excitauit uel personam aliquam, uel animal, uel ædificiũ aut rem aliam. Iob 41. Non est tam ferox ut excitet eum. Psalm. 73. Velut somnium ab euigilando Iehoua in excitando imaginem ipsorum despiciens. Vel neutraliter, si nullum post se regit accusatiũ. Psalm. 4. Excitare, & quid dormies. Psalm. 57. Excitare gloria mea. Iesai. 52. Excitare, excitare. Osee 7. Quiescet ab excitando post subagitationem pasta.

Participium præsens עֲרִיר. Cantic. 5. Ego dormio, sed cor meum excitatum est. Malach. 2. Excitantem, & respondentem de tabernaculis Iacob.

In uoce passiuua עָרַר. Zach. 2. Quia excitatus est de habitaculo sanctitatis suæ. Iere. 6. Et gens magna excitabitur à lateribus terræ. Zach. 4. Sicut uir qui excitabitur à somno suo. Habak. 3. Nudatione excitabitur arcus tuus.

In secunda coniugatione עָרַר. 2. Samuelis 23. Et ipse excitauit lanceam suã. Iesaiæ 14. Excitabit tibi gigantes. Psalm. 80. Excita potentiam tuam. Zachariæ 9. Et excitabo filios tuos. Prouerbiorum 10. Odium excitat rixas. Iesaiæ 23. Erexerunt fortalitia eius, excitarunt palatia eius. Cantic. 2. Neq̄ excitetis charitatem, donec ipsa uoluerit. Et legitur semel prima litera geminata pro ultima. Ierem. 15. Quia per uiam Hornaim uociferationem contritionis excitabunt. ubi in uersione literarum usus est עָרַר pro עָרַר.

In tertia coniugatione עָרַר. Iesaiæ 41. Qui excitauit ab Oriente iustitiam. Ierem. 51. Excitauit Iehoua spiritum regum Medorum. Deut. 32. Sicut aquila, excitabit nidum suum. Iesaiæ 50. Excitabit mihi aurem. Haggei 1. Et excitauit Iehoua spiritum Zerubabel. Et quando post se non regit accusatiũ, tum ponitur neutraliter. Psalm. 35. Excitare, & expergiscere. & Psalm. 57. Et excitatus ero diluculo. Iob 3. Excitemini potentes.

Participium præsens עֲרִיר. Iesaiæ 13. Ecce ego excito super uos Persas. Iob 3. Ecce ego excito eos.

In quarta coniugatione עָרַר. Iob 31. Si excitatus fui quando inuenit eũ malũ, & cap. 17. Et inculpatus contra hypocritã excitabitur. Iesai. 51. Excitare, excitare.

Participium præsens עֲרִיר. Iesaiæ 64. Nõ est qui uocet in nomine tuo, qui excitat se ad apprehendendum te.

INDE NOMINA:

נר Excitator, id est, præceptor qui discipulos excitat: de quo supra in participio primæ coniugationis.

ער Excitatus, alacer, hostis. 1. Sam. 28. Et Iehoua discesserit à te, & factus sit excitator tui. Et pluraliter עָרִים. Psalm. 139. Eleuatio est frustranea excitatorum tuorum. Dan. 4. Et interpretatio sit excitatoribus tuis.

עיר Excitator. Dan. 4. Et descendit Excitator & Sanctus de cælo. Et pluraliter עָרִים. Dan. 4. In sententia excitatorum decretum est.

עור Pullus, scilicet asini, tam domestici, quàm syluestris, eò q̄ excitatus sit à patribus. Iob 11. Et pullus onagri. In statu affixi abijcit pathah seruato hirik. Genes. 49. Ligans

Sic Christus est usus Luc. 9. Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam obfirmasset, ut iret Hierosolymam. ubi Euangelista uerbo *ישבט* reddidit. Ex hac phrasi quoque & uerbi huius significatione, etiā illud Psal. 17. intelliges: Adipem suum clauerunt, ore suo loquitur fastuosē. quo etiam significatur animi obstinatio.

INDE NOMINA:

- 12 Nomen participiale, masculini generis, obfirmatus. Num. 13. Nisi quod obfirmatus populus, qui habitat in terra. Numeri 21. Quia obfirmatus erat terminus filiorum Ammon. Iudic. 14. Et de obfirmato egressa est mellifluenta. Et mox iterum: Quid obfirmatus leone. Deuter. 28. Gens obfirmata facie, quae non reuerbitur senem, neque pueri miserebitur. Danielis 8. Stabit rex obfirmatus facie. Et in distinctione sententiae 12. Genesis 49. Maledicta sit ira illorum, quia obfirmata. 2. Sam. 22. Eripuit me de inimico meo obfirmato. Proverbiorum 30. Formicae populus non obfirmatus. Iesaiæ 19. Rex obfirmatus dominabitur in eos. & cap. 25. Glorificabit te populus confirmatus. Amos 5. Qui ordinat deuastrationem super obfirmatum. Et pluraliter *עצב*. Psalmo 59. Opposuerunt se contra me obfirmati. Ezechiel. 7. Et cessare faciam superbiam obfirmatorum. Iesaiæ 43. Atque in aquis obfirmatus semita. Nehe. 9. Proiecisti in profunda tanquam lapidem in aquas obfirmatas. Et in statu regiminis *עצב*. Iesaiæ 56. Et canes obfirmati in gluuie non nouerunt saturitatem. Et in genere foemino *עצבה*. Exod. 14. Et abire fecit lehoua mare per uentum anteriorem obfirmatum. Prouer. 21. Et donum in sinu placat furorem obfirmatum. Cantic. 8. Quoniam obfirmatus est ut mors, amor. Et pluraliter *עצבה*. Prouer. 18. Pauper loquitur supplex, at diues respondet obfirmata. ubi opponitur nomini *תנועה*.
- 1312 Obfirmatus. Psal. 24. Quis est iste rex gloriae, Iehoua obfirmatus & praepotens.
- 1312 Obfirmatum. Psal. 78. Narrabimus laudes Iehoua, & obfirmitudinem eius. Psal. 145. Obfirmationem terribilium tuorum dicent. Iesaiæ 42. Effudit super eum furorem irae suae, & obfirmitudinem belli.
- 132 Obfirmatio, imperium, regnum. Gen. 49. Excellentia doni & excellentia regni. Et semel coniunctum pronomini separato uirgula makaph habet hatephcametz *עצב*, quia loco affixi positum est, Iesaiæ 26. Verbs obfirmationis nobis. Similiter in statu affixorum habet hatephcametz. Exod. 15. & Psal. 118. Obfirmatio mea, & Psalms, Iehoua. Et mox iterum: Perduxisti in obfirmatione tua ad tugurium sanctitatis tuae. Psal. 21. In obfirmatione tua laetabitur rex.
- 133 Obfirmatio, regnum, imperium obfirmatum potentia & opibus. Psal. 84. Beatus homo cuius obfirmatio eius in te. Iesaiæ 45. Tantum in Iehoua mihi dicit iustitia & obfirmatio. & cap. 48. Quomodo fracta est uirga obfirmationis. Micheae 5. Et pasceat in obfirmatione Iehoua. Proverbiorum 18. Turris obfirmationis nomen Iehoua. Attamen in reliquis locis omnibus scribitur siue uau *עצב*. Iudicum 9. Et turris obfirmationis erat in media ciuitate. Psal. 61. Turris obfirmationis propter inimicum. Psal. 90. Quis nouit obfirmationem irae tuae. Psal. 138. Dabis in animam meam obfirmationem. 2. Samuelis 6. Et Dauid saltabat in tota obfirmatione sua coram Iehoua. 2. Paralip. 30. Laudantes in instrumentis obfirmationis ipsi Iehoua. Iob 12. Ipsius est obfirmatio & effectus. Iob 41. In collo eius moratur obfirmatio. Item pro regno seu imperio, sicut *עצב*, de quo supra. 1. Samuelis 2. Et dabit regnum regi suo. Psal. 8. Ex ore infantium & lactentium fundasti regnum, &c. quia isti tum erant primitiae regni Christi. Psal. 28. Iehoua est regnum eius & praesidium multae salutis Christo suo. Psal. 93. Regno accinxit se. Psal. 99. Et regnum regis iudicium diligit, id est, in regno huius regis diligit iustitia. Ecclesiast. 8. At obfirmatio faciei illius mutabitur, id est impudentia. In statu affixorum semper mutat holem in kybutz daggellata littera sequenti. Esdrae 8. Obfirmatio eius & ira eius super omnes. ubi in malum accipitur. Similiter Leui. 26. Et fregisti superbiam obfirmationis eorum. Alias in bonum. Psal. 28.

Cc 4 Iehoua

INDE NOMINA:

- עצב Cæcus. Leuit. 19. Ante cæcum non ponas ruinam. Deut. 27. Maledictus, qui facit errare cæcum in uia. & cap. 28. Quemadmodum palpat cæcus in caligine. Mala. 1. Quando adducitis cæcum ut sacrificetis. Et pluraliter *עצבים*. Psal. 147. Iehoua illuminat cæcos. Iesaiæ 35. Tunc aperientur oculi cæcorum. Et spiritus sanctus per contemptum, Iehoua deos *עצבים* cæcos & claudos uocat, quos tamē illi, quasi uigiles & deos tutelares in muris collocauerant. 2. Sam. 5. Nisi abstuleris tu cæcos & claudos, &c.
- עצבה Nomen foemini generis, cæcum. Leuit. 22. Cæcum aut fractum, &c. non offerentis. Et pluraliter adiectiue *עצבה*. Iesaiæ 42. Ut aperiat oculos cæcos.
- עצבה Cæcitas. Deut. 28. Percutiet te Iehoua ignorantia, & cæcitate, & stupiditate cordis.
- 1114 עצב Congregari in plaustris, uel congregari plaustratim, q. d. plaustrari: ut in uerbo *עצב* similis est phrasis. Iob 4. Congregamini & uenite omnes gentes per circuitum.

INDE NOMEN,

- עצב Constellatio, congregatio stellarum, quam Græci Arcturum, Latini Ursum, seu plaustrum seu currum uocant, eod quod forma plaustrum representet, & in modum plaustrum circumagatur. Iob 9. Ipse fecit Arcturum, Orionem & Pleiades. Et interposita *עצב*. Iob 38. Aut Arcturum cum filiis suis duces eos.
- 1115 עצב Congruit significatione cum uerbo *עצב*, curuauit. Eccl. 7. Aspice opus Dei: nam quis poterit rectificare, quod ipse curuauit. Iob 19. Scitote tamē, quod deus curuauit me. & cap. 34. Omnipotens non curuabit iudicium. Psal. 119. Confundantur superbi qui falso curuare me uoluerunt. Thren. 3. Ad peruertendum hominem in causa sua. Amos 8. Ad peruertendum lances dolosas.
- Participium praeteritum *עצבה*. Eccl. 1. Quod incuruatus est, non poterit dirigi. In quarta coniugatione *עצבה*. Eccles. 12. In die, quando commouebuntur custodes domus, & incuruauerunt se uiri fortes.

INDE NOMEN,

- עצב Curuatio, incuruatio. Threnorum 3. Vidisti Iehoua curuationem mei, iudica iudicium meum.
- 1116 עצב Verbum est defectiuum, & irregulare. Legitur perfecte uno tantum in loco, & solo infinitiuo futura primae coniugationis habent formam uerborum defectiuorum medij, similiter praeterita tertiae coniugationis: nam in reliquis modis & temporibus deficit. Significat autem proprie obfirmationem & corroborationem, quae fit collectione, qua illa res condensatur ac induratur, ne fluat aut dissoluatur. Et est contrarium uerbo diffluendi. Prouerb. 8. Cum obfirmaret fontes Abyssus. Sequuntur nunc exempla futuri, quae, ut dixi, formam habent uerborum defectiuorum in medio. Psal. 68. Commendauit deus tuus regnum tibi quod obfirma deus, hoc, scilicet, quod operatus es nobis. Iudicum 3. Et confirmata est manus eius super Cusan Raseathaim. Psal. 52. Obfirmatus est in prauitate sua. Psal. 89. Confirmetur manus tua. Eccles. 7. Certè sapientia, obfirmatio erit sapienti plusquam decem potentes. Iesaiæ 30. Ad obfirmandum se in fortalicio Pharaonis. Danie. 11. Et desiciet decem millia, & non obfirmabitur.
- In tertia coniugatione more uerborum defectiuorum medij *עצב*, uel *עצב*, & sequente accusatiuo, significationem habet transitiuam. Exod. 9. Confirma pecora tua, id est, condensa, coge. Prouerbior. 7. Obfirmabat faciem suam & dicebat ei, &c. Extra regimen autem ponitur neutraliter. Prouerbior. 3. Obfirmatus est uir improbus in facie sua. Iesaiæ 10. Habitatores Gebim obfirmemini. Ieremiae 4. Obfirmemini, ne stetis. & cap. 6. Obfirmemini filij Benjamin. Est autem hinc obseruanda haec phrasis, obfirmare faciem, quae si in malam partem sumitur, ut in superioribus duobus locis, tum idem Hebraeis ualet, quod Latinis perficere frontem, & esse impudentem. Deinde si in bonam partem sumitur, & dicitur de bonis, tum significat certò statuere seu decernere apud se, pergere in proposito.

Sic

furorem. Psalm. 22. Deus meus, deus meus, quare dereliquisti me. pro quo transitur lit Chaldaeus אֲבָקָךְ, quo usus est Christus in cruce, & Euangelistae ita collocarunt. Psal. 38. Dereliquit me uirtus mea. Et Psal. 40. Et cor meum dereliquit me. Prouerb. 3. Beneficentia & ueritas non derelinquent te. Exempla alterius modi significandi. Gen. 39. Et reliquit omne quod erat sibi in manu Ioseph. Psal. 14. Super te relinquet se pauper, wird sich auff dich verlassen. Neh. 3. Et reliquerunt Ierusalem usque ad murum latiore, id est extenderunt, lassen gehen.

Participium praesens דָּרַךְ. Prou. 10. Derelinquens correptionem errat. & ca. 28. Sed qui confitetur & relinquit, misericordiam consequetur. Et pluraliter דָּרְכֵיךְ. Prouerb. 2. Qui derelinquunt semitas recti. In statu regiminis דָּרְכֵיךְ. Psalm. 119. Et derelictores legis meae. Prou. 28. Derelictores legis laudant improbitatem. Et in genere foemino דָּרְכֵיךְ. Prouerb. 2. Quae derelinquit ductorem adolescentiae fug.

Participium praeteritum masculini generis דָּרַךְ. Deut. 32. Et non conclusum & derelictum, id est preciosum & uile. 1. Reg. 14. Et excidit de Ieroboam mingham ad parietem, & derelictum in Israel. In genere foemino דָּרְכֵיךְ. Iesa. 6. Et multa derelictio in terra. & cap. 54. Sicut mulier derelicta. Ier. 4. Omnis ciuitas est derelicta, & non est habitator in illis. In statu regiminis דָּרְכֵיךְ. Iesa. 17. Quasi derelictio uirgulti. & cap. 54. Et derelictam spiritu uocauit te Iehoua. Et pluraliter דָּרְכֵיךְ. Iesa. 10. Velut cum quis congregat oua derelicta. & cap. 17. Derelicta ciuitates Aroer. In uoce passiva דָּרְכֵיךְ. Nehe. 13. Quare derelicta est domus Dei. Leui. 26. Et terra derelinquetur ab eis.

Participium דָּרַךְ. Psal. 37. Et non uidi iustum derelictum. Iesaia 27. Et derelictum uelut desertum. In genere foemino דָּרְכֵיךְ. Ier. 62. Et tu uocaberis quaesita ciuitas, & non derelicta. Et pluraliter דָּרְכֵיךְ. Eze. 36. Et ciuitatibus derelictis.

In secunda coniugatione uoce passiva דָּרַךְ. Ier. 32. Tumultus ciuitatis derelictus est. Ier. 49. Quomodo non derelicta est ciuitas laudis.

INDEX NOMEN,

דָּרְכֵיךְ Et pluralitet tantum in usu est דָּרְכֵיךְ. foras, emporia, mercatus, nundinae, nundinationes, loca ubi merces post transuersionem relinquuntur. Ezech. 27. Dederunt in emporijs tuis. Et mox iterum: Et emporia tua.

1118

דָּרַךְ

Verbum secundae coniugationis, quod semel tantum legitur, & arbitror non multum ut uoce, ita significatione discrepare a uerbo דָּרַךְ, & significare munire uel maceria uel sepi, hoc est, sepere. Iesa. 5. Et muniuit eam.

1119

דָּרַךְ

Adiuuit, adiuuando conseruauit, sustentauit brachijs, seu fulcris: congruitque significatione cum nomine דָּרַךְ, brachijs. Gen. 49. Et adiuuit te. Deuter. 32. Surgant & adiuuent uos. Iosue 1. Et adiuuabitis eos. & cap. 10. Ascendite ad me, & adiuuate me, ut percutiamus Gibeon. 1. Paralip. 15. Et factum est, quod deus adiuuaret Leuitas. 2. Paral. 14. Iehoua, nihil est apud te adiuuare inter ualidum, & qui est sine potentia, adiuua nos Iehoua deus noster. Iesaia 30. At Aegyptij in uanum, & frustra adiuuabunt. Iesaia 41. Ne timeas, ego adiuuabo. & ca. 49. In die salutis adiuui te. Hanc sententiam Paulus 2. Corint. 6. allegans, hoc uerbum Graece εβοηθησα & σοι reddidit. Secundum nonnunquam cum datiuo construitur. 2. Samuelis 21. Et adiumento fuit illi Absai, & percussit Philistaeum. 1. Paralip. 22. Et mandauit Dauid omnibus principibus Israel, ut adiumento essent Salomoni filio suo. Iesaia 50. Et sustentator Iehoua adiumento erit mihi. Tertio, constructur semel cum דָּרַךְ. 1. Reg. 1. Et adiuuabunt post Adoniam, id est contulerunt auxilia Adoniam, qui se auerterat a decreto patris.

Participium praesens דָּרַךְ, uel cum uau דָּרַךְ, ut in Psalmis. 1. Regum 20. Triginta duo rex adiuuabat eum, id est triginta reges adiuuabant eum. Ier. 47. Et omne residuum adiuuabat. Vsurpatur tamen saepissime nominaliter. 2. Regum 14. Et non erat adiutor Israel. Psalm. 10. Pupillo tu es adiutor. 1. Paralipom. 12. Et pax adiutori tuo. Et pluraliter in statu regiminis דָּרְכֵיךְ. 1. Paralipom. 12. Et ipsi erant inter heroes belli, adiutores belli. Iob 9. Sub eo incuruati sunt adiutores super-

Iehoua obfirmatio mea & scutum meum. 1. Paral. 16. Quarite Iehoua, & obfirmationem eius, id est, arcam & propiciatorium. 2. Paralip. 6. Tu & arca obfirmationis tuae. Item pro regno. Psal. 68. Commendauit deus regnum tibi. Psal. 86. Da regnum tuum seruo tuo. Psal. 110. Virgam regni tui mittet Iehoua ex Zion.

דָּרַךְ

Locus natura, uel arte obfirmatus, in quem homines se tempore persecutionis aut belli recipiunt, & se ab hoste tutos esse sperant: nos uertemus munitionem. Iudic. 6. Aedificabis altare Iehoua deo tuo super uertice munitionis, id est, petrae. Psal. 31. Esto mihi in petram munitionis. Psal. 60. Ephraim munitionis capitis mei, Iehoua legislator meus. Iesa. 25. Quia fuisti munitionis pauperi, munitionis egeno in angustia eorum. & cap. 30. Et erit uobis munitionis Pharaonis in confusionem. Dan. 11. Et ueniet in munitionem regis Aquilonis. Et mox iterum: Et prophanabunt sanctuarii munitionis. Hoc templum, hic cultus, & doctrina erat huius populi arx & munitionis, sicut nobis Euangelium est arx. Iob 4. Et munitionis filijs Israel. Nahum 1. Bonus est Iehoua pro munitione in die angustiae. Et semel scribitur sine uau, Prouerb. 10. Munitionis integro uia Iehoua. Et in statu regiminis manet inuariatum. Ier. 23. Munitionis maris. sic Tyrum propheta uocat. Psal. 27. Iehoua munitionis uiae meae, & c. In statu affixorum seruat ubique locorum cametz inuariatum, holem uel in schurek uel in kybutz mutato. 2. Sam. 22. Iehoua munitionis mea, a quo trepidabo. Psal. 37. Munitionis eorum in tempore angustiae. Psal. 31. Quoniam tu es munitionis mea. Iesa. 17. Erunt ciuitates munitionis eius. Ier. 19. Iehoua obfirmatio mea, & munitionis mea, & refugium in die angustiae. Ezech. 24. In die qua auferam ab eis munitionem eorum. Et pluraliter דָּרְכֵיךְ. Danielis 11. Deum munitionum in loco illius honorabit. Et mox iterum: Et faciet obfirmantibus munitiones. Et in statu regiminis דָּרְכֵיךְ. Dan. 11. Et conuertet faciem suam ad munitiones terrae suae.

דָּרְכֵיךְ

Munitiones. Iesaia 23. Iehoua mandatum dedit ad Cananaeum, ut perdat munitiones eius. Loquitur de munitionibus Tyri.

דָּרַךְ

Tam caprum, quam capram hoc nomine uocant, quod obfirmatam frontem cornibus habeat. Sic etiam Graeci mutuato uocabulo uocant αξ, & Germani geys: estque promiscui generis. Leuit. 3. Et si capra fuit oblatio eius. Gen. 15. Tolle tibi uitulam triennem, & capram triennem. Et pluraliter דָּרַךְ. Gen. 27. Et tolle tibi inde duos hodos caprarum. cap. 30. In capris. & cap. 37. Et macrauerunt hircum caprarum. Dan. 8. Ecce hircus caprarum uenit ab Occidente, & c. Propheta per hircum intelligit Alexandum Magnum, per capras regnum Graecorum, & ipsos Graecos, quod instar caprarum semper ludant & ingenio capras referant, perpetuo gestientes.

דָּרַךְ

Vox composita ex nomine דָּרַךְ, caper, & uerbo דָּרַךְ, ablatum, abreptum est, quasi dicas componendo haec duo, caper abreptus, seu ut Graecus interpres reddidit αποπρωτῶ, id est emissarius. Leui. 16. Et fors una pro hircu Emissario. Et iterum: Et hircus super quem ascendit fors pro capro Emissario. Et iterum: Et qui dimisit hircum pro capro emissario.

דָּרַךְ

Species aquilae ex immundo auium genere. Septuaginta uerterunt δὲ ἐλιαιέτου, id est, aquilam marinam. Certum est huic aui nomen inditum ab obfirmatione. Leuit. 11. & Deut. 14. Accipiter & Haliaetus.

1117

דָּרַךְ

Reliquit, dereliquit, dimisit. Et est non tantum omissionis, seu desertionis, sed interdum etiam commissionis & continuationis, perinde ut Germani lassen/verlassen. Exempla prioris modi. Genesis 24. Non dereliquit beneficentiam suam. Ezech. 8. Non dereliquit Iehoua terram. Genesis 2. Propterea derelinquet uir patrem suum & matrem suam, & c. Deuter. 12. Caue tibi, ne derelinquas. Leuitam. Exod. 23. Si uideris asinum odientis te decumbentem sub onere suo, mox cesses a relinquendo ei, scilicet onus, sed relinquendo relinques cum eo: u. d. Non desinas eum relinqueri sub onere oppressum, sed relicto alijs negocijs sis cum eo. Iob 10. Langufacta est anima mea in uita mea, relinquam super me querelam meam. & cap. 9. Relinquam uultum meum & mox refrigerabor. & cap. 26. Quoniam conculcando reliquit exhaustos. Psalm. 37. Remitte ab ira, & relinque

furo-

INDE NOMINA:

עֲשָׂה Nomen infinitum, operimentum. Ies. 22. Et operit te operimento.
עֲשִׂיהָ Volucris. Cantic. 1. Quare ero quasi uolucris circa greges sociorum tuorum.
מִקְשָׁה Operimentum. Et legitur in statu regiminis **מִקְשָׁה**. Ies. 61. Operimentum laudis pro spiritu moesto.
עֲשִׂוִּים Mulctralia, quae operiuntur lacte tanquam ueste candida. Iob 21. Mulctralia eius plena sunt lacte.
עֲשָׂה Pro **עֲשָׂה** inserta litera lamed, & facta methathesi literarum, tēpus, quo obteguntur res, quod fit post occasum solis, proximum tempus post uesperam, & crepusculum dicitur. Gen. 15. Cum sol ingressus esset, & crepusculum esset. Ezech. 12. In crepusculo extuli super humero coram oculis ipsorum.

INDE VERBVM,

הִלְעִיתִי Tertia coniugationis, facta alia literarum transpositione, crepusculauit. Gene. 25. Crepuscula me obsecro de ruffo, id est, refice me sub crepusculum.

עֲשָׂה Significat obtegi, operiri, obrui. Psal. 65. Et ualles operientur frumento. Psal. 73. Si operietur ceu uestimento uolentia ipsorum. Iob 23. Si obtegetur ad dexteram, statim non uideo. Sed quando de anima uel spiritu, uel uita hominis dicitur, tum significat illa occultari & obrui, ut cesset, nec amplius conspiciatur ut fit in ingentibus animi & spiritus perturbationibus, & angustiis, & in hypothymijs, ubi deficiunt & deliquium patiuntur. Psal. 61. Ad te clamo, quando obruitur cor meum. Pl. 102. Oratio oppressi quando obrueretur, & funderet preces suas. Ponitur tamen semel simpliciter, Ies. 57. Non contendam in aeternum, neq; perpetuo irascar, quoniam spiritus a facie mea operietur, scilicet carne.

Participium praeteritum **עֲשִׂוִּים**. Thren. 2. Extolle ad eum manus tuas propter animam paruulorum tuorum obrutorum praefame. Et cum kyhuiz **עֲשִׂוִּים**. Genes. 30. Et infirmi obruti erant ipsius Laban.

In secunda coniugatione **עֲשָׂה**. Thren. 2. Cum obrueretur paruulus, & lactens in plateis ciuitatis.

In tertia coniugatione **הִלְעִיתִי**. Gen. 30. Cum obrueretur grex.

In quarta coniugatione **הִלְעִיתִי**. Psal. 77. Meditabar, quando obruebatur spiritus meus. Psal. 107. Famelicus & sitibundus cum anima ipsorum in eis occultaretur. Psal. 142. Cum occultaretur super me spiritus meus. Psal. 143. Et occultaretur super me spiritus meus. Thren. 2. Cum occultarentur sicut uulnerati in plateis ciuitatis. Iong 2. Cum occultaretur super me anima mea.

INDE NOMINA:

מִקְשָׁה Pallia, tegumenta, operimenta. Ies. 3. Paludamenta & pallia.
עֲשָׂה Inserta litera lamed, uespertilio, quod in obscuro uolitet. Leuit. 11. & Deut. 14. Et pluraliter **עֲשִׂוִּים**. Ies. 2. Ad prosternendum se talpis & uespertilionibus, &c.

עֲשָׂה Cinxit, circumdedit, coronauit. Psal. 5. Sicut scuto beneuolentia circumdabis eum. Participium praesens pluralis **עֲשִׂוִּים**. 1. Sam. 23. Saul & uiri eius coronabant eum, id est, coronam faciebant erga Dauid, in modum coronae accedebant ad eum.

In secunda coniugatione **עֲשָׂה**. Psal. 65. Coronasti annum bonitate tua. Psal. 8. Gloria & decore coronabis eum. Can. 3. In corona, qua coronauit eum mater sua. Participium praesens **מִקְשָׁה**. Psal. 103. Qui coronat te beneficentia.

In tertia coniugatione legitur tantum participium praesens generis foemini, quod tamen nominaliter accipitur **מִקְשָׁה**, corona. Ies. 23. Quis consulisset hoc de Zoar corona, cuius negociatores sunt principes.

INDE NOMEN,

עֲשָׂה Corona. Canticorum 3. Videte regem Salomonem in corona. Ezech. 21. Sustolite coronam. Et in statu regiminis **עֲשִׂוִּיהָ**. 2. Samuelis 12. Et tulit coronam regis illorum de capite eius. Prouerb. 14. Corona sapientum sunt diuitiae eorum. & cap. 16. Corona decoris canities. & cap. 17. Corona senum sunt filij filiorum. Et pluraliter **עֲשִׂוִּיהָ**

perbiae. Et in statu affixorum. Psal. 168. Iehoua est mihi, in adiutores meos. Ezechielis 30. Et conterentur omnes adiutores eius.

Participium praeteritum masculini generis **עָשָׂה**. Ies. 31. Corruet adiuuans, & cadet adiuuandus.

In uoce passiuua **עָשָׂה**. Psal. 28. In ipso confidit cor meum, & adiutus sum. 1. Par. 5. Et adiuti sunt aduersus illos. 2. Para. 26. Quia mirificauit ut adiuuaretur. Dan. 11. Et quando illi corruerint, adiuuabuntur adiutorio parum.

In tertia coniugatione legitur participium praesentis temporis irregulare **עֲשִׂוִּיהָ** pro **עֲשִׂוִּיהָ**. 2. Paral. 28. Sed dii regum Assyriae ipsi adiuuant eos.

INDE NOMINA:

עֲזָרָה Adiutorium. 1. Paral. 12. Quia adiutorium tuum est deus tuus.

עֲזָרָה Adiuuamen, adiutorium. Gene. 2. Faciam et adiutorium quasi coram ipso. Et iterum: Et Adae non est inuentum adiutorium, quasi coram ipso. Deut. 33. Et adiutorium ex angustia eius eris. Psal. 89. Disposui adiutorium super heroe. Et in distinctione mutat primam uocem in cametz **עָזָרָה**. 1. Sam. 7. Et uocauit nomen eius lapis Adiutorij. At in statu affixorum mutat primam uocem zere in segol, & alteram uocem segol in feua. Exod. 18. Quoniam deus patris mei in adiutorio meo. Deut. 33. Vehens in caelis in adiutorio tui est. Et iterum: Scutum adiutorij tui. Psal. 20. Mittet adiutorium tui de sanctitate. Psal. 33. Adiutorium nostrum, & protectio nostra ipse est. Ezech. 12. Et omne quod circumquaq; ipsum, adiutorium ipsius est. ubi he litera ponitur loco uau.

עֲזָרָה Adiuuamen, adiutorium, nomen substantiuum foemini generis. 2. Paral. 28. Et tribuit regi Assur, sed non fuit adiuuato ei. Psal. 46. Adiutorium in angustiis praesens ualde. Psal. 60. Presta nobis adiutorium ab hoste. Ies. 10. Ad quem confugietis pro adiutorio. In statu regiminis **עֲזָרָה**. Iud. 5. Maledicendo maledicite habitatoribus eius, quia non uenerunt in adiutorium Iehoua. In statu affixorum **עָזָרָה**. Iob 6. An adiutorium meum non est in me. & cap. 31. Quoniam non uidebam in porta adiutorium meum. Legitur tamen bis in hac forma in statu absoluto. Psal. 60. & 108. Presta nobis adiutorium ab hoste.

עֲזָרָה Adiutorium. Psal. 44. Surge in adiutorium nobis. Psal. 63. Factus es adiutorium mihi. Psal. 94. Nisi Iehoua fuisset adiutorium mihi.

עֲזָרָה Septem quod fulcris adiuuans. 2. Paral. 4. Et fecit atrium sacerdotum, & septem magnam, & ianuas ipsi septo, **שְׁרָאנְעֵתֵן**. Et cap. 6. Quonia fecerat Salomo labrum aereum, & posuerat illud in medio septi. Deinde ponit pro crepidine, hoc est, pro propodio quod est saxum pmines circum altare, quo stat, **עִין אַנְרִית וְדֵר שְׁטִיפֵן**. Eze. 43. Et a gremio terre usq; ad crepidinem inferiorem duo cubiti, & latitudo cubitus unus, & de crepidine parua usq; ad crepidinem magnam, quatuor cubiti, & latitudo cubitus, &c.

עֲשָׂה Stylus: uide in uerbo **עֲשָׂה**.

עֲשָׂה Obrexit se celeriter ueste, obruit se ueste, operuit se ueste ampla seu pallio, celeriter iniicit super se uestem, **עִין הַלֵּיד וְדֵר שִׁיחַ וְדֵר שִׁיחַ וְדֵר שִׁיחַ**. Et significatione concinit cum uerbis **עָשָׂה** & **עָשָׂה**, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se dissentiant. Leuit. 13. Et super labritio operietur. Ezech. 24. Et nihil operies super labritium. Mich. 3. Et operiet se super labritium uniuersus illi. Pl. 71. Operientur opprobrio & ignominia quaerentes malum mihi. Et cum praepositione **עַל** figurate usurpatur, pro, in more auium rapacium inuolare ad praedam spoliolum. 1. Sam. 14. Et inuolauit populus ad spoliu. & cap. 15. Quare non acquieuisstis in uoce Iehoua, sed inuolastis ad spoliu. ubi confert populum quod ad rapacitatem attinet, feris auiibus. Participium praesens **עֲשִׂוִּיהָ**, opertus. 1. Sam. 28. Et ipse opertus pallio. Pl. 104. Opertus est lumine tanquam uestimento. Ies. 22. Et operit te operimento. Et in genere foemini **עֲשִׂוִּיהָ**. Cantic. 1. Quare ero uel operata iuxta greges sociorum tuorum.

In secunda coniugatione legitur participium generis foemini **מִקְשָׁה**. Ezech. 21. Dedi terrorem gladij, heu factus est opertus ad mactationem.

In tertia coniugatione **עָשָׂה**. Psal. 89. Operuisti eum confusione.

In secunda coniugatione עָוַי, obseruauit oculis. Num. 26. Non experimenta mini, neq; obseruetis. 2. Reg. 21. Et obseruabat & experimentabatur.

Participium praesens עֹוֹרֵי, qui obseruat horas, dies, menses, annos, & tempora negocijs agendis idonea, & opportuna: de quibus Paulus Galat. 4. Legitur autem singulariter. Deut. 18. Obseruans, experimentator. Et pluraliter עֹוֹרֵי. Deut. 18. Gentes istae, quas tu occupabis ad obseruantes, & ad Magos auscultauit. Mich. 7. Et obseruatores non erunt tibi.

INDE NOMEN,

עֹוֹרֵי Et pluraliter עֹוֹרֵי. Iesaiæ 2. Obseruatores ut Philistaei. In statu regiminis עֹוֹרֵי. Ie. re. 27. Et uos ne audiat is ad obseruatores uestros. Et in genere foemino עֹוֹרֵי. Iesaiæ 57. Et uos appropinquate huc filij obseruatricis.

1126 עֵינָי

Contraria est significationis uerbo עָוַי in priore modo significandi, & rursus cum eo ipso congruit in altero modo significandi, & transposita tantum litera iod cum uerbo עָוַי. Significat enim aliquem in tantum lassari ac defatigari, uel nimio labore, uel ex itinere, uel siti, uel aestu solis, seu egritudine, aut alio animi dolore, ne propriam suam actionem habere & mouere se possit: unde plerumq; uel sitis sequi solet, uel umbra mortis. Ieremiae 4. Vae nunc mihi, quia defatigata est anima mea propter occisores.

Participium praesens, seu nomen participiale masculini generis עָוֵי. Genesis 25. Et uenit Esau de campo, & erat defatigatus. Et mox iterum: Quonia lassus ego. Ies. 5. Non est defatigatus, neq; impingens in eo. Iesaiæ 29. Aut quemadmodum somniat sitibundus, & ecce bibit, sed quando euigilauit, & ecce lassus, & anima eius est appetens. cap. 40. Ipse dat lassio uirtutem. Iob 22. Nec aqua lassum potasti. Psal. 63. In terra iniqua, & lassus sine aqua. Et pluraliter עָוֵי. Iudic. 8. Qui erat cum eo defatigati. Et mox iterum: Quonia lassus ipsi. In genere foemino עָוֵי. Iere. 31. Quonia inebriaui animam lassam. Ps. 143. Expandi manus meas ad te, anima mea uelut terra lassae. Proverb. 25. Aquae frigidae super anima lassae. Item legitur semel in abstracto, Iesaiæ 46. Impositi oneribus ad defatigationem.

INDE NOMINA:

עֵינָי Lassus. Vide in participio praesenti. עֵינָי Lassitudo, s. solis, defectio lucis. Interpretes transfulerunt pro obscuritate. Amos 4. Faciens auroram, & obscuritatem. עֵינָי Eiusdem est significationis cum superiore. Iob 10. Terram obscuritatis, simile umbrae mortis.

1127 עֵינִי

Legitur tantum in tertia coniugatione עֵינִי, pressit ut gemat, seu stridorē edat: & cognationem habet significatione cum uerbis עָוַי & עָוַי, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Amos 2. Ecce ego gemere facio sub uobis, quemadmodum gemit plaustrum plenum manipulis.

INDE NOMINA:

עָוָה Et in statu regiminis עָוָה. Ps. 55. Propter fremitu improbi. Ponit autē hic actiue. מוֹעָקָה Nomen participiale, stridor, strepitus, crepitus. Psal. 66. Posuisti stridorem in lumbis suis.

עָוָה Compes, uinculum, &c. Vide in themate suo עָוָה.

1128 עָוָה

Vt uoce, ita significatione non multum differt a uerbo עָוַי: significat autē turbare, conturbare, perturbare ordinem & dispositionē, non uerbis, sed re & opere. Et est tam culpae, quam poenae. Et ut literarum positu, ita quoq; significatione contrarium est uerbo עָוַי. 1. Samuelis 14. Turbauit pater meus terram. Gen. 34. Et dixit Iacob ad Simeonem & ad Leui, turbastis me, ut foetere faceretis me apud habitatorem terrae. Iosue 6. Et ponatis castra Israel in anathema, & turbetis ea. & ca. 7. Et dixit Iosue, Quia turbastis nos, turbet te Iehoua in die hac. 1. Reg. 18. Non turbauit Israel, sed tu & domus tua.

Participium praesens עָוָה. 1. Regum 18. Nunquid tu es ille turbator Israelis. 1.

Dd Paral.

עָוָה. Iob 31. Adornauero coronas mihi. Zach. 6. Et accipies argentum & aurum, & facies coronas.

1123 עָוָה

Inde nomen pluralis numeri עָוָה, oscitationes. Iob 41. Oscitationibus eius expandetur ignis. Et in sacris literis alibi nusquam legitur.

עָוָה Vide in themate suo עָוָה.

עָוָה Vide supra in themate suo עָוָה.

1124 עָוָה

Fortitudo. Iesaiæ 11. Et eleuauit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui. Nec usquam alibi legitur, sed uide עָוָה.

1125 עָוָה

Proprie oculus, unde uirtus uisua, lux, splendor, & radij lucis emicant, atq; passim diffunduntur. Deinde quilibet aspectus, splendor, seu color uisibilis, qui in oculos incurrit. Tertio, fons ex quo uelut ex oculo aqua effluit. Leuit. 24. Oculus pro oculo. Proverb. 20. Auris audiens, & oculus uidens. Gen. 6. Iuxta fontem in uia Schur. In distinctione עָוָה. Gen. 24. Et ueni hodie ad fontem. Psal. 35. Annuent oculo. Proverb. 23. Ne comedas panem mali oculi, id est, inuidi. Sic a Christo usurpatur Matth. 20. An oculus tuus malus, quod ego bonus sim. In statu regiminis עָוָה. Gen. 16. Iuxta fontem aquarum. Zach. 9. Quia ad Iehoua oculus hominis. Iob 24. Et oculus adulteri. Deut. 33. Fons Iacob ad terram frumenti & musti, &c. Exod. 10. Et operuit faciem omnis terrae. Num. 11. Aspectus eius sicut aspectus Bdellij. In statu affixoru seruat zere. Deut. 7. Non parcat oculus tuus. Threnor. 1. Oculus meus, oculus, inquam, meus deducit aquas. 2. Sam. 16. Fortē uidebit Iehoua in oculum meum, scilicet lacrymantem. quanquam commodis ita uertetur, Fortē Iehoua uidebit in afflictionem meam. Atq; huic interpretationi adstipulatur castigatio Grammatica, nec curo Chaldaicam paraphrasin, quae pro oculo accipit lacrymante. Leuit. 13. Et uertit plaga aspectum suum, id est, colorem suum. Prou. 23. Cum dederit in calice colorem suum. In duali numero עָוָה. Gen. 20. Operimentum oculorum. Deut. 29. Oculos ad uidendum. Psal. 19. Illuminans oculos. Num. 10. Eris nobis in oculos, ut doceas nos uiam bonam. Gene. 38. Et sedit in portam oculorum quae est ad uiam uersus Thimnath. Et mox iterum: Vbi est prophana in oculis iuxta uiam, id est, in propatulo. 1. Sa. 16. Homo uidet in oculos, id est, externam speciem. Et in statu regiminis עָוָה. Psal. 34. Oculi Iehoua ad iustos. Psal. 123. Ecce sicut oculi seruorum ad manum sustentatorum suorum. In statu affixorum. 2. Reg. 4. Et oculos suos super oculos eius. Psal. 73. Egressus est praedape uterq; oculus eorum. Leuit. 13. Et ecce plaga steterit in aspectu suo. Et pluraliter in forma foeminina עָוָה, accipitur tantum pro fontibus. Deut. 8. Terram torrentium aquarum, fontium, & abyssorum. 2. Paral. 32. Vt occluderet aquas fontium. Et in statu regiminis עָוָה. Exod. 15. Et tibi duodecim fontes aquarum.

עָוָה Fons. Leuit. 11. Fons & cisterna. Cantic. 5. Fons signatus. Ioel. 3. Fons de domo Iehoua. In statu regiminis עָוָה. Iosue 15. Ad fontem aquarum. In statu affixorum. Osee 13. Et siccabitur fons eius. Et pluraliter in forma masculina עָוָה. Psal. 104. Quia emittit fontes. In statu regiminis עָוָה. 2. Reg. 3. Et omnes fontes aquarum obthurabitis. Ies. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus salutis. Et in statu affixoru. Psal. 87. Omnes fontes mei in te. Legitur etiam in forma foemina עָוָה. Iesaiæ 41. Et in medio uallium fontes. Et in statu regiminis עָוָה. Gen. 7. Rupti sunt omnes fontes abyssi. Item cum defectu literae thau עָוָה pro עָוָה. Psalmo 114. Et silicem in fontes aquarum. Et cum affixo. Proverb. 5. Effluant fontes tui foras.

INDE VERBUM,

עָוָה Oculauit, id est, oculis obseruauit. Et in prima coniugatione legitur tantum participium praesens עָוָה. 1. Samuelis 18. Et erat Saul obseruans oculis Dauidem a die illo, & deinceps.

In

tur in eos. Et non est ad aetatem referendū, sed ad mores, quasi dicas, qui neq; ingenio, neq; ratione, neq; consilijs aut prudentia pollent, sed pueriliter in omnibus negotijs, & rebus administratione agunt. & cap. 66. Et ego eligam ludicra eorum.

עליות Generaliter consilia, ad inuentiones, conatus, studia, molimina, uerba & opera siue bona siue mala significat, secundum cordis boni uel mali unde ascenderūt, qualitatē. Psal. 14. Corruerunt, & contaminauerūt opus. Pf. 66. Admirabilis opere erga filios hominum. Et pluraliter עליות. Deut. 22. Inuentiones uerborum. Et iterum: Et ecce, ipse posuit inuentiones uerborum, dicens, non inueni tuam filiam esse uirginem. 1. Sam. 2. Non enim stabiliuntur consilia, scilicet improborum. Psal. 141. Non declines cor tuū ut deprauas opera in improbitate. Ezech. 36. Secundum opera eorum iudicabo eos. 1. Paral. 16. Cognoscite inter populos opera eius. Psal. 9. Annunciate in populis opera eius. Psal. 77. Et in operibus eius meditabor.

עליות Studium, opus. Ieremias 32. Magnus consilio, & magnificus opere. **מעלות** Cogitationes, inuentiones, studia, consilia, conatus, molimina, exercitia, opera, mores. Deut. 28. Propter malitiam studiorum tuorum, quibus me dereliquisti. 1. Sam. 25. Erat uir durus & malus moribus. Prou. 20. Etiam ex studijs cognoscitur puer.

מועל Ut à מועל deriuatur מועל, ita simili ratione ab עלל formatur מועל, studium. Nehem. 8. In opere manuum suarum. Sed de hoc etiam in themate עלל.

עליל Vas, quo argentū sublimat quod uocat Ies. 48. דארין דארין man über sich treibt. Psal. 12. Argentum examinatum in sublimatorio in terram, id est, in puluerem.

עליו Cuius plurale in usu est עליו: de quo in themate עלע.

1130

עלה

Ascendit. Et licet modum significandi, secundum diuersitatem formatū, quas non pauca habet, uariet, tamē principalis semper eius significatio in illis ipsis elucet: differt q̄ modo tantum significandi à uerbis עלע & עלעל. Gen. 19. Et ascendit fumus regionis, sicut fumus libani. Exod. 19. Et Mose ascendit ad deū. Leuit. 16. Super quē ascendit fors Iehoua. Num. 19. Super quā non ascendit iugum. Prouerb. 21. Ciuitatem fortium transcendit sapiens. Atribuitur etiam terrae nascentibus, ut herbis, floribus, carduis, atq; Hebraeis idem ualeat, quod Latinis crescere, succrescere. Genesis 40. Et crescebat flos eius. Deut. 29. Et non crescit in ea omnis herba. Prouerbiorum 26. Spina succrescit in manu ebrij. Iesaja 32. Spina & carduus succrescet. Amos 3. Num ascendet laqueus ē terra. Job 5. Sicut ascendere cumulum in tempore suo, dum scilicet imponitur plaustrum & aueritur in horreum. Preterea etiam alijs rebus ascribitur, ut carni. Ezechielis 37. Et caro ascendit, id est, accreuit. Item bello. 1. Regum 22. & 2. Paralipom. 18. Et ascendit bellum in die illa, id est, inualecebat. Item uulneri seu cicatrici. Ieremias 8. Quare nō ascendit cicatrix populi mei. Nehemias 4. Quod ascendisset cicatrix muri.

Secundò uerbum hoc non tantum scandere significat, hoc est, de loco humiliori ad superiorem ascendere, seu ferri sursum & subleuari, uerum etiam ferri aliorum, transferrī. 1. Paralip. 27. Ioab filius Zarua cepit numerare, nec perfecit: fuit enim ira dei super Israel, & non ascendit, id est, non relatus est in numerum Anna-lu David. Atq; in simili figura legitur etiā uerbū עלע, ut supra suo in loco ostensum est. Tertio, quando hoc uerbū de deo, uel gloria dei, uel aurora, uel nube, uel rore, uel arca, uel uisione dicit, quae sunt res, ut ita dicā, spirituales & coelestes, tum idem significat quod recedere, subduci ē conspectu, & oculis hominum, hoc est disparere, quod eiusmodi res ceu coelestes & spirituales cū conspectu nostro subducunt, sursum ferri uideantur. Gen. 32. Dimitte me, quia tenebrae recesserunt. Exod. 16. Cum recederet strata rotis. 2. Sam. 6. Et ad quem ascendit à nobis, id est transferetur. Ezech. 11. Et sublata est gloria Iehoua, id est disparuit. Et ibidem iterum: Sublata est à me uisio. Iudicum 19. Cum discessissent tenebrae. Porro quādo uel persona, uel res, aut relatiuum aliquod subsequitur, tum constructum cum praepositione עלע, seruata eadem significatione. Gen. 17. Et sublatus est deus ab Abraham. Et cap. 35. Et sublatus est deus ab eo. Hanc phrasin imitatus Lucas de Christo

D d 2 flo

Paral. 2. Et filij Carmi Achor, qui turbabat Israel, cum praetuaricaretur cū anathemate. Prouerb. 11. Et turbans carnem suam, crudelis est. Et iterum: Turbans domū suā, haereditabit uentū. & cap. 15. Turbat domū suam qui studet auaritię, sed odians munera uiuet. Et pluraliter cū affixo. Iud. 11. Et tu es de turbatoribus meis.

In uoce passiuā עלע. Psal. 39. Et dolor meus turbatus est, id est exulceratus est. Participium foemini generis עלע. Prou. 15. In domo iusti opulentia multa, sed in prouentu improbi turbatio.

INDE NOMINA:

עכר Nomen appellatiuum, turbator: aliās עכר dictus, Iosue 7. **עכרית** Inserta litera beth, mus, sic dictus quod fodiedo acrodendo turbat & in domo & agro. Leuit. 11. Mustela & mus. Iesaja 66. Comedentes carnem suillam & execrabilia & murē. Et pluraliter עלע, cuius regimen עלעitur. 1. Samue. 6. Et quinque mures aurei. Similiter habet in statu affixorum. Ibidem: Et imagines murium uestrorum.

עכור Nomen uallis. Iosue 7. Et deduxerunt ea in uallem Achor. Fuit autē hęc uallis dicta ab euentu, eō quod Acham, qui turbauerat Israel, furto anathematis, in ea lapidatus est. Item eius fit mentio Iesaja 65. Et uallis Achor in accubationem armenti. Osae 2. Et uallem Achor pro ianua spei.

1129
עלע

Congruat significatione cum uerbis עלע & עלעל, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant: maxime uerō affine est uerbo עלע, si cordis, animiq; affectibus attribuitur. Significat enim aliquid meditari, cogitare, conari, moliri, admoliri, agere, facere, designare, animi uim & potētiam declarare. Et in prima coniugatione legitur solum in participio praesenti עלע, quod tamen nominaliter sumitur, puer, paruulus, qui nunc incipit loqui, cogitare, moliri, conari, studere, ludere, & agere aliquid, quicq; sensus habet nondum affuēfactos & exercitatos, ut est nunc recens ablaetatus, nec tamen firmiore, aut duriore cibo utitur, nec perfectos sensus habet, neq; sese ipsum nutrire, & curare potest, sed sub parentum aut curatorum dispensatione, & tutela degit: sicut & Paulus ad hanc uocem alludere uidetur. 1. Corinth. 13. Cum essem puer, ut puer loquebar, sentiebam, cogitabam: at ubi factus sum uir, aboleui puerilia. Graeci reddiderunt ψηγιον. 1. Sam. 15. A uirō usq; ad mulierē, à puero usq; ad lactentē. Et pluraliter עלע. 2. Reg. 8. Iuuenes eorum occides gladio, & paruulos eorum collides, & praegnantes eorū diffecabis. Psal. 8. Ex ore paruulorum & lactentium fundasti regnum. Thren. 1. Paruuli eius abierunt in captiuitatem. Psal. 17. Et relinquunt abundantia paruulis eorū. Micheas 1. Et à paruulis eorum auertis decorē meū. Et semel per catechesin עלע, pro infante in partu extincto legitur, qui tamē in utero materno, matris lacte nutritus fuit. Job 3. Quare non fui absconditus, sicut abortiuus, et sicut paruuli, qui non uiderunt lucem.

Participium praeteritum, seu nomen participiale עלע, puer, paruulus iam ablaetatus, qui nunc cogitat, inuenit, disponit, discit, studet, exercet se, & aliquid molitur, ingenij q̄ specimen de se praebet. Iere. 6. Effunde super paruulum in platea, super coetum iuuenum. Et pluraliter עלע. Thren. 2. Paruuli petierūt panē. Ios. 2. Congregate senes, colligite paruulos, & fugentes ubera.

In quarta coniugatione עלע, & perpetuò constructum cū beth aduerfatiua, significatq; pro libidine agere cum aliquo. Exod. 10. Ut narres in aures filij tui, & nepotis tui, quaecunq; ludicre egi cū Aegypto. Num. 22. Quia ludicre egi tui mecum. 1. Sam. 6. Quare aggrauatis cor uestrū, quemadmodum aggrauauerunt Aegyptij & Pharao cor suum, an non, An non cum ludicre ageret cum eis, dimiserunt illos, & abierunt. 1. Sam. 31. Ne forte ueniant incircumcisi isti, & ludicre agant mecum. Iud. 20. Et cognouerunt, & ludicre egerunt cum ea. Ierem. 38. Ne forte tradāt me in manus ipsorum, & ludicre agant mecum.

INDE NOMINA:

עלעלים Ludicra, puerilia. Iesaja 3. Et dabo pueros principes eorum & pueriles dominabuntur

Atq; in posterioribus locis eandem habet phrasin, quam habet uerbum **אָרָב**, ut supra quoq; indicatum est. Ezech. 14. Qui ascendere fecerit abominaciones suas super cor suum. & cap. 37. Et ascendere faciam uos de sepulchris uestris. Psal. 102. Ne subducas me in medio dierum meorum.

Participium præfens masculini generis **אָרָב**. Iesaiæ 8. Ecce Iehoua ascendere facit super uos aquas fluminis. Leuitic. 11. Ego Iehoua qui ascendere facio uos de terra Aegypti. Et in statu regiminis **אָרָב**. Leuitic. 11. Et camelus, quia ascendere faciens est ruminacionis. Et pluraliter **אָרָבִים**. 2. Samuel. 6. Et Dauid & omnis domus Israel ascendere faciebant arcam Iehoua. 2. Paralipom. 24. Et fuerunt offerentes holocausta. Et in statu regiminis **אָרָב**. Leuitic. 11. Hoc non comedetis ex ascendere facientibus ruminacionem. Et in genere foeminino **אָרָבִים**. Leuit. 12. Et ruminacionem non est ascendere faciens. Et in regimine **אָרָבִים**. Leuit. 11. Ascendere faciens ruminacionem.

In uoce passiuæ **אָרָב**. Iudicum 6. Et iuuenus offerri iussus est super altare. 2. Paralipom. 20. Qui ascendere iussus est. Nahum 2. Et Hufab ascendere iussa est, id est, captiua abducta est.

In quarta coniugatione **אָרָבָה**. Iere. 51. Et ad illum, qui extollit se in lorica sua.

INDE NOMINA:

אָרָבִים Primò attributum dei, altissimus, summus, supremus, qui respectu angelorum & hominum adeoq; omnium creaturarum est in altissimo gradu, dignitate, gloria, nullis planè rebus subiectus, nullis passionibus quibus nos premimur, & cuius essentia, nomen, gloria, regnum, omnem humanum sensum excellit: sicut Paulus de Christo scribit: Exaltauit eum & dedit ei nomen supra omne nomen, ut in nomine Iesu se flectat, &c. Genesis 14. Et erat sacerdos dei Altissimi. Psal. 73. Et est scientia apud Altissimum. Psal. 77. Mutationes dextræ Altissimi. Psal. 91. Sedens in absconione Altissimi. Deinde attribuitur homini. Genesis 40. & Deuteron. 26. Ponete excelsum super omnes gentes. Tertiò, rei. 1. Reg. 9. & 2. Paralipom. 7. Et domus ista quæ erat altissima. Iosue 16. Usque ad Bethoron superiorem. In genere foeminino **אָרָבִים**, superior, scilicet camera. Ezechielis 41. Ascendebat ad supremam per mediam. Et pluraliter **אָרָבִים**. Ezechielis 42. Exedrae supremæ.

אָרָבִים Supremus, Altissimus, attributum Dei. Osee 11. Et ad Altissimum uocabant eum, sed ne unus eligebat se. Et congruit cum dicto Psal. 66.

אָרָבִים Gradus. Ezechielis 40. Et ad latus extra gradum. Et in genere foeminino **אָרָבִים**, ascensus, ascensio, gradus. 1. Paralip. 26. In strata ad ascensum. Ezech. 20. Et ascensio super spiritum uestrum non succedet, id est, cogitatio. Et in Lege dicebatur etiam hoc nomine oblatio, quam Græci **ἀλοκαυτωμα** holocaustum uocabant, eò quòd totum cremabatur: Hebræis uerò, quòd eleuaretur super altare, odorq; eius in altum ascenderet in conspectum Dei. Erat autem typus ueri & unici holocausti Christi, quòd is debebat exaltari in cruce, & charitatis igne offerri pro peccatis totius generis humani. Gen. 22. Vbi est pecus in holocaustum. Et iterum: Et offeres eum in holocaustum. Num. 28. Et offeretis holocaustum in odorem recreacionis Iehoua. Et in statu regiminis **אָרָבִים**. Num. 28. Holocaustum sabbathis.

Et in statu affixorum **אָרָבִים**. 1. Reg. 10. Et ascensum ipsius, quo ascenditur in domum Iehoua. Num. 6. Et holocaustum suum. Et pluraliter **אָרָבִים**. Ezech. 40. Gradus septem ascensiones eius. Psal. 64. Et nudauerunt ascensiones eius, id est, cogitationes. Gen. 8. Et obtulit holocausta. Osee 6. Quia misericordiam accepto, & non sacrificium, & noticiam Dei præ holocaustis.

אָרָבִים Ascensio, transcensio. Gen. 49. Contaminasti stratum meum ascensione. Iere. 48. Vastata est Moab, & ciuitatum eius transcensio. Et cum he denotante motu ad locum **אָרָבִים**. 1. Paral. 13. Et ascendit Dauid per ascensum in Kiriath Iearim.

אָרָבִים Folium, supremum in ramis arborum excrementum. Iesaiæ 34. Quemadmodum

Dd 3 cadit

sto dixit cap. ultimo, Et ipse inconspicuis factus est ab illis, id est, desit illis esse cōspicuis, subduxit se ab illis. Vnde ex ista phrasi cognoscere licet Christum uisibilitèr sublatus, ceterum nobiscum uerè & essentialiter (sicut ipsemet testat) esse, & manere usque ad consummationē seculi. Quarto obserua, quòd Hebræi peculiari quadam phrasi dicant ascendere aliquid super cor, id est ex corde: pro quo Latini dicunt uenire in mentem, subire animum, cogitare de re aliqua. 2. Regum 12. Omne argentum, quod ascendet super cor uiri, ut portet in domum Iehoua. 2. Paralip. 7. Et perfecit Salomo omne, quod uenit super cor. Iesaiæ 65. Et non recordabuntur, neq; ascendet super cor. Ieremiæ 7. Neq; ascendit super cor meum. & cap. 50. Recordamini à longe Iehoua, & Ierusalem ascendat super cor uestrum, ex corde uestro: iuxta illud Exo. 23. Neq; audiat super ore tuo, id est, ex ore tuo. Ezech. 11. Ascensiones spiritus uestri ego cognoui, id est, cogitationes. & cap. 20. Et quòd ascendit super spiritum uestrum. & cap. 38. Et erit in die illa, ascendent uerba super cor tuum, & cogitabis cogitationem pessimam. Hinc autè phrasis illa est orta, quod sedes sit, & fons cogitationum, consiliorum, studiorum, adeoq; omnium conatum & actionum, id quòd Christus clarè testatur, cum ait Matthæi 15. Qui quid ingreditur in os, in aluum abit, & in secessum eijcitur: at ea quæ proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa impurum reddunt hominem. Nam ex corde exeunt cogitationes male, cædes, adulteria, supra, furta, falsa testimonia, cōiucia, &c. Hac phrasi etiam alias Christum & Apostolos esse ufos comperimus: ut Lucæ ultimo: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cordibus uestris. Paulus 1. Corinth. 2. Quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in corde hominis non ascenderunt, quæ preparauit deus diligentibus se, nobis autem deus reuelauit per spiritum suum. Eadem etiam phrasi Hebræi dicunt: Ascendere iram pro irasci. 2. Sam. 11. Et cum ascenderit ira regi, & dixerit tibi, &c. Iuxta quam phrasin & hoc Christi dictum quòd paulò superius citatum est, plenitè intelliges: Ex corde exeunt cogitationes male, cædes, adulteria, supra, &c. quòd ascendere cædes sit cædere, ascendere adulteria sit adulterari, & sic de alijs.

Participium præfens masculini generis **אָרָבִים**. Genes. 38. Socer tuus ascendit in Timnath. Deut. 32. In monte quem tu ascendis. Et pluraliter **אָרָבִים**. Gen. 28. Ecce angeli dei ascendebant. & cap. 31. Vide omnes hircos qui ascendunt supra capras.

Et in genere foeminino **אָרָבִים**. Cant. 3. Quæ est ista, quæ ascēdit è deserto. Iud. 21. A uia quæ ascendit de Bethel. Et pluraliter **אָרָבִים**. Genes. 41. Et ecce de flumine ascendebant septem uaccæ.

In uoce passiuæ **אָרָבִים**, sublatus, subleuatus, subductus est. Exo. 40. Et cum esset sublata nubes à tabernaculo. Et iterum: Et quando non subleuabatur nubes, non proficiscerentur. Psal. 97. Vehementer exaltatus supra omnes deos. Ezech. 9. Et gloria dei sublata est à Cherub. 2. Samu. 2. Nisi loquutus fuisset, populus sublatus esset, id est, nullus ex populo fuisset uisus. Num. 16. Recedite circumquaq; ab habitaculo Korah, iam iam remouendo. Ezech. 36. Et translati estis super labium lingue, & opprobrium fuistis populis, hoc est, de uestri translatione seu abductione loquuti sunt, perinde ac si iam iam uos re ipsa abduxissent.

In tertia coniugatione **אָרָבִים**, ascendere fecit de loco inferiore ad superiorem, stultit, transfultit, extulit, obtulit, subleuauit. Gen. 8. Et obtulit holocausta in altari. & cap. 28. Et offeras eum in holocaustum. & cap. 32. Et ascendere fecerunt Iosephum è cisterna, id est, extraxerunt. Num. 20. Ascendere fac eos in montem, id est, deduc. Iosue 7. Et ascendere fecit puluerē super caput suum. Iudicum 15. Et ascendere fecerunt eum de petra, id est, de inferiore parte petra. 2. Regum 2. Cum Iehoua transferre uellet in turbine in cœlum. 2. Regum 17. Et non obtulit munera regi Assur. Ezechielis 37. Et inducam super uos carnē, ponamq; in uobis spiritum. Deuter. 28. Ascendere faciet eos deus super te, donec te cōsumant. 1. Reg. 5. & 2. Paralipom. 8. Et retulit rex Salomo tributum ex omni Israel. 1. Regum 9. Redegit eos Salomo in tributum seruitutis. 2. Regum 12. Et retulit scriba regis in Annales.

Atq;

per similitudinem sedis erat similitudo sicut aspectus hominis super ipsam supernam. & cap. 37. Atque inducta est super eam cutis superna.

ממעל

Abolute significat supernam, sicut ממעל, & contrarium est מתחת inferna. Deut. 4. Omnem imaginem, quae est in caelo superna. Iosue 2. In caelis superna, & super terra inferna. 1. Regum 7. Non est sicut tu deus superna. Iob 18. Inferna radix eius arefcet, & superna refecabitur palmes eius. Psal. 78. Qui precipit nubibus superna. Iob 33. Et non requirat eum deus superna. Sed quando nomen vel pronomen postponitur cui comparatur, tum praepositur illi articulus dativi casus. Gen. 22. Superius lignis. Exod. 26. Superius Rationali. Leu. 11. Cui ei crura superius pedibus suis. Ies. 6. Stabant superius illi. & cap. 14. Superius stellis dei exaltabo sedem meam. Ieremiae 35. & 52. Et posuit sedem eius superius sedi regum, qui cum eo in Babylone erant. Ezechielis 1. Et superius firmamento, quod erat super capite ipsorum. Ex his locis clare cernitur, quod sit aduerbium comparatiui gradus coniunctum cum nomine dativi casus.

על

SUPER. Gen. 1. Et tenebrae erant super faciem abyssi. cap. 2. Non enim pluerat Iehoua deus super terram. 1. Sam. 14. Et ascendit Iouathas super manibus suis, & super pedibus suis. 2. Sam. 23. Ait uir substantiationatus super Messiam.

Iuxta, propè, secus, apud. Gen. 14. Usque ad planiciem, quae est iuxta desertum, & cap. 16. Et inuenit eam angelus Iehoua iuxta fontem aquarum. Hanc phrasin sequutus Ioannes Euangelista cap. 4. Et Iesus sedebat super fontem, id est, apud fontem. Exod. 14. Et attigerunt eos castrametatos iuxta mare.

CONTRA, aduersus. Num. 14. Murmurauerunt contra Moysen & Aaron. Psal. 2. Aduersus Iehoua, & aduersus Christum eius.

VERSUS, ERGA. Exod. 9. Verte manum uersus coelum.

AD, PRO. Psal. 18. Clamauerunt ad Iehoua & exaudivit eos. Gen. 38. Et ascendit ad tonfores ouium. Exod. 20. Non ascendes in gradibus ad altare. Iesaiæ 22. Ad thesaurarium istum, ad Sebna. 1. Sam. 1. Et orauit ad Iehoua.

CUM. Exod. 25. Et uenerunt uiri cum mulieribus. Leuit. 19. Nihil comedetis cum sanguine. 1. Sam. 14. Et comederat populus cum sanguine. Et iterum: Populus deliquit comedendo cum sanguine. 1. Samu. 20. Et facies misericordiam cum seruo tuo, Michea 7. Et erit terra in desolationem cum habitatoribus suis. Ezechiel. 16. Omnes quos dilexisti cum omnibus quos odio habui.

IN. Genesis 19. Erue in anima tua. & cap. 27. Et in gladio tuo uiues. Exod. 28. Sculpes ambos lapides in nominibus filiorum Israel. cap. 29. Dabis ea in canistro uno. Iesaiæ 38. Et psalmos nostros psallemus omnibus diebus uitae nostrae in domo Iehoua.

DE. Gen. 41. Et ego audivi super te dicere. 2. Sam. 23. Et ait uir constitutus super Messia deo Iacob. debet habere pathah, & carere accentu subdistinctiuo. Psal. 32. Confitebor super sceleribus meis ipsi Iehoua. Iesaiæ 2. Verbum Iehoua, quod uidit Iesaias super Iehuda. Michea 2. Ecce ego cogito super familia ista malum. Iosue 1. Super hoc filijs uestris narrate. Sic etiam Virgilius usus est uoce super. Multa super Priamo rogans, super Hectore multa. Et Graeci exprimunt uoce μεμα.

EX. Exo. 23. Nominis deorum uestrorum ne recordamini, neque audiat super ore tuo, id est, ex ore tuo. Iere. 7. Neque ascendit super cor meum. Ezech. 20. Et quod ascendit super spiritum uestrum, id est, ex spiritu uestro. & cap. 38. Ascendent uerba super cor tuum, id est, ex corde tuo, &c.

VSQUE AD. Iosue 2. Et uiri persequuti sunt eos usque ad uada.

CORAM. Zachariae 6. Ut stent coram Iehoua uniuersae terrae. Psal. 9. Iudicentur gentes super facie tua, id est, ante faciem tuam. Exod. 20. Non sint tibi diij alieni coram facie mea.

eadit folium. Et cap. 64. Et cecidimus sicut folium omnes nos. Iob 13. An folium impulsum conteris. Et in statu regiminis מעלה, Genesis 3. Et confuerunt folium sicus. Et cum affixo. Psal. 1. Et folium eius non marcescet. Iere. 17. Et erit folium eius uiride. Et pluraliter in statu regiminis מעלי. Nehem. 8. Et afferent folia oleae & folia arboris pinus.

עול Iugum, quod ascendit super collum fumentis: sed refer potius ad על.

עלה Pila, pistillum, quo in mortario, seu mola tunisili legumina tundebantur. Prou. 27. Si contuderis stultum pila. Ab eleuando sic appellatum.

העלות Nomen pluralis numeri tantum, Crateres, quibus in sacrificijs uinum offerebatur. 2. Paral. 24. Et crateres & cochlearia.

העלה Obductio, scilicet cicatrici, seu emplastrum quod obducit. Ieremiae 30. Obductio non est tibi, id est curatio. Item riuus, aqua ductus, qui superna in piscinam illabitur. 1. Reg. 18. Et fecit aqua ductum. Et pluraliter מעלות. Ezech. 31. Et aqua ductus suos misit ad arbores agri.

עלית Superior. Iudicum 1. Et dedit ei Caleb scaturigines superna. Et pluraliter מעלות. Iosue 15. Fontes superiores.

עלית Graece αυλα, Latine aula, suprema pars domus, superius. Iudicum 4. Et ipse sedebat in superiori camerato. Et iterum: Et clausit ostia superioris. 2. Regum 4. Et diuertit in superius. Et in statu regiminis מעלה. 2. Sam. 18. Et ascendit in superius portae. 2. Regum 4. Faciamus nunc superius parietis. Et pluraliter מעלות. Psal. 104. Qui contignat aquis superiora sua. 2. Paralip. 3. Et superiora texit auro. Ierem. 22. Aedificabo mihi domum mensurarum, & superiora spaciofa. Lucas Acto. 1. Et cum introissent, ascenderunt in superiora, ubi manebant. Graece reddidit εἰς τὰ ὑπερσώματα, in superiora.

מעלה Forma masculina, eleuatio, ascensio, gradus. Et in statu regiminis מעלה. Iosue 10. Et persequutus est eos per uiam ascensus Bethoron. Iesaiæ 15. Quia in ascensu Luchith in fletu ascendet. Nehemiae 9. Et surrexit super gradum Leuitarum Iesua.

Et in forma foeminea מעלה, ascensus, gradus, dignitas. Esdre 9. Fuit fundamentum ascensionis e Babel, id est initium. 1. Paral. 17. Qui aspexisti me iuxta formam hominis in dignitate existentis. Et 1. Paral. 22. Ad dignitatem seu excellentiam.

Et pluraliter מעלות, quod in titulis Psalmorum semper habet a fronte literam he, excepto titulo Psal. 121. ubi habet lamed cum pathah. Item cogitationes. Ezech. 11. Et cogitationes spiritus uestri ego cognoui.

מעל Eleuatio, exaltatio. Nehe. 8. Et dixerunt amen, amen, cum eleuatione manuum suarum. quanquam sint qui ab על deducant, sicut מעל deducitur a uerbo מעלה.

מעלה Supra: & est quantitatis forma masculina, quod in statu regiminis מעלה legitur. 2. Paral. 17. & 19. Supra caput, seu superior capite. Et in genere foeminino מעלה, quod semper habet in medio seu simplex: & est quandoque quantitatis. 1. Sam. 10. Humero suo & supra altitudo supra populum. 1. Paralip. 17. Qui superna est Iehoua deus.

Quandoque est temporis. Exod. 30. A filio uiginti annorum, & supra. Leuit. 27. Sexaginta annis & ultra. 1. Sam. 16. A die illa, & deinceps. Et assumpto a fronte lamed מעלה, id est sursum. Exod. 25. Et Cherub extendebant alas sursum. Deut. 28. Eris tantum sursum, & non deorsum. 1. Paral. 23. Multiplicati sunt sursum, i. excellenter. 1. Paral. 29. Et magnificauit Iehoua Salomonem sursum, i. excellenter. Et geminate מעלה מעלה מעלה. Deu. 28. Ascendet super te sursum sursum, i. excellentissime. Ezech. 41. Et dilatabatur & circuibat sursum sursum. Item מעלה מעלה. 1. Paral. 26. Quoniam pertinaciter agebat excellentissime.

מעלה Superne: & semper absolute ponit. Gen. 6. Fenestra facies arcae, & ad cubitum consummabis eam superna. Exo. 25. Et pones lectum super arcam superna. Iosue 3. Et steterunt aquae defluentes superna. Iud. 8. Et reuersus est Giddeon e bello, superna ipse sol, id est, cum adhuc sol existeret supra terram, ante occasum solis. 2. Paral. 4. Et mare erat super illos superna. Ezech. 1. Et facies eorum, & alae eorum erant diuisae superna. Et iterum: Extensa super capitibus eorum superna. Et mox iterum: Et su-

meam. Habakuk 3. Ego in Iehoua exultabo. Zoph. 3. Exulta in toto corde.

INDE NOMEN,

עליות Iesaiæ 24. Cessauit strepitus exultantium. Et in genere foeminiño nרלע. Iesa. 22. & 32. Ciuitas exultans. & cap. 23. Hæccine est uestra exultans. 1132 עלות Crepusculum, proximum tempus post uesperam. Gen. 15. Et factum est, cum sol ingressus esset, & crepusculum esset. Ezech. 12. Vasa exportauit, sicut uasa mirationis per diem, & in uespera fodi mihi in pariete manu, in crepusculo eduxi super humero coram oculis eorum.

INDE VERBUM,

עלית Tertiar coniuagationis, facta literarum transpositione, crepusculauit. Genesis 25. Crepuscula me obsecro de ruffo, id est refice me sub crepusculum de ruffo, quia defatigatus sum.

עלם In prima coniuagatione usuenit tantum in uoce passiuua עלמ, absconditum fuit. Leuitic. 4. Si torus aliquis coetus in Israel ignoranter deliquerit, & absconditum est ab oculis congregationis. & cap. 5. Et absconditum fuerit ab eo, & ipse tandem rescuerit.

Participium masculini generis עלמ. 1. Regum 10. Non erat uerbum absconditum a rege, quod non rerulerit ei. Ecclesiast. 12. Omne opus adducet deus in iudicium, super omne absconditum, siue bonum sit, siue malum. Et pluraliter עלמם. Psal. 26. Et cum absconditis non ingrediar, id est rectis, simulatoribus, hypocritis.

Et in genere foeminiño עלמ. Nahum 3. Etia tu inebriaberis, & eris abscondita. In tertia coniuagatione עלמ. 2. Regum 4. Et Iehoua abscondit a me, nec indicauit mihi. Leuit. 20. Et abscondendo absconderit populus terræ oculos suos a uiro, id est dissimulauerit. 1. Samuelis 12. Aut de cuius manu accepi munus, ut absconderem oculos meos cum eo. Prouerb. 28. Qui largitur pauperi, non egebit: sed abscondens oculos suos, habebit maledictionem. Psal. 10. ponitur absolute: Quare Iehoua stas procul, abscondis in tempore angustiar, ubi subintelligendum est, oculos. Iesaiæ 1. Abscondam oculos meos a uobis. Threnorum 3. Ne abscondas aurem tuam ad suspiria mea.

In quarta coniuagatione עלמ, abscondit se. Job 6. Super eos abscondet nix. Psal. 55. Ne abscondas te a precatione mea. Deut. 22. Si uideris bouem fratris tui, uel ouem eius fugatos, ne abscondas te ab eis, sed reducendo reduces eos fratri tuo. Iesaiæ 58. Et a carne tua ne abscondas te.

INDE NOMINA:

עלם Adolefcens, iuuenis, quandiu est priuatus, & priuatam uitam agit, nec in œconomico aut publico & politico officio & administratione existit, sed adhuc cœlebs est, & priuatus. 1. Samuelis 17. Interroga, cuius filius sit iste adolefcens. & cap. 20. Et si sic dixero adolefcenti, ubi de puero loquitur, quem secum sumpserat Ionathan, & paulo ante uocauerat עלם. Et in genere foeminiño עלמ, adolescentula, iuuenicula, scilicet innupta, quæ nondum est elocata uiro, antequam nuptias celebrauit, & publicum coniugij statum ingressa est. Testantur enim omnes ueteris Testamenti loci ubicumq; legitur, dici de iuuenicula, quæ uirgo est: ut Genesis 24. Et erit adolescentula illa, quæ egredietur ad hauriendum aquam, &c. ubi de Rebecca filia Bathuelis dicitur, quæ haud dubie tum fuit uirgo. Similiter de sorore Mosi pedissequa filia Pharaonis legitur Exo. 2. Et abiit adolescentula illa, & uocauit matrem pueri. Sic Iesaiæ 7. Ideo dabit Iehoua uobis signum: Ecce adolescentula quædam grauida parit filium, &c. ubi quoq; iuueniculam significat, quæ est uirgo: alio qui nullum fuisset miraculum, si iuuenicula imprægnata peperisset. Et Mattheus hunc prophete locum adducens cap. 1. Euangelij sui, Græcè reddidit uoce עלם, quæ uirginem significat. Item Prouerbior. 30. Via aquilar in celo, uia colubri super petra, uia nauis in medio maris, & uia uiri in Adolescentula. Et si in hoc Salomonis loco hanc uocem עלם Iudæi obsceni pro scorto accipiendam contendant, aut muliere uiro cognita, eo ipso consilio, ut locum Iesaiæ labefactare conent-

PRO. Leuit. 4. Et offeret super errato suo. Psal. 32. Pro hoc orabit omnis pius. PROPTER, sequente uel nomine, uel pronomine. Genesis 16. Iniuria mihi fit propter te. & cap. 26. Ne moriar propter eam. & cap. 38. Cur rupisti propter te rupturam. cap. 43. Propter argentum. Leuitic. 19. Et non feres propter ipsum erratum. Psal. 7. Propter eam in altum reuertere. Psal. 16. Bonitas mea non propter te. Psal. 44. Propter te occidimur quotidie. Psal. 45. Propter ueritatem. Threnorum 5. Propter hoc fuit dolens cor nostrum. Et iterum: Propter hæc obtenebrati sunt oculi nostri. Importat tamen nonnunquam defectum eius rei, quæ sequitur. Ioel. 1. Euiant uinitores propter triticum, & propter hordeum, id est, propter defectum tritici, & hordei. Mich. 7. Et erit terra uasta, propter habitatores eius, &c. PROPTEREA, si absolute ponitur. Osee 7. Conuertebantur non propterea. QUAMUIS, EO QUOD. Iesa. 53. Quamuis non iniquitatem fecerit. Psal. 119. Eo quod non custodiuerunt legem tuam. A, AB. Zach. 4. Et una a sinistris illius.

IN COMPOSITIONE CVM ALIIS particulis:

על Super. Iod nihil addit significationis. Gen. 49. Sit Dan serpens super uia, cerastes super semita. Num. 21. Super puteo. Job 16. Saccum consui super cutem meam. Psal. 92. Super decachordo, & super Nablo. Iesaiæ 18. Sicut æstus clarus super pluuiam. Psal. 50. Qui feriunt pactum supra sacrificium. על Propterea. Gen. 2. Propterea relinquet uir patrem suum, & matrem suam. Psal. 1. Ideo non surgent improbi in iudicio. Nehe. 6. Propterea tu ædificas murum. על Propterea quod. Psal. 139. Celebrabo te propterea quod mirifice mirificatus sum. Iesaiæ 59. Sicut ad retributiones, donec reddat furorem hostibus suis. Ies. 63. Sicut super omnia, quæ retribuit nobis Iehoua, id est commemorabo misericordias Domini, quem admodum fuerunt super omnia, quæ retribuit nobis. Psal. 119. In uia testimoniorum tuorum gauisus sum, sicut super omnibus diuitijs. על Ludicum 7. Sicut arena, quæ est iuxta littus maris. על Desuper, quando uidelicet simpliciter extra respectum, seu comparationem ponitur, semper importat motum rei de loco superiore. Gen. 27. Et de rore cœli desuper. Num. 6. Desuper tabernaculo. & cap. 12. Et nubes recessit desuper tabernaculo. Deuteron. 29. Et eduxi uos quadraginta annis in deserto, & non inueterata sunt uestimenta uestra desuper uobis, id est, ut a uobis deposuissetis. 1. Samu. 6. Si forte releuet manum suam desuper uobis, & desuper dijs uestris, & desuper terra uestra. 1. Samuelis 15. Et reuertebatur desuper Saule. 2. Samuelis 24. Et conclusa est plaga desuper Israele. 1. Reg. 2. Non excindetur tibi uir desuper throno Israele. Psal. 50. Vocabit ad cœlos desuper. Psal. 148. Et aquæ quæ desuper cœlis, id est quæ de celo delapsæ sunt. 2. Regum 2. Et accepit pallium Eliæ, quod ceciderat desuper ipso. Ezechielis 1. Et cum ipsa eleuarentur desuper terra. & cap. 9. Et gloria dei ablata est desuper Cherub. At quando sequitur in comparatione nomen datiui casus, tum idem ualeat quod על, etiam habens post se datiuum: & opponitur uoci על habenti post se etiam datiuum, qui respectum seu comparationem importat: ut Gen. 1. Et fecit Deus firmamentum, & diuisit inter aquas quæ inferius firmamento & inter aquas quæ superius firmamento. Ezech. 1. Et facta est uox superius firmamento, quod erat super capite ipsorum. Ionæ 1. Et ascendere fecit superius Ionæ, id est, supra Ionam, &c. על Exultauit, tripudiuit, gessit præ gaudio. Congruit significatione cum uerbis על & על, nisi quod ut forma, ita modo parum significandi uariant. 2. Sam. 1. Ne exultent filij prepuniti habentiu. Psal. 28. In ipso confidit cor meum, & adutus sum, & exultauit cor meum. Psal. 96. Et exultabit ager, & quicquid in eo est. Psal. 149. Exultabunt pii in gloria. Iere. 50. Quonia exultabitis coculcantes hæreditatem meam.

gazu

tus & pax ipsa erunt sine fine super thronū David, & super regnum eius, ut disponat illud, & stabiliat ipsum in iudicio & iustitia a modo & usq; ad seculum.

לעולם Cum uau, in seculum, ad olim. Et sumitur secundū materiam subiectā pro tempore alias longiore, alias breuiore, sine certa determinatione. Exo. 19. Ut audiat populus me tecū loqui, & credat tibi in seculum. Deu. 23. Nō quæras pacē eorū, aut bonū eorū cum diebus tuis usq; in seculū. 2. Reg. 5. Et lepra Naaman adhaereat tibi, & semini tuo in seculū. Legit̄ tamē 2. Paral. 33. וְלִיְיָ, Ponā nomē meū in seculū. Et Psal. 119. Et obseruabo legē tuam iugiter in seculū & ultra. Et quando deo attribuitur. Ps. 9. Iehoua in æternum sedebit. Psal. 33. Iudiciū Iehoua in æternum stabit, Psalmo 110. Tu es sacerdos in æternum secundū ordinationem Melchizedek. Legitur etiā aliquoties cū ista præpositione sine uau וְלִיְיָ. Gen. 3. Et dixit Iehoua: Ecce homo fuit unus ex nobis cognoscēdo bonū & malū, & nūc ne mittā manū suā, & accipiat de ligno uitæ, comedatq; & uiuat in seculū, mihi cum Iehoua deus ex horto uoluptatis. Gen. 8. Non iudicabit spiritus meus cum homine in seculum. Exod. 21. Et perforabit sustentator eius aurem ipsius, & seruet ei in seculū. 1. Reg. 1. Vivat rex meus David in seculū. 1. Reg. 9. Cōfirmabo thronum regni sui super Israel in seculū. Exod. 15. Iehoua regnabit in seculum & ultra. Ps. 9. Nomen eorum deleuisti in seculum & ultra.

מזמן Semper cum uau holem, à seculo, ab olim. Gen. 6. Gigantes uerò erant in diebus illis & hi fuerunt fortes à seculo. Jerem. 5. Ecce adducō super eos gentem, quæ robusta est, gentem quæ à seculo est. Iosue 7. Trans flumēn habitauerūt patres uestri à seculo. Iesaja 42. Tacui à seculo, & cap. 46. Recordemini priorū à seculo. Iere. 2. Siquidē à seculo cōfregi iugū tuum. Porro in Ioanne utitur hac phrasī cæcus, quem Christus seruator noster sanārat, inquitens: A seculo non est auditum quod quis aperuerit oculos cæci nati. Et Petrus Acto. 15. ἀπὸ ἀἰῶνος, à seculo sunt deo nota omnia hæc opera sua. Ideo etiā placuit mihi hanc uoculā ita reddere ex ueteris Testamenti locis, ut ista phrasī Hebraica intelligeretur: & contra ex nouo Testamento etiā phrasēs ueteris Testamenti fierēt illustriores. Cæteri, si de Deo dicitur, qui est æternus, notat æternitatem, ut supra iam sapius adnotatum est. Ps. 93. Firmatus est thronus tuus a modo, ab æterno tu es. Proverbiorum 8. Ego cōstituta sum ab æterno.

בין העולם A seculo, ab æterno. Psal. 106. & 1. Paral. 16. Benedictus Iehoua deus ab æterno, & usq; in æternum. Similiter 1. Paral. 29. Nehēm. 9. Psal. 41. & 90. Item legitur Iere. 23. Prophetæ, qui fuerūt ante me & ante te à seculo. Ios. 2. Populus multus & fortis, sicut non fuit à seculo, id est ab eo tempore, quo seculum fuit.

עלם Exultauit, tripudiauit, gesticit seu exultauit præ gaudio: cōgruit significatione cū uerbis לער & עלך. Iob 26. Et non exultabit.

In uoce passiuā legitur participium generis foeminini עלמה. Iob 39. Ala struthiocameli exultans.

עלית In quarta coniugatione עלית. Prouer. 7. Exultabimus in amoribus. Significatione non multū ab עלך differt: deinde ut se uerbum רעך habet modo significandi, ita quoq; se habet hoc uerbum, sicut forma etiam non multū ab utroq; differēpat. Significat autem proprie obscurari, regi, abscondi, obduci, obuelari, inuolui. Et si ad animū trāsferitur, significat obscurari, perturbari. Legit̄ aut̄ in secunda coniugatione, actiua uoce, participiū præteriti temporis עליתך. Cant. 4. Manus eius uelut sphaerulæ aureæ impletæ Tharsis, uenter eius uelut ebur exdente obductum Saphiris.

In uoce passiuā עלך, moestitia obscuratus seu obductus fuit. Ies. 51. Filij tui obscurati sunt. Ezechielis 31. Et nigrescere feci super Libanum, & omnia ligna agri super eum obscurari, id est, moerere.

In quarta coniugatione עליתך. Gen. 38. Et uelauit peplo, & obtexit se. In alijs locis transfertur ad animū. Amos 8. In die illa obscurabuntur uirgines pulchræ, & electi in siti. Ionæ 4. Et ferijt sol super caput Ionæ, & obscuratus est, id est, conturbatus

E c batus

in generationibus suis. De sacerdote Leuitico. Exo. 29. Et erit uobis sacerdotiū in statu seculi. Et sic de alijs ritibus, cultibus, sacrificijs, solennitatibus, foederibus, obseruationibus, quibus annexa est hæc clausulā, falsō cum sibi, tum alijs persuadent perpetuō & indefinenter illa seruanda esse, non considerantes, ut & supra quoq; monui, & exemplis aliquot demonstrauī, quod ista uox etiam significet seculum, hoc est durationē temporis olim finiendi in Christo, in quo aliud seculum coepit, aliaq; lex, scilicet spiritus uitæ data est, sicut legis ueteris abrogationem difertis uerbis Deus cum per omnes prophetas, tum uerò præcipue per Ieremiā & Ioelem prædixit, & pactum nouum promittit surrogandū, quodq; illa, quæ in lege obumbrata, tantum figura essent rerū futurarū corporis Christi. Hinc Paulus ad Galatas, Legem dicit pædagogum ad Christum: & alibi, Finem legis Christū asserit. Imò Christus ipse dicit: Lex & propheta usq; ad Ioannem, &c. Ne autem Iudæi etiam hæc eludant, ut solent perpetuō rimas quærere, quibus elabantur, aliquot alijs scripturæ testimonijs multò euidētiōribus obfirmabo, hanc uocem וְלִיְיָ nequaquam posse æternitatem significare, sed uel de præterito, uel de futuro tempore dici. Proverbior. 22. Non transferas limitem seculi, quem posuerunt patres tui, scilicet olim. Deuter. 15. Et accipies subulam, & pones ad aurem eius & ad ostium, & erit tibi seruus seculi: ubi sanè ad longū uerū pro spatio quinquaginta annorum sumitur: fieri enim potuit, ut iuxta legem Leui. 25. intra pauciores annos liberatus fuerit. 1. Sam. 27. Et credidit Achis ipsi David, quod magnā nauisā habere super populo suo Israel, ideo uerū mihi in seruū seculi. ubi certū est, seculi uocem non importare æternitatem infinitam; sed tantū accipiendam pro uitæ reliquo termino. Proverb. 10. Quando transierit tempestas, statim non est improbus, iustus autem fundamentum est seculi, id est durationis, seu durable. Hæc & alia multò plura scripturæ testimonia (quæ ut adducere, longius esset) satis superq; satis testantur hanc uocem וְלִיְיָ præterquam cum de deo, deq; rebus æternis dicitur, non significare æternitatem, sed tantū durationē temporis, aliā longiorem, aliā breuiorem, idq; secundum materiam subiectā, quem admodum supra quoq; multis ostensum est. Et pluraliter וְלִיְיָ, id est multa secula. 1. Reg. 8. Adificando adificauī habitaculum tibi firmum, ut in eo habites multa secula. Psal. 61. Commorabor in tabernaculo multa secula. Psal. 77. Num in multa secula repellet Iehoua, & non addet bene uelle amplius? Psal. 145. Regnū tuum regnum omnium seculorum, & dominatio tua in generationem & generationē. Eccles. 1. Si est res de qua quis dicit, uide hoc est nouum, iam fuit ante multa secula, quæ fuerunt ante nos. Iesaja 45. Israel saluatus est salute multorum seculorum. & cap. 51. Excitare sicut in diebus prioribus in generationibus multorū seculorum. Dan. 9. Ad adducēdum iustitiam multorum seculorum. In statu regiminis עלך. Ies. 45. Non erubescēt, neq; confundentur usq; ad secula æternitatis.

עד עולם Usq; ad seculū, usq; ad olim: ubiq; & semper cū uau holē. Gen. 15. Dixit Iehoua ad Abram, omnē terrā quā uides, dabo tibi & semini tuo usq; ad seculū. Deu. 23. Non intrabunt Ammonites & Moabites in Ecclesiā Iehoua, usq; ad seculū, & cap. 29. Abscondita dei reuelata sūt nobis & filijs nostris usq; ad seculum, ut faciāmus omnia uerba Legis huius. 1. Sam. 1. Et Hanna non ascendit: dicebat enim uirō suo, cum ablatatus fuerit puer, tunc adducā eum, ut appareat corā Iehoua, & maneat ibi usq; in seculum. 2. Sam. 7. Et confirmabitur domus tua, & regnum tuum usque ad seculum coram te. Psal. 106. Et stetit Pinhas & deprecatus est, & cohibita est plaga, & reparatū est ei pro iustitia in generationem & generationē usq; ad seculum, für vmd für ewiglich. Sic Paulus Ephes. 3. In omnes ætates seculi seculorum. Psal. 113. A modo & usq; ad seculum. Similiter Ies. 9. Multiplicatio principatus

tus

dedisti eis regna & populos. Attamē sapissimē legitur defectiue עמרי. Gene. 17. Eritis in gentes, reges populorū ex ea erunt. & ca. 28. Et eritis in congregatio nem populorum. Psal. 9. Annunciate in populis opera eius. In statu regiminis perfectē עמרי. Nehemiā 9. Et populos terrā. Ar defectiue עמרי. Deu. 28. Et ui debunt omnes populi terrā. Nehemiā 10. De populis terrarum. In statu affixo rum perfectē. Iud. 5. Post te Beniamin in populis tuis. Et defectiue. Gen. 25. Et collectus est ad populos suos. Num. 27. Ad populos tuos.

עמרי Popularis, qui est cū alio iunctus societate, idiōmate, iure, religione & politia. No stra translatio uertit socius, & proximus. Leuit. 5. Et negauerit populari suo com missum. & cap. 25. Et si uendideris uenditione populari tuo, aut emendo de manu popularis tui. Zachariā 13. Et super uirum, popularem meum.

עמרי Coniunctio, consequentia, uicissitudo. Eccles. 5. Omnium uicissitudo, quod ut uenit, ita abit. quanquam quidam existiment עמרי בל, positum pro עמרי, sic legen res: Similiter ut uenit, ita abijt. Legitur tamē aliās semp̄ præposita litera lamed ל עמרי, transiēs in naturam aduerbiij loci, iuxta, erga, propē, ex aduerso, eregione. Exod. 25. iuxta clausuram. Leuit. 3. Caudam integram iuxta spinam dorsi auferet eam. Eccles. 7. In die bono sis in bono, & in die malo considera: nam hunc iuxta il lum fecit Deus. Legitur aliquando cū affixis. 2. Sam. 16. Et Sime i bat in latere montis iuxta eum. Ezechielis 1. Et rotæ eleuabantur iuxta illa. Legitur semel assumpta litera mem per prothesin עמרי. 1. Re. 7. Etiam superne iuxta uentrem.

INDE VERBUM,

עמרי Quod superioribus nominibus contrariam habet significationē: significat enim remotum esse à conspectu, latere aliquem. Ezech. 28. Omnia obli gnata non latēt te. Et cap. 31. Et cedri non latebant eum in horto Dei.

In secunda coniugatione uoce passiuā עמרי. Threnorum 4. Quomodo latet au rum: seu, remotum est aurum.

עמרי Omnes unanimiter uerterūt pro fortitudine, sed de eius etymologia multum uar iant: quidam à עמרי deduxerunt, & dicunt mem literam esse accessoriā, ut in עמרי, & debere subintelligi ab initio beth præpositionē, quæ abiecta sit Euphoniæ cau sa. Ego potius arbitror ab עמרי præpositione & nomine עמרי deriuatum, quæ colle ctionem, coniunctionem, præsentiam, significāt, & literam beth esse accessoriā, sicut in עמרי, & fieri quodammodo substantialem. Iesaiā 11. Agitabit manū tuā su per flumen in collectione uentis sui.

עמרי Volunt nonnulli deductum ab עמרי, intersera litera lamed, propterea quod eius dem sit significationis: at de hoc uide in themate עמרי.

עמרי Stetit, substitit. Et ut literarum transpositione, ita significatione inter se differūt עמרי & עמרי. Gen. 19. Ad locū ubi stetit coram facie Dei. Et mox iterū. Et ne subsistas in toto circo. & cap. 30. Et uidit Lea, quod substitisset à partendo. 2. Sa muelis 20. Et uir substitit iuxta illum de pueris loab. Genesis 45. Descende ad me, ne subsistas. Leuitic. 13. Et si in oculis eius steterit cicatrix. 2. Regum 4. Et stetit ole um. & cap. 13. Et lucus stetit in Samaria. 1. Paralipom. 20. Et factum est post hæc, & extitit bellum in Gezer. Esther 3. Ut uideret, an consisteret res Mardochoi. Pl. 33. Consilium Iehoua in perpetuum consistet. Ezechiel. 22. Num stabit cor tuum. Da nielis 8. Stabit rex fortis facierum. Deut. 5. Tu uerō hic sta iuxta me. Nahum 2. Sta te, state. Exod. 9. Et ne addatis subsistere. & cap. 18. Si uerbum hoc feceris & præce perit tibi deus & poteris consistere. 2. Paralipom. 30. Et stabant super stare suo, id est, in statione sua. & cap. 34. Et stabat rex super statione sua, id est, in loco soli tūsus erat stare. Danielis 8. Et constituit me super stationem meam. Est & phrasia, stare coram aliquo, quæ de ministris est intelligenda, qui sunt in publico ministe rio. Genesis 43. Et steterunt coram Ioseph. 1. Samuel. 16. Et uenit Dauid ad Saul, & stetit coram ipso. Ieremiā 15. Si steterit Moses & Samuel coram me, non erit anima mea ad populum istum.

Participium præfens עמרי. Exod. 3. Locus in quo tu stas. cap. 17. Ecce ego sto

Et coram

1136

עמרי

batūs est, consternatus est.

Exultauit, tripudiauit, gesticit seu exiliuit præ gaudio: & congruit significatione cum uerbis עמרי & עמרי. 1. Sam. 2. Exultauit cor meum in Iehoua. 1. Paral. 16. Exultabit ager, & quicquid est in eo. Psal. 5. Et exultabunt in te amantes nomi nis tui. Psal. 9. Laetabor & exultabo in te. Prouer. 11. In bono iustorum exultabit ci uitas. & cap. 28. In exultando iustos multus est decor.

INDE NOMEN,

עמרי Exultatio. Habakuk 3. Exultatio eorum, sicut qui deuorant oppressum in abscon dito.

1137 עמרי

A quo præpositio עמרי deriuatur, quæ propinquitatem, seu coniunctionem si gnificat. Et quando cū persona, uel re alia cōstruitur, quæ non locum significat, tum commode exponi potest per præpositionem cum, erga, cōtra, siue in bonum, siue in malum. 2. Sam. 6. Et tulerunt illud, scilicet plaustrum de domo Aminadab, qui erat in Gibeā cum arca dei. 2. Sam. 13. Et non loquutus est Absolom cum Am non. Psal. 18. Cum benigno benignus es, cum uiro integritatum integrum te exhi bes, & c. Cantic. 4. Paradisus malogranatorum, cum fructu deliciarum, camphoræ cum Nardis, & crocus & calamus, & cinnamomum cum omnibus lignis Libani, myrrha & aloes cū omnibus præcipuis aromatibus. Gen. 26. Pastores Gerar cum pastoribus litigauerunt. Osee 12. Lis est Iehoua cum Iehuda. Psal. 94. Quis stabit apud me contra malignos, quis sistet se contra operadores pro desiderio. Est & copulatiua seu coniunctiua, Et, etiam, in super, præterea. 1. Sam. 16. Et erat ruffus & pulcher oculis. Psal. 72. Timebūt te cum sole, id est, donec erit sol. Quādo autem cōstruitur cum nominibus localibus, tum significat iuxta, prope, apud. Gen. 25. Et habitauit Izhak iuxta Beer Lachai Roi. & cap. 35. Et abscondit eos Iacob subter quercu quæ erat iuxta Sechem. Iudic. 18. Quæ erat iuxta domum Michæ, uociferati sunt. & cap. 19. Ipsi existentibus iuxta Iebus. 2. Sam. 19. Et moriar in ciuitate mea iuxta sepulchrum patris mei. Et quando cōstruitur cum mem præpositione ablatiui casus עמרי, tum amittit uim suam, & significationem retinet præpositio mem. Gen. 48. Et eduxit Ioseph eos de gentibus suis. Exo. 9. Et egressus est Moses de Pharaone. 1. Sam. 20. Et cognouit Ionathan, quod consummatum esset à patre suo. Et mox iterum: Et surrexit Ionathan à mensa. Et in statu affixorum dagges satura litera mem, ut denotetur defectus literæ geminatae, quæ de radice abiecta est. Psal. 91. Cum ipso sum in angustia. Gen. 26. Et ero tecum. Exod. 19. Ascendes tu & Aaron tecum. 1. Sam. 1. Ego sum mulier, quæ steti tecum hīc. Gene. 39. Dormi me cum. Iesaiā 7. Et uocabis nomen eius ImanuEl, id est, nobiscum deus. Leuit. 26. Et si perrexeritis contra me in occursum, & non uolueritis audire me. Gen. 31. Ne forte raperes filias tuas à me. & cap. 26. Discede à nobis.

עמרי In continuitate cum pathah, & in distinctione etiam parua cum cametz עמרי, con sociatio, siue magna siue parua hominum, qui simul iuncti, idem nomen, ius, ean dem linguam, religionem, politiam habent, ab עמרי, eod quod simul cohabitant inter se, & secum iuncti sunt societate, lingua, iure, religione, & Latinis populus dici tur, Germanis Vöfel. Gene. 11. Ecce populus unus, & labium unum omnibus il lis. Et cap. 27. Et curruuit se populo terræ, filijs Heth. Exod. 11. Et dixit Pharao ad populum suum, ecce populus filiorum Israel est multus. Et quando geminatur hoc nomen, importat illa geminatio distributionem. Nehe. 13. Sed cum lingua po puli & populi. Esther 1. Et ad populum & populum. & cap. 33. Ad principes populi & populi, id est, diuersorū populorum. Transfertur tamen ad animalcula, quæ quoq; suam inter se habent societatem & politiam. Prouer. 30. Formicæ populus sunt nō ualidus, & cuniculi populus non fortis. Et in statu affixorum legitur de defectiue, & seruat pathah, daggesata litera mem. Gen. 49. Dan iudicabit populum suum. Psal. 28. Saluum fac populum tuum. 2. Samuelis 22. Eripies me à contradi ctionibus populū mei. 2. Paral. 18. Et sicut populus tuus, populus meus. Ierem. 46. Et reuertemur ad populum nostrum. Et pluraliter perfectē עמרי. Nehem. 9. Et dedisti

ut quaerat, neq; tamen inuenit. Psal. 127. Frustrā laborauerunt, qui aedificant eam.
Participium praesens עבלי. Eccl. 9. Et in labore tuo, quem tu laboras sub caelo.
Proverb. 16. Anima laborantis laborauit sibi. Job 3. Quare dabit laboranti lucem.
& cap. 20. Omnis manus laborantis ueniet ei. Et pluraliter עבלים. Iudicum 5.
Manum suam ad clauum mittebat, & dexteram suam ad malleum laborantium.

INDE NOMEN,

עבלי Labor, scilicet molestus qui uoluptatem non adfert, idq; propter peccatum origi-
nis, & maledictionem diuinam. Et sumitur actiue & passiuē, sicut & עבלי actiue
& passiuē dolorem significat. Et refertur nunc ad animum, iam ad corpus. Psal. 25.
Et dolor & labor est in medio eius. Iesaiā 10. Vae constituentibus statuta doloris
& scribentibus, qui laborem scribunt. Numeri 23. Non aspexit dolorem in Iacob,
neque uidit laborem in Israel. ubi haec duo pro doctrina operum, & impijs culti-
bus usurpantur. Vnde propheta postea hanc phrasin mutuari sunt, sicut certe Mo-
ses fons est omnium prophetarum. Psal. 10. Sub lingua eius labor & dolor, id est
impia doctrina excrucians conscientiam. Praeterea passiuē usurpatur labor
pro aernna, & miseria. Job 3. Quod non conclusit ualuas uteri mei, nec abscondit
laborem ab oculis meis. ca. 4. Sicut uidit aratores doloris, & seminatores laboris.
cap. 5. Non egreditur de puluere dolor, & de terra non germinabit labor, sed ho-
mo ad laborem nascitur, id est aernnam. cap. 7. Et noctes laboris deputatae sunt
mihi. cap. 15. Concipiendo laborem, & pariendo dolorem, & uenter eorum con-
solidat imposturam. Psal. 7. Ecce concipiet dolorem, & praegnans erit labore, &
pariet falsum. Psal. 10. Quoniam tu laborem & uim aspicias. Psal. 90. Et praes-
tantia eorum labor & dolor. prius refertur ad corpus, posterius ad animum. Pf.
94. Fingente dolorem super statutum. In statu regiminis עבלי, Actiue. Eccl.
10. Labor stultorum attinget eos. Passiuē. Iudicum 10. Et decurtata est anima ei-
us in labore Israel. Psal. 73. In labore hominis non sunt ipsi. Iesaiā 53. Propter la-
borem animae suae.

1140
עבלי

Imposuit, scilicet onus, **außladen**: & construitur cum עבלי. Gen. 44. Et im-
posuit unusquisq; super alium suum. Vel cum lamed. Pf. 68. Benedictus Iehoua,
qui singulis diebus imponit nobis, deus salutis nostrae, scilicet onus.

Participium praesens pluralis numeri עבלים. Nehem. 13. In diebus illis uidi in
Iehuda calcantes torcularia in sabbatho, & inuehentes aceros, & imponentes su-
per alinos uinum, uuas, & ficus, & omne onus. Legitur tamen sin pro samech.
Nehem. 4. Et aedificantes in muro, & gestantes onera, & imponentes. Et cum
affixo: Omnes imponentes illum conuellendo conuellentur.

Participium praeteritum עבלי. Iesaiā 46. Audite ad me domus Iacob, & om-
nes reliquiae domus Israel, impositi ab utero, gestati a uulua. Et in genere foemi-
nino עבלי. Iesaiā 46. Gestamina uestra imposita sunt ad lassitudinem.

In tertia coniugatione עבלי. 1. Regum 12. & 2. Paral. 10. Et nunc pater meus
imp onere fecit super uos fugum graue.

INDE NOMINA:

מְעִבָה Onus, quod gestandum imponitur. Zach. 12. Et ponam Ierusalem lapidem oneris,
id est, onerosum, **laststein**.

1141
עבלי

Profundum fuit. Psal. 92. Valde profundae fuerunt cogitationes tuae.

In tertia coniugatione עבלי, si regit post se accusatiuum, sumitur actiue, profun-
dare. Iesaiā 31. Reuertimini ad illum, a quo profundauerunt defectionem, id est
multiplicauerunt. Osee 5. Et mactationem Apostatae profundauerunt, ego autē
castigatio sum omnibus illis. Alias legitur neutraliter. Iesaiā 30. Etiam ipsi regi
stabilita est, profundata, dilatata. Ierem. 49. Fugite, uertimini, profundi sitis ad
habitandum ciues Dedan. Iesaiā 7. Postula tibi signum ab ipso Iehoua deo tuo,
profunda in Infernum. Osee 9. Profundi sunt, corrupti sunt, sicut in diebus Gi-
bea, id est profunde corrupti sunt.

Ee 3. Parti-

coram te. Iesaiā 11. Radix Iesse quae stat in signū populotū. Et pluraliter עבלים.
Exod. 26. De lignis Sittim stātes. Deu. 18. Qui stant ibi coram Iehoua. Iosue 4. Sta-
bant in medio Iordanis. Et in genere foeminino עבלי. Psal. 19. Timor Iehoua
mundus consistit in aeternum. Psal. 11. Et iustitia eius consistit in aeternū. Et plu-
raliter עבלים. Iosue 11. Omnes ciuitates quae stabant super cumulo suo. Psal. 122.
Stantes fuerunt pedes nostri.

In tertia coniugatione עבלי, stare fecit, constituit, collocauit. 2. Paralipom. 19.
Et etiam in Ierusalem constituit Iosaphat de Leuitis. Leuit. 14. Et constituet sacer-
dos, qui mundificat. Exo. 9. Et quidem constitui te ut ostendam tibi uirtutē meā.
Psal. 107. Et constituit uentum tempestatis. Nehem. 7. Et constituēbamus cu-
stodias. 2. Paralipom. 30. Et statuerunt uerbum, ut transire faceret uocem per uni-
uersum Israel. Ezech. 29. Et cum inuixi essent ipsi super te, frangebaris, & staretbas
illis omnes lumbos. 1. Regum 15. Et ut restitueret Ierusalē, id est restauraret. Nehe-
m. 3. Et restitueret ualuas eius. Esdrā 9. Ad erigendum domum Dei nostri, & ad
restaurandum uastitates eius.

Participium praeteritum עבלי, quod quoq; est nomen participiale. 1. Reg. 22.
Et rex erat constitutus in curru contra Syros. Psal. 69. Demersus in lacunam pro-
fundam, & non subsistentia.

INDE NOMINA:

ערב Chaldaice ערבא, Coruus: quia mixtum habet colorem inter lucidum & nigrum, seu quod colore referat obscuritatem uesperae, uel quod uesperae euolet, sicut uesperatilonis & noctuae. Gen. 8. Et emisit coruum. Leui. 11. Et omnem coruum in specie sua, quo nomine generalis etiam picis, picae, monedulae, & aliae id genus ues comprehenduntur. Iob 30. Quis parat coruum cibum suum. Psal. 147. Qui dat iumentis cibum suum, filijs corui, qui inuocant. Cant. 5. Cincinni eius nigri uelut corui. Iesa. 34. Possidebunt eam ulula & coruus. Et pluraliter ערבים. Reg. 17. Ego praecipui coruis, ut ibi te pascant. In statu regiminis ערבי. Prouer. 30. Oculum eius qui subsannat patri, & contemnit doctrinam matris suae, effodient corui torrentis.

ערב Coeli regio, quae ad uesperam spectat, ubi dies cum nocte commiscetur, quae sole oriente obscurior est, & tardius illustratur. Dan. 8. Ecce hircus caprarum ueniebat a uespera. Porro ut mem notat motum a loco, ita lamed praeposita notat motum ad locum. Paral. 7. Et ad Orientem Naaron, & ad uesperam Gezer. Interdum tamen assumit in fine he locale. Paral. 26. Ultra Iordanem uersus uesperam. Est tamen etiam nota foeminini generis, praecipue si a fronte habet praepositionem mem de loco. Iesaia 45. Ut sciant ab Ortus solis, & ab Occidente.

ערב Nomen concretum siue abstractum, conueniens, congruus, acceptus, gratus, commodus, suauis uel conuenientia, congruentia, suauitas. Prouer. 20. Gratus est uiro panis mendacij. Cantic. 2. Quoniam uox tua suauis.

ערב Quatum ex scriptura locis habetur, talem locum, seu terrae partem significat, quae neque montosa est, neque decliuus, sed plana: ideo Chaldaei ubique translulerunt ערבה, id est planities, seu ut etiam transferri solet, locus siue terra campestris. Et quaquam alij pro loco sterili & deserto, alij pro Arabia accipiant, & a sterilitate nomen habere existimant, tamen arbitror a mixtura dici, id est mixto sapore pabuli, quod in eo crescit, & iumentis conueniens est & gratum, quae acidis delectantur: sunt enim eiusmodi campestris non melliflua, sicut sunt ualles, uel colles: nec plane sterilia, qualia sunt loca aspera, & deserta, sed ubi uicia crescit, id quod Iesaias ערבה מליגמה acetosum uocat cap. 30. ubi sic legitur: Boves & pulli qui colunt terram, pabulum acetosum comedent, & c. quasi data opera Propheta describere uoluerit pabulum eiusmodi iumentis conueniens & gratum. Deut. 1. In campestri regione maris rubri. Et mox iterum: In campestri, in monte, & in conualle. Iosue 3. Et descendentes ad mare campestris, mare, scilicet salis. & cap. 11. Qui erant ad Aquilonem in monte, & in campestri contra Meridie Cimeroth, & in conualle. Iesa. 40. Facite rectam in campestri semitam deo nostro: Omnis uallis eleuabitur, & omnis mons & collis humilabitur. Iob 39. Qui posuit campestre domum eius, mansiones eius saluginem.

Et cum he locali ערבה. Iosue 18. Et descendit in campestre. Et pluraliter in statu absoluto ערבות. Iere. 5. Lupus campestrium uastauit eos. Alij Arabia. Et in hac significatione accipiunt coplurimi uocem hanc ערבות. Psal. 68. Et dicitur coelos coelorum, hoc est extimam coelum, seu uehiculum diuinae maiestatis significare, eod quod stellis desertum & uacuum sit, & adducit pro se, quod ideo utatur uerbo ערבות, id est sternite, quo alio qui non fuisset usus, si non in desertis & uastis ueheret. Sed de hoc etiam meam subiungam sententiam, hanc uidelicet: quod ut Salomo 1. Regum 8. ערבות, & David Psal. 150. ערבות translatione facta uocant locum in templo Hierosolymitano, quo se Deus uerbo suo alligauerat, & in illo caelo ac firmamento populus iubebatur quaerere de Dei uoluntate, ipsum colere, inuocare & celebrare, ita quoque in hoc Psalmo quadam translatione usum esse, atque ערבות in quibus uehitur Christus, dici & esse eius ecclesiam, in qua uehitur, & quidem in com-

rum. 2. Reg. 18. & Ies. 37. Et nunc sponde cum sustentatore meo rege Assur. Interdum cum ערבות. Prou. 24. Et cum delatoribus ne admisceas te. Vel cum lamed. Prou. 20. Et blandienti labijs suis ne admisceat se alius. Vel cum praepositione beth. Esdrae 9. Et admiscuerunt se semet sanctitatis cum populis regionum. Psal. 106. Et commiscuerunt se cum gentibus, & didicerunt statuta earum. Prou. 14. Et in latitia eius ne admisceat se alius.

INDE NOMINA:

ערב Cum sex punctis, id est uespera, id uidelicet tempus, quo dies tenebris commiscetur, & certum iudicium de rebus auferit, ne possint figura rerum discerni, sed omnia sint confusa. Et ut se ערב habet ad ערב diem, ita ערב se habet ad ערב noctem. Gen. 1. Et fuit uespera & fuit mane dies unus. & cap. 24. Et camelos accubere fecit extra ciuitatem ad fontem aquarum, sub tempore uesperae. Psal. 55. Vesperae, & mane, & meridie meditabar. Habakuk 1. Aciores sunt quam lupi uesperae. Zopho. 3. Iudices eius lupi uesperae. Solent enim lupi eo tempore excurrere ad praedam, & post diei inedia magis famelici & auidi praedae. Esti sciam quosdam pro deserto interpretari, tamen in hac forma pro deserto nupsia legitur, & patrocinator sententiae meae locus Gen. 49. Beniamin ut lupus laniabit, & mane comedet praedam, & ad uesperam diuidet spoliis. Similiter Psal. 104. Pone tenebras & fit nox, in ea prorepunt omnes bestiae syluae, leones rugientes ad praedam, ut querant a Deo escam suam. Orii sol & recolligunt, & ad iustra sua se recipientes recumbant. Egre ditur homo ad opus suum, & ad laborem suum usque ad uesperam, & c.

In distinctione sententiae mutat primam uocem in cametz ערב. Iob 7. Et mensurat uesperam. Et dualiter ערב, duae uesperae, a duobus terminis uesperae, termino a quo & terminum ad quem: una est quando declinauit sol ad occasum, altera quando iam occidit, necdum tamen tenebrae obductae sunt. Exo. 16. Intra uesperas comeditis carnes, & mane saturabimini panibus. Exod. 23. Vnum agnum facies mane, & alterum agnum inter uesperas, id est, quando desijt esse dies, & tamen nondum est nox.

INDE VERBUM,

ערב Quod dicitur de tempore illo, quo dies tenebris commiscetur, & commodum uertere licet uerbo ad uesperascere. Iud. 19. Ecce nunc laxatur dies ad uesperascendum. Ies. 24. Ad uesperatum est omne gaudium, id est, ad finem usque deductum, quo cessare solet.

In tertia conjugatione ערבת. 1. Sam. 17. Et accedebat Philistaeus manucando, & ad uesperascendo.

ערב Cum quinque punctis, nomen collectiuum, id est primum Hebraeis significat, quod Latini subtegmen, seu trama, a commiscendo: fila enim sic dicuntur, quae stamini extransuerso intextuntur, quasi dicas admixtio, seu commixtura. Leui. 13. Siue in stamine, siue in tramite seu subtegmine lint, uel lanae. Secundum significat uulgus promiscuum, turbam promiscuam, seu multitudinem uariam, quae alijs admixta est, quasi dicas uaria mixtura. Exo. 12. Sed & promiscuum uulgus plurimum ascendit cum eis, id est illa multitudo quae ex Aegyptijs populo Israelitico se admiscuit. Chaldaeus reddidit ערבא. Nehe. 3. In illo die praelectum est in libro Mosi audiente populo, & inuentum est in eo scriptum, quod Ammonites & Moabites non ingrederetur in Ecclesiam Dei, usque in seculum, eod quod non uenerunt obuiam filiis Israel cum pane & aqua, & factum est, cum ipsi audissent legem, separauerunt omnem mixturam ab Israel, id est, quae se ex alijs populis Israel adiuuauerat: & uocat tales mulieres alienigenas hac tanquam contempta appellatione. 1. Reg. 10. Excepto eo quod uiri mercatores & negotiatores, & aromatarij, & omnes reges mixturae, & principes terrae portabant, quod tamen utrinque sagol habet. Et 2. Paral. 9. ubi eadem historia retextitur, scriptum est ערבא, reges Arabiae: significans reges mixturae esse reges Arabum non perinde celebrum, ut sunt multi Arabum populi hinc inde alijs populis admixti, quales sunt Arabes intra Nilum & Mare rubrum, Schenobitae, Trogloditae & alij. Ezech. 30. Aethiopia, Phul, Lydia, omnisque mixtura, id est, quicquid altarum quoque est nationum, quae sunt coniunctae illis tribus tanquam celebrioribus populis.

ערב Nomen collectiuum: & ut ערב de mixtura populorum, seu de turba populorum dicitur, quae alijs tanquam principalioribus admixta est, ita hoc de commixtione dicitur diuersi generis inse-

1167 ערה

Congruit significatione cū uerbis ערה ערה ערה, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant: significat autem desiderio ferri, & anhelare ad rem aliquam sicut ceruus, & alia fera syluestres sitipressa aquas affectant cum uociferatione. Psal. 42. Quemadmodum ceruus anhelat ad torrentes aquarum, ita anima mea anhelat ad te deus. Ioelis 1. Et bestia agri anhelabit ad te.

INDE NOMEN,

ערוגה Areola: ab ordine, sicut areolae aromatum ordine consistat & plantatae sunt in hortis: ideo arbitror pro ערוגה esse scriptum. Legitur in statu regiminis ערוגה. Cantico 7. Sicut areola aromatis. Et pluraliter ערוגות. Cantic. 6. Genae eius sicut areolae aromatis. Ezech. 17. Super areolis germinis eius. Et iterum: Ut irrigaret eam de areolis plantationis suae.

1168 ערוה

Species cuiusdam ferae ferocissimae, & quidam onagram esse existimant: uidentur autem à tremore habere nomen. Iob 39. Et uincula onagri quis soluit.

1169 ערה

In prima coniugatione non usurpatur, nisi in uoce passiuua semel ערה Iesaias 32. Donec effundatur super nos spiritus ex alto.

In secunda coniugatione ערה, effudit, euacuauit, nudauit. Gen. 24. Et effudit caditum in canale. Psal. 141. In te speraui, ne effundas animam meam. 2. Paral. 24. Venit scriba regis, & praefectus sacerdotis summi & euacuabant arcam. Psal. 137. Euacuate, euacuate usque ad fundamentum in ea. Habakuk 3. Euacuando fundamentum usque ad collum. Iesaias 3. Fascias earum nudauit. Ies. 22. Et Kir denudauit clypeum. Zoph. 2. Quia cedritum denudatum est.

In uoce passiuua ערה. Ies. 32. Exuere & nudare, & accingere super lumbos.

In tertia coniugatione ערה. Leuit. 20. Vir qui iacuerit cum muliere mēstrua habente, & reuelauerit uerenda eius, uenamque eius nudauerit. Et mox iterum: Nam propinquam carnē suam denudauit. Ies. 53. Eo quod diffudit in mortē animam suam.

In quarta coniugatione ערה. Thren. 4. Etiam ad te transibit calix, inebriaberis, & denudaberis.

Participium ערה. Psal. 37. Vidi improbum praeualidum & diffusum, & uelut laurum frondosum.

INDE NOMINA:

ערה Nuditās: uocāt autem Hebraei hoc nomine latus seu spacium alicuius rei uacuum. 1. Reg. 7. Et sculpsit super tabulas lateris eius, & super claustrum eius Cherubim, leones, & palmas secundum spacium uniuscuiusque. Nahum 3. Reuelabo fimbrias tuas super faciem tuam, & ostendam Gentibus nuditatem tuam.

ערה Forma masculina, & in statu regiminis ערה, cauea, spelunca, cauerna. Iudic. 20. Et insidiator Israel erupit de loco suo, de spelunca Geba.

ערה Cauerna, spelunca, locus denudatus & euacuatus. Gen. 19. Et mansit in cauerna. 1. Samuelis 24. Et sibi erat cauerna. Et iterum: In lateribus cauernae morantes. Et in statu regiminis ערה. Gene. 23. Ut det mihi cauernam duplicis titatis. Iere. 7. Nonne cauerna latronum domus haec. Et pluraliter ערות. Iudic. 6. Et cauernas. 1. Samuelis 13. In cauernis.

ערה Ripa, à nuditate & cavitare, quae fluij aut torrentis alluione sunt excauatae. Ies. 19. Et ripae ad riuos & ad oram riuu.

ערה Nomen substantiuum & adiectiuum foeminini generis, nudatio, nuda, denudata. Ezech. 16. Tu uerò eras nuda, & denudata. Mich. 1. Transi habitatrix Saphir, nuda ignominia. Habak. 3. Nudatione excitabitur arcus tuus.

ערה Nuditās: sed quia nuditas turpis est, & dedecorosa, cuius nos pudet, maxime in corpore membri genitalis, quod natura ipsa & publica honestas tegendum docet, ideo hoc nomen etiam pro parte corporis pudēda seu uerenda sumitur. Exod. 28. Facies illis subligacula linea ad tegendum carnem nuditatis, id est, pudendam. Leuit. 18. Nullus ad propinquā carnem suā accedat ad reuelandū nuditatē, id est, pudendam. Et iterum: Nuditatē patris tui, & nuditatē matris tuae non reuelabis. Exo. 20. Non

Gg ascen-

cōmixtionibus, nō ut in mōte Sinai cū populo Israelitico legē ferret, ubi in nube graui & igni descēdebat, & in caelo audiebant tonitrua, fulgura coruscabant, terra tremebat, fumabat mōs, perstrepebat sonus tubae, adeoque turbulenter sese manifestabat, ut ferē totus populus exanimaret. Neque etiā uehi nunc ut uehē olim in magno illo & tremendo die iudicij in cōsummatione seculi, quādo in igne ueniet, & quasi turbo quadrigae eius, ut reddat in furore iram suam, & increpationem suam in flammis ignis, iudicaturus in gladio omnem terram, &c. secundū Iesaias uaticinium, & Petrum Apostolum 2. Epist. 3. Sed in caelo mixto, in mixturis, id est caelo albo & caelo colore distincto, in caelo albis, quod est caelum gratiae, non tempestuosum aut horribile uel frigore aut nimio aestu, sed cōgruente, temperato, & grato nobis moderās cuncta uerbo potentiae suae. Et ut Iesaias cap. 42. uaticinatur: Ecce seruus meus cui innitor, electus meus in quo complacentiā habet anima mea, super quo dedi spiritum meum, & ipse iudiciū gentibus profert, non clamabit, nec leuabit uocē, nec faciet sonare in platea uocem suam, arundinem fractam non cōminuet, nec linum fumigans extinguet, &c. Haec uera est haud dubiē uocis huius ערה significatio, atque eius Prophetae uera & simplex interpretatio, quam ideo fufius atterere uolui, ne quis aliorum imaginatione extra caelum & terram euectus, alibi Christum & regnum eius, de quo Psalmus hic agit, statuāt, quam in caelo & firmamento Ecclesiae suae hic in terra constituta, simulatque scripturā tenebris obducatur, & philosophicis ac friuolis imaginationibus fanaticorum hominum obscuret. Porro in statu regiminis ערה. Deuter. 34. Et fleuerunt filij Israel in campestribus Moab. Et scribitur per metathesin literarum ערה. 2. Sam. 15. Videte, ego moram faciam in campestribus deserti. quia mox sequitur de eodē loco 2. Samuelis 17. Ne moreris hac nocte ערה in campestribus deserti, ne forte obruatur rex.

ערה Nomē pluralis numeri tantum, salices. Dicitur autem hoc nomine, quod in campestribus crescat, & à saporis stipticitate. Psal. 137. Super salices in medio eius suspendimus citharas nostras. Iesaias 15. Ad torrem salicū portauerunt eas. & cap. 44. Quasi salices iuxta ductus aquarum. In statu regiminis ערה. Leuit. 23. Et salices torrentis. Iob 40. Operient ipsum salices torrentis.

ערה Arabia, scilicet illa, quae à nostris deserta dicitur. 2. Paralip. 9. Et omnes reges Arabiae portabant. pro quo tamen 1. Reg. 10. scribitur ערה: Reges mixturae. Iesaias 21. Onus in Arabia. Et inde nomen gentile ערה, Arabs. Ies. 13. Et non figet tibi tentorium Arabs. Iere. 3. Iuxta uias sedisti, quasi Arabs in deserto. Et haud dubiē Arabia appellationem suam habet à mixtura.

ערה Commixtio, commutatio, commercium, negociatio, qua commiscuntur res, interposita fide seu pignore. Ezech. 27. Et commiscentes negociationem tuam.

ערה Pignus, hypotheca, cautio, seu pacti symbolum. Prouerb. 17. Et impignorat hypothecam pro proximo suo. 1. Samuelis 17. Et pignus eorum tollas. Hieronymus intelligit libellum repudiij, quē debebat Dauid poscere à fratribus pro uxoribus ipsorum domi relictis, ut si ipsi caperentur, eis liceret transacto triennio alijs nubere. Sed ipse abunde sensu suo. Ego arbitror id esse dictum, quod fidei nostrae committitur, aut quod quis bello tanquam pignus adeptus est, aut militiae sacramento astrictus meruit.

ערה Cautiones, oppignorationes. 2. Reg. 14. & 2. Paralip. 25. Tollens omne aurum, & omnia uasa, quae inueniebantur in domo Iehoua, & in thesauris domus regis, & filios oppignorationum, id est, obfides.

ערה Chaldaeice ערה, Graece ἄραβος, Latine Arra, seu Arrabo. Et est pacti symbolum seu pignus, quod dari solet creditori, donec soluat debitum. Gen. 38. Si deris arrabonē, donec miseris. Et Paulus Apostolus aliquoties hac uoce usus est: ut 2. Corinth. 1. Deus est qui etiam obsignauit nos, deditque arram spiritus in cordibus nostris. 2. Corinth. 5. Deus est qui dedit nobis arrabonē spiritus. Ephes. 1. Qui obsignati estis spiritu promissionis sancto, qui est arrabo hereditatis nostrae, &c.

Con-

Argentum animarum æquiparatio eius. Leuit. 27. Et erit æquiparatio tua. Job 28. Nescit homo æquiparationem eius, id est, precium eius.

מַעְרָכָה Ordo, ordinatio, dispositio, acies. Exod. 39. Lucernas ordinis. 1. Sam. 4. Et percussere runt acie. Item in forma מַעְרָכָה. Leuit. 24. Et pones super ordinem, thus mundū.

Et in distinctione sententiæ מַעְרָכָה. Leuit. 24. Sex ordinē, id est, ordines super mensam corā Iehoua. Et pluraliter מַעְרָכָה. Leu. 24. Et pones eas duobus ordinibus.

Et in statu regiminis מַעְרָכָה. 1. Sam. 17. Probris affectit acies dei uiuentis.

עֲרוֹלָה Areola. Vide in themate עֲרוֹלָה.

1171 עֲרוֹלָה

Nomen participiale tam substantiuum, q̄ adiectiuū masculini generis, præputium habens, i. cuius glans in membro genitali cute seu pellicula obducta est: & iudicabatur propterea à Iudæis carnalis, crassus, prædurus, rigidus. Deinde etiam figuratē ad aures, labia, & cor transfertur. Et ut positu literarum, ita etiam significatione differt à uerbo עָרַל. Gen. 17. Et præputiū habens masculus, cuius non circumcidetur caro præputij eius, excindetur anima illius de populo suo. Exo. 12. Et omnis præputium habens, non uescetur de eo. 1. Sam. 17. Et quis est Philistæus iste præputium habens. Iesa. 52. Quia non amplius ingredietur in te præputium habens & pollutus. Leuit. 26. Vel tunc humiliabitur cor eorum præputium habens.

Et in statu regiminis עָרַל. Exod. 6. Et quomodo audiet me Pharaon, cum ego sim præputium habens labijs. Et pluraliter עָרַל. Iosue 5. Quia præputiū habentes ipsi. Iudic. 14. Quod tu abis accipere uxorem de Philistæis præputium habentibus. 1. Sam. 31. Ne ueniant præputium habentes, & glorientur contra me. Ezech. 31. In medio præputium habentium iacebis. Legitur tamē semel collectivē pro præputio, præputiati, sicut עָרַל uirginitas, & עָרַל iuuentus. Leu. 19. Tribus annis erit uobis præputiū. Et in statu regiminis עָרַל. Ierem. 9. Vniuersa domus Israel præputium habentes cordis. Ezech. 44. Præputiū habentes cordis, & præputium habentes carnis. Et in genere foemino עָרַל. Iere. 6. Ecce præputium habens auris eorum, ut non possint attendere.

עָרַל Nomen substantiuum masculini generis. Ezech. 44. Præputiatus corde, & præputiatus carne, non ingredietur ad sanctuarium meum.

עָרַל Præputium, id est, pellicula, quæ tegit glandem in membro uirili. Gen. 34. Nō possumus facere istā, ut demus sororem nostrā uiro, cui est præputiū. Ier. 9. Et uisitabo super omnē circumcisum in præputio. In statu regiminis עָרַל. Exo. 4. Et præcedit præputium filij sui. Deut. 10. Circumcidite præputiū cordis uestri. Et in statu affixorum. Gen. 17. Et circumcidetis carnem præputij uestri. Et iterum: Cuius caro præputij eius non circumcidetur. Et pluraliter in statu absoluto עָרַל. Iosue 5. Et circumcidit filios Israel ad collem præputiorum. In statu regiminis & affixorū עָרַל. 1. Sam. 18. Nisi in centum præputijs Philistæorū. 2. Sam. 1. Quam desponsauit mihi centum præputijs Philistæorum. Ier. 4. Circumcidamini ipsi Iehoua, & tollite præputia cordis uestri. 1. Sam. 18. Et attulit Dauid præputia eorum.

INDE VERBUM,

עָרַל Depræputiauit, hoc est præputium & luxuriam arborum excussit. Leuit. 19. Et si ueneritis ad terram, & plantaueritis omne lignum esus, præputiabitur præputium illius, nempe fructum illius, tribus annis erit uobis præputiatura, seu præputiatio. Iubet autem lex ut grossos, quos arbores luxuriantes protrudunt, tribus annis primis excutiant, nec crescere sinant fructus.

In uoce passiuā עָרַל. Habakuk 2. Bibe etiā tu, & præputiaberis, id est, appareas præputiatus, id est, turpis & abominabilis. Hinc apparet, q̄ generali significatione congruat cum עָרַל, quod cum de calice dicitur, talem uacillationem significat, quæ contumaciam habet turpitudinem, sicut עָרַל & עָרַל: & Prophetę huiusmodi uerbis respiciunt ad historiam Lot, Gen. 9.

עָרַל Inferta litera pe, Caligo, obscuritas, qua res obducuntur. Exo. 20. Et Mose accessit ad caliginem. Deuter. 5. E medio ignis, nubis, & caliginis. 1. Reg. 8. Ut habitaret in Gg 2 caligi-

ascēdas per gradus ad altare meū, ne forte reueles nuditas tua super illo. 1. Sam. 20. Nūc scio, quod eligis filiū Isai in pudorē tui, & in pudorē nuditatis matris tuæ. Sic etiā, ut supra dixi, ad alias res turpes & actiones transsumit, quarū aspectus nos pudet, qualesq̄ tetras cupimus. Gen. 42. Ad uidēdum nuditatem terræ uenistis. Deut. 23. Et ita circo erit locus castrorum tuorum sanctus, & non uideat in te nuditatem rei, & auertat se post te, id est, rem turpem, foedam, seu obscenā. & ca. 24. Cum uir acceperit mulierē & maritauerit eam, accidat autē ut ea non inueniat gratiā in oculis ipsius, et si deprehenderit in ea nuditatem rei, scribat illi libellū repudiij, i. aliquid foedi.

עָרוֹס Cum uau holem, uel sine uau עָרוֹס, nudus. 1. Sam. 19. Et exuens etiam ipse uestimenta sua, etiam prophetauit ipse coram Samuele, & cecidit nudus tota die illa & nocte. Intellige quod superiora uestimenta, quibus tecti erant honoratores, exuerit, seruatis interioribus. Job 1. Et dixit Job, nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. & cap. 24. Nudum pernoctare faciunt sine ueste. & cap. 26. Nudus est infernus coram eo, & non est operimentum perditioni. Eccles. 5. Sicut exiuit ex utero matris suæ, nudus reuertetur abeundo, ita ut uenit. Iesa. 20. Soluas saccum de lumbis tuis, & calceamentū de pede tuo, & fecit ita ambulando nudus, & discalceatus. Amos 2. Cuius corrobustum est inter heroes, nudus fugiet in die illa. Mich. 1. Abibo spoliatus & nudus. Legitur semel forma עָרוֹס, Gen. 3. Et uidi, quod essem nudus ego, & abscondime. Usurpatur etiā foemino genere. Ezechiel. 16. Et tu nuda & uacua. Et iterum: Extrahent te uestimenta tuis, & auferent uasa magnificentiae tuæ, & relinquēt te nudam & uacuam. Et semel abstractiue ponitur, Deut. 28. In fame, & in siti, & in nuditate. Et pluraliter עָרוֹס. Genes. 2. Erant autem duo illi nudi. Job 22. Vestimenta nudorum extraxisti. Et semel cum kybutz עָרוֹס Gen. 2. Et cognoscebant, quod nudi essent. Et in genere foemino עָרוֹס. Osee 7. Ne quando extraham eam nudam.

מַעְרָכָה Nomen participiale. 2. Paral. 28. Et omnes denudatos induerūt de spolio, & induerunt eos, & calceauerunt eos.

1170 עָרַל

Ordinauit, disposuit singula suo ordine, proportionē, rationē collocauit, æquiparauit atq; ut literarum positu, ita significatione differt à uerbo עָרַל, quod conturbare ordinem rei significat. Job 32. Et non ordinauit ad me sermones. Leu. 1. Et ordinabit sacerdos ea super ligna. Job 13. Et nūc ordinauit in iudicium. Psal. 132. Ordinaui lucernam Christo meo. Prou. 9. Ordinauit mensam suam. Iesaia 25. Ordina mensam eorum. Job 33. Ordina, coram me sta. Iere. 46. Ordinate scutum. Psal. 50. Manē ordinabo tibi, scilicet sacrificium. Exod. 27. Ordinauit illud Aaron. Psal. 89. Quis in coelo æquiparabitur ipsi Iehoua. Job 36. An æquiparabit potentiam tuam, aut aurum. Iesaia 40. Et quam similitudinem æquiparabit ei. Psal. 40. Et cogitationes tuæ erga nos non æquiparare ad te, id est, non possunt æquiparari tibi.

Participium præsens עָרַל. 1. Paral. 12. Ordinantes clypeum. Ezech. 27. Et ordinantes merces tuas, quāquam alij legant עָרַל, ut supra in nomine עָרַל est uisum.

Participium præteritum עָרַל. Iesa. 30. Quia ordinatus ab heri Thophthe. Et in genere foemino עָרַל. 2. Sam. 23. Ordinatam ab omnibus. Et pluraliter עָרַל. Iosue 2. Quæ ordinata erant ei.

In tertia coniugatione עָרַל, æquiparauit, id est, rem rei contulit, & cōparauit. Vulgaris translatio uertit uerbo æstimandi. 2. Reg. 23. Etiam æquiparauit terram, ut daret argentum iuxta mandatum Pharaonis. Leuit. 23. Et æquiparabit sacerdos illam. Et iterum: Et uir cū sanctificauerit domum suam sanctum ipsi Iehoua, æquiparabit eam sacerdos, tam bonam quā malam, quemadmodum eam æquiparabit sacerdos, id est, æstimabit.

INDE NOMINA:

עָרַל Ordo, ordinatio, dispositio. Exod. 4. Et ordinauit super eam ordinē panis. Legitur etiam cum quinque punctis עָרַל. Iud. 17. Dabo tibi decem argēteos per annum, & ordinationem uestium. In statu affixorum seruauit in prima segol. Exod. 40. Et ordinabis ordinem eius. Psal. 55. Et tu homo, secundum ordinem meum. 2. Reg. 12. Argentum

tis amplius. & cap. 31. Et ceruicem tuam duram noui. 2. Reg. 17. Et indurauerunt ceruicem suam iuxta ceruicem patrum suorum.

INDE VERBUM,

ערה Quod nomini contrariam habet significationem: significat enim legaliter deceruicare, id est, dissecare ceruicem animali. Exo. 13. Et si non redemeris, deceruicabis illum. Deut. 21. Et deceruicabunt sibi uitulam in ualle. Et Osee 10. legitur metaphorice: Ipse deceruicabit altaria ipsorum, id est, adimet ipsis cornua. Nam & altaria habebant cornua.

Participium presens ערה. Ies. 66. Sacrificans pecus, est uelut deceruicās canem. Participium praeteritum ערה. Deut. 21. Lauabunt manus suas super uitulam deceruicatam. Est praeterea hoc obseruandum, quod quando hoc uerbum non legaliter de uictimis dicitur, sed de pluuia seu rore, tum figuratē & propheticē significet influere seu distillare, metaphora sumpta a ceruice per quam medulla e cerebro defluit in spinam dorsi, & exinde in cetera ossa, ut ea alat & irriget, & sic congruit significatione cum uerbo ערה. Deut. 32. Deceruet sicut pluuia doctrina mea. & cap. 33. Etiam caeli eius deceruicabunt rorem, id est, distillabunt.

INDE NOMEN,

עריקים Influentia. Ies. 60. Et ecce tenebrae angustiae, & lux obtenebrata est in influentijs suis.

ערה

Congruū significatione cum uerbis ערה & ערה, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant: haec enim omnia praeualere generaliter significant, alio tamen, atq; alio modo: deinde opponitur uerbo ערה, quod tam si gnificatione, quam modo significandi illis est contrarium. Et quando post se regit accusatiuum, tum transitiuē usurpatur. Iob 13. An folium propulsum plus praeualidabis, seu uiolentabis, i. an in folium delapsum maiorem impetum, seu uim exercebis. Ies. 2. Quum ipse surrexerit praeualidare terrā. Aliās ubiq; absolute & neutraliter ponitur. Psal. 10. Ne amplius praeualeat homo de terra, i. uiolentiam seu tyrannidem exerceat. Ies. 47. Si forte praeualeas. Iob 30. In praeualecere torrentes ad cohabitandum, i. ut ad praeualescentiam torrentum habitaret. Infinitiuus non potest Latine cōmodē reddi, nisi nominaliter. Est & hic singularis modus significandi obseruandus huius uerbi, q; quādo ante se negatiuam particulam habuerit, post se ablatiuum mediante prepositione mem ablatiuū casus, tum idem ualeat, quod terri, absterri, sicut tam Graeci quam Latini Interpretes etiam reddiderunt. Deut. 1. Neq; praeualeamini, neq; timeatis ab eis. & cap. 7. Ne praeualearis a conspectu ipsorum, id est, ne uincaris, ne terrearis a conspectu ipsorum, conspectus ipsorum non sit praeualentior. Iosue 1. Ne praeualearis, neq; frangaris animo.

Et Paulus imitatus hanc phrasin, simulatq; hoc uerbū Graecē reddidit, Philip. 1. Ut audiam de rebus uestris, ut stetis uno spiritu, una anima, adiuuantes decertantem fidem Euangelij, nec in ullo πρυόμηνον, id est, terreamini ab aduersarijs, quē illis quidem est causa perditionis, uobis autem salutis, & hoc a deo, &c.

In tertia coniugatione ערה. Ies. 8. Timorem eius ne timeatis, neq; praeualecere sinatis. & cap. 29. Et deum Israel praeualecere sinent, id est, expauescent.

INDE NOMINA:

ערה Praeualidus, ualentior, potentior, fortior, qui alijs praeualet. Iob 15. Numerus annorum absconditus est praeualido. Psal. 37. Vidi improbum, praeualidum. Ier. 20. Quasi heros praeualidus. Ies. 29. Cum deserit praeualidus. & cap. 49. Et rapina praeualido eripietur. Hinc non modō argumentū Christus sumplit contra aperte blasphemos Phariseos, sed etiam illis Prophetae uerbis usus est, quē Lucas Euāgelista postea in Graecam linguam transulit: Si fortior, inquit, inquit, eo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius aufert, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit, &c.

Et pluraliter ערה. Iob 6. Et de manu praeualidorū redimite me. Prou. 11. Mulier uirtuosa sustentat honorem, & praeualidi diuitias. Et in statu regiminis ערה. Ezech. 28. Ecce ego adduco praeualidos gentium, & euaginantur gladios, &c.

Gg 3 Nomen

caligine. Psal. 18. Et caligo sub pedibus eius. Iob 22. Num per caliginem iudicabit Ies. 60. Obscuritas operuit terram, & caligo populos.

ערים

Generali significatione congruit cum uerbo ערים, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Significat enim Hebraeis excitatū esse, idē quod Latinis attentum, prouidum, astutū, callidum, uasum, uersutum esse. Et tam in bonam partem, quam malam accipitur. In prima coniugatione legitur tantū infinitiuus actiuae uocis. 1. Sam. 23. Quia dictum est ad me, uersutum uersute agere ipsum, id est, quod uersutum uersute agat ipse.

In tertia coniugatione ערים, si sequitur accusatiuus, tum est transitiuū. Psal. 83. Contra populum tuum callidum fecerunt consiliū. Vel intransitiuē, si absolute ponitur. 1. Sam. 23. Quia dictum est ad me, quod callidē callidus sit ipse. Prouer. 19. Derisorem percutes & imperitus callidus erit.

INDE NOMINA:

ערים Nomen participiale, Astutus, callidus. Gen. 3. Et serpēs erat astutus supra omnem bestiam agri. Prouer. 12. Sed celat contemptum astutus. & cap. 14. Sapientia astuti est intelligere uia suam. Prou. 22. Astutus uidet malum, & abscondit se. Legitur etiam adiectiuē. Prouer. 12. Homo astutus celat scientiam. Et pluraliter ערים. Iob 5. Ipse labefactat cogitationem astutorum. & cap. 15. Et eliges linguam astutorum. Prou. 14. Et astuti coronantur scientia.

ערה

Astutia. Exod. 21. Et si praesumpserit aliquis contra socium suum occidere eum in astutia. Iosue 9. Et fecerunt etiam ipsi in astutia. Prou. 1. Ad dandum imperitis astutiam. & cap. 8. Intelligite imperiti astutiā. Et iterum: Ego sapientia cohabito astutiae. Et cum affixis abijcit tantū literam he, & praeterea nihil mutat. Iob 5. Capit sapientes in astutia ipsorum. Diuus Paulus allegans hoc dictum, reddidit istam uocem Graecē πουργία. 1. Corinth. 3. & 2. Corinth. 11. ubi de astutia serpentis loquitur. Item 2. Corinth. 4. & Ephes. 4.

ערים

Legitur uerbaliter in uoce passiuā ערים, & significat coaceruari, accumulari. Exo. 15. Et in spiritu nali tui coaceruati sunt aquae, steterunt uelut moles, fluctus.

INDE NOMINA:

ערה

Aceruus, cumulus. Ruth 2. Et ueniet ad cubandum in extremitate acerui. In statu regiminis ערה. Cantic. 7. Venter tuus aceruus triticorum. Haggei 2. Venit ad aceruum uiginti, smodiorum. Et pluraliter ערים. 2. Paral. 31. Et uidentes aceruos, benedixerunt Iehoua. Nehe. 13. Inferentes aceruos, & imponētes super asinos. & cap. 4. Num refuscitabunt lapides de aceruis pulueris, eorum illi combusti sunt. Legitur semel in forma masculina ערים Ier. 50. Aperite horrea eius, sternite eam sicut aceruos, & deuote eam.

ערה

Castanea, arbor, a figura quam habet densam & cumulatā. Gen. 30. Iacob accepit uirgas populi uiridis, & coryli, & castaneae. Et pluraliter ערים. Ezech. 31. Et castaneae non fuerunt sicut frondes eius.

ערים

Inde ערים. Vide in nomine ערים.

ערה

Nomen substantiuum, & significat posteriorem partem colli, quam Latini ceruicem appellant, quē cōstat ex ossibus orbiculatim uertebatis, ut ad dexteram sinistramue, prius retrorsumq; facillimē uertatur. Hinc est, quod qui nec fleēt, nec cogi possunt, ceruicis durā perhibeantur. Et hominē durā ceruicis, quasi indomabilem ac contumacem scriptura appellet. Deinde alterum est officium ipsius, q; e cerebro medulla in spinam dorsi super eam deferatur, unde omnia ossa humectata, foecundantur, non aliter, ut e caelo haec inferiora pluuia & rore humectantur. Gen. 49. Manus tua in ceruice inimicorum tuorum. Exo. 23. Et dabo omnes hostes tuos ad te ceruice. Ier. 2. Verterunt ad me ceruicem, non faciē. Exo. 32. Ecce populus durā ceruicis est. Et in statu affixorum mutat holem in haterphamietz, & fortificat sequentem literam. Iob 16. Apprehendit ceruicē meam, & percussit me. Leuit. 5. E regione ceruicis eius. Deut. 10. Et ceruicē uestram ne induretis

tis

facient bathum unum. Habakuk 3. Et ager non fecit cibum. 1. Sam. 14. Et fecit exercitum. Dan. 9. Contra eum faciat bellum. Gen. 12. Et accepit Abram omnem animam quam fecerunt in Haran. cap. 31. Fecit totam istam substantiam. Deut. 8. Ne dicas in corde tuo, uires meae, & strenuitas fecit mihi facultatem hanc. Ezech. 28. In intelligentia tua fecisti tibi strenuitatem, & fecisti aurum, & argentum in thesauris tuis. Prouer. 31. Multae filiae fecerunt strenuitatem. Exo. 12. Et utaticum non fecerunt sibi. Psal. 107. Et facit fructum in prouentum. Deut. 7. Ideo praecipit tibi Iehoua deus tuus, ut facias diem sabbathi. & cap. 15. In anno septimo facies remissionem. & ca. 16. Et facies festum hebdomadarum. Et iterum: Et festum tabernaculorum facies. Iosue 5. Et fecerunt pascha in principio. Psal. 118. Haec est dies, quam fecit Iehoua. 1. Sam. 12. Iehoua qui fecit Mosen & Aaron. 1. Reg. 12. Et fecit sacerdotes ex infima plebe. 2. Paral. 13. Et fecistis uobis sacerdotes. 2. Paral. 33. Fecit Pythones & diuinicos. Deut. 21. Et radet caput suum, & faciet unguis suos. 2. Sam. 19. Et non fecerat pedes suos, neque fecerat labrum. Gene. 18. Et filium armenti, quem fecerat, & posuit coram eis. & ca. 19. Et fecit eis conuiuium. & ca. 27. Et dedit edulta, & panem quem fecerat Iacob filio suo. Exo. 29. Et iuuenicum pro errato facies per diem. Et iterum: Vnum agnum facies mane, & alterum agnum facies inter uesperas. Leui. 16. Ingredietur & faciat holocaustum suum. Iud. 6. Et Giddeon uenit, & fecit haedum caprarum. 1. Sam. 12. Et noluit accipere de grege suo, & de armentis suis, ut faceret uiatori. 1. Reg. 18. Eligite uobis iuuenicum & facite primum. Et iterum: Et ego faciam iuuenicum unum & ponam super ligna. Ezech. 45. Et Ephra cum arietate faciet. & cap. 46. Et oblationem facies super ipsum. Osee 2. Et aurum fecerunt ipsi Baal. Psal. 66. Faciam boues cum hircis. Sic etiam Virgilius usus est uerbo faciendi aegloga 3. Cum faciam uitula pro frugibus, ipse uenit. 2. Para. 20. Et adiunxit ipsum sibi ut faceret naues, quae irent Tharsis, & fecerunt naues in Ezion Gaber, id est, comparauerunt, collegerunt, instruxerunt. Habet praeterea etiam alios modos significandi. Iere. 37. Quonia illum praefecerunt domui carceris. Ezech. 20. Ut connumerare iram meam in eis in medio terrae Aegypti, sed feci propter nomen meum, ne prophaneretur coram gentibus, inter quas manent, id est, repressi me. Zopho. 3. Ecce ego conficio omnes affligentes te in tempore illo, & saluabo claudam. Ezechielis 23. Quando conficerent ex Aegypto ubera tua.

Participium praesens masculini generis נשׂוּב: & in regimine נשׂוּב. Gen. 1. Facies fructum. Ierem. 9. Ego Iehoua faciens pietatem. Iesaias 64. Faciens iustitiam. Ier. 33. Quae ego facio illi. Zopho. 3. Ecce ego conficio omnes, qui te affligunt. Et cum affixis Iesaias 17. Ad facientem illum. Iob 32. Tollat me factor meus. Psal. 95. Coram Iehoua factore nostro. Et pluraliter נשׂוּבוּ. Gen. 24. Facientes pietatem. Exo. 36. Et uenerunt omnes facientes opus. In regimine נשׂוּב. Psal. 37. Ira Iehoua in facientes mala. Esther 9. Et facientes opus. Et cum affixis Psal. 111. Intellectus bonus omnibus facientibus ea. Et in genere foemino נשׂוּב. Eccles. 2. Quid haec facit. Et pluraliter נשׂוּבוּ. Leui. 18. Et excidentur animae facientes in medio populi sui. Ezech. 13. Et quae faciunt uela.

Participium praeteritum masculini generis נשׂוּב. Exod. 3. Et quod factum est uobis in Aegypto. & cap. 38. Et omne aurum factum est ad opus. Et sine ioid נשׂוּב. Iob 41. Qui factus est absque consternatione. Et pluraliter נשׂוּבוּ. 2. Reg. 22. Omnia uasa facta ipsi Baal. Psal. 111. Facta in ueritate & rectitudine. Et in genere foemino נשׂוּבוּ. Num. 28. Holocaustum iuge, quod factum est in monte Sinai. Nehe. 3. Usque ad piscinam factam. Et pluraliter נשׂוּבוּ. 1. Sam. 25. Et quinq; oues factas.

In uoce passiva נשׂוּב. Eccles. 2. Opus quod factum est sub sole. & cap. 9. Quod factum est sub sole. Numeri 15. Et si ex oculis congregationis factum est. Deuter. 17. Facta est abominatio haec. Eccl. 1. Vidi omnia facta, quae facta sunt sub sole. Genes. 20. Facta quae non fienda erant, fecisti mecum. cap. 29. Non fiet ita in loco nostro. Leui. 2. Simila cum oleo fiat. Numeri 6. Ex omni quod fiet ex uite uini. Deuter. 29. Sic fiet uiro, qui non edificauerit domum fratris sui. Psal. 33. Verbo Iehoua

נעוּז Nomen participiale, terribilis. Psal. 89. Deus terribilis in consilio sanctorum multum. נעוּז נעוּז Nomen participiale. Iesaias 9. Ipse est timor uestri, & ipse est terror uestri. נעוּז נעוּז Praeualiditas, praepotentia. Iesaias 10. Ecce sustentator Iehoua exercituum, deramificabit frondes cum prauealiditate, id est, uiolentia.

1176 ערמ Congruit significatione cum uerbis ערע & ערע, nisi quod ut positum literarum, ita modo significandi inter se differat. Significat autem raptum ferri, seu fugere: usuenit tantum in participio praesenti ערמי, & sumitur neutraliter, si post se non regit accusatiuum: ut Iob 30. In defectu, & fame abripiebatur se solitarii in siccitatem. Sed quando post se regit obliquum, tum actiue significat fugare, ut in eodem capite: Et fugantes me non ponebatur se cubitum. Est autem hoc uerbum ualde usitatum pro uerbo ערע: ut Gen. 14. Exo. 4. Deut. 32. 1. Reg. 19. & alijs multis in locis: unde apparet esse potius Chaldaicum, quam Hebraicum.

1177 ערע Lectus, qui sternitur ut super eo cubetur: proprie igitur stratum uerteris. Psal. 41. Iehoua sulciat eum super strato doloris. Amos 3. Qui habitant in Samaria, in angulo lectuli, & in Damasco in strato. ubi metaphorice pro loco cultus idolatricae sumitur, in quo cum alijs dijs scortabantur. In statu affixorum mutat prius saegol in pathah, alterum in seua. Deut. 3. Ecce stratum eius, stratum ferri. Cantic. 1. Stratum nostrum floridum. Psal. 6. Lacrymis meis stratum meum madefaciebam. Et pluraliter ערעוּ. Amos 6. Luxuriantes super stratis suis.

ערוסה Strata, s. farinae, nos pastas uocamus. Num. 15. De primis partibus uestris dabitur ipsi Iehoua leuationem. Ezech. 44. Primitias partium ueststrarum dabitur sacerdoti. 1178 ערע Arrosum est, s. a tineis. Et differt modo tantum significandi a uerbis ערע & ערע. Psal. 6. & 31. Arrosa est a mortifera species mea. Et mox iterum: Et ossa mea arrosa sunt.

INDE NOMEN,

עשׂ Tinea, ab arrosione. Iob 4. Isti comminuentur uelut a tinea. & cap. 13. Et Iesaias 51. Uelut uestimentum, sic arrotet eos tinea. Iob 27. Adificauit uelut tinea domum suam. Iesaias 50. Tinea arrotet eos. Osee 5. Et ego ero uelut tinea ipsi Ephraim.

1179 עשב Semper obtinet quinque puncta sine ulla uariatione: & significat generaliter herbam e terra nascentem, & est nomen substantiuum. Gen. 1. Progerminet terra germen, herbam seminificantem semen. Et iterum: Et produxit terra germen herbam seminificantem secundum speciem suam, & lignum faciens fructum. Deut. 32. Fluat sicut ros sermo meus, sicut imber tenuis super germen, & sicut pluuia densa super herbam. Iesaias 37. Erunt uelut herba agri, & uiror graminis, foenum tectorum & aruum ante culmum. Psal. 104. Germinare facit foenum pro animalibus, & herbam in seruitutem hominum. Et pluraliter עשׂוּ. Prouer. 27. Apparet foenum, & uidetur gramen, & colliguntur herbae montium.

1180 עשה Fecit. Et significat talem effectiorem, qua aliquid existit, uel realiter & ornate, uel ut non sit in pristino statu, quo fuit. Responderet Graeco ποιέω, & Germanico machen. Et differunt Hebraeis עשה & עשה; nam עשה significat agere, thun, at עשה facere, machen: ut Iesaias 41. Quis egit & fecit, i. wer thut und macht. quanquam Hebraei aliquando largius utantur uerbo עשה, quam Latini uerbo faciendi, sicut alii quot modos significandi, & illos potiores hic adnotabo. Gen. 1. Et uidit deus omnia quae fecit. cap. 2. Et consummauit deus die septima opus suum, quod fecerat. Exod. 20. Facies omne opus tuum. Et iterum: Sex diebus fecit Iehoua caelum & terram, mare, & omnia quae in eis sunt. Gen. 5. Hic est liber generationis Adam in die quo creauit deus hominem, ad similitudinem dei fecit eum, & ca. 2. Quia in eo quiescisset ab omni opere suo, quod creauit deus ut faceret. Et iterum: Faciam ei adiutorium. Iob 38. Viuit deus qui fecit nobis animam hanc. Gen. 41. Et fecit terra in septem annis saturitatis ad aceros. Exod. 5. Aggrauetur seruitus uirorum, ut faciant in ea, & non respiciant ad uerba uana. Prouer. 22. Quia noluerunt manus eius facere. Gene. 11. Et faciamus nobis nomen. cap. 12. Faciam te in gentem magnam. 2. Reg. 19. & Iesaias 37. Et faciet fructum sursum. Psal. 37. Spera in Iehoua, & ipse faciet. Psal. 86. Fac mecum signum in bonum. Ezech. 23. Et facient tecum ex odio. Iesaias 5. Et expectauit facere uuas, & fecit labruscas. Et ibidem iterum: Decem iugera uinearum facient

Participium praesens פוש, quod tamen nominaliter usurpatur. Psal. 72. Retundet defraudantem. Prou. 14. Defraudans exhaustu probro afficit factorem ipsius. Iere. 21. Eripite direptum de manu defraudantis. Et pluraliter in statu regiminis פושם. Malach. 3. Et defraudantes mercedem mercenarij, uiridae & pupilli.

Participium praeteritum פושה, defraudatus, fraude circumuentus, fraudi expositus. Deuter. 28. Et eris tantum fraudi expositus, & conculcatus omnibus diebus. Prouer. 28. Homo fraudi obnoxius propter sanguinem animae, ad puteum usq; fugiet, nec tamen sustinebunt eum. Oseae 5. Fraudis expositus est Ephraim. Et pluraliter פושיו. Iob 35. Propter multitudinem defraudati clamabunt. Psal. 103. Facit iustitiā & iudiciū Iehoua omnibus defraudatis. Scribitur etiam פושתי. Eccl. 4. Ecce lacryma defraudatorum, nec tamen erat consolator.

In secunda coniugatione legitur tantum participium praeteritum, generis foeminiני פושתי. Iesai. 23. Non amplius exultabis, defraudata uirgo filia Zidon.

INDE NOMINA:

פוש Sycophantia, fraus, fraudulentia. Psal. 119. Redime me ab fraude hominum. Eccl. 5. Si fraudem pauperi, & sublationem iudicij & iustitiae uideris in provincia, ne mireris. Iesai. 59. Loquendo fraudem & defectionem. Accipitur tamen aliquoties realiter pro re fraude parta. Leuit. 5. Et restituerit rapinam quam rapuit, uel fraude partam. Psal. 62. Nolite niti fraude partis, uel rapina partis. Psal. 73. Gloriantur fraude partis. Eccles. 7. Fraude acquirendum infatuat sapientem, & auert cor munus. Alij tamen sic exponunt: Res fraude parables uituperat sapiens, at remouet eas cor liberale. Et in forma foeminea פושתי, fraus. Iesai. 38. Sustentator fraus mihi. De hoc etiam supra in prima coniugatione.

פושם Denominatiuum pluralis numeri, fraudes. Prou. 28. Princeps ignauius multiplicabit etiam fraudes. Iesai. 33. Qui ambulat iuste, & loquitur recta, quicq; respuit auaritiā fraudum.

2183

פושע Cum punctulo sinistro. Et legitur uerbaliter tantum in quarta coniugatione פושעתי: congruitq; significatione cum uerbis פוש & פושע פוש, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se discrepent. Genes. 25. Et fraude egerunt pastores Gerar cum pastoribus Izhak, dicentes, nostrae sunt aquae.

INDE NOMEN,

פושע Iurgium, scilicet fraudulentum, & calumniosum. Gen. 25. Et uocauit nomen putei פושע. Iurgium, scilicet fraudulentum.

2184

פושע Dītatus, locupletatus est, ampliatus est, & ut ita dicā, decimatus est: & ut puncto tantum uariant, ita quoq; modo significandi. Oseae 12. Dītatus sum. Iob 15. Non dītabitur. In tertia coniugatione פושעתי, dītauit. Gen. 14. Et non dicas, ego dītauit Abram. 1. Sam. 17. Vir qui percussit eum, dītabit eum rex. Ezech. 27. Dītasti reges terra. At quando non regit post se accusatiuum, ponitur neutraliter. Psal. 49. Ne timeas, quando dītescet uir. Prou. 10. Et manus sedulorum dītescet. Iere. 5. Ideo magnificati sunt, & dītati sunt. Prou. 23. Ne fatigeris dītescere.

Participium praesens פושעתי. 1. Sam. 2. Iehoua depauperat & dītat. ubi opponitur participio פושה.

In quarta coniugatione פושעתי. Prouerbiū 13. Et diuitem se simulans, & nihil quicquam.

INDE NOMINA:

פושע Diues, locuples in possessionibus. 2. Samuelis 12. Duo uiri fuerunt in ciuitate quadam, unus erat diues, & alter pauper, & diuiti erat grex & armentum multum ualde. Iesai. 53. Et cum diuite Excelsū eius. Psal. 49. Pariter diues & egenus. Prou. 22. Diues & pauper occurrunt, facit utrunq; Iehoua. pro quo cap. 29. legitur: Pauper & uir usurarum occurrunt, illuminat oculos utriusque Iehoua. Et pluraliter פושעתי. Eccles. 10. Et diuites in humilitate sedebunt. In statu regiminis פושעתי. Psal. 45. Faciem tuam anxie expectabunt diuites populi. Et cum affixo. Mich. 6. Diuites eius pleni sunt iniquitate.

Diui-

coeli facti sunt. Esther 9. Et lex eius ad sciendum, id est ut fiat.

Participium pluralis numeri masculini generis פושעי. Esther 9. Et facti. Et generis foeminiני פושעי. Ezech. 9. Super omnes abominationes factas in medio eius.

In secunda coniugatione פושעתי, & auget significationem, id est, confecit, conficiendo compressit, seu cōpressionem confecit: ut sit synonymum uerbo פושע. Ezech. 23. Et ibi confecerunt ubera uirginitatis earum. Et iterum: Et ipsi confecerunt ubera uirginitatis eius.

In uoce passiva פושעי. Psal. 139. Non absconditum erat os meum abs te, quando factus fui in abscondito.

INDE NOMEN,

פושע Factum, factura, nomen substantiuū masculini generis. Gen. 44. Quodnam hoc est factum, quod fecistis. Exod. 18. Indica eis factum, quod facere debent. Eccles. 8. Et uidi omne factum dei, quod non poterit homo inuenire factū, quod factum est sub sole. Et in statu regiminis פושעי. Gen. 40. Cibi Pharaonis factura pistoris. Exo. 32. Factum dei. Iesai. 32. Factum iustitiae pax, id est effectus. Hinc sumpsit Paulus quod dicit Rom. 5. Iustificati fide pacem habemus erga deum, &c. Iob 1. Facto manu eius benedixisti. Habakuk 3. Negauit factum oleae. Et cum affixis. Psal. 64. Et factum eius intellexerunt. 1. Sam. 25. Et factū eius in Carmelo, id est, substantia quam comparauerat in Carmelo. Et pluraliter פושעי. Num. 16. Ut facerē omnia facta ista. 2. Reg. 23. Et fecit illis secundum omnia facta, quae fecerat in Bethel.

In regimine פושעי. Psal. 8. Dominari facies eum in facta manuū tuarum. Psal. 118. Et narrabo facta la. Et cum affixis. Gen. 46. Facta uestra. Exod. 5. A factis eius.

Psal. 66. Facta tua, id est, facinora.

1181

פושע

Fumauit. Exo. 19. Et mons Sinai fumauit. Psal. 104. Tange montes, & fumabūt. & Psal. 144. Tange montes & fumabunt. Legitur nonnunquam figuratē dici de ira. Deut. 29. Sed fumabit tunc natus Iehoua, id est ira. Psal. 80. Usquequod fumasti in oratione populi tui. Psal. 74. Fumabit furor tuus.

Participium praesens פושעי. Exo. 20. Et motem fumantem. Et pluraliter פושעי. Iesai. 7. A duabus caudis titium fumantium.

INDE NOMINA:

פושע Fumus. Gen. 15. Et ecce furnus fumi. Iud. 20. Ascenderet de ciuitate columna fumi. Iob 41. De naribus eius egreditur fumus. Psal. 18. Ascendit fumus in naso eius. Psal. 68. Sicut propellitur fumus, ita propelles eos. Iesai. 15. Ab Aquilone fumus uenit.

In statu regiminis פושעי. Iosue 8. Ascendit fumus ciuitatis. In statu affixorū. Exo. 19. Et ascendit fumus eius. Iesai. 34. Non te ac die non extinguetur, perpetuo ascendet fumus eius.

פושע Fumus. Exod. 19. Et ascendit fumus eius, sicut fumus fornacis.

1182

פושע

Dextro schin congruit significatione cum uerbis פושע & פושעתי, nisi quod ut positu literarum, ita modo tantum significandi inter se differant. Significat enim defraudare. Differt autem a פושע, quod significat uel aperta praedari, eripere: at פושע sophistica & fraude abalienare. Ezech. 18. Pater eius cum uel defraudauerit fraude, uel depradatus fuerit fratrem. Leuitic. 5. Anima quae errauerit & transgressa fuerit transgressionem in Iehoua, negaueritq; proximo depositū, aut accommodatum in manus, aut rapinam, aut defraudauerit popularē suum. Et mox iterū: Et restituerit rapinam quam rapuit, aut fraudē quam defraudauit. Leui. 19. Non defraudes proximū tuum. Deut. 24. Non defraudes mercenariū afflicto & egenū. 1. Para. 16. & Pf. 105. Non permisit homini defraudare. Iob 40. Ecce defraudabit flumen, & aqua. Ies. 38. Sustentator fraus facta est mihi. Oseae 12. Cananeo in manu eius bilanx impositur ad defraudandū cupidus. Mich. 2. Et defraudauerunt uirū & domū eius. 1. Sam. 12. Cuius asinum accepi, aut quem defraudauit, aut quem conculsi. Arbitror autem huic uerbum Graecum respondere συκοφαντεῖν, quo Ioannes Baptista est usus Luca 3. Ne quem concutiatis, neque quem defrauetis.

Parti-

Participium presens עשׂוּ. Nehe. 10. Et ipsi Leuita decimabunt in omnibus ciuitatibus agriculturæ nostræ.

In tertia coniugatione legitur tantum Infinitiuus defectiuè. Deut. 26. Qui per fecerit decimare omnem decimam fructus tui. Item Neh. 10. Et erit sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimando Leuitas.

Politus, certus factus est. Iere. 5. Pinguefacti, tersi facti sunt. Dan. 6. Et Rex pulchre cogitabat constituere eum super totum regnum.

In quarta coniugatione עשׂוּנָה, serenum se exhibuit: & refertur ad animum, & cogitationes animi serenas & splendidas. Ionæ 1. Si quando serenum se exhibeat deus nobis, & non pereamus.

I N D E N O M I N A :

עשׂוּ Nomen substantiuum, politus, nitor. Cantic. 5. Venter tuus politus dentis, id est sicut politum seu nitidum ebur.

עשׂוּהָ Nomen substantiuum, politum, tersum. Ezechielis 27. In nundinis tuis dederunt ferrum politum.

עשׂוּתֵיהֶם Cogitationes, scilicet splendide. Iob 12. Fax despecta in cogitationibus insolentis. עשׂוּתֵיהֶן Cogitationes splendide, & elegantes imaginationes, interfecta litera nun. Psal. 146. In die illa perierunt omnes cogitationes eius.

עשׂוּיִךָ Vnum, unitas numeri seu cogitationis. Et semper legitur constructum cum עשׂוּךָ & עשׂוּיךָ. Exod. 26. Undecim cortina. Num. 29. Et in die tertio iuuenos undecim. Deut. 1. In undecimo mense. 2. Reg. 25. Vsq; ad undecimum annum, &c.

Opportune seu tempestiue egit. Iesæ. 50. Susterator Iehoua dedit mihi linguam doctorum, ut sciam tempestiue agere cum lasso, uerbo.

I N D E N O M I N A :

עֵת Vt Græcis χρόνος, ita Hebræis hoc nomen, nunc tempus ipsum, nunc temporis opportunitatem seu occasionem significat. Gen. 18. Secundum tempus uitæ. & cap. 21. Et factum est in tempore illo. Psal. 34. Benedicam Iehoua omni tempore. Eccl. 3. Et tempus est omnibus uolupte sub cælo. Et iterum: Est tempus nascendi, & tempus moriendi: tempus plantandi, & tempus euellendi plantatum, &c. Et cap. 8. Tempus & modum nouit cor sapientis. Et sic sæpè usurpatur in nouo Testamento: Ephes. 5. Redimentes tempus, id est occasionem. 1. Petri 5. Humiliamini igitur sub potenti manu dei, ut uos extollat in tempore, cum erit opportunum.

In statu affixorum transponit punctum in literam sequentem, ut indicetur defectus literæ geminata. Iesæ. 33. Et erit ueritas in tempore tuo. Psal. 1. Quæ fructum suum dabit in tempore suo. Et pluraliter forma masculina עֵתֶיךָ. Iob 24. Ab Omnipotente non sunt abscondita tempora. Dan. 9. In angustia temporum. Esther 1. Scientes tempora, id est opportunitates. Galat. 4. Dies obseruatis & menses & tempora, id est opportunitates, quando hoc aut illud fas erat aut nefas. Legitur etiam forma & terminatione fœminina עֵתָהּ. Psal. 9. Releuamë in temporibus in angustia, id est opportune in angustia. Psal. 10. Quare Iehoua stas procul, absconderis in temporibus in angustia, id est, cum deberes opportune adesse, & opitulari in angustia. Psal. 31. In manu tua sunt tempora mea.

עֵתִי Opportunus, tempestiuus. Leuitic. 16. Et mittet per manum uiri opportuni in desertum.

עֵתֵךְ Aduerbium temporis præsentis, iam, modò, nunc. 1. Regum 12. Nunc proinde domum tuam. Psal. 2. Et nunc reges intelligite. Psal. 113. A modo & usq; in seculum, id est à tempore ad æternitatem. Et in distinctione sententiæ עֵתְךָ. Iosue 14. Et sicut robur meum nunc.

עֵתְךָ Institit, urgebat, imminēbat, instanter exercuit. Prouer. 24. Dispose foris negotium tuum, & urge in agro tibi, postea ædifices domum tuam, ubi mappik monet literam duxiter efferendam.

In quarta coniugatione עֵתְךָ. Iob 15. Et habitabunt ciuitates derelictas, domos in quibus non habitabunt, quæ procubuerunt in cumulos, id est imminēbant.

I N D E

עשׂר Diuitia, opulentia. Gen. 31. Omnis diuitia quam eripuit. 1. Sa. 17. Dabit eum diuitia multa. 1. Reg. 10. Et magnificatus est rex Salomo supra omnes reges terre in diuitia, & in sapientia. Prouer. 22. Eligibilis est nomen præ diuitia multa. Et cum affixis mutat holem in hatephcemetz, & segol in seua. Psal. 52. In multitudine diuitiæ suæ. Psal. 49. Et in multitudine diuitiæ suæ gloriabuntur.

Cum sinistro puncto, nomen est numerale, ut uocāt, cardinale, decem, eò quòd numerus denarius sit diues: ideoq; etiam cognationē habet cum uerbo עשׂר, & ab eo descendit. Et in compositione aliorum numeralium minor numerus, hoc est monadicus semper denario præponitur, at numerus maior, nempe centenarius, & millenarius postponitur. Gen. 37. Et undecim stellæ prosternebāt se mihi. Deut. 1. Undecima die. Ios. 3. Accipite uobis duodecim uiros. 1. Reg. 19. Et ipse inter undecim. Num. 24. Sedecim. Et mox iterum: Septedecim. Et iterum: Nouedecim, &c.

עשׂר Decem. Et legitur extra compositionē cum cæteris numeralibus. Et habet post se nomina pluralis numeri. Gen. 45. Et decem asinas. Exod. 36. Decem cubitorum longitudo tabule. Leuit. 3. Et coquent decem mulieres panem uelstrum in clibano uno. Iob 19. Iam decem uicibus pudore affectis me.

עשרה Decem. Gen. 18. Si inuenti fuerint tibi decem: & dixit, non delebo propter decem. Iosue 22. Et decem principes cum illo. 1. Sam. 1. Nonne ego sum melior tibi, quam decem filij. 2. Sam. 18. Quia nunc sicut nos decem millia. Eccles. 7. Nonne sapientia roborabit sapientem plus quam decem principes. Est & obseruandum, quòd עשרה & עשר in aliquot scripturæ locis accipiuntur indeterminatè pro aliquot, itē multis, eò quòd numerus denarius est terminus numeri, & in eo numerus monadicus desinit, ut supra aliquot exēpla adduximus. Et inde quoq; apparet, quòd affinitatem quandam habeat cum עשׂר, quòd cum dextro schin diuitias, id est multitudinem significat.

עשרה Decem. Exo. 26. Undecim cortinas facies. Gen. 5. Et fuerunt omnes dies Seth duodecim anni. & cap. 46. Et peperit illos ipsi sedecim animas. Et pluraliter עשׂר, omnis est generis, & accipitur pro bis decem, id est uiginti. Gen. 18. Si inuenti fuerint tibi uiginti: & dixit, non perdam propter uiginti. & cap. 23. Centum anni & uiginti anni. Vsurpatur quoq; aliquando pro numerali ordinis, sicut עשׂר. 1. Paral. 24. Pro Iacin prima & uigesima. & Gamul secunda & uigesima, &c.

עשׂר Decimus, numerale est ordinis. Gen. 24. Maneat puella nobiscum dies uel denarium, post abeat. Exo. 12. In decima mensis huius. Leuit. 16. Mense septimo in decimo. Num. 29. In decima mensis. Est & nomen instrumētū musici à denario numero chordarum, quòd decachordum uocant. Psal. 92. In decachordo & choro. Psal. 144. In choro & decachordo.

עשׂר Nomen numerale ordinis masculini generis, decimus. Gen. 8. Vsq; ad mensē decimum. Et iterum: In decimo in prima mensis uisa sunt capita motium. Et in genere fœminino עשׂרית. Exod. 16. Et Gomer decima est Ephī. Num. 28. Et decima modij similit. Iere. 32. Anno decimo Zidkijahu.

עשׂרון Nomen mensuræ, quæ continebat decimam partem Ephī, Gomer dictam: poteris uertere decimā. Exo. 16. Gomer est decima ipsius Ephī. & cap. 29. Et decimam mixtam oleo. Leuit. 14. & Num. 15. Similæ decimam permixtam. Et pluraliter עשׂרונים. Leuit. 14. Et tres decimas similit.

עשׂרית Decima. Iesæ. 6. Et adhuc in ea decima erit.

מעשר Decima, decimatio. Gen. 14. Et dedit ei decimam de omnibus. Leuit. 27. Et omnem decimam terræ. Deu. 14. Et decimam frumenti tui. Num. 18. Decimam de decima. Et cum affixo. Leuit. 27. Et si redimendo redemerit quispiam de decima sua.

I N D E V E R B V M,

עשׂר Decimauit, i. decimam partem accepit. 1. Sam. 8. Et uineas uestras decimabit. In secunda coniugatione עשׂר, decimauit, id est, decimam dedit. Gene. 28. Omne quòd dederis mihi, decimando decimabo tibi. Deut. 14. Decimando decimabis prouentum seminis tui.

est ei Iehoua. 2. Samuel. 21. Exorabilis factus est Iehoua terrae. 2. Paralip. 33. Oratio eius, & exorabilis fieri illius.

Participium generis foemini, pluralis numeri עָרִירָה. Prouerbiorum 27. Sed acerba oscula odientis. ubi contrariam habet significationem, sicut in tertia coniugatione uidebimus.

In tertia coniugatione עָרִירָה. Exod. 8. Orate ad Iehoua, ut auferat ranas a me. Et iterum: Vt exorem tibi & seruis tuis, & populo tuo, ut excindat ranas a te, & a domo tua. Iob 22. Orabis ad illum & audiet te. Et semel construitur cum **וְ** aduersatiua, poniturque transitiuè, ac significat ut in participio passiuæ uocis supra est usus, in malum, exacerbare uerba. Ezechiel. 35. Et in castis contra me ore uestro, & exacerbastis contra me uerba uestra, quod ego audiui.

INDE NOMINA:

עָרִירָה Suauitas, scilicet suffitus: suffitus autem signum & symbolum erat orationis. Et ut suffitus gratus, & suavis est, ita Deo oratio. Ezech. 8. Quisq; habebat thuribulum suum in manu sua, & suauitas nubis suffitus ascēdebat. Et pluraliter עָרִירָה, significat suauiter orantes, qui suauis sunt oratores. Zoph. 3. Transflumina Æthiopiæ, oratores meos, filiam disperforum meorum adducent munus meum.

עָרָה Oratio suavis, exoratio. Ieremiæ 33. Sanabo eos, & aperiam eis exorationem pacis & ueritatis.

DE NOMINIBVS TETRAGRAMMATICIS ET PEREGRINIS.

1192 עָבְרָה Mus. Leuit. 11. Mustela & mus. Iesaiæ 66. Comedentes carnem suillam, & execrabilia, & murem. Et pluraliter עָבְרָה, quod in regimine עָבְרָה legitur. 1. Samuel. 6. Et quinque mures auri. Similiter habet in statu affixorum. Ibidem: Et imagines murium uestrorum.

1193 עָבְרָה Araneus. Iob 8. Et ædificium aranei fiducia eius. Iesaiæ 59. Et foramina aranei texent, id est, telas.

1194 עֲבַשׂוּב Asp. Psal. 140. Furor asp. sub labijs eorum.

1195 עַל וְקַח Nomen animalculi tortuosi in paludibus natantis, quod quia perpetuò sanguinem haurit, sanguifugam Latini appellarunt. Legitur Prouer. 30. Sanguifugæ duæ sunt filiae, &c. Et Chaldaeus paraphrastes. Psalm. 12. pro עַל וְקַח uertit

1196 עֲקָרָה. Arbitror ab עַקַל deriuatum, & dici hoc animalculum ab tortuositate. Scorpion, animalculum uenenatum, habens aculeum quo pungendo inficit, & interficit. Deut. 8. Et serpens urens & scorpion. Et pluraliter עֲקָרָה, significat genus spinæ acerrimæ, referens aculeos scorpionum. 1. Regum 12. Pater meus castigauit uos flagellis, ego uerò castigabo uos scorpionibus. Ezechielis 2. Quoniam spinæ tecum sunt & ad scorpiones habitas. Inde nomen loci à scorpionibus, qui fuit terminus terræ Canaan, à Meridie uersus Orientem. Numeri 34. Ad ascensum Akrabbim.

1197 עַשְׂתָרֶת Dea Zidonorum. Et ex cæteris locis colligitur Veneris Multimammæ fuisse simulachrum, quæ propter fecunditatem prolis uenerata est, & habitata omnium uidentium nutrix. Et quidem Iosephus lib. 1. cõtra Apionem Grammaticum meminuit Titobali Hastartæ sacerdotis. 1. Reg. 11. Et ambulauit Salomo post Astoreth idolum Zidonorum. Et iterum: Et incuruauit Astoreth idolo Zidonorum. 2. Reg. 23. Excelsa, quæ erant ad prospectum Ierusalem, quæ erant dextrorsum ad montem perditionis, quæ ædificauerat Salomo rex Israel ipsi Astoreth, execrationis Zidonorum. Et pluraliter עַשְׂתָרֶת, & in statu regimini עַשְׂתָרֶת. Iudicum 2. Et dereliquerunt Iehoua, & seruiuerunt Baal, & Astoreth.

Hh &

INDE NOMINA:

עָרִירָה Promptus, intentus, qui instat & incumbit alicui rei perficendæ, & eam urget. Iob 15. Sicut rex intentus. Et pluraliter עָרִירָה. Esther 3. Et essent intenti ad diem illum. Iob 3. Qui intente sunt suscitare Leuiathan. Et in genere foemini עָרִירָה. Deut. 32. Quia propinquus est dies exitij eorum, & festinat multitudo imminentiarium illis, quæ illis imminet. Iesaiæ 10. Et promptuarie eorum deprehdatus sum, id est quibus ipsi incubuerunt.

עָרִירָה Capri seu hirci, mares, qui incumbunt capris, & quibus grex incumbit & confidit. Num. 7. Quinq; hircos. Deut. 32. Et hircos. Ier. 5. Et estote sicut hirci ante gregem. Ezech. 34. Inter arietes, & hircos. Et cum kybutz עָרִירָה, Gen. 31. Et uidi omnes hircos qui ascendunt super capras. ubi generaliter ponitur pro hircis & arietibus. Et **וְ** etiam pro toto grege tam ouium, quam caprarum: & figuratè pro duobus & gubernatoribus populi. Zach. 10. Et super hircos uisitabo. Et in statu regimini עָרִירָה. Iesaiæ 14. Omnes hircos terræ.

1189 עָרַם Interpretes sequuti Chaldaum Paraphrasten, exposuerunt uerbo עָרַם, obscurandi. Ego uerò arbitror ueritati magis esse consentaneum, si interpreteris uerbo incendendi. Et legitur tantum semel in uoce passiuæ עָרַם. Iesai. 9. In ardore Iehoua exercituum incensa est terra, & factus est populus cibus ignis.

1190 עָרַם Primo significandi modo significat perdurare & perseverare in loco. Iob 21. Cur improbi uiuunt, perdurabunt, in super præualeseunt diuitijs. Psal. 6. Corrosa est a tristitia facies mea, perdurauit. Deinde sciendum est, quòd quòd hoc uerbum in prima coniugatione constructum cum præpositione mem ablatiui casus, importante motum de loco, tunc significatione contraria notat transferri aliò. Iob 18. Et transferretur petra de loco suo.

In tertia coniugatione עָרַם, transiit de loco. Genes. 12. Et transiit inde in montem, qui erat ab Oriente Bethel. & cap. 26. Et transiit inde & fodit puteum alium, scilicet tabernaculum & familiam. Iob 32. Consternati sunt, non potuerunt respondere amplius, translata sunt ab eis uerba. Prou. 25. Etiam hæc sunt sententia Salomonis, quas transfulerunt uiri Hiskija regis Iehuda, id est transcripserunt.

Participium presens עָרֵם. Iob 9. Ipse transfert montes.

INDE NOMINA:

עָרָה Nomen substantiuum, & dicitur de dicto aut facto durabili & manente, & nunc in bonum, nunc in malum accipitur. 1. Sam. 2. Egredietur durable de ore uestro, quod scilicet longo tempore perdurauit, & infixum est animis hominum. Psal. 31. Obmutescant labia falsitatis, quæ loquuntur contra iustum, durable, id est, quod infigit notam infamiae, & inhæret. Psal. 75. Ne extollatis in altum cornu uestrum, aut loquamini in collo durable. Psal. 49. Effutendo loquuntur durable.

עָרָה Durabilis. Dan. 7. Durabilis dierum sedit. Et pluraliter עָרָה. 1. Paralip. 4. Et uerba ista sunt durabilia.

עָרָה Durabile. Iesai. 23. Ad comedendum ad saturitatem, & ad operiendum durable, id est uestem quæ non cito atteritur, sed durat. Et transpositione literæ tot ad subiectum hirik עָרָה. Prouer. 8. Substantia durabilis, & iustitia.

In altero modo significandi, id est translati. Iesai. 28. Translati ab uberibus.

1191 עָרָה Suauibus uerbis orauit ad deum pro rei alicuius impetratione, orauit ut demulceat, amanter & familiariter supplicauit domino. Et constructum uel cum lamed, uel **לְ**. Gen. 25. Et suauibus uerbis supplicauit Izhaki ipsi Iehoua præsentē uxore sua, quia ipsa erat sterilis. Iudi. 13. Et suauibus uerbis orauit Manoah ad Iehoua: Euge sustentator, ut uir ille dei, quem misisti, ueniat denuò ad nos. Iob 33. Orabit ad deum & placabit eum.

In uoce passiuæ עָרָה, uel עָרָה: & constructum cum lamed, exorabilis factus est, suauitate demulctus est alicui. Iesaiæ 19. Et conuertentur ad Iehoua, & exorabilis fiet ei. 1. Paralip. 5. Et exorabilis factus est illis. Genes. 25. Et exorabilis factus est

Sine uir Iohannes
nomen futurum
90

tia regni sui, & preciosa magnificentia suae. Prou. 4. Corona gloriae coronabit te. Ies. 3. In die illa auferet lehoua ornatum calceamentorum eius. cap. 44. Secundum decorem hominis, i. secundum gloriosum hominem. & cap. 62. Et eris corona gloriae in manu lehoua. Thren. 2. Quomodo deiecit e caelo in terram gloriae, i. cultum Israelis.

In distinctione sententiae תפארת. Exod. 28. Et facies uestimenta sanctitatis Aaroni fratri tuo in gloriam & decorem. Deut. 26. Et in nomen & in gloriam. 2. Paralip. 3. Et operuit domum lapide precioso pro decore. Ies. 63. Et facies tibi nomen gloriae. 1. Paral. 29. Tibi lehoua magnificentia, potentia, & gloria, & uictoria. Et in statu affixorum mutat prius sagol in pathah. Iud. 4. Nisi quod non erit gloria tua in itinere, quod ambulabis. Psal. 71. Replebitur os meum laude tua, omni die magnificentia tua. Psal. 78. Dedit in captiuitate potentiam eius, id est arcam, & decorum eius, id est cultum in manu hostis. nam loquitur ibi de cultu in Silo decenter instituto.

Sic & Paulus horratur, ut in Ecclesia omnia ενσχυμονως deceter, & secundum ordinem fiant. Iesa. 52. Induere uestimentis magnificentiae tuae. & cap. 63. Qui ducebat dextera Moisen brachio magnificentiae suae. Ezech. 24. In die quo tuleris ab eis gaudium decoris sui, &c. Volui studio plures adducere locos, ut ex illis significatio uocis fieret magis conspicua, & Apostolus Paulus in aliquot locis rectius intelligeretur, qui hanc uocem nunc coronam, nunc gloriam reddidit, nunc utrumque simul complexus: In epistola ad Philip. cap. 4. uocat eos gaudium & coronam: quam phrasin haud dubieumpsit ex Ezechiel. 24. Similiter 1. Thessal. 2. Nam quae est nostra spes, & gaudium & corona gloriae, an non & uos in conspectu domini nostri Iesu Christi in eius aduentu: uos enim estis gloria nostra, & gaudium, &c.

תפארת Gloria & ornatus, scilicet arboris, id est frons, seu frondes. Iesa. 10. Ecce sustentator lehoua exercituum deramat frondem cum uolentia. Et pluraliter תפארות. Ezech. 17. Et emisit frondes. & cap. 31. Omnia uolatilia caeli sub frondibus eius parient.

תפארת Geminata ultima litera, gloria, decor, species, splendor. Nahum 2. Et facies omnium retraxerunt splendorem. Ios. 2. Omnes facies retraxerunt splendorem seu decorem. sicut mox in eodem loco consimilis phrasis sequitur: Stellae retraxerunt splendorem suum. quamquam alij sentiant תפארת positum pro תפארת, olla seu nigredine ollae adusta, ut sit sententia: Et facies contraxerunt nigredinem ollae, scilicet ad ignem positae. quos suo sensu abundare permitto.

תפארת Et תפארת. Vide in themate תפארת. תפארת Vide in themate תפארת.

תפארת Generaliter significat occurrere, uenire obuiam, obuiare, uel animo hostili, uel obsecrationibus. Et bifariam constructur: Primo cum beth praepositione, In. Iosue 17. Et in Asser incurrit ab Occasu. Et ibidem iterum: Et incurrit terminus in Thabor. Gen. 28. Et incurrit in locum, & pernoctauit ibi. cap. 32. Et Iacob abiit in uiam suam, & inciderunt in eum angeli dei. Exo. 5. Ne incidant in pestem uel in gladium. Iosue 16. Et descendet de Ionocha Atareth, & Naaratha, & incurrit in Iericho, & egredietur ad Iordanem. Iud. 8. Surge tu, & irruet in nos. 2. Sam. 1. Surge, irruet in eum. 1. Reg. 2. Qui irruit in duos uiros iustiores & meliores se. Gen. 23. Audite me & occurrite pro me in Ephron filium Zohar, i. intercedite pro me. Ruth 1. Ne occurras in me, ut deseram te, & reuertar post te, id est, ne ores me. Iob 21. Et quid proficiemus, quando incidimus in eum, id est orabimus eum. Iere. 27. Incurreret tunc in lehoua exercituum, scilicet precatione. & cap. 36. Sed Elnathan, Delaiahu atque Gomerlahu incurserunt in regem, ut combureret uolumen. Secundum regit post se accusatum in medio articulo תפארת, id est, obuiam habuit. Exo. 5. Et obuiam habuerunt Moisen & Aaronem stantes in occursum illis. Ies. 64. Obuiam habuisti gaudetem. Tamen etiam sine articulo legitur. Exo. 23. Si obuiam habueris boem inimici tui. 1. Sam. 10. Et obuiam habueris coetum Prophetarum. Amos 5. Si quis fugit a facie leonis & obuiam habet ipse ursum. Iesa. 47. Et non obuiam habebis hominem, id est, orabo.

In tertia coniugatione תפארת. Iesa. 51. Et lehoua incurrit fecit in eum iniquitatem. Hh 2 omnium

& cap. 10. Et coluerunt Baalim & Astaroth, & idola Syriae, &c. 1. Sam. 7. Et remouerunt filij Israel Baalim, & Astaroth. 1. Sam. 31. Et posuerunt arma eius in domum Astaroth. Deinde apparet duas fuisse ciuitates eius nominis, quarum altera fuit sita in Karnaim, cuius mentio fit Genes. 14. Et percusserunt Gigantes in Astaroth Karnaim. Et alterius in Edrei, Deut. 1. Et Gog regem Basan, qui habitabat in Astaroth in Edrei. Tertiò pluraliter in statu regiminis תפארות legif mea sententia in uera significatione pro prolibus ouium. Deut. 7. Foetum bouum tuarum, & proles ouium tuarum. Et ab hac primaria significatione arbitror & idolum Venneris, & ciuitates originem traxisse, & appellationem.

Psal. 119.

פנין תאר יחזק בעבדך ולמירני
אתה חקיק



Angulus. Vide in themate suo פנין.

1198

תפארת

Decorauit, ornauit. Et differt modo tantum significandi a uerbo תפארת, fructificauit. Psal. 149. Et afflictos ornabit ope sua. Iesaia 6. Et domum gloriae meae ornabo. & cap. 55. Propter sanctum Israel, qui ornauit te. Eisdem 7. Qui dedit hoc in cor regis, ut ornaret domum lehoua, quae est in Ierusalem. Legitur semel significatione contraria, & significat dedecorare, adimere ornatum. Deut. 24. Cum excusseris oleam tuam, non dedecores post te, id est, non priues eam ornatum suo: decet enim ut aliquid etiam pauperibus in ea relinquant, sicut sequitur, sed aduenae, pupilli & uiduae erit. Et ut Moses de olea prohibet, ne ea omnino deornetur, ita mox uetat de uinea, ne תפארת racemetur, quod similiter in contraria significatione ponitur.

In quarta coniugatione תפארת, gloriosus est, gloriosus factus est. Exo. 8. Sis gloriosus supra me, id est habe hanc gloriam praem, defero tibi hanc gloriam. Iud. 7. Plures de populo sunt tecum, quam ut tradam Midian in manum eorum, ne glorietur Israel contra me dicens, manus mea saluauit me. Iesaia 12. Num glorietur securis contra secantem cum ea. cap. 44. Quoniam redemit lehoua Iacob, & in Israel glorificatur. & cap. 49. Seruus meus es tu Israel, qui in te glorificabor.

INDE NOMINA:

תפארת Decor, ornatus. Iesa. 61. Ad dandum illis ornatum pro cinere, oleum lactitiae pro luctu. Et mox iterum: Sicut sponsus sacerdotabitur ornatum. Ezech. 24. Ornatum tuum ligabis super te. Et ibidem iterum: Et ornatus uester erit super capitibus uestris, & calcamenta uestra in pedibus uestris, non lugebitis, &c. Et pluraliter תפארות. Ies. 3. Ornatus & thiaras. Et in statu regiminis תפארות. Exo. 39. Et ornatus mitrarum. Ex quo loco fit liquidum, ornamentum fuisse applicatum thiaris. Ezech. 44. Mitre lineae erunt in capitibus eorum, & subligacula in lumbis eorum, pars pro toto.

תפארת Decor, ornatus, gloria, splendor, magnificentia, magnidecentia. Ies. 28. Erat lehoua exercituum in coronam iucunditatis, & in diadema gloriae. Iere. 48. Quomodo facta est uirga potentia, & baculus gloriae seu magnificentiae.

תפארת Decor, ornatus, splendor, gloria, magnificentia, Graece μεγαλοπρεπεια. Chaldaeus perpetuo uertit תפארת. Psal. 89. Nam gloria potentiae eorum tu es. Psal. 96. Potentia & magnificentia in sanctuario suo. Esther 1. Ut ostenderet diuitias magnificentiae

Græci uertunt ἀπολύω, redimo, resouo, à simplici λύω, quod est soluo.

INDE NOMINA:

קְרִיָּה Liberatio, redemptio. Psal. 111. Redemptionem misit populo suo. Psal. 130. Copiosa apud eum redemptio. Et in forma קָרָה. Exo. 8. Et ponam redemptionem inter populum meum & populum tuum: cras fiet signum istud, &c.

קָרָה Nomen participiale, pluralis numeri, pro קָרָה, redempciones. Numeri 3. Et dabit Moses argentū redemptio-num. Et in statu regiminis קָרָה. Num. 3. Pro redemptio-nibus Leuitarum. Et Iesaiā 35. Et redempciones Iehoua, id est, redempti à Domino reuertentur.

קָרָה Redemptio. Num. 3. Et accepit Moses argentum redempcionis.

קָרָה Redemptio. Psal. 49. Frater redimēdo non redimet uirum, nec dabit deo precium pro eo: nam carior est redemptio animæ ipsius. Et sine uau קָרָה. Exod. 21. Si precium ei fuerit impositum, dabit redemptio-nē animæ suæ. Et ut Hebræis hæc uox קָרָה, precium significat, quo aliquid redimitur, ita etiam Græcis uox illa λύτρον, qua usus est Christus Matthæi 20. Filius hominis non uenit ut sibi ministretur, sed ut ipse ministraret, utq; daret animam suam λύτρον redemptionem pro multis, id est, precium redemptio-nis. Similiter Paulus Apostolus Rom. 3. Iustificatur autem gratis per illius gratiam, per redemptionem, quæ est per Iesum Christum, quæ proposuit Deus propiciatorium per fidem, interueniente ipsius sanguine, &c. Item 1. Timoth. 1. Unus deus, unus & mediator dei & hominū, homo Iesus qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, &c.

1203 קָרָה Omnes dicunt esse Mesopotamiam. Et legitur ita absolute semel tantum Gen. 48. Et cum ueniret ex Mesopotamia. Alias semper constructur cū nomine קָרָה. Gen. 25. De Mesopotamia Syria. & cap. 46. Quos genuit in Mesopotamia Syria. & cap. 31. Surge, uade in Mesopotamiam Syria. Et cum importante motum ad locum קָרָה. Gen. 28. Surge, proficiscere in Mesopotamiam Syria.

1204 קָרָה Ut uoce, ita significatione congruit cum uerbis קָרָה & קָרָה, liberauit. Et legitur semel Iob 33. Et miserebitur eius, & dicet, redime eum, ne descendat in foueam.

1205 קָרָה Corpus animalis, dempto capite, intestinis & cruribus, id est, truncus. Et legitur tantum in distinctione sententiæ קָרָה. Leuit. 1. Et disponent filij Aaron sacerdotes has partes: ipsum caput, & ipsum truncum super ligna. Et cum affixo mutat prius sagol in hirik, alterum in seua. Ibidem: Et dismembrabit in membra sua, nempe in caput suum, & in truncum suum. Aliqui alij tamen putant significare adipem. קָרָה Os, oris: item hic, aduerbium loci. Vide in themate קָרָה.

1206 קָרָה Remissum, lassum, debile, resolutum fuit: opponitur firmitati, constantiæ, fidei, alacritati. Gen. 46. Remissum erat cor eius, quia non credebat illis. Psal. 77. Plaga mea noctu extracta est, & non est remissa. Habakuk 1. Ideo remissa est lex, & non egreditur ad executionem iudicium. Et Paulus uidetur reddidisse Rom. 4. Et non est infirmatus fide.

In uoce passiuā קָרָה. Psal. 38. Debilitatus sum & contusus sum omnino.

INDE NOMINA:

קָרָה Intermisio, lassitudo. Et in statu regiminis קָרָה. Thren. 2. Nō des relaxationem tibi, neq; quiescat filia oculi tui.

קָרָה Remisiones, intermissiones, relaxationes, nomen pluralis numeri tantum. Threnorum 3. Oculi meus extractus est, & non quiescit, neq; intermissiones.

1207 קָרָה Flauit, spirauit: & congruit significatione cum uerbis קָרָה קָרָה, & in aliquibus phrasibus germanico pfehen. Caricorum 2. Donec spirauerit dies, & fugerint umbra.

In tertia coniugatione קָרָה. Psal. 1. Respiratio fiet illi. Canticorū 4. Persa hortum meū. In reliquis locis significatum spiritus, id est, confidentia loqui, pronun-

Hh 3 ciare

omnium nostrum. Et mox iterum: Et pro transgressoribus occurrebat, id est, rogabat. Iere. 15. Si non incurrere feci in te in tempore malo.

Participium præsens קָרָה. Iob 36. Et mandauit super ea in occurrentem. Ies. 59. Et admittatus est, quod non esset occurrens, id est, intercessor.

INDE NOMINA:

קָרָה Occursus, occurratio. 1. Reg. 5. Et non est aduersarius, neq; occurratio mala. Eccl. 9. Quia tempore & occurratione eueniunt uniuersa ista.

קָרָה Occursus, occurratio. Iob 7. Quare posuisti me in occursum tibi, ut sim super me onus.

1200 קָרָה Ut transpositione literarum, ita quoq; significatione differt à uerbo קָרָה, quod ut agilitatem & uolubilitatem, ita hoc consentiente uoce Latina pigritiā significat, si pigritiam accipias pro tarditate, aut immobilitate, aut defatigatione & lassitudine. 1. Sam. 30. Et persecutus est Dauid ipse, & quadringenti uiri: substituerunt enim ducenti uiri, qui pigri fuerunt, ne transirent torrentem Besor. Et iterum: Et uenit Dauid ad ducentos uiros, qui pigri facti erant, nec abiissent post Dauid.

INDE NOMEN:

קָרָה Pigrum. Sic Hebræi uocant cadauē, quod destitutum, ac relictum animā, amplius non mouet se, sed iacet immobile: & plerumq; de cadauere humano dicitur. 1. Sam. 17. Et dabo cadauer castrorum Philistæorum hodie uolatili cœli, &c. Iesaiæ 14. Sicut cadauer conculcatum. Amos 8. Multum cadaueris in omnem locum proiecit clam. Et in distinctione sententiæ קָרָה. Nahum 3. Et multitudine uulneratorum, & copia cadaueris. Et pluraliter קָרָה. Gen. 15. Cum descenderet turba uiuū sit per cadauēra. 2. Reg. 9. Et ecce uniuersi erant cadauēra mortua. In statu regiminis & affixorum קָרָה. Leuit. 26. Et dabo cadauēra uestra super cadauēra idolōrum uestrorum. Numeri 14. Et portabunt meretricationem uestram usque consumantur cadauēra uestra. 2. Paralip. 20. Et ecce ipsi cadauēra cadentia in terram. Iesai. 66. Et uidebunt cadauēra uirōrum.

1201 קָרָה Ut ultima litera, ita modo tantum significandi differt à uerbo קָרָה, & significat obuiam habere. Et constructur cum accusatiuo. Genesis 33. Tuae ne est turma hæc, quam obuiam habui? 1. Samuelis 25. Et obuiam habuit eos. Iesai. 34. Et obuiam habebunt Zym, ipsos lim. Ieremiæ 41. Et factum est, cum obuiam habuisset eos, statim dixit ad eos. Legitur tamen semel cum beth, Proverbiorum 17. Incurtere uisum orbatum in uirum.

In uoce passiuā קָרָה. Psal. 85. Bēnignitas & ueritas obuiam factæ sunt. Prouer. 21. Diues & pauper obuiam facti sunt.

1002 קָרָה In secunda coniugatione קָרָה. Iob 5. Per diem obuiam habebunt tenebras. Redemit, liberauit ex periculo, angustia uel captiuitate. 1. Reg. 1. Viuit Iehoua, qui liberauit animam meam ab omnibus hostibus meis. Iesai. 29. Qui liberauit Abraham. Iob 33. Liberauit animam meam, ne transiret in foueam. 1. Samuelis 14. Liberauit populus Ionathan. Iob 5. In fame liberauit te à morte. Deut. 7. Et liberauit te de domo seruorum, de domo Pharaonis regis Aegypti. Deut. 9. Ne perdas populum tuum, & hereditatem tuam, quam liberauit in magnificentia tua. Exo. 8. 15. Et sis memor, quod seruus fueris in terra Aegypti, & redemerit te Iehoua deus tuus. Exod. 13. Omne primo genitum alini agno redimes. Leuit. 27. Et redimet iuxta aestimationem tuam.

In uoce passiuā קָרָה. Leuit. 19. Sed redimendo non redempta. & c. 27. Omne anathema, quod deuorum est ex hominibus, non redimetur, sed moriendo morietur. Iesai. 1. Zion in iudicio liberabitur.

In tertia coniugatione קָרָה. Exo. 21. Si ancilla displicuerit in oculis sustentatoris sui, neq; tamen elocet eā, permittat redimi eā, t. concedat ei facultatē redimendī.

In uoce passiuā קָרָה. Leuit. 19. Quicumq; concubuerit cum muliere concubitu feminis, quæ ancilla est à uiro uiciata, sed redimendo non redempta. Et quando in lege hoc uerbum de redemptione intercedēte precio ac solutione dicitur, tum

Græ-

charia 13. Percute pastorem, & dispergetur oves. Et semel legitur in bonum Zacharia 1. Porro dispergentur ciuitates mea pro bono, & consolabitur lehoua porro Zion, scilicet pra multitudine.

Participium praeteritum **פָּרַץ**. Zophon. 3. Oratores mei filia disperforum meorum adducunt munus mihi.

In uoce passiuua **פָּרֵץ**. Gen. 10. Et postea dispersae sunt familiae Cananaei. Iesaias 33. Ab exultatione tua dispersae sunt gentes. Jerem. 10. Et tota pastura eorum dispersa est. & cap. 52. Et uniuersus exercitus eius dispersi sunt. Ezechiel. 11. Et congregabo uos de terris in quas dispersi estis. & cap. 28. De populis in quos dispersi estis.

Participium masculini generis **פָּרָץ**. 1. Regum 22. Vidi uniuersum Israelem dispersos super montibus uelut oves, quibus non est pastor. Et in genere foemino **פָּרְצָה**. 1. Sam. 18. Erat ibi bellum dispersum super facie totius terrae.

In secunda coniugatione **פָּרַץ**. Jerem. 23. Nunquid sic est uerbum meum, sicut ignis, ait lehoua, & sicut malleus, qui disperget rupem?

In tertia coniugatione **פָּרָץ**. Deuter. 4. Et disperget lehoua uos in populos. Iesaias 24. Et disperget habitatores eius. & cap. 28. Et disperget uitiam. Genesis 11. Et disperisit lehoua eos inde super faciem uniuersae terrae. 2. Samuelis 22. & Psalm. 18. Et emisit sagittas & disperisit eas. Iob 40. Disperge furores irae tuae. Iesaias 41. Et turbo disperget eos. Habakuk 3. Et turbidi erant ad dispergendum. Legitur tamen etiam neutraliter, quando uidelicet post se non regit accusatiuum. Gen. 5. Et dispersus est populus in omnem terram Aegypti. 1. Samu. 13. Et dispersus est populus ab eo. Iob 38. Dispergetur Orientalis super terram.

Participium praesens **פָּרָץ**, dispergens, disperfor. Nahum 2. Ascendit disperfor super superficiem tuam. Usurpatur etiam nominaliter, de quo infra. Et pluraliter **פָּרְצוּת**. Iere. 23. Qui dispergunt oves pascui mei.

In quarta coniugatione **פָּרְצוּ**. Habakuk 3. Et dispersi sunt montes aeternitatis. Verbum geminatum **פָּרְצוּ**. Iob 16. Et apprehendit ceruicem meam, & concussit me.

INDE NOMINA:

פָּרְצוּץ Nomen participiale, disperfor: quo nomine Hebraei malleu uocant. Prou. 25. Malleus & gladius, & sagitta acuta. Nahum 2. Ascendit disperfor super superficiem tuam.

פָּרְצוּת Dispersiones. Iere. 25. Ad faciendum etiam dispersiones uestras.

1212

פָּרַץ Verbum est meson, tamq in bonam, quam malam partem accipitur. Deinde est uel dantis uel accipientis: ideo cum de dante dicitur, exponi potest uerbo abstulit, desumpsit, deprompsit: sin autem de accipiente dicitur, uerbo abstulit, desumpsit.

In prima coniugatione tantum semel de dando in malam partem accipitur, Iesaias 28. Eructauerunt iudicium.

In tertia coniugatione **פָּרָץ**. Iesaias 58. Si deprompseris esurienti animam tuam.

De accipiente. Prouerborum 3. Bene homini qui inuenit sapientiam, & aliunde depromit intelligentiam. Psalm. 140. Ne concedas lehoua desideria improborum, cogitationem eorum ne sinas proferre, id est in opus. Item, quando post se habet ablatiuum mediante praepositione mem, tum semper significat aliunde sumere, seu assequi. Psalm. 144. Penuria nostra plena deprometa ex cibo ad cibum, id est, fumentia ex ista specie edulij, & mox ad aliam uenientia etiam ex illa specie. Prouerborum 8. Qui inuenit me, inuenit uitam: & depromit beneuolentiam a lehoua, id est, Dominus erit ei promptuarium, ex quo accipiet, quicquid ei placuerit. & cap. 18. Qui inuenit uxorem, inuenit bonum, & depromet beneuolentiam a lehoua.

INDE NOMINA:

פָּרַץ Amotio de loco, dislocatio, luxatio. Nahum 2. Luxatio genitum.

Hb 4 Luxa-

ciare, seu agere: & accipitur in utranque partem, respondetq illi uerbum Graecum **παρρησιάζο**. Prouerborum 12. Efflabit ueritatem, qui annunciat iustitiam. Habakuk 2. Quia est adhuc uisio ad certum tempus, & efflabit ad finem, & non mentietur, id est, anhelabit. Psalm. 10. In omnes aduersarios suos efflabit in eos. Prouerb. 6. Efflabit mendacia testis falsi. Ezech. 21. In igne furoris mei efflabo contra te. Prouerb. 29. Viri derisionis sufflant ciuitatem: sapientes uero auertunt iram, id est, inflammant. Iesaias 42. Inflatus est, id est, quasi uento propulsus in cauernas ipse, & in domos carcerum absconditi sunt.

INDE NOMINA:

פָּרֶץ Fauilla, quae facili flatur, excutitur, & e fornace efflatur. Exod. 9. Accipite uobis plenitudinem pugillorum uestrorum fauilla fornacis.

פָּרֶץ Carbo, qui sufflandus, aut iam sufflatus est. Prouerb. 26. Carbo ad prunas, & ligna ad ignem. Iesaias 44. Et operatur in carbone. & cap. 54. Ecce ego creau fabrum flammam in ignem carbonis.

פָּרֶץ Singulariter significat malum, arborem proferentem fructus spirantes & odoros. Canticorum 2. Sicut malus inter arbores syluae. & cap. 8. Sub malo suscitauit te. Iob 11. Palma & malus. Et pluraliter **פָּרְצוּת**, significat mala, fructus. Cant. 2. Stripa te me malis, quonia languo amore ego. Et cap. 7. Et odor nali tui sicut mala. Et in statu regiminis **פָּרְצוּת**. Prouer. 25. Mala aurea in cancellis argenti.

פָּרֶץ Laqueus. Vide in themate **פָּרַץ**.

1208

פָּרַץ Filius Cham, filij Noach: Gen. 10. & 1. Paralip. 1. Vnde pars Aethiopiae, quam incoluit, dicta est, quae Libya dicitur. Ier. 46. Forte Aethiopiae & Libya. Ezech. 30. Aethiopia, & Libya & Lydia, omnis uniuersitas. Nahum 3. Phut, & Lybim fuerunt in adiutorium tibi. Consule Iosephum Antiquitatum libro 12. & Hieronymum in quaestionibus Hebraicis.

פָּרַץ Fucus. De hoc quare in uerbo **פָּרַץ**.

1209

פָּרַץ Genus leguminis, quod nos fabam uocamus. 1. Samuel. 17. Et fabam & lentem. Similiter Ezech. 4. Et fabam & lentem. Est & nomen regis Assyriae, cuius fit mentio 2. Regum 15.

1210

פָּרַץ Costernata esse facie, nescire quod te uertas. Et ut forma, ita modo solum significandi differt a uerbo **פָּרַץ**. Psalm. 88. Portaui terrores tuos, costernata facie eram.

INDE PARTICVLA,

פָּרַץ Quae idem ualet, quod Graecis **μὴποτε**, id est, nequando: & non est omnino dubitantis seu haesitantis, sed temporis, saepeq numero negationem simplicem notat.

Deinde & hoc est notandum, quod uno loco excepto semper & ubiq uerbis futuri temporis praepositur. Gen. 3. Nequando morietur. Et iterum: Nequando mittat manum suam. & cap. 26. Nequando interficiunt eum. Deut. 4. Nequando obliuiscaris rerum quas uiderunt oculi tui. Gen. 26. Ne moriar propter eam. Psalm. 13. Ne dicat inimicus meus. Prouerb. 5. Semitam uiae non regulabat. Iesaias 27. Ne uisitetur solium eius. 2. Sam. 20. Non inuenit sibi diuitates, id est, ne inueniat. Sic quoque Matthaei 4. ex Psalm. 91. Graece redditur: est haec uocula **μὴποτε**. Nequando offendas ad lapidem pedem tuum. Similiter: ap. 5. Nequando tradat te aduersarius iudici. Item cap. 15. Nequando deficiant, &c.

1211

פָּרַץ Neutraliter significat id quod collectum erat, huc atq illuc dispergi. Et congruit significatione cum uerbis **פָּרַץ** & **פָּרַץ** nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Genesis 11. Faciemus s nobis nomen, ne dispergamur super faciem uniuersae terrae. Numeri 10. Surge lehoua, & dispergentur inimici tui. 1. Samuelis 11. Et dispersi sunt, & non relictum ex eis duo simul. Psalm. 68. Exurgat deus, & dispergetur inimici eius. Ezech. 4. Et dispersae sunt absq pastore. Zachariae

1214

בָּשֵׁט

Etius posuit in olla. 1. Sam. 2. Vel in cacabum, uel in ollam.

Ex petulantia expatiatatus est, diuagatus est, lasciuuit, luxuriatus est: congruit significatio cum uerbis בָּשֵׂן & בָּשַׂן, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Iere. 50. Lasciuuetis sicut uittula graminis. Habakuk 1. Et lasciuunt equites eius. Malachiae 4. Et exhibitis & lasciuuetis uelut uittuli faginae.

In uoce passiuua בָּשָׁט, diffusus est. Nahū 3. Diffusi sunt populus tuus super montibus, & non est collector. Non est culpa, sed poenae.

INDE NOMINA

בָּשֵׁט Lasciua, luxuria, petulantia. Iob 35. Nec cognitionem habet in lasciuā nimiam. Vnus ex quatuor fluuijs Paradisi, qui Indiam circuit, & à nostris Ganges dicitur: habet autem hanc appellationem ab incremento aquarum, & inundatione. Nam & Plinius lib. 5. Naturalis historiae in eum unde uiginti amnes fluere testatur. Bius mentionem facit Moses Genes. 2.

בָּשֵׂן Linum, à lasciuia dictū, qua in folliculos luxuriat, ex quo conficiuntur uestes prophanae: nam in sacris usus lini, quod בָּשֵׂן uocatur. Exod. 9. Linum & hordeum non sunt percussa: quia hordeum aridam, & linum folliculos habebat. Iesaias 42. Et linum fumigans non exstinguet. & cap. 43. Exincti sunt quasi linum. Cum affixis abijcit literam he. Osee 2. Dantes lanam meam & linum meum. Et pluraliter בָּשְׂתִים. Leuitic. 13. De ueste lanae & lini. Et iterum: In ueste lanae, & in ueste lini. Deuter. 22. Non indues contextum lanae & lino simul. Iudicum 15. Et erant funes super brachijs ipsius uelut lina, quae accenduntur igni. Prouerb. 31. Quærit lanam & lina. Iesaias 19. Quae operantur lina. Et in statu regiminis בָּשְׂתֵי. Iosue 2. Et abscondit eos in lina ligni, quae collocauerat sibi super tecto, id est lina stipule seu caulis. Fortasse illud est linum de quo Plinius lib. 19. cap. 1. in haec uerba scribit: Superior pars Aegypti in Arabia uergens gignit fruticem, quem aliqui Gossopion uocant, plures Xylon, & ideo lina inde facta xylina, &c.

בָּשֵׂן Cardo ostij. Sed de hoc quare in themate suo בָּשֵׂן.

1215

בָּשָׂן

Videtur significatione non multum abluere à uerbo בָּשָׂן, & significare consisti mari, consolidari. Genesis 49. Et consolidata sunt brachia manuum eius à manibus fortis Iacob.

In secunda coniugatione legitur participium praesens בָּשֵׂן .2. Sam. 6. Et uidebat regem Dauid obfirmantem se, & saltantem coram Iehoua. pro quo paulo ante scripserat: Et Dauid saltabat tota potentia.

INDE NOMINA:

בָּשֵׂן Absolutè, sine adfuncto, appellatiuum auri optimi & mundissimi, quod uidelicet soliditatem habet praeter ceteris, nec minuitur, neque consumitur igni: nisi à loco ubi foditur, dictum malis. Alij Gemmam, alij margaritam esse censent. Iob 28. Et commutatio eius uas paz. Psalm. 19. Desiderabilia supra aurum & supra paz multum. Psalm. 21. Impones capiti eius coronam paz. Psalm. 119. Propterea dilexi mandata tua supra aurum, & supra paz. Prouerb. 8. Melior est fructus meus, quam aurum, & quam paz. Cantorum 5. Caput eius est aurum paz. Et iterum: Et fundatae super basibus paz. Iesaias 13. Preciosiore faciam uirum supra paz. Thren. 4. Filij Zion preciosi strati cum paz.

בָּשֵׂן Nomen loci, ubi solidissimum ac optimum nascitur aurum. Ierem. 10. Et aurum apportabitur ex Vphaz. Aliqui arbitrantur positum pro בָּשֵׂן. Daniel. 10. Et lumbi eius accincti cum auro Vphaz.

בָּשֵׂן Apparet essentem participiale passiuæ uocis tertiae coniugationis .1. Regum 10. Et operuit illud auro solidissimo. pro quo 2. Paralipom. 9. positum est aurum בָּשֵׂן mundum.

1216

בָּשָׂן

Significatione congruit cum uerbis בָּשָׂן & בָּשָׂן, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Significat autem rumpere, distumpere, distrahere, dispergere. Legitur in prima coniugatione uoce actiua participium

pium

1213

בָּשָׂן

Luxatio, dissolutio. 1. Samu. 25. Et non sit tibi dissolutio, & offendiculum cordis sustentatori meo.

בָּשָׂן Labi, illabi, cadere. In hac prima coniugatione legitur tantum Infinitiuus. Iesai. 24. Labescendo illabatur terra.

In secunda coniugatione בָּשַׁף, labefactauit. Psalm. 74. Tu labefactasti in potentia tua mare.

In tertia coniugatione, labefactauit. Et est contrarij significatione uerbo בָּשָׂן, erexit, ratificauit. Legitur autem preteritum triplici forma: Primò, בָּשַׁף. Psalm. 33. Labefactauit consilium Gentium. Ezech. 17. Et pactum meum, quod labefactauit.

Secundò, transposita & mutata litera iod בָּשַׂף. Iesai. 33. Labefactauit pactum, reprobauit ciuitates. Ezech. 17. Eò quod labefactauit pactū eius. Num. 30. Et labefactauerit uotū eius. Deut. 31. Et deseret me, & labefactabit pactum meum. Tertiò, in distinctione sententiæ בָּשַׁף. Num. 15. Et mandatu eius labefactauit. Et in fine sententiæ mutat pathah in cametz בָּשַׁף. Gen. 17. Et quod pactum meum labefactauit. Cæterum in reliquis modis & temporibus plerumque habet in secunda zere. Num. 30. Si autem labefactando labefactauerit uota uirille. Iesaias 14. Iehoua exercituum consulet, & quis labefactabit? Prouerbiorum 15. Labefactare cogitationes in non consilio, id est, labefactatio. Numeri 30. Omne uotum, & omne iuramentum quod constringit, ut affligatur anima, maritus eius post hoc ratificare uel labefactare. Ex hoc loco propria ex uerbo contrarij significationi deprehenditur, nempe quod labefactare significet, sicut uerbum בָּשָׂן significat aliquid stabile, & confirmare: quemadmodum & Paulus Apostolus hac uerborū antithesi delectatus est Rom. 3. Legē igitur irritam facimus per fidem? ablit: imo legem stabiliamus. Et in eodem capite uerbo בָּשַׁף quo usus est: Num, inquit, incredulitas illorū fidem Dei faciet irritam? ablit: imò deus sit uerax, omnis autem homo mendax. Item Galat. 3. Hoc autem dico testamentum ante comprobatum à deo erga Christum, lex quæ post annos quadringentos & triginta coepit, non facit irritum, ut abroget promissionem, &c. Legitur tamen semel neutraliter, & comodi uerti non potest, nisi uerbo excidendi, Ecclesiast. 12. Et excidit uoluptas. Sic Paulus Apostolus, ut prius reddidit uerbo בָּשַׁף, ita quando neutraliter ponitur, reddidit uerbo בָּשַׁף: ut Rom. 9. Non autem hæc loquor, quod excidit sermo Dei. Item 1. Corinth. 13. Caritas nunquam excidit, siue prophetiæ abolebunt, siue linguæ cessabunt, siue scientia abolebitur, &c. Hinc iterum propria huius uerbi significatione conspicitur, & e contra Pauli phrasis intelligitur.

Participium praesens בָּשֵׂן. Iob 5. Ipse labefactat cogitationes astutorum. Iesaias 44. Labefactat uentura Diuinarum.

In uoce passiuua בָּשָׂן. Iesaias 8. Inibis consilium, & labefactabitur. Ierem. 33. Et ianctum meum labefactabitur cum Dauid seruo meo. Zachariae 11. Et labefactatum est in die illo.

In quarta coniugatione בָּשָׁף. Iesai. 24. Labefactando labefactabitur terra.

Verbum geminatu בָּשַׂף. Iob 16. Felix eram, sed labefactauit me, apprehenditque ceruice mea & concussit me.

INDE NOMINA:

בָּשָׂן Idem quod בָּשָׂן, fors, à casu, quod in uas seu dolium iniicitur. Esther 3. Mense primo, hic est mensis Nisan anno duodecimo regis Ahasueri, iniecta est Pur, hoc est, fors. Et pluraliter בָּשָׂן. Esther 9. Ideo uocarunt dies illos Purim, id est, sortium, iuxta nomen Pur. Legitur ibidè etiam בָּשָׂן: Et ut obseruarent dies illos Purim temporibus suis. Et in forma foeminina בָּשָׂן, dolium, uas in quod iniiciuntur uue calcandæ. Iesaias 63. Dolium calcaui solus, ex populis meis non est quisquam mecum. Chaldaeus transtulit בָּשָׂן, id est, torcular. Haggei 2. Veniens ad lacum, ut hauriat quinquaginta dolium, id est, dolia, & erunt uiginti.

בָּשָׂן Olla, lebes, in quam iniiciuntur carnes. Numeri 11. Coquebant in olla. Iudicum 6. Et

Et

significat intransitive, esse magis arduum, esse excelcius, quam quod homines rationatione assequi, aut arte aut factis prestare possunt, ut factum seu opus extra & supra communem naturam cursum, rationem, intellectum, iudicium, possibilitatem positum, cuius nulla causa aut ratio dari potest. Estque contrariae significationis uerbo לָבֵן: congruit autem significatione cum uerbo מְאֵד, nisi quod ut forma pariter, ita modo tantum significandi inter se differant. Prouer. 30. Tria ista ardua sunt supra me, id est, excedunt caprum & intellectum meum. Deut. 17. Si ardua erit supra te causa in iudicio. Genes. 18. Nunquid arduum erit supra Iehoua quicquam. Quae uerba Gabriel angelus ad Mariam uirginem repetens, Lucas Euangelista cap. 1. Graeco uerbo ἀδυνασία reddidit: Non erit impossibile apud deum omne uerbum. Iere. 32. Heu Sustentator Iehoua, ecce tu fecisti coelos & terram in magna tua uirtute, & in brachio tuo extento, non est arduum supra te quicquam. 2. Sam. 13. Et arduum erat in oculis Amnon facere ei quicquam. 2. Sam. 1. Arduus fuit amor tui mihi supra amorem mulierum.

Participium generis foeminiני מְאֵדָה, quod tamen nominaliter sumitur. Deut. 30. Nam praeceptum istud, quod ego praecepit tibi hodie, non est arduum supra te.

Item in alia forma מְאֵדָה. Psal. 118. Hoc est arduum in oculis nostris. Interpres Matthaei Euangelistae cap. 21. uertit Graece θαυμαστόν, id est, mirabile. Et pluraliter מְאֵדָה, ardua, excelsa. Vocant autem Hebraei hoc nomine miracula seu mirabilia, eod quod supra rationem & ordinem naturae, contra & supra artem & facultatem humanam, sola dei omnipotentia fiunt, quaeque nullis causis nullisque circumstantiis cognosci & iudicari, sed sola fide comprehendere possunt. Exo. 34. Et facta ardua, quae non creata sunt in uniuersa terra. Iosue 3. Quoniam cras faciet Iehoua in medio uestri ardua. Iob 42. Iudicaui, quod non intelligo, ardua supra me. Psal. 72. Benedictus Iehoua deus deus Israel, qui facit ardua solus. Psal. 131. Neque ambulo in arduis supra me.

In statu regiminis & affixorum mutat camez in seua מְאֵדָה. Iob 37. Sta & considera ardua dei. Exo. 3. Et mittam manum meam, & percutiam Aegyptum in omnibus arduis meis quae facturus sum in medio eius.

In secunda coniugatione מְאֵדָה, arduum fecit. Leuit. 22. Ad arduum faciendum uocatum. Num. 15. Et arduum faciendum uotum.

In tertia coniugatione מְאֵדָה, aliquid arduum fecit. Leuit. 27. Si quis arduum fecerit uotum. 2. Paral. 26. Et egressum est nomen eius in longinquum, eod quod arduum fecit ei auxilium, id est, excellens. Psal. 31. Benedictus Iehoua, quoniam arduum fecit pium suum sibi in ciuitate munitiois. Iesaias 28. Qui excellens fecit iudicium. Iob 42. Laudabitis nomen Iehoua dei uestri, qui fecit uobiscum excellenter.

Participium praesens מְאֵדָה. Iud. 13. Et angelus erat excellens faciendo. In quarta coniugatione מְאֵדָה. Iob 10. Et rursum arduum exhibebis te in me, si puniēdo.

INDE NOMINA:

מְאֵדָה Primò attribuitur filio dei, id est, arduus, ardua & mira faciens. Iesaias 11. Arduus, consiliarius. Deinde in reliquis locis omnibus ponitur abstractiue & collectiue. Ex. 15. Quis sicut tu gloriosus in sanctitate, uenerandus laudibus, faciens ardua. Psal. 77. Tu deus facis ardua. Psal. 88. An mortuis facis ardua. In statu affixorum mutat prius saegol in hirik, & alterum in seua. Psal. 77. Memor ero ab antiquo arduorum tuorum. Psal. 88. Nunquid cognoscentur in obscuro ardua tua. Et pluraliter in forma foeminae מְאֵדָה. Psal. 119. Ardua sunt testimonia tua, propterea obseruauit ea anima mea. Dan. 12. Viquequod erit finis arduorum, id est, mirabilium. Et in forma masculina מְאֵדָה. Thren. 1. Et descendit in arduis, neque est ei consolator.

מְאֵדָה Pro מְאֵדָה. Psal. 139. Ardua cognitio supra me.

מְאֵדָה Nomen adiectiuum. Iud. 13. Cur sic quaeris de nomine meo, quod est arduum.

מְאֵדָה Vide supra in participio primae coniugationis.

מְאֵדָה Ardua, excellentia. Iob 37. An cognoscis disgregationes nubium, ardua quae perfecti norunt.

INDE NOMEN,

מְאֵדָה Vas è quo oleum destillat, seu effluit. Hieronymus uertit lenticulam. 1. Samuelis 10. Et accepit Samuel lenticulam olei. 2. Regum 9. Et accipe lenticulam olei huius in manum tuam.

1225
מְאֵדָה

Ex circumstantiis, & coniecturis casum seu causam considerauit, seu cognouit & iudicauit. Congruuit cum uerbo מְאֵדָה, id est, incidit, scilicet in mentem: & contrariam omnino significationem habet uerbis מְאֵדָה & מְאֵדָה. Gen. 48. Et dixit Israel ad Ioseph, uidere faciem tuam non iudicaui, & ecce ostendit mihi deus etiam semetipsum. 1. Sam. 2. Si deliquerit uir contra uirum, etiam magistratus iudicabit eum, &c. Psal. 106. Stetit Pinhas & iudicauit, & retenta est plaga. Ezech. 16. Etiam tu sustine ignominiam tuam, quae iudicasti sororem tuam.

In quarta coniugatione מְאֵדָה, oratione causam suam seu negocium suum ad deum detulit. Et non intelligitur de qualibet ad quemuis oratione, sed de illa tantum, quae battologiae contraria est, & ad deum dirigitur. Licebit autem uertere uel uerbo praecadi, uel obsecrandi, uel orandi, uel interpellandi, quod Hebraeo fere conuenit. Variè autem construitur, sicut deinceps ostendemus: Primò ponit interdum absolute. 1. Sam. 2. Et orauit Hanna dicens, Exultauit cor meum, &c. 2. Regum 6. Et orauit Elisaeus, & dixit Iehoua, aperi nunc oculos eius. 2. Paralip. 7. Si humiliatus fuerit populus meus, & orauerit. Secundò cum לָבֵן. Gen. 26. Et interpellauit Abram ad deum, & sanauit deus Abimelech. Num. 11. Et clamauit populus ad Moysen, & interpellauit Moysen ad Iehoua. Deut. 9. Et interpellauit ad Iehoua & dixit, Sustentator Iehoua ne perdas populum tuum. 1. Reg. 8. Ad celebrandum nomen tuum, & ad orandum, & obsecrandum ad te in domo ista. 2. Reg. 19. & Ies. 37. Pro quo interpellasti ad me, de Sennacherib audiui. Ioquitur propheta in persona dei cuius legationeungebatur. 1. Samuelis 1. Pro puero isto orauit. Tertio cum לָבֵן. 1. Samuelis 1. Et orabat ad Iehoua, & flendo flebat. Et mox iterum: Ue orare ad Iehoua. Valet tamē idem quod super, seu pro. Psal. 32. Super hoc orabit omnis pius ad te. Quarto cum lamed, ad. Dan. 9. Et orauit ad Iehoua deum meum. Vel ualet pro. 1. Sam. 2. Si contra Iehoua deliquerit uir, quis orabit pro eo, uel, quis patrocinabitur ei, uel, quis interpellabit pro eo.

Quintò cum לָבֵן, id est, pro. Gen. 20. Et orabit pro te & uiues. 1. Sam. 7. Et interpellabit pro uobis ad Iehoua. 1. Samuel. 12. Intercede pro seruis tuis apud Iehoua. Iob 42. Cum ipse oraret pro amicis suis. Psal. 72. Et orabit pro ipso semper, id est, pro regno ipsius.

Participium praesens מְאֵדָה. Nehemia 1. Audi orationem serui tui, quam ego oro coram te.

INDE NOMINA:

מְאֵדָה Arbitri, iudices, ad quos defertur causa cum omnibus suis circumstantiis cognoscenda. Exo. 21. Multando multabitur secundum quod imposuerit ei maritus mulieris, & dabit iuxta arbitros, id est, arbitratorum sententiam. Deut. 32. Etiam inimici nostri sunt iudices. Iob 31. Quia hoc est scelus, & haec est iniquitas pro iudicibus. Et per apocopen literae mem מְאֵדָה. Iob 31. Etiam haec est iniquitas pro iudicibus. **מְאֵדָה** Iudicium. Iesaias 16. Facite iudicium. Et in genere foemino מְאֵדָה. Iesaias 28. Euumuerunt iudicium.

מְאֵדָה Oratio, precatio, in qua deo causa nostra exponitur: & opponitur battologiae. 1. Reg. 8. Omnis oratio. Iesaias 56. Domus mea domus orationis uocabitur. In statu regiminis מְאֵדָה. 1. Reg. 8. Respicias igitur ad orationem serui tui. Prouer. 15. Oratio rectorum beneplacitum eius. Et cum affixis. Psal. 6. Orationem meam suscipiet. Prouer. 28. Oratio eius abominatio. Et pluraliter מְאֵדָה. Psal. 72. Finitur orationes Dauid filij Iesai. Et nostri Iudaei uocant hoc nomine ligacula illa, quae oraturi fronti & brachio alligant, ut his admoneantur praeceptorum dei, & tu poteris oraria appellare. Sed de hoc supra in nomine מְאֵדָה.

1226
מְאֵדָה

In prima coniugatione tantum est usitatum in uoce passiuua מְאֵדָה, atque proprie signi-

ium Ægyptiorum. Psal. 4. Et scitote, quoniam excellentem fecit Iehoua pium sibi, Psal. 17. Excellere fac pios tuos, qui saluas sperantes.

INDE NOMINA:

1227 תלמיח Certus aliquis locus, cuius tamen nomen data opera non exprimitur. Ruth 1. Accede huc & sede hic aliquid, דאָהער ערוארט. 1. Sa. 21. Et pueris notum fecit locum quendam. 2. Reg. 6. Et consultabat cum seruis suis, dicens, in loco quodam erit mansio mea. Dicitio composita ex duobus superioribus corruptis, atque idē Hebræis ualet, quod Græcis δῆλον, id est, quidam. Dan. 8. Et dixit unus sanctus ad quendam. Hanc phrasin à Christo usurpatam, Interpres Matthæi cap. 26. ita expressit: Ite in ciuitatem quædā, id est, ad quendam.

1230 תלמיח Partitus est, in frustra seu partes discedit seu dirupit: & à uerbo תלם modo tantum significandi differt. Legitur autem in prima coniugatione tantum participium præsens תלמיח. Psal. 141. Sicut auellens & findens ligna in terra.

In secunda coniugatione תלמיח, discedit in frustra, seu partes. 2. Reg. 4. Et diuulsit in olla coctionis. Iob 16. Diuulsit renes meos, & non pepercit. Iob 39. Incuruantur, foetus suos auellunt. Prouer. 7. Donec discedat sagitta secur ipsius.

INDE NOMEN,

1231 תלמיח Frustum, fragmen, fragmentum, pars dissecta seu diuisa. Iud. 9. Et profecit mulier fragmen molæ superioris super caput Abimelech. Iob 41. Cor eius solidum ut lapis, & solidum sicut fragmen molæ inferioris. 1. Sam. 30. Et dederunt ei fragmen caricæ.

1231 תלמיח Cantic. 4. Sicut fragmen mali punici, genæ tuæ. Nedum significacione, uerum etiam modo significandi conuenit cum uerbo תלם. Et licet literis initialibus differant, tamen utraq; est eiusdem instrumenti. Et significat etiam ex periculo seu malo euadere saluum. Et in prima coniugatione legitur tantum semel in uoce actiua, Ezech. 7. Et euadent euasores earum.

In secunda coniugatione תלמיח, euadere fecit. Psal. 17. Euadere fac animam meam è manu improbi. Psal. 82. Euadere facite exhaustum. Psal. 91. Quia mihi complacuit, ideo euadere faciam eum. Psal. 32. Tu es latibulum mihi, ab aduersario munis me, acclamationibus euadere faciendi circumdabis me. quanquam etiam nominaliter exponi possit, ut infra annotabimus. Psal. 56. Propter iniquitatem euasione facere eis, i. euasio eis. Mich. 6. Et quod euadere facies gladio, dabo. Iob 21. Euadere faciet uacca eius, & non abortiet, id est, edet foetum saluum.

Participium præsens תלמיח, euadere faciens. Psal. 18. Et autor euasionis meæ, fortitudo mea. Psal. 40. Autor euasionis meæ es tu.

In tertia coniugatione תלמיח, euadere fecit. Iesaia 5. Et apprehendet prædam, & euadere faciet, & non ereptor. Micheæ 6. Et apprehendes, & non euadere facies.

INDE NOMINA:

1231 תלמיח Euasor, id est, qui fugiendo ex periculo euadit. Gen. 14. Et uenit euasor, & nunciavit ipsi Abram. Iosue 8. Et non reliquus mansit superstes & euasor. 2. Regum 9. Ne egrediatur euasor de ciuitate. Et in plurali status absoluti seruat aliquando iodi interdum scribitur sine iodi תלמיחים, uel תלמיחם, Num. 21. Dedit filios eius euasores, id est, fugitiuos, qui euadunt ex patria. Ies. 66. & mittam ex eis euasores ad gentes. de apostolis dictum. Iere. 51. Euasores à gladio, ite, ne stetit. Tam in statu regiminis, quam affixorum תלמיחים, cum iodi subscripto hirik. Iudic. 12. Quia dixerant, tamen uos estis fugitiui Ephraim, id est, ad Ephraim, s. pro salute. Et mox iterum: Fugitiui Ephraim. Et actiue semel, Iesaia 45. Accedite pariter Saluatores gentium.

1231 תלמיח Infinitiuus qui nominaliter accipi potest pro euasione, saluatione: ut Psal. 32. Tu es latibulum mihi, ab aduersario munis me, acclamationibus euasionis circumdabis me. Psal. 56. Propter iniquitatem euasio eis. Sed de hoc supra in secunda coniugatione.

1231 תלמיח Euasio: & dicitur tam de homine, quam re, cum iodi, exceptis paucis quæ sine iodi scribuntur, תלמיח. Ge. 22. Et erit turma remanens in euasione. Ezech. 14. Et ecce remansit in ea euasio. Exod. 10. Et comedet residuum euasionis. In statu regiminis תלמיחים. 2. Reg. 19. Euasio filia Iehuda, quæ remansit. Ies. 10. Et euasio filia Iacob.

1227 תלמיח Formam habet Infinitiuus tertiæ coniugationis, qui tamen nominaliter usurpatur. 2. Paral. 2. Quia domus quam ego adifico, magna est, & ardua. Iesa. 29. Propterea ego adificiam excelsum facere populum istum arduum, scilicet & excelsum.

1227 תלמיח Legitur in prima coniugatione tantum uoce passiuua semel תלמיח, & significat dispertiri in multas partes, siue res: & modo tantum significandi differt à uerbo תלמיח, Gen. 10. Nomen unius Paleg, quia in diebus eius dispertita est terra.

In secunda coniugatione תלמיח. Iob 38. Quis dispertitus est imbri alueum. Psal. 55. Dispertire linguam eorum.

INDE NOMINA:

1227 תלמיח Partitio. Hoc autem nomine Hebræi uocant partitiones aquarum, quos nos riuos seu riuulos uocamus. Psal. 65. Riuus dei plenus est aquis. Et pluraliter תלמיחים. Iesaia 30. Et super omni colle riuus, fluenta aquarum. Et in statu regiminis תלמיחים. Psal. 1. Et erit uelut arbor plantata ad riuos aquarum. Prouerb. 5. Erumpant fontes tui foras, & in plateas riuus aquarum. Iob 29. Et petra effundebat apud me riuos olei.

Et cum affixis seruat priores duas uoces pluralis numeri status absoluti. Psal. 45. Riuus eius lætificabunt ciuitatem dei. Legitur tamen pluraliter etiam in forma fœminea, fortificata litera lamed תלמיחים. Iudic. 5. In partitionibus Ruben erant magni. Iob 20. Non uidebit in riuos, flumina, torrètes mellis & buryri. Et ut hic addam, quod Græci & post illos Latini nulla tamen uocabuli etymologia, & origine mare dixerunt Pelagum, arbitror à lepatho accepisse, qui Hebræa lingua hoc nomine mare appellauit, eo quod in multas terræ partes dispertitum est. Et ut Eccles. cap. 1. inquit: In illud sese ex omnibus terræ partibus flumina exonerant, & ex eorum rursum ad eadem refluunt.

1227 תלמיח Partitio. Quod in statu regiminis תלמיחים legitur. 2. Paralip. 35. Et staret in sanctitate ad partitionem domus patrum.

1227 תלמיח Partitiones. 2. Paralip. 35. Et sustulerunt tholocausta, ut darent ea pro partitionibus secundum domos patrum.

1227 תלמיח Transpositione literarum, Res esculenta, quæ ab usu tanquam inquinamentum separata est: Alij abominationem, nos iniquationem, seu inquinamentum uocabimus. Leuit. 7. Non imputabitur ei, iniquatio erit, & anima quæ comederit ex ea, iniquitatem suam portabit, & cap. 19. Et si comedendo comedetur in die tertia, iniquatio est, non acceptabitur. Ezechielis 4. Neque uenit in os meum caro iniquationis. Et pluraliter תלמיחים. Iesaia 65. Qui comedunt carnem suis & ius iniquationum.

1228 תלמיח Pellex. Quare inter tetragrammata.

1228 תלמיח Eius plurale תלמיחים legitur semel, & proprie idem significat, quod תלמיחים, litterarum facta transpositione, Nahum 2. In igne tædarum currus, &c.

1229 תלמיח Ut in forma תלמיח, ita nec in ista forma legitur in prima coniugatione, nisi uoce passiuua תלמיח: differuntq; inter se modo tantum significandi. Significat enim arduum, excellentem fieri. Exod. 33. Et excellentes erimus ego, & populus tuus supra omnes populos, qui sunt super superficie terræ. Psal. 139. Gratiæ ago tibi, quod mirum in modum excellens factus sum seu excellenter segregatus sum. Et ut Paulus in epistola ad Romanos alludere uoluit ad nomen suum תלמיח, uocatus ad munus apostolicum, ita quoque eo quod dicit ἀφοριστέον exprimere uoluit Pauli nomen, cum inquit: Segregatus in Euangelium dei. Nam ut Hebræis uerbū hoc non simpliciter separare, sed ut excellentem & arduum segregare: ita Græcis ἀφορίζειν, ut eximum secernere significat ut organum, scilicet electum: unde Medici ἀφορίζουσιν sententias uocant selectas.

In tertia coniugatione תלמיח, arduum, excelsum, excellentem fecit. Exod. 8. Et excellentem faciam in die illa terram Gosen, in qua consistit populus meus, ut non sit tibi musca. & cap. 9. Et excellentem faciam inter peculum Israelis, & inter peculum Iudæ.

Pelagu
*soc idem uocabit-
fol. 604*

sicut in symbolo Athanasij proprietates clarissime exprimuntur.

In statu regiminis in primo modo, facies, superficies, aspectus anterior. Genesis 31. Et uidit Iacob faciem Iacob, & ecce non erat cum eo sicut heri & nudius tertius. Genesis 1. Et obscuritas erat super faciem abyssi. & cap. 7. Et ibat arca super facie aquarum. 1. Samuelis 14. Et erat mel super facie agri. Genes. 1. Et uolucres uolet super terra erga faciem firmamenti coelorum. Prouer. 16. In lumine faciei regis est uita. Psalm. 132. Propter Dauid seruum tuum ne auertas faciem uncti tui, id est statum praesentem, & formam regni. Prouer. 27. Et uir acuit faciem sodalis tui, id est, externos mores & uitae conuersationem, & studia. 2. Samuel. 14. Nam ut uerterem faciem uerbi, fecit seruus tuus Iobab, id est formam sermonis. 2. Sam. 17. Et expandit uelamen super faciem putei, id est aspectum. Num. 16. Et uenit Moses & Aaron ad faciem tabernaculi, id est ante, ad partem anteriorem tabernaculi. Sic cap. 20. Et congregauerunt Moyses & Aaron congregationem ad faciem rupis. Exo. 26. Versus faciem tabernaculi, id est partem anteriorem. Iob 26. Retinet faciem throni, extendit super illum nubem suam, speciem, aspectum, formam. 2. Sam. 10. Videns autem Iobab, quod esset ante eum facies belli, id est pars anterior, acies. Prouer. 27. Cognoscendo cognosce faciem gregis tui, id est, habitum, statum. Gen. 33. Et occu-pauit faciem ciuitatis, id est anteriorem partem, & cap. 11. Et mortuus est Haran super facie patris sui, id est, non est egressus patriam, regionem paternam. & cap. 18. Contra faciem Sodomae.

In secundo modo significandi. Leuit. 19. Personam senis honorabis. Et iterum: Non eleues personam exhausti, neque honorifices personam magnifici. Prouerbio rum 18. Suscipere personam improbi, non est bonum. Sic Paulus Apostolus usus est Galat. 2. Personam hominis non accipit. Item 2. Corinth. 11. Siquidem iustum modi pseudoapostoli operari dolosi sunt, sumpra persona Apostolorum Christi, atque haud mirum, quando quidem ipse Satanus transfiguratur in angelum lucis: non magnum est igitur, si & ministri illius personam in se transferunt, quali sint ministri iustitiae, &c.

Præterea, & hoc de facie dei siue Domini, annotare uolui, quod dupliciter usurpatur: Primo, pro essentia diuina, ut est deus in sua maiestate & gloria. Et hanc nulla creatura humana uidere aut cognoscere seu apprehendere potest, nisi sustentetur à Deo, sicut Deus dicit Exo. 33. Non poteris uidere faciem meam, quia non uidebit me homo & uiuet. Et iterum: Videbis posteriora mea, sed facies mea non uidebitur. Hanc uerò uident ac contemplantur angeli & beati in altera uita, sicut Christus ait Matth. 18. Angeli eorum in caelis semper uident faciem patris mei, qui in caelis est. Et Paulus Apostolus 1. Corinth. 13. Cernimus nunc per speculū in aenigmate, tunc autē à facie ad faciem, &c. Et 1. Ioan. 3. Scimus autem, quod si appaue-rit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est, &c. Secundo modo, accipitur pro apparentia, seu forma, quam ipse deus induit, & qua uult apprehendi, ut sunt uerbum Dei, columna ignis & nubis, propiciatorium, & alia sacramenta & res externæ, quæ sunt tanquam externæ facies, quibus deus præsens est, & uult conspici. Et de hac facie Dei loquitur scriptura: Deut. 33. Et dixit Iehoua, facies mea ibit, & requiescere te faciam: dixit ad eum Moyses, si facies tua non iuerit, ne ducas nos hinc. Item cap. 4. Et eduxit te in facie sua, id est columna. 2. Sam. 17. Et faciem Iehoua non deprecatus sum. 2. Sam. 6. Et Iehudam in facie Iehoua. Psalm. 24. Quæreres faciem tuam, sic Iacob uocat illum locū ubi apparuit ei Deus. Faciem Dei. Gen. 32. Et uocauit Iacob nomē loci Peniel, quia uidi faciem ad faciem, &c. Et Gen. 4. Egressus est Kain à facie Iehoua, ubi scriptura uocat locum, in quo sonabat pmisso de semine mulieris, & ubi erat uera Ecclesia & uerus Dei cultus, &c. Et etiam dictis liquet etiam, quod res illæ externæ, quibus hoc nomen attribuitur sint facies dei, non sint ipse deus, seu Iehoua sua substantia seu essentialiter, sed sine facies dei, quibus deus se suo uerbo alligauit & ubi uult esse præsens, & conspici, & coli, sed de hac re plura in nomine huius. Est & hæc phrasī annotanda, quod quan-

Iehoua. Et absterget Sustentator Iehoua lacrymam ab omnibus faciebus. Iesai. 59. Et errata uestra absconderunt faciem à uobis, ne audierim. Ieremias 2. Quia uertunt ad me ceruicem, & non faciem. & cap. 30. Versæ sunt omnes facies in pallorem. Prouer. 25. Et facies austra lingua delationis. Danielis 9. Iehoua nobis pudor facierum. Insuper panibus illis tribuitur, qui erant in conspectum cum Dei tum hominum positi, seu ita dicti, quod antè essent positi: ideo Græci eos uocant ἀετοὺς τῆς προσώπου panes facierum, nunc ἀετοὺς τῆς πρεσβείας, id est panes propositionis, aliis in scriptura הֶחָמֵץ placenta, quarum fuerunt, ut ex Leuitic. 24. habetur, numero duodecim. Exod. 25. Et pones super mensam panes facierum coram me iugiter. Tribuitur aquis: Prouer. 27. Sicut aquarum facies ad facies.

Christus cœlo tribuit Matthæi 16. & Luc. 12. Hypocritæ, faciem cœli nostris iudicare, signa uerò temporum non potestis. Accipitur etiam de aciebus gladii, sicut הָמֵץ Ecclesiast. 10. Si obtusum fuerit ferrum, & ipse non leuigauerit acies, tum robur multum praualebit. Est & hæc phrasī obseruanda, quæ scripturæ admodum familiaris est, cum mutua aliquam inter præsentem operationem significare uoluerit, id ista loquendi forma facie ad faciem efficiat. Genes. 32. Vidi deum facie ad faciem. Exod. 33. Et loquebatur Iehoua ad Moysen facie in faciem, sicut loquitur uir ad sodalem suum. Deuter. 5. Facie in faciem loquutus est nobis Iehoua. & cap. 34. Quem cognouisset Iehoua facie ad faciem. Iudic. 6. Et contendam ibi uobiscum facie ad faciem, &c. Usurpatur tamen sæpè aduerbialiter pro aduerbio loci, Antè, eod quod, ut ab initio dixi, facies est anterior pars, quæ aspectui patet, & se ad nos uertit: & sic contrarium est uoci הָחָמֵץ. Ezechiel. 2. Et erat scriptum antè & post, id est intrâ & extrâ. Accipit tamen à fronte mem הָחָמֵץ. 2. Samuel. 10. Et facies belli erat ab antè, & à retrò. At quando à fronte accipit lamed הָחָמֵץ, tum est aduerbium temporis, antea, prius, olim. Deuter. 2. Et in Seir habitauerunt Horim antea. Iosue 14. Et nomen Hebron, antea erat Kiriath Arba. Ieremias 7. Et facti sunt retrò, & non antè. Psalm. 102. Antea terram fundasti. Hoc Psalmi dictum חַמֵץ עֶשְׂרִים ad Hebræos cap. 1. suæ materie accommodans, ita reddidit: In initio, terræ fundamenta iecisti. Et hoc accipit interdū à fronte mem propositionem ab, ut הָחָמֵץ ab antè. Ies. 41. Aut ab antè, & dicemus, iustum est.

Secundò, aliquoties hoc nomen הָחָמֵץ etiam personam significat, & simul respectum quandam importat, perinde ut Græcis προσώπου non solum faciem seu aspectum, sed etiam personam subsistentem notat. Deuter. 10. Deus magnus, fortis, & timendus, qui non suscipit faciem, neque accipit largitionem. cap. 16. Non spectes personam. & cap. 28. Gens fortis facierum, quæ non suscipit personam. Iob 13. Si clam personam susceperitis. & cap. 22. Et eleuatus persona habitabit in ea. 2. Reg. 5. Vir magnus in conspectu Sustentatoris sui, & eleuatus persona. Prouer. 24. Spectare personam in iudicio non est bonum. Iesai. 3. Eleuatum persona. Gen. 19. Ecce suscepi personam tuam. Volui autem hoc de altero modo significandi huius nominis annotare eod diligentius, ut illorum hæresis refutari possit, qui nedum infeliciter, uerū etiam impiè & scelestè Iudaifantes tres in diuinitate personas non הָחָמֵץ, sed הָחָמֵץ, id est nuda nomina appellandas censent, atque eod tandem prolabantur, quod negent tres illas personas realiter distingui, sed suis tantum nominibus, nec esse tres subsistentias, sed unam tantum subsistentiam, cum tamen Christiana religio nos in lingua Hebræa הָחָמֵץ dicere iubeat pluraliter, sicut Græcos necessitas προσώπων, & Latinos personas appellare coegerit. Et non minùs commodè re ipsi hoc nomen Hebræum, quam uel Græcum προσώπου, uel Latinum persona conueniat. Neque nuda tantum sint nomina, sed substantiæ notent, quæ respectus importent, & secundum illos respectus, quos Doctores Ecclesiæ proprietates appellarunt, realiter sint distinctæ: sic ut deus pater, & deus filius, & deus spiritus sanctus una quidem sint essentia, & tres tamen sint separate substantiæ, id est, personæ subsistentes: ita ut alia sit persona patris, alia filij, alia spiritus sancti, suum quælibet persona habeat ad aliam respectum, sicut

aedificium anterius, scilicet ante Sanctum sanctorum.

מַלְפָּנָי A facie, a conspectu. Gen. 4. Et egressus est Kain a conspectu Dei. cap. 23. Ut sepeli- ham mortuum meum a conspectu meo. & cap. 41. Et egressus est Ioseph a conspe- ctu Pharaonis. Exo. 36. Et accipiebat a conspectu Mosi omnem leuandam. 1. Sa. 18. Et timuit Saul a conspectu Dauid. Psal. 97. Montes liquefuit tanquam cera a con- spectu Iehoua, a conspectu Iehoua uniuersa terra. Et cum affixo. Psal. 51. Ne propi- cias me a conspectu tuo. Iere. 18. Et erratum eorum a conspectu tuo non deleatur.

עַל לְפָנָי Ex aduerso, e regione. Ezech. 40. E regione uestibuli.

מַבְּנֵי A facie, a conspectu. Et saepe numero Hebraeis idem ualeat, quod Latinis. Propter. Gen. 7. A facie aquarum diluuij. cap. 16. A facie Sarai dominae meae fugio. Exod. 3. Clamorem eorum audiui a facie exactorum. & cap. 9. Nec poterant magi stare co- ram Mose a facie ulcerum, id est, propter ulcera. Deuter. 5. Quare timuistis a facie ignis. & cap. 9. Quoniam timui a facie irae & furoris. Iudic. 9. Et abiit in Beer, & ha- bitauit ibi a facie Abimelech. Mich. 1. Sicut cera a facie ignis. Et aliquando sequi- tur relatiuum וּפְנֵי, & tum ualeat propterea quod. Exo. 19. Propterea quod descendis- set super eum Iehoua. Iere. 44. Propterea quod suffitum fecistis.

פְּנִיָּם Sine augmento literarum non est usitatum, at in compositione usuuenit, ut בְּפָנָי, & fungitur officio aduerbii ad locum denotantis, id est antrinfsecus seu anterius, id est, intrinsecus. 1. Regum 6. Intrinsecus & extrinsecus. Et cum litera he motum ad locum impertante פְּנִיָּה, id est, anterius. Vocant autem Hebraei id anterius, quod Latini uocant interius. Nam interiora aedificia sunt ipsis anteriora respectu פְּנֵיהֶם, id est, eorum quae retrò & extra sunt. Similiter in domibus & aedificijs came- ra & conclauiua fuerunt ipsis in recessu, non respexerunt foras in plateas, & extra domos, sed introrsum. Leuit. 10. Non est illatus sanguis eius ad sanctum anterius, id est proximum Sanctum sanctorum. 1. Reg. 6. Et cedrus ad domum anteriorem, id est interiorem. 2. Paral. 29. Et ingressi sunt intrò ad Ezechiam. Psal. 45. Tota glo- riosa est filia regis interius, seu intrinsecus siue internè. Accipit tamen a fronte la- med לְפָנָי, id est, interius, intrinsecus. 1. Re. 6. Intrinsecus & extrinsecus. pro quo paulò ante usus erat מִלְפָּנָי. 2. Paral. 29. Et ingressi sacerdotes intra domum Iehoua. Ezech. 41. Et ingressus intrò. Item loco lamed accipit mem מְּפָנָי, anteriu id est, intrinsecus. 1. Reg. 6. Et oraculum in medio domus intrinsecus constituti. Et iterum: Et operuit Salomo domum intrinsecus auro optimo. 2. Paralip. 3. Et ope- ruit illud intrinsecus auro puro.

פְּנִיָּה Nomen ordinis, masculini generis, anterior. 1. Reg. 6. Et posuit Cherubim intra do- mum anteriorem, id est, anteriorem. 1. Reg. 7. Pro ianuis domus anterioris. Et plu- raliter מְּפָנָי, 1. Paralip. 28. Et cubiculorum eius interiorum. Et in genere femi- nino מְּפָנָי, 1. Reg. 6. Et aedificauit atrium anterius. Esther 4. In atrio domus regis anteriore. Et pluraliter מְּפָנָי, 2. Par. 5. Ianuas eius anteriores.

אוֹפַן Vel sine uaui וּפְנֵי, & proprie significat superficiem, extremitatem, & circumferen- tiam rotæ, quam Latini canthum, Germani die velge appellant; dicitur aut, quia ea rotæ pars cõtinuò ceu uento circumuoluitur. Semper autem per synecdochen pars sumitur pro tota rota. Nahum 3. Et uox sonitus rotæ. Ezech. 1. Et aspectus ea- rum, & factura earum, quasi rota in medio rotæ. Prouer. 20. Dissipat sediciosos rex sapiens, & circumducit super eos rotam, id est, afficit eos supplicio rotæ. Olim autè ex genere suppliciorum fuisse, testatur Apuleius lib. 3. Asini aurei. In statu regiminis וּפְנֵי, Exod. 14. Et remouit rotam curruum eius. Iesaia 28. Nec rota plau- stri super Ciminum circumducetur. Et pluraliter וּפְנֵי, 1. Regum 7. Quatuor rotæ erunt sub claustris. Ezechielis 1. Aspectus rotarum. Et in statu regiminis וּפְנֵי, 1. Regum 7. Et quatuor rotæ aeris pro basi. Et cum affixo loco holem as- sumit hatephcemetz. Prou. 25. Poma auri in cancellis argenti, uerbum loquutum super circumferentis suis, &c. Causa hæc est, cur hoc nomen ad פְּנֵי retuli, quod 2. Sam. 14. legitur: Nam ut circumuoluerem faciem uerbi, fecit seruus Ioab. & ui- deam anigma seu parabolâ dici, quod multos respectus & formas habeat, et si alij

ab

quando faciei dei additur nomen וּפְנֵי, uel uerbum פְּנֵי, illuminauit, tum signifi- ficet fauorè, lætitiã, & beneuolentiã, tam internam in conscientia, quam in re- bus externis & corporalibus benedictionè & beneficia corporalia. Psal. 4. Extol- le super nos lumen faciei tuæ Iehoua. Psal. 44. Quoniam dextera tua, & brachium tuum & lumen faciei tuæ. Num. 6. Illuminet Iehoua faciem suam ad te. Psal. 31. Illu- mina faciem tuã super seruum tuum. Et saepe etiam sine appositione nominis וּפְנֵי, quod tum ex sententia quoq; cognosci potest: ut Psal. 27. Ne abscondas faci- em tuam a me. Tamen interdum & rariùs in malam partem accipitur. Leui. 17. Et ponam faciem meam in animam illã. Psal. 21. Sicut clibanus in tempore faciei tuæ. Psal. 34. Facies Iehoua in facientes mala. Ierem. 44. Ecce ego pono faciem meam in uos in malum. Ezech. 14. Et ponam faciem meam in uirum illum, &c. In quibus exemplis, ut וּפְנֵי, natus, ita nomen hoc פְּנֵי simili ratione pro ira usurpa- tur, quod nimis ira in naribus & facie appareat & conspiciatur. In statu affixorum semper in prima obtinet cametz, alteram uocem mutat pro conditio- ne affixi, quam ex doctrina Grammatices cognoscere licebit. Genes. 31. Nò pos- sum fugere a facie tua. Deut. 9. Expulit eos a facie tua. Job 21. Quis annunciat in faciem uiam ipsius. Gen. 4. Et concidit facies eius. 1. Sam. 17. Et facies eius non erat amplius tristis. Gen. 40. Cur facies uestrae sunt malae? 2. Sam. 17. Et facies tua abeat in praelium, id est, tu ipse tua persona. Sic Lucas Euangelista obseruata hac pha- si dixit cap. 9. Facies eius erat uadès, id est, uolebat ibi esse sua persona. Ies. 24. Ecce Iehoua euacuat terram, & eximit eam, peruertit faciem eius, id est statum, & formã eius presentem. Et obserua hic phrasin, quod ponere faciem ad aliquid, est ob- firmato animo aliquid facere. Iere. 42. Si uos ponendo posueritis facies uestras, ut ingrediamini Aegyptum. Dan. 11. Et ponet faciem suam ad insulas. Ezech. 21. Pone faciem tuam ad Ierusalem. 2. Sam. 12. Et posuit Azahel faciem suam, ut ascenderet ad Ierusalem. Hanc phrasin quoq; Euangelistam Lucã obseruasse legitimus cap. 9. ubi scribit: Et ipse faciem suam i`shãgã, obfirmauerat, ut iret Hierosolymam.

Et in compositione cum alijs partibus orationis indeclinabilibus a fronte:

לְפָנָי In facie, in conspectu, in presentia: pro quo Latini utuntur praepositionibus, ad; a- pud; ante; iuxta, coram; atq; per eas quoq; exponunt.

Et est primò loci. Gen. 6. Et corrupta erat terra in conspectu dei. Exod. 7. In con- spectu Pharaonis, & in conspectu seruorum eius. Deuter. 14. Et comedes in con- spectu Iehoua dei tui. Iudicum 9. Et egressus est Gaal ante occupantes Sichem. 1. Samuel. 8. Et egredere ante nos. Psal. 72. Coram sole filiabitur nomen eius. Et mox iterum: Coram luna & generationem & generationem, id est presente & exi- stente sole & luna. 1. Samuelis 1. Non ponas famulam iuxta filiam Beliaal, id est, ne ponas aestimatione iuxta filiam Beliaal, ut sit similis filiae Beliaal, aut talis, qua- lis est filia Beliaal. Et quando constructur cum uerbis, quæ de loco significant, ut sunt וּפְנֵי, tum ualeat idem quod מְּפָנָי, a facie, a conspectu. Exo. 13. Non recessit columna ignis nocte a conspectu populi. 1. Samuelis 21. Qui erant subla- ti a conspectu Iehoua. 2. Sam. 24. Et egressus est Ioab, & principes belli a conspe- ctu regis. 2. Reg. 24. Ut fugias a conspectu hostium tuorum. Job 4. Comminuen- tur ipsi a facie tineæ.

Secundò est temporis, ante. 2. Regum 19. Et ariditas ante erectionem, id est, an- tequam erigat se in altum. Iesaia 18. Quia ante messem cum perfectum fuerit gram- men. Amos 1. Biennio ante terramotum. Zachariae 8. Ante dies istos. Job 3. Ante panem meum suspirium ueniebat. & cap. 15. Et ante colles formatus es. Prouer- biorum 15. Ante gloriam humiliatio. Nehe. 13. Quum adumbrarentur portæ an- te sabbathum. Gen. 13. Quæ uniuersa erat irrigua ante perdere Iehoua Sodomam. 2. Samuel. 9. Ante uenire Saul. Malachia 3. Ante uenire diem Iehoua, id est, ante- quam ueniat dies Iehoua.

לְפָנָי Anterius, pro מְּפָנָי, 1. Regum 6. Et quadraginta cubitorum fuit domus, ipsum aedifi-

INDE NOMEN,

סקל Dedolatum, sculptile, idolum dedolatum uel ex ligno uel lapide. Exo. 20. Non facies tibi sculptile. Et in distinctione sententiae **סקל**. Iesaiæ 42. Qui confidunt in sculptili. Ieremiæ 10. A sculptili. Et in statu affixorum mutat prius **סגול** in **היסקל**, alterum in seua. Iesaiæ 44. Pro sculptili suo. & cap. 45. Quæ fuerunt ligni sculptilibus sui. Et pluraliter **סכילים**. Iud. 4. Et ipse reuersus ab idolis, quæ erant in Gilgal. 2. Paralip. 33. Et statuit lucos, & sculptilia. Ieremiæ 50. Quia tegra sculptiliū est, id est commentitiorū deorum. In statu regiminis **סכיל**. Deut. 7. Sculptilia deorum suorum combureris. Et cū affixis nihil uariat a statu regiminis. Deuter. 7. Sculptilia eorum comburetis igni. Ier. 51. Visitabo super sculptilibus eius.

סקל Transpositione literarum, uas dedolatum seu exculptum, & licet concham uertere. Iud. 5. Aquam petijt, lac dedit, in concha magnatum porrexit butyrum. & ca. 6. Expressit rorem de tonsura, plenitudinem conchæ aquæ.

1243 **סכיל** Sibilauit. Iesaiæ 42. Sicut parturiens sibilabo.

INDE NOMINA:

סכיל Sibilus. Iesaiæ 41. Et opera uestra minus sunt quam sibilus.

סכילה Sibilatrix, id est uispera, a sibilando. Iob 20. Et occidet eum lingua uisperæ. Ies. 59. Et si comprimantur, erumpit uispera.

1244 **ספיל** Egrot, operatus est, cum affectu & cupiditate & energia, ac respōdet uerbo Græco *εργωσμαι*, & Germanico *erwas thun*. habetq; congruentiā quandā significatione cū uerbo **פעל**, nisi quod ut prima litera parum, ita quoq; modo tantū significandi uariant. Num. 23. Quid operatus est deus. Deut. 32. Et nō lehoua operatus est uniuersum istud. Prou. 16. Omnia operatus est lehoua propter se. Ies. 41. Quis operatus est, & fecit: **wār thūs vnd machts**. Exod. 15. Basin pro fede tua operatus es lehoua. Psal. 31. Operatus es spem collocantibus in te. Psal. 68. Cōfirma deus hoc quod operatus es nobis. Pro. 30. Et dicet, non operata sum iniquitatem. Iob 7. Si peccauit, quid operis agam tibi. & cap. 22. Et quid ager omnipotens cum illis. Pf. 7. Sagittas suas inardentes operatus est. Et iterum: Cadet in foueam, quam operabitur. Psal. 58. Etiam in corde iniquitates operamini.

Participium præfens **פעיל**. Psal. 15. Et operans iustitiam. Pf. 74. Qui operatur salutes in medio terræ. Habakuk 1. Quia opus operatur in diebus nostris. Et cum affixis nihil mutat. Iob 36. Operatori meo dabo iustitiā. Iesaiæ 1. Et operator eius in scintillam. Et pluraliter in statu regiminis **פעילים**. Psal. 6. Discedite a me omnes operatores desiderij.

INDE NOMINA:

פעל Opus. Psal. 44. Opus, quod operatus es in diebus nostris. Deut. 33. Et opus manuum eius acceptabis. Iob 34. Quia iuxta opus hominis retribuet ei. Psal. 9. In opere manuum suarum irritietur improbus. Iesaiæ 5. Et opus lehoua non aspicient. Psal. 64. Et annūciabunt opus dei, & factum eius, **seth thim vnd werck**. Prou. 21. Opus thesaurorum in lingua falsitatis. Et in statu affixorum seruat interdum holem, & pathah mutat in hateph pathah. Iesaiæ 1. Et opus eius in fauillam. Ierem. 22. Et opus suum nō dabit illi. Frequentius tamen mutat holem in cametz, & pathah in hateph cametz. Deut. 32. Petræ integrum est opus eius. Ruth 2. Reddat lehoua opus tuū. Iob 24. Ecce feræ in deserto egredientur ad opus suum. Psa. 95. Etiam uiderūt opus meum. Iob 7. Et sicut mercenarius expectabit opus suum, id est, mercedem suam, quam opere suo meruit.

פעלה Opus, operatio. Item hoc quod pro opere debetur. Et in statu regiminis **פעלות**. Leuit. 19. Non pernoctet opus mercenarij tecum usq; ad mane, pro quo Deut. 24. uersum est **פדוה** merces. Psal. 109. Hoc est opus aduersariorum meorum merces. Prou. 10. Opus iusti ad uitam. Et cum affixis. 2. Paralip. 15. Quia est merces operi uestro. Iere. 31. Quia est merces operi tuo. Et pluraliter **פעלות**. Psal. 17. Ab operibus hominum. Psal. 28. Quoniam non animaduertent ad opera lehoua.

ab **פסל** deductum uelint, cum quo certè quandam in significatione cōgruentiam habere astipulor.

1238 **פסל** Delicately pauit: quo Chaldeus paraphrastes quoq; est usus, & apparet Chaldeis familiarius esse, & pro eo uti Hebræos uerbo **פסל**. Legitur autē semel Prou. 29. Delicately pascens a pueritia seruum suum, &c.

INDE NOMINA:

פסל Mutata litera kuph in gimel, Fici species delicatissima: alij frumenti seu polentæ speciem tenerimā esse sentiunt, quibus Chaldeus interpres suffragatur. Ezechielis 27. Iehuda & terra Israel fuerunt negociatores tui cum tritico Minnith, & ficu, melle & oleo.

פסיל Elifa litera nun, fructus seu grossi ficulneg, quos Latini consentiente uoce ficus, & Germani **feigen** uocant. Et Hebræis dicti a teneritudine, & delicijs. Cantic. 2. Ficulnea protrudit ficus suos, & uites in flore dederunt fragrantiam.

1239 **פסל** Congruit significatione cum uerbo **פסל**, rarum fuit, attenuatum est. Psal. 12. Attenuati sunt fideles a filijs Adam.

INDE NOMINA:

פסיל Fila, a tenuitate. Gen. 37. Et fecit ei tunicam filorum, scilicet diuersi coloris. Septuaginta interpretes uererūt tunicam *ποικίλον*, Hieronymus polymitam. 2. Samu. 12. Et super ea autem erat tunica filorum: sic enim uestiebantur filia regis, uirgines.

פסיל Significatione contraria notat densitatem, copiam. Psal. 72. Et densitas frumenti in terra, in summitate montium agitetur, sicut fructus Libani.

1240 **פסיל** Congruit significatione cum uerbo **פסל**, & significat facere saltus, saltuatim aliquid facere, graduatim aliquid ædificare, sicut in muris, & mœnijs per interval-la pinnas faciunt. Psal. 48. Saltuate mœnia eius.

INDE NOMEN,

פסיל Mons Moabitarum contra Iericho, a iugorum gradatione. Numeri 21. Et a Bammoth ualle, quæ est in agro Moab ad cacumen Pisga. Deuteron. 3. Ascende in cacumen Pisga, &c.

1241 **פסיל** Transiuit per interualla de loco in locum, uel de latere in latus. Exod. 12. Qui transiuit super domos filiorum Israel in Aegypto. Et iterum: Et cum uidero sanguinem, tum transiliam super uos. Et iterum: Et transiliet lehoua super ianuas. Ies. 31. Et liberabit transiliendo, & euadere faciet.

Participium præfens **פסיל**. 1. Reg. 18. Viquequod transilitis ad duo extrema. In uoce passiuæ **פסיל**. 2. Samuelis 4. Et cecidit & transilire factus est, id est, claudus factus est.

In secūda cōiugatione **פסיל**. 1. Reg. 18. Et transiliebāt super altare, quod fecerat.

INDE NOMINA:

פסיל Transsaltator, id est claudus, qui de uno pede in alterum transilit. Leuit. 21. Vt si sit cæcus, uel claudus. 2. Samuel. 9. Et ipse erat claudus utroq; pede suo. Malach. 1. Et quando adducitis claudum & ægrum. Et pluraliter **פסילים**. 2. Sam. 5. Nisi abstuleris cæcos & claudos. Iesaiæ 33. Et claudi diripiuerunt rapinam.

פסיל Agnus masculus, qui mactabatur quinto decimo die primi mensis exitus ex Aegypto, quo admonebant Israelitæ liberationis, quæ ipsis cōtigerat per saltū quē deus fecerat, & figura erat ueri paschatis Christi. Exo. 12. Et comedetis ipsum in festinitia: pascha enim est lehoua. Et iterum: Sacrificium paschatis est lehoua. Et iterum: Et si peregrinatur apud te ad uena, & fecerit pascha ipsi lehoua. Et in distinctione sententiæ **פסיל**. Exo. 12. Et mactate pascha. & cap. 34. Et pernoctabit usq; in mane sacrificium festi paschatis. Et pluraliter **פסילים**. 2. Paralip. 30. Et Leuitæ erant super mactatione paschatum. & cap. 35. Et sacerdotibus dederunt pro paschatis.

1242 **פסיל** Dedolauit, exculpsit. Habak. 2. Quid prodest dedolatum, quia dedolauit illud plastes illius. Exod. 34. Dedola tibi duas tabulas lapideas. Et iterum: Et exculpsit duas tabulas. 1. Regum 5. Et exculperunt ædificatores Salomonis, ligna & lapides ut ædificarent domum.

gum 11. Qui cōspectus est illi bis. Iob 33. Omnia ista operabitur deus bis. Et pluraliter פָּעַרָּים. Gen. 33. Et incuruauit se super terra, septem uicibus. Dicuntur etiā hoc nomine plantæ, quibus pulsatur & quatitur terra, & per synecdochen, pedes. Ezech. 41. Trium & triginta pedum. Et in statu regiminis פָּעַרָּי. Iud. 5. Cur tardauerunt pedes curruum eius. Iesaiæ 26. Plantæ exhaurtorum. Et in statu affixorum. Psal. 58. Plantas suas lauabit in sanguine. 2. Reg. 19. Et siccaui uola plantarum mearum omnia flumina Ægypti. Cantic. 7. Quam pulchri sunt pedes in calcamentis tuis. Legitur semel in forma fœminea פָּעַרָּה. 1. Reg. 7. Et quatuor pedes eius, id est, bases. Exod. 25. Super quatuor pedibus eius.

פָּעַרָּוֹן Nomen instrumenti musici, à concutiendo, quod uel crepitaculum, uel cymbalum, seu nolum appellare possumus. Exod. 28. & 39. Tintinabulum auri. Et pluraliter פָּעַרָּוֹת. Exo. 39. Et ponet tintinabula. Et in statu regiminis פָּעַרָּוֹי. Exo. 39. Et facient tintinabula auri.

1246

פָּעַר

Magnam habet congruentiam cum uerbo פָּרַע, differtq; ab eo modo tantum significandi: significat autem aperire, seu nudare liberè: uerbaliter autem semper de apertione oris dicitur. Iob 16. Aperuerunt contra me os suum. & cap. 29. Et os suum aperuerunt uelut ad ferotinam pluuiã. Psal. 119. Os meum aperui, & attrahebam spiritum. Iesaiæ 5. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum sine modo.

INDE NOMEN,

פְּעוֹר Deus: & idolum Moabitarum, quod gentes uoce parũ deprauata Priapũ uocant: uel ab apertione, hoc est, nuditate, quia deus erat turpitudinis & libidinis, quæ equidem Hebræis nuditatis appellatione significatur, eiusq; cultus cõsistat in ocio, comessationibus, uacatione, & libertate ab omni disciplina, honestate, & pudicitia: uel quod sit apertor oris, id est foraminis, seu habens apertorem, scilicet foraminis. Numeri 25. Qui fraudi fuerunt nobis ppter Peor. Iosue 22. An pauca est uobis iniquitas Peor, à qua nondum nos purificauimus. Constat autem ex istis duobus locis, quod פְּעוֹר & פְּעוֹרָה, idem deus & idẽ sint idolũ, eiusdemq; religionis, ut supra quoq; in uoce פְּעוֹר cernere licebit. Est & nomen montis in Moabitide regione à deo inditum, qui in eo templum suum habuit, & cultũ. Numeri 23. Et accepit Balak ipsum Bileam in summitatem Peor, qui respicit super faciem deserti. Deut. 3. Et mansimus in ualle è regione domus Peor. & cap. 34. Mortuus est igitur ibi Moses seruus Iehoua in terra Moab iuxta os Iehoua, & sepeliuit eum in ualle, in terra Moab è regione domus Peor.

1247

פָּתַח

Aperuit liberè & ample, scilicet os: & semper de apertione oris dicitur, exceptis tantum duobus locis, in quibus amplam & apertam liberationem corporis significat. Congruit autem significatione cum uerbis פָּתַח & פָּתַח, deinde etiam cũ uerbo פָּתַח, quod oculos liberè & ampliter aperire, & circumquaq; & passim speculari significat. Genesis 4. De terra quæ aperuit os suum ut susciperet sanguines fratris tui. Numeri 16. Aperuit humus os suum & deuorauit eos. Iudicum 11. Et ego ampliaui os meum ad Iehoua, neq; possum reuocare. Iob 35. Et Iob frustra aperiet os suum. Psal. 66. Quæ ampliauerunt labia mea, & loquuntur est os meum in angustia mea. Iesaiæ 10. Et non fuit mouens alam, aut aperiens os, aut subilans.

Sequuntur nunc loci in quibus ampliationẽ seu liberationem corporis significat. Psal. 144. Emitte manum tuam ex alto, libera me, & eripe me de aquis multis. Et ibidẽ iterum Participium פָּתַח: Qui dat salutem regibus, qui liberat Dauidem seruum suum à gladio malo.

1248

פָּתַח

Congruit significatione cũ uerbo פָּתַח, quod siue oculos, siue aures alacriter & cũ gaudio aperire significat: hoc uerò significat apertionẽ oris seu labiorũ, lætam uocem edere, resonare: congruit quoq; cum uerbo פָּתַח, nisi quod hoc generalius est. Psal. 98. Resonate, & ouate, & psallite. In alijs locis actiue usurpat. Iesaiæ 14. Ediderunt ouationem. & cap. 49. Personate montes ouationẽ. & ca. 55. Montes & colles resonent coram eo ouationem, & omnia ligna plaudent manu.

Kk 2 In

פָּעַרָּוֹת Opera, Nomen pluralis numeri tantum. Et cum affixo legitur, Proverb. 8. Ante opera sua tunc.

פָּעַרָּוֹת Opera, Nomen pluralis numeri status regiminis. Psal. 46. Ite & uidete opera Iehoua. Psal. 66. Ite & uidete opera dei.

1242

פָּעַרָּוֹת Verbaliter spiritui attribuitur, et significat agere, agitare, ducere, impellere, mouere, percellere. Iudic. 13. Et coepit spiritus Iehoua percellere Simsonẽ in castris Dan, & c. ut stratagematis, & alijs industriæ militaris notis, & uelut præludijs speciem haud uulgare exhibuerit popularibus suis, eum olim in uirum magnũ & præstantem heroa & saluatorem euasurũ, qui populũ dei & ecclesiam liberaturus esset ex seruitute durissimã Philistæorũ, qua tũ grauissimè premebant. Et quidẽ existo quoq; loco piẽ est credendũ, puerũ Iesum (cuius hic Nazareus figura esse oportebat) in pueritia sua priuatim cõpluscula etiã miracula edidisse, quibus ceu certis signis potuerũt parẽtes ipsius, & omnes pĩ statim diuinare & deprehẽdere eũ futurum Saluatore. Nam nisi in pueritia apud parẽtes quædã edidisset signa, certè mater non potuisset ullam habere occasionem appellandi, cum illi inquit Ioannis 2. Vinum non habet, quasi dicere uoluisset, fac uirtute tua, ne uinũ deficiat: quod certè non dixisset, si nõ cognouisset præuĩs signis, sed priuatis saltè domesticis ac uulgaribus isdemq; puerilibus, quod posset etiam uini inopia consulere. Quod autem Euangelista subiungit: Hoc edidit initium signorum Iesus in Cana Galilæe, & c. non repugnat huic quod iam dixi. Nam ut uerbum פָּעַרָּוֹת de spiritu dicitur, qui publicè, & in negocijs publicis & arduis se exerit, & uirtutem suam splendide & heroicè declarat, ita hoc uerbum פָּעַרָּוֹת spiritui tribuitur, qui puerilibus, & nondum maturis signis seu miraculis se prodit: unde hoc uerbũ hystorographus Simsoni adhuc iuueni, & nondum in ludicis officium constituto, uerbu autẽ פָּעַרָּוֹת postea ei (ut & spiritus suos etiam progressus, & sua incremẽta habet) attribuit, quo perumpit & peruincit omnia, & heroica ac stupenda facinora designat, & quicquid in uocatione sibi à Deo demandata attentat, aggreditur, & potentissimè perficit, & eò quod uolebat, perducit. Sic etiam Christus nondũ ingressus in ministerium, quædam fecit miracula, quæ ceu præludia quædam fuerũt eorum, quæ post baptismum fecit stupenda, quorum primum hoc fuit, quod in nuptijs Cana Galilæe fecit. Hinc rectè etiam intelliges id quod Apostolus Paulus ad Romanos scribens, uocat agi seu duci spiritu, cũ ait cap. 8. Quicumq; spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei, nimirũ quod quicumq; spiritu dei percillantur, exeant & perficiant etiam opera spiritus, quibus se esse filios dei declarant, quod ista uirtus spiritus dei non est ociosa, aut mortua, sed uiua & operosa, quæ excitat & mouet corda ipsorum, ut ea statim designent, quæ se filios dei esse demonstrant, & specimina quædam edant, ut inde quali certis & euidentibus argumẽtis, & signis deprehendere & cernere queas eos esse filios dei: sicut & Ioannes pulchrè scribit 1. Epistola 3. Nunc filij dei sumus, & nondum apparuit id quod futuri sumus. In uoce passiuã פָּעַרָּוֹת. Genesis 41. Manẽ autẽ percussus erat spiritus eius. Psal. 77. Percussus sum adeo ut loqui non possim. Danielis 2. Somnium somniaui, & percussus est spiritus meus. Petrus 2. Epistola 1. Spiritu sancto פָּעַרָּוֹת, id est, rapti siue agitati, siue impulsu, loquuti sunt sancti dei homines. In quarta coniugatione פָּעַרָּוֹת. Daniel. 2. Vidit Nabucadnezar somnium, & percussus est spiritus eius.

INDE NOMINA:

פָּעַרָּוֹת Incus, in quo metalla cuduntur. Iesaiæ 41. Percussuram in incude. Est & interfectio significans quandã animi percussionẽ, & ualet idem quod Latinis Apage. Genesis 2. Hoc apage os de ossibus meis. Tertio significat idcũ, seu pulsum, seu impetum, & Hebræis ualet idem quod Latinis semel, una uice. Genesis 18. Et loquar tantum semel: uel, hac uice. Exo. 8. Et aggrauauit Pharaõ cor suum etiã hæc uice. Iosue 6. Circumdãdo ciuitatẽ uice una. Et dualiter פָּעַרָּוֹת, bis, uel duabus uicibus. Numeri 20. Et percussit petram baculo suo bis, seu duabus uicibus. 1. Regum

Iudic. 15. Et requisivit Simson uxorem suam cum hœdo caprarum. 1. Samuelis 17. Et fratres tuos requirere pro incolumitate. 1. Sam. 14. Requirite, & uidete quis abierit ex nobis: & requisuerunt, & ecce nō aderat Ionathan. 1. Sam. 20. Si requirēdo requisierit me pater tuus. 2. Reg. 9. Requirite nunc maledictā illam, & sepelite eā. Iob 7. Et requiris eū singulis diebus manē. & ca. 31. Quando requireret me, quid respondebō. Iesaiā 26. Iehoua, in angustia requisierunt te. Ezech. 23. Et requirebas scelus iuuetutis tuæ. 1. Sam. 15. Requisiui, quid fecerit Amalech. Iere. 3. Neq̄ recordes dabitur eius, neq̄ requirēt. & cap. 14. Et requireret erratū eorum. Iob 34. Quis requisit super eum ad terram. Iob 5. Et requirere habitaculum tuum, & nō errabis. Num. 1. Omnis qui egredit in militiam in Israel, recensabis eos per exercitus suos. Et iterum: Isti sunt recensiti, quos recensuit Moses & Aaron. 2. Samuelis 18. Et recensuit Dauid populum. 1. Regum 20. Et recensui pueros prouinciarum, & fuerunt ducenti. Exod. 30. Et dabunt singuli propiciationem animæ suæ ipsi Iehoua in censendo eos, id est cum censueris eos. Num. 4. Et censebitis super eos pro custodia omnia onera eorum. 2. Reg. 5. Accepit de manu eorum & recensuit in domo, & uiri dimissi abierunt, id est recensendo depofuit in domo. Sequuntur exempla, ubi in malum accipitur. Psal. 59. Euigila, ut requiras omnes gentes. Threnor. 4. Requisiuit iniquitatem filiæ A dom. Ps. 89. Et requiram in uirga transgressionem eorum. Ies. 27. In die illa requireret Iehoua in gladio suo duro. Construitur autem isto modo plerumq̄ cum præpositione בְּ. Ies. 24. In die illa requireret Iehoua contra exercitum excelsum. & cap. 27. Nequando recenseatur contra illam. Iere. 5. An contra ista non recenserem? Iob 36. Quis recensuit contra eū uia eius. Ieremias 51. Recensete contra eam ducem. Exod. 37. Et in die requirere me, id est requisitionis meæ. Leu. 18. Et ego requisui iniquitatem eius contra eam. 2. Sam. 3. Et recensuisti contra me iniquitatem mulieris istius. Iesaiā 10. Requiram super fructu magnificentiæ cordis regis Assur. & cap. 13. Et recensebo contra orbem maliciam. Osæ 2. Et recensebo contra eam sanguines Baalim.

Participiū præsens מְרַקֵּם. Exo. 20. & Deu. 5. Requirēs iniquitatē patrū sup̄ filios. Participiū præteritum, seu nomen participiale masculini generis, pluralis numeri tantum מְרַקְּמִים, recensiti. Numeri 31. Et accesserunt ad Moſen recensiti, qui erant super millia exercitus, id est præfecti, cōmissarij. Exod. 30. Hoc dabit quicūque transiit ad censitos. Num. 1. Isti sunt censiti, quos censuit Moſes & Aaron. Et in statu regiminis cum schure מְרַקְּמִים. Numeri 31. Et iratus est Moſes super recensitos exercitus, id est præfectos. Exod. 38. Et argentum recensitorum congregationis, id est præfectorum. Num. 1. Et fuerunt omnes recensiti Israel. & cap. 4. Isti sunt recensiti familiarum. & cap. 26. Et inter hos non fuit quisquam de recensitis Moſi. Exod. 38. Hæc sunt recensita habitaculi. Et in statu affixorum rursus recipit kybutz מְרַקְּמִים. Numeri 1. Recensiti eorum ad tribum Ruben. & cap. 14. Et omnes recensiti ueſtri. Et in genere fœminino מְרַקְּמִים, nomen uerbale, uisitatio, requisitio, inspectio, officij inspectionis seu requisitionis, munus Episcopi, &c. de quo infra inter nomina.

In uoce passiuā מְרַקָּם, retinet aliquando actiui sui significationem: ut Prouer. 19. Et non requiratur in malo. 1. Samuelis 20. Cras erit nouilunium & requireris. Iesaiā 24. Et post multitudinem dierum requirētur. Numeri 16. Aut si requisitio ne omnium hominum requireretur super uos, non misit me Iehoua. Iesaiā 29. Ab ipso Iehoua exercituum requireris in tonitruo. Ieremias 23. Neq̄ cōsternentur, neque requirētur. Nehemias 7. Et recensiti sunt Portarij & cantores, id est præfecti sunt. Item cap. 12. Et recensiti sunt in die illo uiri super conclauia. Secundō ut in uoce actiua significat adrecensere, *zuzellen*, quod fit aliquo præſente, ita cōtraria significatione in uoce passiuā notat se penumerō dereceseri, detrahi, subtrahi, seu subduci de summa aut loco, ut aliquid desit. Atque ita eandem obtinet rationem, quam habet uerbum מְרַקָּם, & nonnulla alia, quæ in uoce passiuā contrariā significationem recipiunt. 1. Samuelis 20. Quia derecesebitur sessio tua, id est sub-

In secunda coniugatione מְרַקָּם, de sono dicitur, qui editur ossium conuassatio ne, cum fonitu contriuit. Micheæ 3. Et ossa eorum cum crepitu conuassauerunt. Nomen pluralis numeri tantū, & significat cortices in arboribus uirides. A quo deriuatur uerbu secundæ coniugationis מְרַקָּם, decorticauit, sicut a nomine מְרַקָּם descendit מְרַקָּם, eradicauit: & utruq̄ legitur Gen. 30. Et accepit sibi Iacob baculos populii uirides, & coryli, & castaneæ, & decorticauit in eis cortices. Et mox iterum: Et posuit baculos, quos decorticauit in canales.

1250 מְרַקָּם Congruit significatione cum uerbo מְרַקָּם, sicut & מְרַקָּם & מְרַקָּם congruunt. Significat autem dispergere, & legitur in hac forma tantū semel Psal. 60. Cōmouisti terram, & dispersisti eam.

1251 מְרַקָּם Congruit significatione cum uerbis מְרַקָּם מְרַקָּם מְרַקָּם מְרַקָּם, quæ omnia uulnerationem seu fauciationem significānt, licet alio atq̄ alio modo. Can. 5. Percusserunt me, uulnerauerunt me. 1. Re. 20. Et percussit eum uir ille percutiēdo, & uulnerādo. Participiū præteritum מְרַקָּם. Legitur autem in statu regiminis. Deut. 23. Non ingrediatur uulneratus contulione.

INDE NOMEN,

1252 מְרַקָּם Vulnus. Prouer. 20. Liuios, uulnus. Iesaiā 1. Vulnus & liuor. Exo. 21. Vulnus p uulnere. ubi posterius mutauit segol in cametz propter distinctionē. In statu affixorum mutat prius segol in hirik, & pathah in seua. Genes. 4. Quoniam uirū occidi in uulnus meum. Et pluraliter מְרַקָּם. Prouerbiōrum 23. Cui uulnera gratis. Et in regimine מְרַקָּם. Prou. 27. Fidelia uulnera diligētis. Et cum affixo. Iob 9. Et multiplicabit uulnera mea gratis.

Similem uocabulum significandi & phrasin habet cum uerbo מְרַקָּם, quando etiam cū beth construitur, & significat propriè rumpere in aliquo homine, *an etnem* reysen, quando quis ueste aliquem secum abrumpit, alio qui inuitum, & nolentem. Deinde modo tantū significandi differt a uerbis מְרַקָּם & מְרַקָּם & מְרַקָּם & מְרַקָּם. Gen. 19. Et rupit in eis ualde. Et mox iterum: Et ruperunt in uiro Lot uehemēter. & cap. 33. Et rupit in eo ut acciperet. Iud. 19. Rupit in eo socer eius, & rursus pernoctauit ibi. 2. Reg. 2. Et ruperunt in eo donec pudesceret. 2. Regum 5. Et rupit in eo, ut acciperet, sed noluit.

In tertia coniugatione legitur tantū Infinitiuus מְרַקָּם. 1. Samuelis 15. Quoniā delictū magiæ est rebellio, & improbitas, & idolatria abrumpere se. Vel nominaliter abruptio, i. quando quis nō uult obsequi, sed facit abruptionē & auellit se.

INDE NOMEN,

1253 מְרַקָּם Ruptura. 1. Samuelis 13. Et facta est ruptura acierum uomerum, id est acies uomerum erant corruptæ, id est, obtusæ, ut non proscinderēt, nec obedirent uotis agricolarum, proscissione terra.

1253 מְרַקָּם Generaliter significat certa quadā ratione personæ, seu rei alicui adesse, uel abesse. Et accipitur tam in bonam, quàm in malam partem, hoc est, est uel gratiæ & beneficij, uel iræ & pœnæ. Item est uel auctiois, uel defectus: ut in censitione, ubi uel additur, uel subtrahitur. Latini communiter reddiderunt uerbo uisitādised multo est apud Hebræos augustioris significationis, quàm ut in lingua Latina uno atq̄ altero uerbo commodè exprimi possit. Quare nunc uisitandi, nunc requirendi, nunc recensendi uerbo, quæ affinia sunt, uertemus. Nā qui uisitat, ille requirit: & qui requirit, ille recēset, & eius rei curam habet. Et econtra, qui recenset, is requirit: & qui requirit, is uisitat. Est q̄ semper superioris erga inferiores, quos ad aliquod opus seu administrationem recenset, & mandat efficiendi aliquid.

Et si in bonam partem accipitur, auctio nemq̄ significat, construitur plerumq̄ eū accusatiuo mediante articulo מְרַקָּם, aut sine eo. Gen. 21. Et Iehoua uisitauit Sarā sicut dixerat, id est, requisit. 1. Samuel. 2. Et requisit Iehoua Hannam, & grauida facta est. Ruth 1. Quia requisit Iehoua populum suū. Psal. 8. Quid est homo, quod memor es eius, & filius hominis, quod requiritis eum. Psal. 80. Respice e cœlo, & require uitam istam, Ies. 23. Post septuaginta annos requireret Iehoua Tyrum. Iud.

mines, & qui aliquid in commissis habet, ut exequatur. 2. Reg. 25. De ciuitate accepit Eunuchū unū qui erat praefectus super uiros. Neh. 11. Et loel filius Sichri erat praefectus super ipsos. Ier. 20. Et ipse praefectus, & princeps in domo Iehoua.

Et in statu regiminis פקדן. 2. Par. 24. Et uenit scriba regis, & praefectus sacerdotis summi. Nehe. 11. Et praepositus Leuitarum in Israel. Similiter in statu affixorū. Iudic. 9. Et Zebul est praefectus eius. Et pluraliter פקדנים. 2. Paral. 31. Et Michas & Beniahu erant praefecti per manū Cananiahu. Esther 2. Et praefecit rex praefectos in omnibus puñcijs regni sui. Ieremiae 29. Ut sitis praefecti in domo Iehoua.

מפקדן Lingua Chaldaica dicitur etiā hac forma praefectus, & ponitur singulare pluraliter. Ezech. 23. Filij Babel & omnes Chaldaei, praefectus, comes & princeps.

פקדון Infinitiuus, qui loco nominis legitur. Iere. 50. Et contra habitatores uisitationis, id est, qui sunt uisitandi.

פקדון Commendatū, depositum, res quae deponitur, suo tempore requirenda. Gen. 47. Et erit esca illa in depositū pro terra. Leuit. 5. Et negaret populari suo depositum.

פקדון Recensiti, ad recensiti, praefecti. Vide supra in participio primae coniugationis.

פקדון Nomē participiale, foeminini generis, uisitatio, inspectio, requisitio, officium inspectionis, & requisitionis, munus episcopi, episcopatus, administratio alicui commissā, officium demandatū, praefectura, delegatio. Ier. 10. Quid facietis in die requisitionis. 1. Par. 23. Et fuerunt ad domū patris in praefectura una. Paulus Apostolus 1. Tim. 2. ἐπιτοκῆς, & ca. 3. ἐπιτοκῆς interpretatus est. Et in statu regim. פקדן. Num. 16. Aut si requisitione omnium hominum requiret super eos. Num. 3. Praefectura custodiū custodiā sanctuarij. Et mox iterū. Et sub praefectura custodiā filij Merari. 1. Par. 26. Mille & septingenti in praefectura Israel ultra Iordanē. 2. Paral. 24. Et factū est in tempore, quo introduceret arca ad praefecturā regis per manū Leuitarū.

In statu affixorū פקדן. Ier. 9. In die requisitionis eorū auferetur. Ier. 60. Et ponā requisitionē tuā, pacē, & exactores tuos iustitiā. Iob 10. Et requisitio tua custodiu spiritū meū. 1. Paral. 24. Secundū praefecturā suā in ministerio suo. Ps. 109. Et episcopatū eū accipiat alius, i. praefecturā, administrationē, delegationē, apostolatū.

Et pluraliter פקדנים. Ezech. 9. Appropinquāt requisitiones ciuitatis. 2. Reg. 11. & 2. Paral. 23. Et constituit sacerdos praefecturas super domū Iehoua. Ier. 52. Et ponite eum in domum praefecturarum usq; ad diem mortis suae. Ezechiel. 44. Administrent praefecturas ad portas.

פקדנים Vide supra in participio tertiae coniugationis.

פקדן Census, recensiti, destinatum aliquid, praefectura. 2. Sam. 24. Et dedit Iob catalogum recensiti populi ad regem. Nehem. 3. Usq; ad domum Nethineorum & institorum contra portam census, seu praefecturae. 2. Paral. 31. Et Simej frater eius erat in praefectura Izkijahu regis. Ezech. 43. Et combures eum in recensito, id est loco domus extra sanctuarium.

פקדן Nomen pluralis numeri tantū, Commissiones, mandata, commissā. Psal. 19. Commissā Iehoua recta, legitimā cor. In statu affixorum mutat schurek in kybutz. Ps. 103. Custodientibus pacta mea, & recordantibus commissā mea. Psal. 119. Tu praecipisti commissā tua, ut custodiantur ualde.

1254

פקדן

Aperuit sibi, uel alijs, siue oculos, siue aures. Et significatione congruit cū uerbo פקדן, quod oris liberam & letam apertionē significat. Item cum uerbo פקדן, quod quamlibet cuiuslibet apertionem notat. Iob 27. Oculos suos aperuit. Ite ca. 14. Aperuisti oculos tuos. Zach. 12. Et super Iehuda aperiam oculos meos. Prou. 20. Sis apertis oculis, & saturebere pane. Gen. 21. Et aperuit deus oculos eius. Ier. 42. Videndo multa, & non obseruabis, aperiendo aures, & non audiet.

Participium praesens פקדן. Psal. 146. Iehoua aperit cecis.

Participium praeteritum generis foeminini, pluralis numeri פקדנה. Ier. 32. Oculi tui aperti super omnes uias filiorum hominum.

In uoce passiuā פקדנה. Gen. 3. Et aperientur oculi uestri. Ier. 35. Aperti sunt oculi amborum. Et iterum: Et aperientur oculi amborum.

trahetur, uacabit. Et mox iterum: Et derecensabitur locus Davidis, id est, uacabit. 1. Reg. 20. Custodi uirum istum, & si recensendo derecensatus fuerit, tum erit anima tua pro anima illius, id est, si deerit. Iud. 21. Quare Iehoua deus Israel factum est hoc in Israel ad derecenseri hodie ab Israele tribum unam, id est, quod deficiat. 2. Sam. 2. Et derecensiti sunt a feruis David decem & nouem uiri, id est, desiderati.

Item in oratione negatiua. Num. 31. Serui tui eleuauerunt summam uirorū belli qui sunt sub manu nostra, & non est derecensitū ab ea uir, id est, subtractus. 1. Samuelis 25. Et non ignominiam passi sumus, neq; derecensiti sumus quicquam, id est, defecimus. 2. Regum 10. Vir non derecensatur, quoniam sacrificium mihi est magnum ipsi Baal: omnis qui derecensabitur, non uiuet, i. qui abfuerit. 1. Samuel. 25. Et non derecensitum ab omni quod ei quicquam. Et ibidem iterum: Et nō derecensatur eis quicquam, id est, deerat. Sic Lucas quoq; hanc Christi phrasin, & uerbum reddidit, dicentis ad discipulos suos cap. 22. Quādo misi uos sine sacculo & pera, & calceamentis, nunquid uisistis defuit uobis. Iesaja 34. Vnū ex illis non est subtractum, unum cū sodali suo non derecensatur, id est, deerat. ubi prius uerbum est פקדן, quod eandem rationem habet, ut supra dixi.

In secunda coniugatione uocis actiuae legitur tantum participiū praesens פקדנה. Iesaja 13. Iehoua exercituum recenset exercitum praesens.

In uoce passiuā פקדנה. Exo. 38. Haec sunt censura tabernaculi habitaculi, in qua testimonij, ut recensiti facta est iuxta os Moisi. Ier. 38. Ego dixi in excisione dierū meorū, ambulabo ad portas inferni recensitus in residuo dierū. Alij tamē in alto modo significandi cōtrario sic uertūt: Priuatus sum seu subtractus sum residuo annorū meorū. In tertia coniugatione פקדנה, recensere fecit. Ier. 10. In Michas recensere faciet arma sua. At quando de homine dicitur, significat eū praeficere alicui ministerio seu administrationi. Gen. 39. Et factum est, ut exinde praeficeret eū in domo sua super omnia quae sibi. 1. Samuelis 29. Et reuertetur ad locū suum, quō praefecisti eum ibi, & non descendet nobiscum ad pugnam. 1. Reg. 11. Praefecit eū ad omne tributum domus Ioseph. 2. Reg. 7. Et rex praefecit principem cuius manu nitebatur ad portā. 2. Reg. 25. Quoniam praefecit rex Babel ipsum Gedaliahu.

Cōstruitur autē sepe numero cū praepositione ב. Leui. 26. Praeficiā super uos terrorē. Ps. 109. Praefice super eū improbū. 2. Reg. 25. Et praefecit super eos Gedaliahu. 1. Paral. 26. Et praefecit eos rex super Rubenitas. Iesaja 62. Super muros tuos Ierusalem praefeci custodes. Iere. 1. Vide, praefeci te hodie super gentes & super regna, ut euellas. Aliquādo tamē significat idē Hebraeis, qd Latini uerbū commendandi, uel deponendi in custodiā, ut bona fide seruetur, unde quando necesse est, require liceat. 2. Paral. 12. Et cōmendauit clypeos super manū principū satellitū. Iere. 37. Et commendauerunt Ieremiam in atrium custodiā. Psal. 21. In manum tuam commendabo spiritum meum, scilicet tanquam depositum.

Participium praeteritum pluralis numeri פקדנה. 2. Reg. 22. & 2. Paral. 34. Facietium opus praefectorum in domo Iehoua. 2. Paralip. 24. Et super eos praefecti erāt Iohas & Obadiahu.

In uoce passiuā פקדנה. Ier. 6. Ipsa ciuitas, quae requisita est. Leuit. 5. Aut depositum, quod depositum est apud illum.

Participium praesens, pluralis numeri פקדנה. 2. Regum 12. Et dederunt argentum deputatum in manus facientium opus praefectorum in domo Iehoua.

In quarta coniugatione פקדנה, sub pe litera cametz praeter morē uerborū quartae coniugationis. Iud. 20. Et recensiti sunt filij Beniamin. Et mox iterum: De habitatoribus Gibeae recensiti sunt septingenti uiri electi. & cap. 22. Et recensitis est populus. 1. Reg. 28. Et filij Israel recensiti sunt.

In uoce eius passiuā פקדנה. Numeri 2. & 26. Et Leuitē non sunt recensiti in medio filiorum Israel.

INDE NOMINA:

פקדן Praefectus, praepositus, commissarius, cui est ad recensita aliqua administratio super ho-

1257 פרה

mea. In statu regiminis פרה. 1. Reg. 1. Et uehi curauerunt Salomonē super mulā. Generali significatione cōsentit cum uerbo פרה, & in prima cōiugatione significat neutraliter, fructuosum esse, fructum facere seu proferre: atq; de omniū rerum fructificatione dicitur, quā sit seminatione. Gen. 2. 6. Quoniam nunc dilatauit nos Iehoua, & fructum fecimus in terra. Exo. 23. Donec fructū facias & hæredites terram. Iesa. 11. Et surculus de radice eius fructum faciet. & cap. 45. Aperiat se terra & fructum faciant salus & iustitia. Genes. 35. Fac fructum & multiplicare. Gen. 1. Facite fructum, & multiplicamini, & replete aquas.

Participium præfens פרה. Deut. 29. Ne sit in uobis radix fructificans fel & absinthiū. Ad hunc textū פרה ad Hebræos respiciēs, ca. 12. sic refert: Ne quis sit, qui deficiat à gratia dei, ne quæ radix amarulentē suppullulans obtrubet, & per hanc inquinentur multi. In genere foeminiño פרה. Psal. 128. Vxor tua sicut uitis fructificans. Iesa. 17. In ramis eius fructificans. & cap. 32. Super uitē fructifera. Ezech. 19. Fructifera, & frondosa.

In tertia coniugatione פרה, foecundauit, fructificauit, actiue. Gen. 17. Et fructificabo te ualde. Et mox iterum: Ecce benedixi eum, & fructificabo eū, & multiplicabo eum. & cap. 28. Et deus Omnipotens benedicat te, & fructificet te, & multiplicet te. & cap. 41. Et nomē secundū uocauit Ephraim, quia fructificauit me De us in terra afflictionis meæ. Psal. 105. Et fructificauit populum suum ualde. Osee 13. Inter fratres fructificabit, ubi habet aleph loco he.

Participium præfens פרה. Gen. 48. Ecce ego fructifico te, & multiplicabo te.

INDE NOMINA:

פרי Tam in statu absoluto, q̄ regiminis, fructus. Gen. 1. Seminificās semen arboris fructus, facientis fructū in specie sua. Et iterū: Et omnē arborē, in qua est fructus seminantis semē. & cap. 30. Qui prohibuit abs te fructū uētris. Psal. 107. Terram fructus in saluginē. Prouer. 12. De fructu oris uir satiabit bono. Et usurpat aliquādo figuratē p̄ mercede, sicut Græcis φορδός. Psal. 58. Et dicit homo: utiq; fructus est iusto. Prouer. 31. De fructu manuum suarum plantabit uineam. Et mox iterū: Date ei de fructu manuum suarum. Iesa. 16. Requirā super fructu magnificētiae cordis regis. Et in distinctione sententiæ mutat seua in segol פרי. Iere. 12. Fecerunt fructum. cap. 17. Ne faciant fructum. In statu affixorum commutat seua in hirik. Leu. 25. Et dabit terra fructum suum. Psal. 1. Fructum suum dabit in tempore suo. Psal. 21. Fructus ipsorum de terra auferetur, & semen eorū à filiis hominū. Prou. 8. Melior est fructus meus. Excipiūtur tamēn pauca, quæ uel segol seruat: ut Osee 14. Fructus tuus inuētus est. Vel seua: ut Ier. 29. Et comedite fructū eorū. Fructificatio, foecunditas. Genes. 49. Filius foecunditatis Ioseph, filius fructificationis super fonte: seu, iuxta fontem.

פרי

Lectum in quo uehuntur sponsæ, à foecunditate. Cantic. 3. Lectum fecit sibi rex Salomo de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, stratum eius ex auro, sellam eius ex purpura, medium eius stratum dilectione.

פרי

Iuuenctus: cōgruit nostro Germanico ein farre, & est quando desit esse uitulus, & nūc fructificat. Exod. 29. Et iuuenctum, & duos arietes. Iudic. 6. Et iuuenctum alterum oblatū super altare extructū. Psal. 69. Et placebit præ boue iuuencti cornua, & ungulas producente. Et in statu regiminis seu continuitatis פרי. Exo. 29. Accipe iuuenctum unum, filiū bouis. Leuitic. 23. Et iuuenctum filium bouis. Iud. 6. Accipe iuuenctum bouis, qui est patris tui, & iuuenctum alterum. Ezech. 43. Adduces iuuenctū filium bouis integrū. Et pluraliter פרים. Gen. 32. Et iuuenctos decem. 1. Reg. 18. Et dederunt nobis duos iuuenctos. Psal. 22. Circumdederūt me iuuencti multi, & Psal. 51. Tūc offerent super altare tuū iuuenctos. Ier. 1. Sanguinē iuuenctorū & hircorū non accepto. Osee 14. Et retribuemus iuuenctos, labia nostra. Et cum affixis primā uocē seruat inuariatā. Ier. 50. Deuastate omnes iuuenctos eius. Et in genere foeminiño פרה, iuuencti, uacca, quæ desit esse uitula, & cepit esse foecūda. Iesa. 11. Et uacca & uisus pascuntur simul. Osee 4. Quoniam sicut iuuencti re bellis

INDE NOMINA:

פתח Apertus habens oculos, alacer uisus, uidens. Exo. 4. Vel uidens, uel cæcus. Et pluraliter פתחים. Exo. 23. Quia munus excæcat uidentes. פתחה Apertio, nomen cuius duplicatione omnimoda liberatio significatur, quæq; oculi ueteris omnia sunt aperta. Iesa. 61. Et uinctis apertionem carceris. פקעה Colokyntidæ, id est, cucurbitæ agrestes. 2. Regum 4. Et inuenit uitē agrestem, & collegit ex ea colokyntidas agrī.

1255 פקעה

פסלים Folliculi figuræ oblongæ in modum colokyntidis seu oui oblongi. 1. Reg. 6. Et cædrus ad domum intrinsecus sculptura colokyntidarum, & apertione florum. & 2. Regum 7. Et colokyntides super labium eius circumquaq; id est folliculi in modum colokyntidarum. Vide פקעה.

1256 פרה

In uoce actiua legitur tantum participium præteritum, generis foemini, pluralis numeri פרה, & significat separationem. Ezech. 1. Et alæ eorū separatæ sunt. Et alio modo accipitur nominaliter pro granis in terra sparsis. Ioe. 1. Et computruerunt grana sub glebis suis, eod quod separatim in terram cadunt. In uoce passiuā פרה, separatus est. Iud. 4. Et Eber Chenita separatus est à Chain. Genes. 2. Et fluuius egrediebatur ex A. den ad irrigandum hortum, & inde separabatur, & erat in quatuor capita. & cap. 10. Ab istis separatæ sunt insulæ gentium. & cap. 13. Et separati sunt quisq; à proximo suo. Et iterum: Post seiuungi Lot ab ipso. Item cap. 25. Et duo populi ex uisceribus tuis separabūtur. 2. Sam. 1. Et in morte sua non sunt separati. Prouer. 19. Exhaustus, à sodali suo separabitur.

Participium præteritum פרה. Prouer. 18. Pro cupiditate quærit separatus, id est qui animū habet abalienatum, quærit occasiones. Et pluraliter פתחים. Nehem. 4. Opus multum & latum, & nos separati super muro.

In secūda cōiugatione פרה. Osee 4. Qm̄ ipsi cū meretricib. separationē facient. Participium præteritū פרה. Esther 3. Et ipse populus dispersus & separatus.

In tertia cōiugatione פרה. Gen. 30. Et agnos separauit Iacob. Deuter. 32. Cū hereditare faceret Altissimus gentes, cū separaret filios Adam. Ruth 1. Quam mors separet inter me, & inter te. 2. Reg. 2. Et ecce currus ignis, & equi ignis, & separauerūt inter utrūq;. Prou. 18. Rixas cōpescit fors, & inter præduros separat.

Participium præfens פרה. Prou. 16. Vir peruersitatum emittet rixam, & delator separat ducem. & ca. 16. Qui uariat in uerbo, separat ducem, id est abalienat.

In quarta cōiugatione פרה. Iob 4. Leo perit absq; rapina, & filij leonis separant se. & cap. 41. Quisq; in fratre suo adharebunt, complectentur se, & non separabunt se. Psal. 22. Et separata sunt omnia ossa mea, id est luxata: Psal. 92. Separabūtur omnes operantes cupiditate.

INDE NOMEN,

פרי Certum est speciem esse equorum, & esse aliam אפרי, qui ex asino & equa nati sunt, & quos mulos appellant. Et Germani retinuerunt quoq; hanc appellationē, nisi quod omnes equos pferde uocant. Et quia aliam non habet appellationē in Latina translatione, necesse est muli uocabulo uertere: dicitur autem ab separatione & subiugatione. 2. Samuelis 18. Et Absolom uehebat super mulo, & uenit mulus subter densitate querqus magnæ. 1. Reg. 18. Si alicubi inuenerimus gramē, ut resiciamus equū & mulū. Psal. 32. Non sitis sicut equus & mulus. Zach. 14. Et erit plaga equi, multi, cameli, & asini. In statu affixorum mutat prius segol in hirik, & alterū in seua. 2. Sam. 13. Et uehebantur quisq; super mulo suo. Et pluraliter פרים. 1. Reg. 10. Equos & mulos. 2. Reg. 5. Et nō dabitur seruo tuo munus, par mulorum terræ. 1. Paralip. 12. Afferebant panes in asinis, & in camelis & in mulis, & in bobus cibum farinæ. Iesa. 66. In uehiculis & in mulis. Ezech. 27. De domo Thogarma equos, equites, & mulos dederunt. Vbi tria equorum genera recēsentur. Et in statu regiminis פרה. Esdra. 2. Et sexcenti muli eorum. Et in genere foeminiño פרה. 1. Reg. 1. Imponite Salomonē filium meum super mulā, quæ est mea

uerbiorum 14. Et tentorium rectorum germinabit. Iesaiæ 17. Et in mane semen tuum germinabit.

INDE NOMINA:

גֶּרְמָן Germen. Num. 17. Et produxit germen, & florificauit florem. 1. Regum 7. Et densitas eius palmus, & labium eius sicut factura labij calicis, germen rosæ, id est aperta seu dilatata rosa. Ies. 18. Quia ante messem cum iam integrum fuerit germen, & uua agreffi fuerit folliculus eius. Et in statu affixorum mutat sægol in hirik, & pathah in seua. Numeri 8. Tam foemur eius, quam germen eius. Iesaiæ 5. Radix eorum quasi foetor erit, & germen eorum quasi puluis ascendet. Et pluraliter גֶּרְמָנִים. Exo. 25. Et germina eius.

גֶּרְמָנִים In forma foeminea, germē, germinatio. Iob 30. Ad dexteram, ubi germinatio insurgentes pedes meos perpelebant.

גֶּרְמָנִים Germinatores, id est pulli auium, qui germinant, hoc est, plumas & pennas producunt. Deuter. 22. Quum occurreret nidus auiculæ coram te in uia, in quacumque arbores, uel super terram pullorū, uel ouorū, & matrem cubantem super pullis, aut super ouis. Et cum affixis. Iob 39. Et pulli eius sorbebunt sanguinem. Psal. 84. Passer inuenit domum, & hirundo nidum sibi, ubi ponit pullos suos.

1260 גֶּרְמָנִים Congruit significatione cum uerbis גֶּרְמָן & גֶּרְמָן, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se discrepent. Usitatum est tantum in participio præsentis גֶּרְמָנִים, quod proprie illos significat, qui tactu digitorum chordas carpunt, seu uellunt. Amos 6. Qui carpunt super ostio Nebel.

INDE NOMEN,

גֶּרְמָן Collectiue significat baccas, seu grana auulsa, seu decerpta. Leu. 19. Vineam tuam non racemabis, neque grana uineæ tuæ colliges. Hieronymus satis commodè periphrasi expressit nominis significationem. Neque grana decidentia congregabis.

1261 גֶּרְמָן Duritia, seu itia: & conuenit uoce cum Latino, ferocia. Leuitic. 25. Non dominabitur ei in ferocia in oculis tuis. Et arbitror idem esse, quod 1. Petri 2. uersum est σκληρία. Et in distinctione sententiæ גֶּרְמָן. Exod. 11. Et seruite fecerunt Aegyptij filios Israel in ferocia. Ezechielis 34. Et in retentione firma subiectis eos in ferocia.

גֶּרְמָן Velum. Sed de hoc nomine in themate גֶּרְמָן.

1262 גֶּרְמָן Rupit, dirupit, scidit, discidit. Leuit. 10. Vestimēta uestra ne scindatis. & ca. 21. Vestimenta sua non scindet.

1263 גֶּרְמָן Participium præteritum גֶּרְמָן. Leuit. 13. Vestimenta eius erant scissa. Rupit, dirupit, fidit, diuisit: congruitque significatione cum uerbis גֶּרְמָן nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se discrepent. Iesaiæ 58. Nunquid diuidendo esurienti panem tuum. Iere. 16. Neque diuident sibi in luctu.

In tertia coniugatione גֶּרְמָן. Leuit. 11. Sed ungulam non diuidit.

Participium præsens גֶּרְמָן. Leuitic. 11. Sus ungulam diuidit. Psalmo 69. Qui cornua & ungulas diuidit. Et pluraliter in statu regiminis גֶּרְמָנִים. Leuitic. 11. Ex diuidentibus ungulam. Et in genere foeminino גֶּרְמָנִים. Leuitic. 11. Quicquid diuidit ungulam.

INDE NOMINA:

גֶּרְמָן Ungula, à distentione seu fissura. Exo. 10. Sed & pecus nostrum ibit nobiscum, non relinquetur ungula. Et pluraliter in statu absoluto גֶּרְמָנִים. Leuit. 11. Et findit fissuram unguularum. Deut. 14. Et findet fissuram duarum unguularum, id est utriusque unguilæ. In statu regiminis גֶּרְמָנִים. Iesaiæ 5. Ungulæ equorum. Iere. 47. A sonitu & strepitu unguularum robustorum. Ezech. 27. Ungulis equorum eius. Semel tamē legitur in forma masculina גֶּרְמָן. Zach. 11. Et ungulas eius abruptit.

גֶּרְמָן Accipiter seu gryphus, species aquilæ ab unguis. Leu. 11. Aquilam & accipitrē. Deut. 14. Aquila, accipiter & haliaetus.

גֶּרְמָן Persa. Ezech. 38. Persa, Aethiops, Libs. Esther 1. Fortissimus Persarū, & Medorū.

bellis fuit Israel. Et cum affixis. Iob 21. Euadere facit uacca eius, & non abortit. Et pluraliter גֶּרְמָן. Genes. 32. Vaccas quadraginta. & cap. 41. Et ecce de fluuiis ascendant septem uaccæ. 1. Samuel. 6. Et accipietis duas uaccas foetas. Amos 4. Audite uerbum hoc uaccæ Basan, id est præpingues.

גֶּרְמָן Fera, animal ferum, à foecunditate & fructificatione: sunt enim fera animalia foecundiora, & plures foetus edunt quam animalia domestica. Hieronymus & alij post ipsum transtulerunt onager, id est asinus syluestris, eò quod inter feras sit notissimus, sicut גֶּרְמָן reddiderunt pro passere. Iob 6. An rudet fera super gramine? & cap. 11. Et pullus feræ homo nascetur. & cap. 39. Quis misit feram liberam. Iere. 2. Fera affueta deserti. Oseæ 8. Fera solitaria libi. Et semel legitur adiectiue Gen. 16. Et ipse erit ferus homo, manus eius in omnes, & manus omnium in ipsum. Et pluraliter גֶּרְמָנִים. Iob 24. Ecce feræ in deserto egrediuntur in opere suo. Psal. 104. Potant omnes bestiae agri, frangunt feræ sitim suam. Iesaiæ 32. Gaudium ferarum paucum gregum. Iere. 14. Feræ steterunt in locis excelsis.

גֶּרְמָן Cinis, puluis in quem materia usta redacta est: & dicitur, quia non est foecundus, neque fructificat. Et manet ubique, exceptis tantum duobus locis, quod ad puncta attingit, inuariatum: & differt ab גֶּרְמָן, quod puluerem terræ significat non adustum igni. 2. Sam. 13. Et accepit Thamar cinerem super caput suum. Num. 19. Colliget autem uir mundus cinerem uaccæ. Gen. 18. Et ego sum puluis & cinis. Dan. 9. Ut peterem oratione, & obsecrationibus, in ieiunio, & sacco, & cinere. Iong 3. Et operuit sacco, & sedit in cinere. Porro bis legitur in forma גֶּרְמָן. 1. Reg. 20. Abiēs propheta stetit ante regem in uia, & nudauit se cum cinere super facie sua, id est exiit uestem honoratorem, quam ut propheta gestabat, & sparsit super faciem suam cinerem ne cognosceretur à rege. Et mox iterum: Et remouit cinerem ab oculis suis, & c. Est autem cinis significatio mœroris & luctus.

1258 גֶּרְמָן Verbaliter non est in usu; nomina tamen inde deriuata congruunt significatione cum uerbis גֶּרְמָן & גֶּרְמָן.

גֶּרְמָן Irruptio. Deu. 3. Præter oppidula irruptionis multa ualde. 1. Sam. 6. A ciuitate munita usque ad uillam irruptionis, id est in quam facilis est irruptio.

גֶּרְמָן Pagus seu uilla, quæ non est muro munita, sed patet irruptioni. Sic Germani quoque uocant thozff, q. d. thoz offert. Iud. 5. Defecerunt uille in Israel. Et cum affixo mutat seua in hirik, & cametz in seua. Et iterum: Prædicabunt iustitias lehoua, iustitias uillæ eius in Israel, ubi ponitur collectiue.

גֶּרְמָן Pagi, uillæ. Ezech. 38. Ascendam ad terram uillarum. Zach. 2. Villas inhabitabunt Hierosolymitani. Ponitur tamen semel pro irruptionibus. Esth. 9. Quapropter Iudæi uillici, qui habitant in oppidulis irruptionum.

גֶּרְמָן Villici, id est illi qui uillas inhabitant muro non cinctas, sed quæ irruptioni sunt obnoxia. Esther 9. Propterea Iudæi uillici. Et cum affixo. Habakuk 3. Perforasti cum uectibus caput uillicorum eius.

1259 גֶּרְמָן Germinando dilatatus. Et non tantum de germinatione florum, & arborū, uerum etiam pennarum in auibus, & ulcerum in corpore humano, & quacumque rerum extensione dicitur: congruit cum uerbis גֶּרְמָן nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant: estque contrarium significatione uerbo גֶּרְמָן. Cantic. 7. Si germinauit uitis. Oseæ 14. Germinauit sicut liliū. Psal. 92. Iustus ut palma, germinabit. Ies. 66. Et ossa uestra sicut gramen germinabunt. Numeri 14. Germinauit uirga Aaron. Leuit. 13. Lentigo ipsa germinauit in cute. Et iterum: Si germinando germinauerit lepra. Psal. 92. In germinando improbos. Prouer. 11. Et sicut folium, iusti germinabunt.

Participiū præsens גֶּרְמָן. Exo. 9. In ulcus germinas ebullitiones. Et in genere foeminino גֶּרְמָנִים. Ge. 40. Et ipsa sicut germinas. Leu. 13. Lepra germinans est. Et pluraliter גֶּרְמָנִים. Ezech. 13. Quibus uos capitis ibi animas quasi sint germinantes.

In tertia coniugatione גֶּרְמָן. Ezech. 17. Et germinare faciam lignum aridum. Iob 14. Ab odore aquæ, germinabit. Psal. 92. In atrio dei nostri germinabunt. Proverb.

ptores tam Graeci, quam Latini unanimiter testantur. Veruntamē de etymologia nominis maxima inter ipsos est uarietas ac dissensio. Quidam à Pharo insula, quae Alexandria obuersa iacet uetustissima, unde primus rex originem traxerit, Pharaones dictos esse existimant. Iosephus Aegyptijs regem sonare & patria ipsorum lingua potestatis esse nomē scribit. Nonnulli, q̄ ociosi sint ab operibus dei. Aliqui alij ab exigendis à populo laboribus, tributis, & uectigalibus, quasi dicas, exactores. ~~Quidam~~ ~~Quidam~~ ~~Quidam~~ uerbū פֶּרַע proprie significare exuere impedimenta, expedire, & preparare se ad bellum, & ~~quidam~~ ~~quidam~~ ~~quidam~~ locum iudicij. Cum expediret expeditionē Israel. Item Exod. 5. Quare expeditis populum contra regem Pharaonem, scilicet à uestimentis & instrumentis, quibus utebantur ad faciendas operas. Hincq̄ Hebræorum temporibus Pharaones dictos, quos Graeci postea uocabulo idem significante Ptolomæos dixerint, id est, bellatores, à פֶּרַע, quod bellum significat, inserta tantum פֶּ לטרא litera, quae quidem assertio ut speciosa est, ita non minus tamē falsa est, quam est illorum, qui Pharaones ab exigendis censibus dictos uolunt, eò quòd uox siue Hebræa, siue Aegyptia, neq̄ exigere tributa, neq̄ expedire se ad militiam significet, sicut ex exemplis scripturae supra adductis manifestissimum est. Iosephus libro 8. Antiquitatum cap. 6. etsi primò scribat Pharaones à quodam Pharaone rege uocatos esse, tamen paulò post subdit פֶּרַע Pharaonem apud Aegyptios regem significare. Tandē ut meam quoq̄ de hoc nomine פֶּרַע, eiusq̄ etymologiae ratione sententiā subiungam, arbitror omnino nomē olim fuisse appellatiuum regiae dignitatis regum Aegyptiorum, sicut Alexandriae reges Ptolomæi, & Romanorum Imperatores communi Caesaris nomine appellati sunt, postquam ad regni seu imperij fastigium euecti sunt, qui tamen etiam Iosepho teste, alijs atq̄ alijs antè nominibus, quae ipsis propria erant, sint uocati. Atque hanc meam sententiā cum ex multis scriptoribus, ubi longa temporū serie reges Aegypti hoc nomine פֶּרַע commemorantur, tum uerò præcipuè existo loco Gen. cap. 41. colligo, ubi legitur: Et dixit Pharaon ad Ioseph, ego sum Pharaon, sed absque tē non leuabit quisquā manum suam, aut pedem suum per uniuersam terram Aegypti, uocauitq̄ Pharaon nomen Ioseph, Zaphnath Paaneach, & tradidit ei Asinath filiam Potiphera sacerdotis On in uxorem, &c. Quibus sanè uerbis rex Iosepho significat, quòd פֶּרַע esse & manere, & dignitatem illam regiam, & nomen quoque regum retinere sibi uelit: ideo secundas ei post se, & officium seu administrationem super frumenta, & nomen aliud, sed non regium, ipsi indit. Insuper cum iam de nomine פֶּרַע constat, quòd sit dignitatis regiae appellatiuum, nunc de eius etymologia dicam, cuius ratio eò est facilior, quòd iam ex superioribus nota est uocis significatio, ideoq̄ sentio פֶּרַע Pharaonis appellationem regibus inditam, quòd Pharaones sint, id est, liberi ab operibus, & alijs oneribus, quibus alij in regno omnes obnoxij sunt: & פֶּרַע liberū sonet seu priuilegiatum, eim freyer/oder befreyer/ter/oder freyherr: quanquam, si cui à coma, seu caesarie, quam hæc etiam uox significat, deducere placeret, quæq̄ libera est à forcice, non multum repugnarem, sicut & primitus à caesarie Imperatoribus Romanis Caesaris appellatio obuēnit, quæ quidem etymologia, tam est speciosa, & plausibilis, ut si uocis significationē spectaueris, magis quoq̄ propria erit, quam illorum, qui uel ab exigendis censibus exactores, uel ab expeditione ad bellum bellatores (utriq̄ tamen sine uera ac propria etymologiae ratione) dictos esse Pharaones comminiscuntur, & asserunt. Porro in duobus scripturae locis prænomen est, quando uidelicet sequitur nomen regis proprium: 2. Reg. 23. In diebus eius ascendit Pharaon Necho rex Aegypti contra regem Assur. Iere. 44. Ecce ego trado Pharaonem Hophra regem Aegypti in manum inimicorum eius, &c.

1265

פרע

Congruit significatione cum uerbis פֶּרַע פֶּרַע פֶּרַע פֶּרַע פֶּרַע פֶּרַע, nisi q̄ ut forma, ita modo significandi inter se differant. Significat aut̄ hoc uerbū a ctiue, rumpe: uel neutraliter, rumpi, cum compositis suis: quanquam Latinis uerbum rum pēdi non usq̄ adeo patet, nam simul importat copiā, uel uim, Germanicè reysen/abreysen

L1 abreysen

1264

פרע

Si absolute ponitur, significat neutraliter uacuum, ociosum, liberum esse à labore, uel lege, uel disciplina, seu obedientia. Atq̄ nostrum Germanicū frey sein cū eo cōgruit cū uoce, tum significatione. Cōgruit etiam significatione cū uerbo פֶּרַע, nisi quòd ut literarum transpositione, ita modo significandi inter se dissideāt. Ezech. 24. Ego Iehoua loquutus sum, ueniet tēpus, & nō ero ociosus, neq̄ parcam, &c. Prouer. 8. Audite disciplinam & sapite, & ne sitis liberi, id est liberi arbitrij, ~~thut nicht was ihr wollt~~. Sin uerò regit post se accusatiuū, siue nominis, siue pronominis, tum significat a ctiue uacuum, ociosum, liberū reddere, scilicet à re aliqua, qua quis prius erat quodammodo obstructus, cohibitus, uestitus. Iud. 5. In liberādo libertates in Israel, scilicet à tyranno Sifara. Prou. 1. Et ociosum reddidisti omne consilium meum. & cap. 4. Et non ambules in uia malorum, uacuā relinquas eam, nec transeas in ea. Præterea in Mose, alijsq̄ scripturae locis theologiam ac mysticam habet significandi rationem, & non historicam, seu simplicē. Num. 5. Et sisset sacerdos mulierem ante Iehoua, & uacuum faciet caput mulieris, scilicet à fascia, seu potestate. Leuit. 10. Capita uestra non reddatis uacua, scilicet à pileo. & cap. 21. Caput suum nō uacuū faciat, scilicet à pileo. Exo. 32. Et uidit Moses populū, q̄ liber factus esset, & quòd liberum reddidisset eum Aaron per uerbū uile in constitutionibus eorum, id est, quas tradidisset eis, scilicet à Deo, à lege, ab obediētia uerbi, & ab ipso Christo. Hinc accepta occasione Paulus dectatus est ista phrasi, ac uerbo sapē usus est, atq̄ est interpretatus uerbo Græco κατὰ εὐνοίαν, quod ociosum reddere significat: ut Rom. 3. Num incredulitas illorū fidē Dei ociosam reddet? Item Gala. 5. Ociosi estis facti à Christo, quicumq̄ per legem iustificabimini, &c. id est, liberi à Christo, ut Christus non amplius in uobis opere rur, non sit amplius in uobis efficax gratia & spiritu suo sancto.

Participiū præsens seu nomen participiale פֶּרַע, liber, ociosus, uacuus, frey, le dig. Prouer. 13. Egestatem & ignominiam habebit liber castigatione. & ca. 15. Liber castigatione, odit animam suam, id est qui ociosam facit castigationē: uel, qui uacat castigatione, ut ea apud se nullum locum habeat, &c.

Participium præteritum פֶּרַע. Leuit. 13. Leprosus in quo fuerit plaga, illius uestimēta erunt scissa, & caput eius erit uacuum, id est hæreticus non habens uestē continuam cum corpore Ecclesiae, uacuus & liber à Christo capite, &c. Legitur semel פֶּרַע Exo. 32. Et uidit Moses populū, quòd liber factus esset, scilicet à Deo, lege, obedientia uerbi.

In uoce passiuā פֶּרַע, semel tantum legitur Prouerb. 29. Vbi non est propheta, liber erit populus: sed qui custodit doctrinam, beatus est.

In tertia coniugatione פֶּרַע. Exo. 5. Et dixit ad eos rex Aegypti: Quare Moses & Aharon liberum redditis populum ab operibus suis, ite ad onera uestra, id est liberatis populum à legibus, & obedientia. 2. Paralip. 28. Humiliauerat enim Iehoua Iehudam propter Achaz regem Israel, qui libertatem restituerat in Iehuda, præuaricando præuaricatione contra Iehoua, das einem jeglichen frey wår einen gottes dienst anzurichten/wie es im gefiel.

INDE NOMINA:

פרע Libertas. Numeri 6. Nutriēdo libertatem, capillitium capitis sui. Vocat autē Moses caesariem seu comam hoc nomine, quæ libera est à forcipe, sicut ipse exponit, cum mox addit: Capillitium capitis sui. Ezech. 44. Caput suum non radent, & libertatē non demittent, sed adequando adequent capita sua. Et pluraliter פֶּרַע לודicum 5. In liberando sanguines in Israel. Et in statu regimini פֶּרַע לוד. Deut. 32. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, propter sanguinem interfectorum, & captiuitatē, propter capitis liberationes inimici, id est ab inimico. Vocat autem liberationes, nudationem capitis, id est regni, & sacerdotij ablationem.

פרע Pharaon. Commune olim fuisse nomen omnium regum Aegypti, præter sacra Biblia, etiam Eusebius, Augustinus, Hieronymus, Sabellius, alijsq̄ complurimi scriptores

pter transgressionem terrae, mihi principes. In statu regiminis nihil mutat. Gen. 50. Suffer nunc transgressionem fratrum tuorum. In statu affixorum mutat prima uox segol in hirik, & altera in seua. Gen. 31. Quae est transgressio mea, aut delictum meum. Et pluraliter פשעו. Prouer. 10. Odium excitat lites, sed super omnes transgressiones operit dilectio. In statu regiminis פשעו. Amos 1. Propter tres transgressiones Damasci. Similiter in statu affixorum. Ezech. 18. Projicite a uobis omnes transgressiones uestras.

1275
פשע

Cum puncto sinistro: & ut sola puncti positione, ita modo tantum significandi differt a פשעו, & significat digredi passiuè. Iesai. 47. Digrediar in illam.

INDE NOMINA:

פשעו Tantum spacij, quantum conficitur pedum digressione: Latine passus, Germanicè ein schritt. 2. Sam. 20. Viuit anima tua, quod tantum passus inter me, & inter mortem. פשעו Pars corporis sub natibus, ubi est pedum digressio. 1. Sam. 19. Succidit indumenta eorum in medio usque ad digressionem, & dimisit eos, *da sie zuwelft waren*: uel, *bis an die zwüfelf*.

1276
פשעו

Aperuit petulanter, uel os uel pedes. Et legitur in prima coniugatione tantum Participium praesens פשעו. Prouerb. 13. Qui obseruat os suum, custodit animam suam, aperienti petulanter labia sua deiecit sibi.

In secunda coniugatione פשעו. Ezech. 16. Et aperuisti petulanter pedes tuos omni praetereunti. Vulgaris uersio habet diuarcasti.

1277
פשו

Expositio, explicatio, declaratio. Et referendū est ad uerbū פשו, transpositis tantum literis, uel ad פשו, commutatis tantum medijs literis symbolicis. Legitur tantum semel Eccl. 7. Et quis cognouit expositionem uerbi? In Daniele legitur forma Chaldaica, cap. 2. Dic somnium seruis tuis, & expositionem indicabimus.

1278
פשה

Fregit in frustra seu fragmenta. Et significatione congruit cum uerbis פשה & פשה, nisi quod modo significandi inter se differant. Leuitic. 2. Et franges eam in fragmenta & effundes super eam oleum.

INDE NOMINA:

פשה Frustrū, fragmentū, portiuncula, ein pißse: Latini uerterūt buccellam. Prou. 17. Melius est fragmentū siccū, & incolumitas cum eo. Gen. 18. Et capis fragmentum panis. Dan. 1. De fragmento escæ regis. In statu affixorum mutat uocē pathah in hirik, dag gessata litera thau. Prou. 23. Fragmentū tuū comedisti. Iob 31. Et comedi fragmentū meū solus. Ruth 2. Et intinges fragmentū tuū in acetū. Et pluraliter פשהו. Leuit. 2. Et franges eam in fragmenta. Psal. 147. Qui projicit gelu suum, sicut fragmenta. Ezech. 13. Propter pugillos hordei, & propter fragmenta panis.

1279
פשהו

Congruunt significatione cum uerbis פשה & פשה, differuntque modo tantum significandi: nam haec tria generaliter subitā auulsione ad se significāt, nisi quod פשה de auulsione panis in usum suū, & pro palato suo: פשה de forma & pulchritudine dicit, quae adlubet animo, & ad se subitō allicit. Porro פשה de sermone uenusto, & elegantī & adblandiente dicitur, quo quis ad aliquē subitō pellicitur, ac in uoluntate seu animi sententiam pertrahitur. Atque haud dubiè Graeci hinc mutuauerunt uerbum πείθει, quod blandis uerbis suadeo, seu persuadeo notat. Et ut Hebraei, ita illi non solum suadenti, aut persuadenti, uerum etiam obtemperanti tribuunt, ut sit contrarium uerbo פשהו: quod & Paulus Apostolus πείθει uertit. Et hoc obseruandum, quod sit uerbum פשהו, & Hebraeis tam in bonam partem accipiatur, quam in malam. Et si in malam partem accipiatur, significat idem quod blanditijs, phaleratis uerbis fallere, seu decipere, ut in prima coniugatione. Deuter. 11. Cauete uobis, ne blandis uerbis persuadeatur cor uestrum, & recedatis, & colatis Deos alios. Iob 31. Et persuasum est clam cor meum, & applicaui manū meam ori meo.

Participium, seu nomen participiale, masculini generis פשהו. Prouer. 20. Et suadenti in labijs suis, ne te admisceas, id est adulanti, adblandienti. Iob 5. Et persuasibile occidet zelus, ubi passiuè usurpat pro eo qui illecebris capitur. Et in genere

fluuio Aegypti usque ad fluuium magnum fluuium Prath. 2. Reg. 23. In diebus ascendit Pharaon Necho rex Aegypti contra regem Assur ultra fluuium Prath. Et cum he in sine motum ad locum importante פשהו. Iere. 13. In surgendo uade ad Prath.

1271
פשהו

Cum puncto sinistro significat luxuriare, s. scabiē, siue lepra: nam de tali luxuriatione tantum dicitur in Leuitico. Et uidetur a פשהו forma tantum, & modo significandi diffidere, & quidem Moses opponit uerbo פשהו, consistendi. Leuit. 13. Et non luxuriavit plaga in cute. Et iterum: Et si luxuriavit plaga in ueste, uel stamine, uel in subtegmine, uel in cute. Itē: Et si luxuriando luxuriauerit scabiēs illa in cute.

1272
פשהו

Legitur semel tantum: Chaldeus hoc uerbo reddidit Hebraeum פשהו, quod dissecare significat. 1. Sam. 15. Ideoque hinc significationē sumere necesse est. Thren. 3. Vias meas peruertit, & dissecuit me.

1273
פשהו

Congruunt significatione cum uerbis פשהו פשהו פשהו פשהו, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant: important autem omnia uim & impetum.

Et quādo de suis uestibus dicitur, licebit uertere uerbo exuendi. Leu. 6. Et exuet uestes suas. Cantic. 5. Exui tunicā meam. Ezech. 44. Exuent uestes. Et quando de alijs dicitur, licebit uertere uerbo expoliandi, quia importat uiolentiā. Oseae 7. Expoliavit excursor foris. Nahum 3. Bruchus expoliavit & auolauit. Iudic. 9. Manicabis & expoliabis contra ciuitatē. Et iterum: Et duo capita expoliauerunt contra omnes, qui erāt in agro. 1. Sam. 27. Non expoliastis hodie. & cap. 30. Nos expoliauimus ad meridiem Crethi. Iudic. 20. Et expoliauerunt ad Gibeā.

Participium praesens pluralis numeri פשהו. Nehem. 4. Non eram exuentes nos uestes nostras.

In secunda coniugatione פשהו. 1. Samuelis 31. Et uenerunt Philistaei ad expoliandum occisos.

In tertia coniugatione פשהו. Num. 20. Et exuet Aaron uestimenta sua. Leuit. 1. Et expoliabit holocaustum, id est, excoriabit. Iob 19. Gloriam meā desuper illis expoliauerunt. Oseae 2. Ne expoliet illam nudam. Gen. 37. Et expoliauerunt Iosepho tunicam eius. 1. Sam. 31. Et expoliauerunt eum armis suis.

In quarta coniugatione פשהו. 1. Sam. 18. Et exuit se Ionathan pallio.

INDE NOMINA:

פשהו Nomen Infinitum, expoliatio. Iesai. 32. Expoliatio, & denudatio. פשהו Inuersione literarum, is dicitur qui detrahit aliquid: sed de hoc in loco suo.

1274
פשהו

Cum puncto dextro, transgressus est, scilicet legem, seu pactum, ut seditiosus: & ut posito puncti, ita modo tantum significandi differt a uerbo פשהו. Absolutè legitur Thren. 3. Nos transgressi sumus & rebellauimus. At constructio illius triplex est, sicut uerborū פשהו & פשהו פשהו פשהו: aut enim construitur cum על, ut Oseae 8. Eō quod praeterierunt pactum meum, & super legem meam transgressi sunt. Vel construitur cum praepositione mem: ut 2. Reg. 8. In diebus eius transgressus est Aedom a manu Iehuda, & constituit super se regem, id est, defecit. Vel construitur cum praepositione beth. 2. Reg. 1. Et transgressus est Moab contra Israel post mortem Achab. 1. Reg. 12. Et transgressus est Israel contra domum Dauid usque in hanc diem. 2. Regum 3. Et abiens milit ad Iehosaphat regem Iehuda, dicens: Rex Moab transgressus est in me. Iesai. 27. Quis dabit mihi uepres & spinas in bellum, ut transgrediar in eas, & comburam eas simul.

Participium praesens, seu nomen participiale פשהו, transgressor. Ies. 48. Et transgressorem ex utero matris uocaui te. Et pluraliter פשהו. Psal. 37. Transgressores uastabuntur simul. Iesai. 46. Redite transgressores ad cor.

In uoce passiuā פשהו. Prouerbiorum 18. Frater offensus transgressione, est supra ciuitatem potentiae.

INDE NOMEN,

פשהו Transgressio. Exod. 22. Super omnire transgressionis. Prou. 12. In transgressione labiorum laqueus malo. cap. 19. Sed honor eius est praeterire transgressionē. & cap. 28. Propter

תנח Serpentū species uenenatissima, & rabiosissima: nostri transtulerūt Aspidē, dictus Hebrais per antiphrasin, q̄ minimē sit persuasibilis, nec possit ab incantatore persuaderi. Psal. 58. Furor illis similis furori serpētis, sicut aspidis surdæ, quæ obthurat aurē suā, ut non audiat uocem incantantiū, coniuuantis coniuurationū docti. Ps. 91. Super leonem & aspidē calcabis. Et in distinctione sententię **תנח**. Ies. 11. Et aspiciet laetens super foramine aspidis. Et pluraliter **תנח**. Deut. 32. Caput aspidum crudele, id est uenenosum, quod in capite gestant. Iob 20. Caput aspidū iugēt. Et iterum: Panis eius in uisceribus eius conuersus est, amaritudo in medio eius.

תנח Limen, eò quod sit immotum: & ut **תנח**, ita & hoc arbitror à uerbo **תנח** deductum. 1. Sam. 5. Caput autē Dagon, & duæ palmæ manū eius abscissæ erant iuxta limē. Zoph. 1. Et requiram super omnem saltantem super limen. Et in statu regiminis **תנח**. 1. Sam. 5. Ideò nō calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur domum Dagon, super limen Dagon. Ezech. 4. 6. Et adorabunt super limen portæ.

1280

תנח

Aperuit id quod erat uel clausum, uel ligatum: & propter literarum affinitatem congruit significatione cum uerbis **תנח** & **תנח** **תנח**, nisi quod modo significandi inter se differant, id est de alijs atq; alijs rebus dicantur. Ies. 14. Vincēt suis non aperuit domum. & cap. 50. Iehoua aperit mihi aurem. Iudic. 4. Et aperuit utrem lactis. Gen. 4. 4. Et aperuerunt unusquisq; saccum suum. Psal. 37. Gladū aperuerunt improbi. Ies. 41. Aperiam in excelsis flumina. Deut. 15. Aperiendo aperies manum tuam illi. Et legitur aliquando absolute, & neutraliter. Psal. 106. Et aperuit se terra: uel, Et aperta est terra.

Participium præsens **תנח**. Ezech. 37. Ecce ego aperio sepulchra uestra. Psal. 145. Qui aperis manum tuam. Iere. 13. Et non est aperiens.

Participium præteritum **תנח**. Num. 19. Et omne uas apertū. Psal. 5. Sepulchrum apertum guttur eorum. Et in genere foeminiño **תנח**. Iosue 8. Et reliquerunt ei uitam apertam. Et pluraliter **תנח**. 1. Reg. 8. Ut sint oculi tui aperti.

In uoce passiuā **תנח**. Ies. 5. Et non aperietur cingulum lumborū eius. Ezech. 1. Et aperti sunt cœli. Iob 12. Claudet uirum, & non aperietur ei. Iere. 1. Ab Aquilone aperiet malū. Nahū 2. Portæ fluuioꝝ apertæ sunt. Ies. 35. Aures surdorū aperient.

Participium masculini generis **תנח**. Zachariae 13. In die illa erit uena aperta domui Dauid.

In secunda coniugatione **תנח**, aperuit ut appareat, & extet, & sit expressum. Iob 30. Quia funem meum aperuit, & afflixit me. & cap. 12. Vinculum regum aperuit. Ies. 45. Et lumbos regum aperiam. & cap. 20. Et aperies saccum de lumbis tuis. & cap. 28. Aperiet & colet terram suam, id est, exarabit. Gen. 24. Et aperuit camelos. Iere. 40. Aperuit te hodie à manicis. Legitur tamen in quibusdam locis neutraliter & intransitiuē, quando uidelicet nominatiuus, & non accusatiuus sequitur. Cantic. 7. Si floruit uitis, aperuit se folliculus. Ies. 48. Non fuit aperta auris tua. & ca. 60. Et apertæ erūt portæ tuæ iugiter. Et ut Hebræi de sulcatione, seu aratione terrę, ut in supra allegato loco Iob 28. & alijs, quæ sit apertione, dicit, ita quoq; de exaratione, ac insculptione literarū, nominū uel imaginū dicunt, quæ similiter sit apertione materiae in quā quid insculpi: unde uerbo sculpedi reddiderūt. Exo. 28. Et aperies in eis nomina filiorum Israel. Et mox iterum: Sculpes duos lapides. 1. Reg. 7. Et aperuit in tabulis. 2. Paral. 3. Et sculpsit Cherubim in parietibus.

Participium præsens, masculini generis **תנח**. 1. Reg. 20. Ne glorietur accinctus, sicut aperiens, scilicet cingulum. Zach. 3. Ecce ego sculpo sculpturam eius.

Participium præteritum generis foeminiñi **תנח**. Exod. 39. Sculptos sculpturis sigilli. In quarta coniugatione, **תנח**. Ies. 52. Aperi te à uinculis colli tui.

INDE NOMINA:

תנח

Nomen participiale, apertor, id est, clauis. Iud. 3. Et tulerunt clauē, & aperuerunt. 1. Paralip. 9. Et ipsi erant super clauem. Ies. 22. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius.

Aper-

foeminiño **תנח**. Osee 7. Et factus est Ephraim sicut colūba persuasibilis, sine corde, id est illecebilis.

In uoce passiuā **תנח**. Iob 31. Si persuasum est cor meum super muliere. Ierem. 20. Suasisti mihi & persuasus sum.

In secūda coniugatione **תנח**, & est **תנח**. Ezech. 14. Ego Iehoua persuasi. Exod. 22. Et si persuaserit aliquis uirginē, quę non est desponsata, & concubuerit cum ea. Iudicum 14. Et dixerunt ad uxorem Simsonis, persuade uirum tuum, ut annunciet nobis anigma. 2. Sam. 3. Nosti Abner filium Ner, quod ad persuadendum uenerit. 1. Reg. 2. Quis persuadebit Achab, ut ascendat & cadat in Ramoth in Gilead. Psal. 78. Et blandē persuaserunt eum ore suo. Prou. 1. Fili mi, si blandē suaserint te erronee, ne uoles. & cap. 16. Viri fraudis persuadebit sodalem suum.

Participiū præsens **תנח**. Osee 2. Ecce ego persuadeo eā, & duco eā in desertū. In uoce passiuā **תנח**. Prouer. 25. In longanimitate persuadebitur princeps, & lingua mollis frangit ossa. Iere. 20. Si persuadeatur, & praualeant illi. Ezech. 14. Et propheta si persuasus fuerit, & dixerit uerbum.

In tertia coniugatione **תנח**. Gen. 9. Persuasibile faciat Deus ipsi Iepheth ut habitet in tabernaculis Sem, & c. rogat, ut Dominus eum amāter persuadeat, ne inuideat fratri Sem iuniori natu honorem primogeniture, & q̄ ex illo nasciturus sit Christus, hancq; prerogatiuam sibi ademptā esse, & translātā in fratrem, ac ipsius posteritas quoq; persuadeatur prædicatione Euāgelij, ut ipsa quoq; Iepheth, & cōiungat Ecclesia ex Iudæis collecta, & c. Prou. 24. Ne sis testis temerē contra proximum tuum, neq; persuasibile facias labijs tuis, id est persuasibile. Et est irregulare.

INDE NOMINA:

תנח Iepheth, nomen filij Noach maximi natū, qui à Gentibus Iapethus dictus est, & idem sonat, ut supra quoq; est annotatum in tertia coniugatione, quod persuasibilis, passiuē. Hic enim & tota ipsius posteritas persuasa est uoce Euāgelij, ut habitaret in habitaculis Sem, cui promissus erat Christus, & ueniret etiam in societate spiritalium & æternorum honorum, quæ filius Dei attulit in hunc mundum, remissionem peccatorum, donationem spiritus sancti, & uitam æternam.

תנח Persuasibilis, cui quiduis facile persuadeat, & qui est sequaci credulitate, & blandis uerbis citò inescat & decipit. Et opponit nomini **תנח**, callidus, astutus. Greci uerò reddiderūt nomine **παραπαιστος**, Latini nūc simplex, nūc puer, nūc imperitus: et qdē talis est imperitus rerū & simplex, qui se blandis uerbis persuadere sinit. Psal. 19. Testimonium Iehoua fidele sapientificans persuasibilem. Prou. 9. Quicūq; persuasibilis est, huc diuertat. cap. 14. Persuasibilis credit omni uerbo, sed callidus obseruat gressum suum. & cap. 19. Derisorē percutias, & persuasibilis callidus fiet. Ezech. 45. Et sic facies in septima mēsis propter uirū errantē, & propter suasibile, id est, qui simplicitate deliquit. Legit etia abstractiuē. Prou. 1. Quādiu suasibiles diligeris persuasibilitatē. Et pluraliter **תנח**. Prou. 1. Quādiu persuasibiles. Vel cum gemi no iod **תנח**. Psal. 119. Intellectū præbet suasibilibus. Prou. 22. Callidus præuidet malum, & celat, at suasibiles transeunt, & damnū accipiūt. Vel interposita aleph litera, uel cōmutata iod litera in aleph **תנח**. Ps. 116. Custodit suasibiles Iehoua, id est, simplices. Prou. 1. Ut de suasibilibus calliditas. Sic Christus usus est, & Mattheus uertit **παραπαιστος**, cap. 11. Gratias ago tibi pater, Domine cœli & terrę, q̄ abscondere hæc à sapientiib; & prudētibus, & reuelare ea paruulis. Et Paulus Rom. 2. Circōrem imperitorū. & Eph. 4. Ut nō ampliūs simus pueri, qui nō fluctuamus, & circūferamur quouis uento doctrinæ, & c. Et pluraliter in genere foeminiño **תנח**. Prouer. 9. Mulier stultitiæ est tumultuosa, suasibilis, & non nouit quicquam.

תנח

Nomen adiectiuum, subitarium, repentinum. Prou. 3. Ne timeas à terrore repentino. Ies. 29. Et erit in casu repentino. At quando cum uerbo sine nomine substantiuo ponitur, tum aduerbiāscit, id est repentē, subito, raptim. Num. 6. Et dixit Iehoua repentē ad Moysen. Iosue 10. Et uenit ad eos Iosue repentē. Psal. 64. Repentē iaciunt in eum, & non timeant. Ies. 30. Repentē in casu ueniet fractura eius.

Ser-

igni. Et pluraliter פתילי. Genesis 3. Agnosce obsecro cuius sit anulus, fasciae & baculus iste.

פתיל Alligatura. Numeri 19. Omne uas apertum, cui non alligatura super eo, immundum erit, id est operculum, quod uasi alligatum est, sicut פתיר etiam pro aliquo usurpatur, quod uasi est affixum.

פתולים Colluctationes, concertationes, & metaphorice uersutiae, technae, quibus alter alterum decipit, profernit ac superat. Gen. 30. Colluctationibus Dei colluctata sum cum sorore mea.

פתול Nomen geminatum, qua duplicatione significatur uersutiae duplicatio, seu multiplicatio. Deut. 32. Generatio peruersa, & distortissima. quod in Mattheo cap. 17. Graece uersum est διςπαυλιον. Et Paulus quoque ita reddidit Philip. 2. Natio praua & διςπαυλιον. Itē Lucas Act. 20. Et uobis ipsis exorientur uiri loquentes διςπαυλιον distorta, & obliqua, & implicata.

1282

פתע

Euentus seu casus fortuitus, & subitus. Num. 35. Et si in euentu absque inimicitia impulerit eum. Iesa. 30. Cui repente in euentu ueniet fractura eius. Et cum adiectiuo פתא. Num. 6. Quod si morietur mortuus super ipso in euentu repentino. Iesa. 29. Et erit in euentu repentino, &c. Alias aduerbialiter accipitur pro, fortuito, casu. Habakuk 2. An non euentualiter consurgent mordentes te. Prouerb. 6. Propterea euentualiter confringetur, & non erit medicina.

1283

פתנ

Exposuit, scilicet somnium. Et significatione congruit cum uerbo פתר, nisi quod modo significandi uariant. Gen. 40. Principem autem pistorum suspendit, sicut exposuerat illis Ioseph. & cap. 41. Et exposuit nobis somnia nostra, utrique iuxta somnium suum exposuit.

Participium praesens פתן. Gen. 40. Somnando somniauimus, & non est, qui exponit ea Pharaoni. & cap. 41. Et non est qui exponit illud.

INDE NOMEN,

פתרון Expositio. Gen. 40. Et quisque iuxta expositionem somnii sui. Et cum affixo. Genes. 40. Et dixit Ioseph, haec est expositio eius. Et pluraliter פתרונים. Genesis 40. Nonne dei sunt expositiones?

DE NOMINIBVS POLYSYLLABIS ET PEREGRINIS.

1284

פטר

Nomen lapidis preciosi, quem ut Ezechiel, & alij scriptores indicat, Aethiopia nobis praebet, & uulgaris editio (recte quidem meo iudicio) Topazium uertit uocabulo Hebraeo conueniente. Chaldaica translatio ubique uertit פתרון, id est uiridem. Vnde nonnulli prassinum esse uolunt a colore uiridi, & genus quoddam Topazij Prasso idem dicunt, licet alij malint esse Smaragdum, quod quae, autore Iuba, apud Aethiops nascitur, acriter uiridis est, & a Plinio plurimum commendatur. Exod. 28. Sardius & Topazius. Et in statu regiminis פתרון. Iob 28. Non adaequabitur ei Topazius Aethiopiae. Et Strabo ex Arthemidoro, quem citat, testatur quod Topazium in Ophiade insula reperiri, & lapidem esse pellucidum, splendore aureo resplendentem, quem Aegypti reges sinant effodi, & maximam hominum multitudinem mercede conductam ad horum lapidum collectionem, custodiamque collocare.

1285

פלת

Pellex, uox peregrina, & composita ab פלג & פלח, q. dicas, uxor dispersa, hoc est, uxor secundaria, quae, ut ipsa primariae uxori tanquam dominae subiecta erat, ita eius filij non succedebant in hereditate paterna, sed tantum donatiuibus gaudebant, alioqui uxor uera & legitima. Atque talis haud dubie tam a Graecis quam a Latinis pellex est appellata: quaequam iurecōsuliti postea aliter pellicem definierunt, quam sacre literae, quos hoc loco non curamus, ut etiam aliorum ineptias nihil moramur, qui a פלח & פלג composita esse somniant, quasi illa sit, & ita dicat, ad quem maritus ab uxore segregatus accedat. Haec enim omnia extra & contra scripturam dicunt. Ego si certo scire uocem esse non peregrinam, neque compositam, mallē deducere a uerbo פלח, inserta litera gimel, & sic dicam concubinam a uolutando, quod uolutes coitu, sicut פלח consunt regia a subagitatione. Hieronymus ubique concubinam reddidit. Nos pellicis uertemus, adductis exemplis aliquot

sc. Uxor dispersa i. scilicet secundaria in qua dispersa non est dominica, ut moriturus a primaria hic secundus, quod scilicet haec uox a primaria

פתח Apertio, ianua, ostium. Genes. 4. Ad ostium erratum cubat. cap. 18. Et ipse sedebat in ostio tabernaculi. Et in distinctione sententiae פתח. Gen. 19. Et laborauerunt ad inueniendum ostium. Ezech. 40. Ostium contra ostium. Et cum he motum ad locum denotate פתח. Gen. 19. Et egressus est ad eos Lot ad ostium. Et in statu regiminis mutat zero in hirik, & pathah in seua. Prouerb. 17. Qui exaltat ostium suum, is querit fracturam. Ezech. 40. Et ostium eius. Et pluraliter פתחים. 1. Reg. 7. Et omnia ostia. Prou. 8. In introitu ostiorum praedicabit. Et in statu regiminis פתח. Iesa. 13. Et egredientur ostia principum. Prou. 1. In ostijs portarum. Et in statu affixorum. Prouerb. 8. Ut obseruet postes ostiorum meorum. Ezech. 42. Et ostia eorum ad Aquilonem. Cant. 7. Et super ostia nostra.

פתחה Apertio. Et in statu regiminis פתחה. Prou. 8. Apertio labiorum meorum rectitudines. פתחה Apertio, apertura. Ezech. 29. Et dabo tibi apertionem oris in medio eorum. Sic Paulus Apostolus hac phrasi usus est Ephes. 6. Ut mihi detur sermo in apertione oris mei cum libertate. Colof. 4. Orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium sermonis, ut loquamur mysterium Christi.

פתוח Apertura, id est, celatura, sculptura. 2. Paral. 22. Et ad sculpendum omnem sculpturam. Et in statu affixi פתוח. Zachar. 3. Ecce ego sculpo sculpturam eius. Et pluraliter פתוחים. 2. Paralip. 2. Et ad sculpendum sculpturas. Et in regimine פתוח. Exod. 28. Sculpturis sigilli sculpes duos lapides. Et cum affixo. Exod. 47. Et nunc sculpturas eius.

פתוחה Gladij apertio, id est, nudati, uel quod aperiant & uulnerent. Psalm. 55. Et ipsa (uerba) sunt gladij.

פתח Transpositione literarum, apertio, apertura, id est fouea aperta, & patens, hiatus, uorago. 2. Sam. 18. Et tollentes Absolom, statim proiecerunt eum in sylua in foueam magnam. Iesaia 24. Terror & fouea & laqueus super te habitator terrae: erit autem, qui effugerit uocem terroris, incidet in foueam, & qui ascenderit e fouea, capietur laqueo. Thren. 3. Terror & fouea fuit nobis. Et in distinctione sententiae פתח. Iere. 48. Et estote sicut columba in peruijs oris foueae. Et pluraliter פתוחים. 2. Sam. 17. Ecce, nunc ipse absconditus est in una fouearum, aut in uno locorum.

פתח Laqueus super fouea positus ad capiendum siue hominem, siue animal aliud, uel qui patet ad capiendum. Iosue 23. Et erunt uobis in laqueum, & capturam. Iob 18. Apprehendet calcaneum laqueus. Psalm. 69. Fiat mensa ipsorum coram eis in laqueum. Psalm. 91. Ipse liberabit te de laqueo uenientium. Amos 3. An cadet auis super laqueum terrae, & uenator non ei. Et pluraliter פתחים. Iob 22. Propterea sunt circa te quoque laquei. Psalm. 11. Sudes & laquei in uia peruersi. Num. 16. Et faciet ea extensiones laqueorum, obductionem, pro altari, id est foramina seu retia. Et in statu regiminis פתח. Exod. 39. Et extendebant laqueos auri, id est, retia habentia foueas seu foramina.

1281

פתל

In uoce actiua prime coniugationis non est usitatum, sed tantum in uoce passiuua פתל, & significatione actiua. Gen. 30. Colluctationibus dei colluctata sum cum sorore mea & praualui. metaphora sumpta a luctatoribus qui membrorum complicatione nunc in hanc, nunc in illam partem alius alium distortquet, quod subuertat: quare est calliditatis, & uersutiae magis, quam roboris seu uirtutis.

Participium פתל, distortum, uasum, uariū, subdolum. Prou. 8. In iustitia sunt sermones oris mei, nec est in eis quicquam distortum. Et pluraliter פתלים. Iob 5. Deprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium distortorum praecipitur.

In quarta coniugatione פתל. Psalm. 18. Et erga peruersum, distortum praebis ter: uel ita, retorquebis te. Et 2. Sam. 22. legitur in ueris literis פתל, ut etiam ipsa uoce significetur dei erga peruersos callida, & inuincibilis peruersitas seu retorsio.

INDE NOMINA:

פתיל Fascia, filum retortum, ligula ex multiplicibus filis contorta, qua aliquid alligatur: uel, quae alligat. Gen. 38. Anulum tuum, & fasciam tuam, & baculum tuum. Exod. 28. Et confringent pectorale cum circulis suis ad circulos humeralis fasciae hyacinthina. Iud. 16. Et dirupit funes illos, sicut rumpitur filum ex stuppa, paulum adustum igni

Bine Vocah. patac... apertio... clare... oris... est... a... i... ubi... cor... a... est... qu... ut... non... pro... an... forma

1293 **פְּתִילִים** cingulo, seu cinctorio. Ies. 3. Et pro clauo cinctorium facci, id est cinctorium uile. Vox est Chaldaica, ualde usitata in Thargum pro nomine פְּתִיל, quanquam significet proprie uerbum executiuum, seu sententiam definitiuam. Esther 1. Et audietur uerbum regis, quod faciendum est in omni regno eius. Eccl. 8. Quod non fit uerbum pro facto malo festinanter, id est sententia.

1294 **פְּתִילֵי** Exemplar, repetitio: uox est Chaldaica. Esther 3. Exemplar scripturae. Et pro eo quod Deuter. 17. legitur, Et scribat sibi פְּתִילֵי תִּפְסָהּ repetitioem legis. ibi Thargum transtulit פְּתִילֵי תִּפְסָהּ.

ז Psal. 11.

צִרְיֹק יְחֹה צִרְצֹת אֹהֶב

1295

צִרְצֹת

Nomen collectiuum, comprehendens multitudinem seu gregem ouium & caprarum, id est multas simul oues & capras. Nam hoc nomine singulari comprehenduntur animalia minora pascualia utriusque speciei, ut sunt oues & caprae, sicut nomine צִרְצֹת ueniunt omnia animalia maiora pascualia, ut sunt boues, uacca, uitulii, camelii, alini, &c.

Deinde est sciendum, quod nuspam reperitur singulariter pro una oue aut capra positum, sed pro una oue usurpetur צִרְצֹת. Tertiò, q̄ in forma צִרְצֹת bis reperitur, de quo suo in loco. Quarto, quod uoce Latina ouis simul comprehendit oporteat capras, eo quod simul pascuntur. Quintò, dicta sunt oues, q̄ radicitus gramina & herbas erodant & depascantur: nam congruit significatione cum uerbis צִרְצֹת & צִרְצֹת צִרְצֹת. Gen. 4. Et erat Habel pastor ouium. ca. 12. Et erant illi oues & armenta. cap. 26. Et erat ei peculium ouium, & peculium armentorum. cap. 29. Tres greges ouium. cap. 31. Et uide omnes hircos ascendentes super oues. cap. 38. Mittam hœdum caprarum de ouibus. Exo. 12. Accipite uobis oues pro familijs uestris, & mactate Pesach. & cap. 21. Quatuor oues pro pecude. Deut. 32. Butyrum bouum, & lac ouium. 2. Reg. 22. Sicut oues in quibus non est pastor. 2. Paralip. 35. Oues agnorum & filios caprarum omnes pro Pesach, id est, oues, agnos. Psal. 44. Reputati sumus uelut oues mactationis. Ies. 7. Nutriet homo uitulam armenti, & duas oues. Ezech. 43. Et arietem de ouibus integrum. Item transferretur etiam ad populum, qui ut oues a pastoribus, ita ipse a gubernatoribus regitur & pascitur. Ezech. 34. Oues ipsas non pascitis, &c. Mich. 7. Pasce populum tuum uirga tua, oues hereditatis tuae. Zach. 13. Percute pastorem, & dispergentur oues. In statu affixorum manet inuariatum. Gen. 31. Ad oues suas. Et iterum: Et sex annos pro ouibus tuis. Et iterum: Omnes istae oues meae. Exo. 2. Et potauit oues illarum. & cap. 22. Sic facies boui tuo, & ouibus tuis. Psal. 144. Oues nostrae millificantes. 1. Sam. 8. Oues uestras decimabit, id est greges uestros. Ezech. 34. Et pauerunt pastores seipsos, & oues meas non pauerunt.

1296

צִרְצֹת

Stetit ordine, ministravit ordine & tempore constituto, stetit in militia, militauit. Et significatione congruit cum uerbis צִרְצֹת & צִרְצֹת, nisi q̄ ut forma parum, ita modo tantum significandi dissideant. Deinde & hoc est notatu dignum, quod ingredi in militiam, est fungi ministerio Ecclesiastico: at egredi in militiam, est abiire in bellum. Num. 31. Et militauerunt contra Midian. Exo. 38. Quae militabat ad ostium tabernaculi. Loquitur autem de honestis matronis, ac uidualis, quae ex deuotione ad tabernaculum seiuujs, precationibusque, ac alijs officijs deo militabant, quarum quocumque 1. Samuelis 2. mentio fit: cuiusmodi etiam Hanna prophetissa fuit, Lucae 2. Et Paulus 1. Timothi. 5. ad illam ueterem consuetudinem honestarum matronarum, uidualis desolatam hortatur, ut in deum sperantes insistent obsecrationibus, &

Mm &

aliquot, quibus liquidò constabit eius significatio. Gen. 35. Et abiit Ruben, & concubuit cum Bilha pellice patris sui. Iudic. 19. Et accepit sibi uxorem pellicem de Bethlehem Iehuda. Hic locus testatur aperte fuisse ueram uxorem, quia uocat etiam uirum maritum eius, & pellicis patrem appellat focerum, & maritum filie generum, quod non fecisset, nisi fuisset legitima uxor ipsius. 1. Paral. 1. Et filij Cethurae pellicis Abrahæ. In statu affixorum mutat prius sægol in pathah, & alterum in seua. Iud. 19. Et surrexit uir ut abiret ipse & pellex eius. cap. 20. Pellicem meam compresserunt, & mortua est. Et pluraliter פְּלִיטִים. Gen. 25. Et dedit Abrahã omnia quae sua erant, ipsi Izhak: & filijs pellicum, quae erant Abrahæ, largitus est Abrahami dona, ubi filios reliquos omnes præter Saræ dominæ filium, adeo etiam Cethuræ, quam tamen paulò ante uxorem dixerat, uocat pellicum filios. Item 2. Sam. 5. Et accepit Dauid adhuc pellices, & uxores de Ierusalem. 2. Sam. 15. Et reliquit rex decem uxores pellices ad custodiendum domum. In statu regiminis פְּלִיטִים. 2. Sam. 16. Ingre dere ad pellices patris tui. Similiter in statu affixorum. 2. Paralip. 11. Et dilexit Rechabeam ipsam Moacham filiam Absolom præ omnibus uxoribus, & pellicibus suis. Porro legitur semel de maseculis amatoribus per cõtempum, Ezech. 23. Et adurebatur super pellicibus suis, quorum caro erat instar asinorum.

Et ut hoc quoque huc addam, quòd Graci & post illos Latini, nulla tamen uocabuli origine seu etymologia mare dixerunt Pelagum, arbitror à Iapetho accepisse, qui Hebraealingua hoc nomine mare appellauit, eo quòd in multas terrae partes dispersitum est, & ut Ecclesiastes cap. 1. dicit: In illud sese ex omnibus terrae partibus flumina exonerant, & ex eo rursum ad eadem reuertuntur & refluent.

1286

פַּעֲנָה

Appellatio Aegyptiaca, qua insigniuit Pharaon rex Aegypti Iosephum. Gen. 41. Vocauitque Pharaon nomen Iosephi Zaphnas Paaneah. Quod Chaldaeus transtulit, Mysteriorum expositor.

1287

פַּרְדֵּס

Paradisus, id est hortus consitus arboribus. Nehe. 2. Et epistolam ad Asaph custodem paradisi, ut det mihi ligna. Cantic. 4. Plantationes tuae, sicut paradisos malogranatorum. Et pluraliter פַּרְדֵּסִים. Eccl. 2. Feci mihi hortos & paradisos, & plantaui in illis arbores omnium fructus.

1288

פַּרְוִי

Suburbium. 2. Reg. 23. Ad exedram Nethanmelech eunuchi, qui erat in suburbanis.

1289

פַּרְעֹשׁ

Pulex. 1. Sam. 24. Canem mortuum persequeris, & pulicem unum.

1290

פַּרְתִּים

Cuius plurale est in usu פַּרְתִּים. Et arbitror uocem esse peregrinam, & significare praefectos, seu prouinciales. Quidam existimant esse denominatiuum à nomine פַּרְתָּה, & dictos Parethaneos, quasi dicas, Euphrateos. Esther 1. Praefecti & principes prouinciarum apud se. & cap. 6. Ex principibus regis, praefectis. Daniel. 1. De femine regio, & de praefectis.

1291

פַּשְׁתָּה

Linum. De hoc uide in uerbo פִּשְׁתָּה.

1292

פַּתִּיגִיל

Nomen sex literarum, quod quia eius origo ignoratur, & semel tantum in Biblijs legitur, uariè tam Iudaei quam Latini exponunt. R. D. Kimhi in libro Radicum sentit esse uestis genus, qua usæ sint matronae supernae ad decorem. Et tamè in Cõmentarijs super Iesaiam cingulum esse scribit subtile ex serico. Rabi Abraham ueste tenuem atque subtilem esse scribit, quae supra omnes uestes posita sit. Ditus Hieronymus uertit fasciam pectoralem. Ego si diuinare liceret, dicere ex פַּתִּיגִיל esse factum, quod fasciam significat ex multiplicibus filis contextam, & uocari à Latinis clauum latum, ut sit contrarium cincturae facci, id est uili alicui cingulo.

[Handwritten notes in a cursive script, likely a marginalia or commentary, partially obscured by a large ink blot.]

uideas solem & lunam, & stellas, omnem militiam cœlorum. 2. Reg. 17. Et incurua-
uerunt se omni militia cœlorum. Psal. 33. Verbo Iehoua cœli facti sunt, & spiritu
oris omnis militia eorum. Zophonia 1. Et eos qui incuruant se super tectis militie
cœlorum. Nehem. 9. Tu fecisti cœlos cœlorum & omnem militiam eorum.

Tertio figuratè de cultu & ministerio in cœlo templi. Iesaiæ 34. Tabescet omnis
militia cœlorum. Dan. 8. Creuit usq; ad militiam cœli, & deiecit in terram de mili-
tia, & de stellis, & conculcauit eas. Et pluraliter מִלְחָמָה. Deut. 20. Et constituent
principes exercituum in capite populi. Psal. 68. Reges exercituum perget perget.

Obseruandū est autem, qd hoc nomē tantum pluraliter nomini diuino attribui-
tur, & nunquam singulariter, eò qd Domino deo militent angeli deū glorificando,
& ministrando Ecclesiæ dei. Deinde sol, luna & omnes stellæ cœli, luce, calore &
influentia. Tertio filij dei pro gloria dei, & ipsorum salute contra carnem, pecca-
tum, mundum & diabolum. Et propter hoc fortasse mysterium D. Hieronymus
monet in aliam linguam non esse transferendū, siquidem & spiritus sanctus & alij
Apostoli non mutant. 1. Sam. 1. Ad sacrificandum Iehoua Zebaoth in Silo. &
cap. 4. Attulerit inde arcam fœderis Iehoua Zebaoth, sedentis super Cherubim.
2. Sam. 5. Et Iehoua deus Zebaoth erat cum ipso. Psal. 24. Iehoua Zebaoth, ipse est
rex gloria. Iesaiæ 2. Nisi Iehoua Zebaoth reliquisset nobis residuum. Psal. 59. Et tu Ie-
houa deus Zebaoth deus Israel. In statu regiminis & affixorum מִלְחָמָה. Exod. 12.
Egressi sunt omnes exercitus Iehoua de terra Aegypti. Iere. 3. Exercitus gentium.
Exod. 6. Iuxta exercitus eorum. & cap. 7. Ut educam exercitus meos, populum
meum filios Israel, id est, copias. Legitur etiam forma masculina מִלְחָמָה, de ordi-
nibus tantum angelorum. Psal. 103. Benedicite Iehoua exercitus eius, ministri eius
facientes uoluntatem eius. Psal. 148. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum
exercitus eius. Secundum hoc legitur Luca 2. Et facta est subito cum angelo
multitudo militiae cœlestis, laudantium deum, & dicentium, &c.

1297

מִלְחָמָה

Stetit sursum, tumuit, intumuit, inflatus, sufflatus fuit. Et modo tantum signifi-
candi differat a uerbis מִלְחָמָה. Num. 5. Et tumescet uenter eius.

In tertia coniugatione מִלְחָמָה, intumescere fecit, sufflauit. Et legitur tantum semel,
& quidē defectiue in Infinitiuo, Num. 5. Et ingredientur aquæ amaræ istæ in uen-
trem tuam, & intumescere facient uentrem.

INDE NOMINA:

מִלְחָמָה Tumor. Nume. 7. Sex plaustra tumoris, id est, tumida, tecta supernè, quasi inflatus
uterus. Et pluraliter מִלְחָמָה. Iesaiæ 66. In equis, & in uehiculis, & in tumoribus, i. tūbis.

מִלְחָמָה Animal immundum, ex reptilium genere, quod alij crocodilum, alij testudinem,
alij limacum, alij bufonem esse existimant, qui tumet & plaustri in modum gradi-
tur. Leuit. 11. Mustela & mus & testudo iuxta genus suum.

מִלְחָמָה Nomen adiectiuum, generis fœminini, tumida. Nu. 5. Et uentrem tuum tumidum.

מִלְחָמָה Nomen pluralis numeri tantum, tumuli, seu fasciculi, qui tument. Ruth 2. Extrahē
do extrahetis illi de tumulis.

מִלְחָמָה Mutata he litera in iod. Et generaliter de qualibet re dicitur, quæ pulchrè stat sur-
sum, & iucundè constituta est, mentemq; & sensum erigit ac iuuat, inflat ac dilatat,
quæq; ad se amandam allicit, & ex qua uoluptas aliqua & oblectatio capitur: nam
& Chaldaeus מִלְחָמָה reddidit. Iesaiæ 4. In die illa erit germen Iehoua in iucunditatem
& in gloriam. & cap. 13. Et erit Babel iucunditas regnorum. & cap. 28. Flos marci-
ditas iucunditas decoris eius. & cap. 24. Ab extremis terræ cantica audiuimus, iucun-
ditate de iusto. Iere. 3. Hereditatem iucunditatis. Dan. 11. Stabit in terra iucundita-
tis. Et in distinctione sententiæ מִלְחָמָה. Dan. 8. Et creuit multum uersus Meridiem,
& Orientem, & iucunditatem. Epitheton Iudææ, seu Hierosolymæ. 2. Sam. 1. Iucun-
ditas Israelis super excelsis tuis uulnerati sunt. ubi iuuentutem sic appellat, die
iunge manschaffr, quæ floret & iucunda est. Deinde etiā capreolus hoc nomine
appellatur, quia excelsus stat, & iucundus est, q. d. iucundus. Chaldaeus uertit מִלְחָמָה.
Deuter. 12. In omnibus portis tuis tam immundus, quam mundus comedet ex ea,

Mm 2 quall

& orationibus nocte ac die, atq; exinde quoq; alia officia ac ministeria uiduorum,
quibus operam dare oportet, ordine commemorat. Num. 4. Et omnem ingredien-
tem ad militandum militiam, ad seruendum seruitium in tabernaculo. Et ad hanc
militiam Paulus quoq; alludit, & Timotheum suum hortatur. 1. Timot. 1. Hoc pre-
ceptum commendo tibi iuxta prophetias, quæ de te præcesserunt, ut milites in eis
bonam militiam, habens fidem, & bonam conscientiam, &c.

Participium præfens masculini generis pluralis numeri מִלְחָמָה. Num. 31. Deme-
dicte autem filiorum Israel, quos dimidiauerat Moses de uiris militantibus. Iesaiæ
29. Multitudo omnium gentium militantium contra Ariel. Et cum affixo. Iesaiæ 29.
Et omnium militantium contra eam. ubi tamen absq; aleph est scriptum. Et in
genere fœmineו מִלְחָמָה. Exod. 28. In aspectu militantium. 1. Sam. 2. Et qd cubarent
cum mulieribus militantibus ad ostium tabernaculi.

In tertia coniugatione legitur tantum participium præfens מִלְחָמָה. 2. Reg. 25.
& Ieremiæ 52. Et scribam, principem militiae, qui ad militiam constituebat popu-
lum terræ.

INDE NOMINA:

מִלְחָמָה Militia, exercitus, statio, quæ certo tempore & ordine constituitur, siue in Ecclesia,
siue foris in bello. Et memineris phrasis supra indicatæ, quod ingredi in militiam,
sit fungi ministerio ecclesiastico: at egredi in militiam, sit proficisci in bellum. Nu-
meri 1. Omnis egrediens in militiam in Israel. & ca. 4. Omnis qui ingreditur in mi-
litiam, ut faciat ministerium in tabernaculo. 1. Sam. 28. Et congregauerunt Philis-
tæi castra sua in exercitum, ut pugnarent cum Israel, id est, ad bellum. Paral. 12. Viri
militiæ ad bellum. Psal. 68. Euangelizantium exercitum multum. Legitur tamē
semel cum litera he, loco aleph מִלְחָמָה. Zacha. 9. Et castrametabor ipse circa domum
meam ab exercitu, à transeunte, & à reuertente, neq; transibit per eos amplius exa-
ctor, i. ne amplius sit exercitus constitutus, neq; transiens, neq; ampliendus. Num. 8.
Et à filio uiginti annorum, & supra, ingreditur ad militandum militiam in cultu
tabernaculi. Sic Paulus usus est ista uoce 2. Corinth. 10. Arma militiæ nostræ non
carnalia sunt, sed potentia deo ad demolitionemmunitionum, &c. Et 1. Timoth. 1.
Ut milites in eis bonam militiam. Et interdum pro tempore ad rem aliquā per-
ficiendam constituto accipitur. Iob 7. Nunquid militia homini super terra & sicut
dies mercenarij dies eius. Ita quoque Iesaiæ 40. usurpatur; de quo paulò infra in
statu regiminis & affixorum. Præterea usurpatur quoq; pro copia, potestate &
ui, qd exercitus constat copia, & potens sit, uimq; inferat. Iob 10. Et uicissitudines,
& exercitum cōtra me. Dan. 8. Et exercitus dabitur cōtra iuge sacrificium propter
transgressionem, id est, uis, potentia. & cap. 10. Et exercitus magnus. Quartò,
dicitur de cultu & ministerio Ecclesiastico, & sacerdotio, quod omnia suo tempo-
re deceter & ordine fiebant. Dan. 8. Et sanctuarium, & militia erant conculcatio.
Et mox iterum: Et deiecit in terram de militia, & de stellis & conculcauit eas. In
statu regiminis & affixorum mutat prius cametz in seua. Num. 10. Et super exer-
citum baculi Isascar, Nathanael. 1. Paralip. 2. In omnis armis militiae. & cap. 7. La-
trunculi exercitus belli. Iudic. 9. Multiplica exercitum tuum, & egredere. Iob 14.
In omnibus diebus militiae meæ expectabo. Numeri 8. A filio quinquaginta an-
norum reuertetur ad militia seruitij, & non seruiet ultra. Iesaiæ 24. In die illa requirit
Iehoua super militiam celsitudinis in excelsis, & super reges terræ, id est sacerdotium,
& regnum. & cap. 40. Quoniam impleta est militia eius. Quod Marci 1. ita
est redditum: Impletum est tēpus, instatq; regnum dei, respicite, & credite Euan-
gelio, &c. ubi, ut supra quoque est indicatum, pro tempore cultus, & ministerij Le-
uitici est dictum. Porrò quando coniungitur nomini מִלְחָמָה, tum primò de mili-
tia angelorum dicitur: ut 1. Regum 22. Vidi Iehoua sedentem super throno suo, &
omnem exercitum cœlorum stantem iuxta eum à dextra eius, & à sinistra eius.

Deinde de militia cœli, sole, luna, & stellis. Gen. 2. Et consummati sunt cœli &
terra & omnis militia eorum. Deut. 4. Ne quando eleues oculos tuos in cœlum &

ui-

ne cum דור & דור. Exod. 21. Et qui non infidiatus est, sed deus praedestinatus in manu eius.

Participium praesens דור. 1. Sam. 24. Et tu lateras animam meam, & tollas eam, id est, uenaris eam, struis infidias animae meae.

In uoce passiuua דור. Sophon. 3. Laterae sunt urbes eorum, ut sint absq; uiro, id est, ad latera expugnatae: unde דור. Iesa. 29. & דור. Eccles. 9. tales recessus dicuntur, ex quibus urbes oppugnantur.

INDE NOMEN,

דור Infidia. Num. 35. Aut proiecerit super eum ex infidijs, & mortuus fuerit.

1303

דור

Iustus fuit, iuste egit, iustam causam habuit. Graeci uerbum suum δικαιοματι ab Hebraeo mutuati sunt. Gen. 38. Et ea agnita, dixit Iudas, iusta est magis quam ego, id est, iustius egit, quam ego, approbo eius causam esse iustioremea. Iob 4. Nunquid homo deo iustior erit, & cap. 9. Et si iustus sum, id est, iustam causam habeo, non tamen respondebo ei. Et iterum: Et si iustus sum ore meo, tamen ipse condemnat me. Psalm. 17. Iudicia Iehoua ueritas, iusta sunt pariter uniuersa. Psal. 51. Ut iustus sis in uerbo tuo. Iesaia 43. Constituant testes suos, & sint iusti, id est, uere testentur de iustitia. & cap. 54. In Iehoua iusti erunt.

In uoce passiuua דור, & legitur tantum Dan. 8. Et dixit ad me, a uespera usq; ad mane, dies duo milia trecenti, & iustificabitur sanctuarium, i. mundabitur ab idolatria, & impietate. Sic Paulus est usus 1. Corinth. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis.

In secunda coniugatione דור, iustificauit. Iob 32. Et irascetur Eliab, cum Iob iustificaret animam suam coram deo. Ier. 3. Et iustificauit animam suam uersatrix Israel plusquam praedicatrix Iehuda. Ezech. 16. Et iustificasti sororem tuam in omnibus abominationibus tuis. Et iterum: Et iustificabis sororem tuam.

In tertia coniugatione דור, iustificauit, iustum pronunciauit. Iob 23. Iustus approbauit alterius uel dictum, uel factum, administrauit iustitiam, reum seu accusatum absoluit, & pronunciauit iustum, iustum iustitiam. Exod. 23. Inculpatum & iustum ne occidas, quoniam non iustificabo improbum, id est, non patiar inultum abire, aut absolui improbum. Deut. 25. Si fuerit causa inter aliquos, & uenerint in iudicium, iudicet eos, iustificet iustum, & condemnet improbum, id est, absoluant iustam causam habentem. 2. Sam. 15. Omnem uirum cui erit causa iudicialis, iustificabo eum, id est, administrabo ei iustitiam. Psal. 82. Afflictum & pauperem iustificate. Iesaia 53. In notitia eius iustificabit iustus seruus meus multos.

Participium praesens דור. Prou. 17. Iustificans improbum, & condemnans iustum, abominatio Iehoua uterq;. Et cum affixo. Iesaia 50. Propet est iustificator meus, quis contendet mecum. Et pluraliter status regiminis דור. Iesaia 5. Iustificantes improbum propter munera. Dan. 12. Et doctores fulgebunt sicut splendor firmamenti, & iustificatores multorum, quasi stellae in multa secula, qui multos doctrina Euangelij ad iustitiam perducent & iustificabunt, absoluent a peccatis & annuntiabunt illis remissionem peccatorum propter Christum.

In quarta coniugatione דור, iustificauit se, id est, excusationem seu expurgationem instituit contra intentata crimina. Gen. 44. Et dixit Iudas: quid dicemus si scitatori nostro, aut quid loquemur, aut quid iustificare nos uolumus? Sic usus est Christus Lucae 16. Vos estis qui iustificatis uos ipsos coram hominibus, & cap. 20. Et obseruantes emiserunt insidiatores, qui se iustos simularent.

INDE NOMINA:

דור Chaldaice דור, Graece δικαιοματι, Latine iustus, qui uacat culpa seu reatu, qui approbatus est, uel propter Christum, uel factum. Et est contrarium nomini דור. Genesis 18. Ut occidas iustum cum improbo, & accidas iusto sicut improbo. Exo. 8. Iehoua iustus, ego uero & populus meus sumus improbi. 2. Samuelis 4. Occiderunt

Mm 3 runt

quasi esset capreolus & ceruus. Prouerb. 6. Euade quasi capreolus de manu uenatoris. Cantic. 2. Similis est dilectus meus capreolo seu hinnulo ceruorum. Ier. 13. Et erit quasi capreolus fugatus. Et pluraliter דור. 2. Sam. 2. Erat Azahel leuis pedibus, sicut unus capreolorum, qui sunt in agro. Et interposita Aleph litera דור. 1. Paralip. 12. Et sicut capreoli super montibus ueloces. Et in genere foeminino דור. Cantic. 4. Duo ubera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreae. Et pluraliter דור. Cantic. 2. Adiuo uos filiae Ierusalem per capreas, &c.

1298

דור

Semel tantum in scriptura legitur, neq; habet affine: quantum autem ex uerbis & re ipsa colligi potest, significat praebere, seu porrigere, seu apponere, aut quid simile. Ruth 2. Et porrexit ei rostum, quae comedens satiata est, & reliquum fecit.

1299

דור

Significat uulnerationem seu diffisionem in partes ruffo distinctas, congruitq; significatione cum uerbis דור & דור, nisi q; ut forma, ita modo significandi inter se differant. Et legitur ex eo tantum participium praeteritum conjugationis דור, & uertitur ab Hieronymo nominaliter, discolor. Ier. 12. Volatile uulneratum haereditas mea. est autem periphraasis noctuae, quae rubris maculis distincta est.

INDE NOMINA:

דור

Vulneratum seu rubricatum, uel in partes discissa uestis. Iud. 5. Rubricatum acupicturae ad colla spoliium. Et pluraliter דור. Iud. 5. Spoliium rubricatum Siffae, spoliium rubricatorum.

דור

Tam in statu absoluto, quam regiminis. Et singulariter significat digitum, qui pollicis est proximus, quo scribimus, & operamur. Ier. 58. Emittere digitum. Exod. 8. Et dixerunt Magi ad Pharaonem, digitus dei est, ubi pro energia & efficacia diuina ponitur, sicut & Christus Lucae 11. uocat digitum dei, spiritum dei, quo eieciabat daemonia, &c. In statu affixorum mutat pathah in cametz. Leuit. 4. Et intinger sacerdos digitum suum in sanguinem. Et pluraliter in statu absoluto דור. Ieremiae 52. Quatuor digitorum concuuitas. At in statu regiminis & affixorum דור. 2. Sam. 9. Et erat uir mensuratum, & digiti pedum eius sex & sex, nempe uiginti quatuor numero. Psal. 8. Videbo coelos facturam digitorum tuorum. Psal. 144. Et digitos meos ad bellum.

1300

דור

Accumulauit, coaceruauit in horrea seu granaria. Et ut forma non multum ablit ad uerbo דור, ita quoque significatione. Gen. 41. Et coaceruauit Ioseph frumentum, uelut arenam maris. Exod. 8. Et coaceruauerunt ranas hinc inde in cumulos. Iob 27. Si coaceruauerint quasi puluerem argentum. Psal. 39. Coaceruabit nesciens cui ea congreget. Habakuk 1. Omnem munitionem ridebit, & coaceruabit puluerem, & capiet eam.

INDE NOMEN,

דור

Acerui. 2. Reg. 10. Ponite ea in duos aceruos in introitu portae.

1301

דור

Ab isto themate inusitato deductum est nomen per synepem prioris literae da leth דור, latus cuiuslibet rei: congruitq; cum uerbis דור & דור. Deuter. 31. Ex latere arcae. 2. Sam. 2. Et gladium suum in latus sodalis sui. Iesaia 60. Et filiae tuae iuxta latus alemini. & cap. 66. Et filiae tuae in latere portabuntur. In statu affixorum uertitur pathah in hirik, & daggestatur litera da leth. Genes. 6. Et ostium arcae in latere eius pones. 1. Sam. 20. Et ego tres sagittas ad latus eius dirigam. Ezech. 4. Et non uertaris a latere tuo in latus tuum. Et pluraliter דור. Iudic. 2. Et erunt uobis in latera, & dii eorum erunt uobis in laqueum, id est, retia: quia insidiae & retia tenduntur a latere, non in conspectu, iuxta illud Prou. 1. Frustra expanditur rete coram oculis alatorum. Et in statu regiminis דור. Exod. 26. Ad latera tabernaculi. Similiter in statu affixorum. Exod. 25. Et lateribus eius. & cap. 30. In duobus lateribus eius. Num. 33. Et in spinas in lateribus uestris.

1302

דור

Contra, aduersus. Dan. 7. Et dicterta contra Altissimum dicet.

Laterauit, id est, insidiatus est, seu uenatus est ex latere. Et congruit significatio-

ne

& annuntiabunt tibi iustitiā eius populo nascituro, quam fecit. Psal. 7. Iustitia tua sicut montes dei. Et mox iterum: Et iustitia tua, rectis corde. Iesai. 32. Opus iustitiæ pax. Iere. 33. Germen iustitiæ. Psal. 24. Hic accipiet benedictionē à Iehoua, & iustitiam à deo salutari suo, id est gratiam, misericordiam. Iesai. 54. In iustitia preparabis me, id est in benefaciēdo alijs. Iob. 2. Dedit uobis iustitiam. Et pluraliter נִיְיָ, significat semper & ubiq; iusta & bona opera, beneficia, benefacta, opera misericordiæ, siue hominibus, siue deo attribuat. Iudic. 5. Ibi narrentur iustitiæ Iehoua, iustitiæ iusticorum in Israēl, id est benefacta Domini & iusticorum. Iesai. 33. Ambulans in iustitijs, & loquens recta. Dan. 9. Iehoua non secundum iustitias nostras. 1. Sam. 12. Omnes iustitias Iehoua, quas fecit uobis, & patribus uestris. Psal. 10. Quoniam iustus Iehoua iustitias diligit. Psal. 103. Facit iustitias Iehoua. Iesai. 45. In Iehoua mihi iustitiæ, & fortitudo. Ezech. 3. Et immemores erunt iustitiarum eius, id est beneficiorum. Dan. 9. Iehoua, secundum omnes iustitias tuas auerte obsecro iram tuam. Mich. 6. Propter notitiam iustitiarum Iehoua.

מִשְׁפַּט וְדִין

Reperitur in multis scripturæ locis nomen דִין, seu נִיְיָ iunctū nomini מִשְׁפַּט, tum primò ciuilitè, ut iudiciū alteram iudicij partem significat, qua rei, & nocentes damnantur ac puniuntur, ita iustitia est absoluere innocentes, eosq; iuris beneficio defendere ac tueri à malorum iniuria: quod equidē aliud est nihil, quàm iuris beneficium impertiri, & benefacere iusto. Gen. 18. Et custodient uiam Iehoua, ut faciat iustitiam & iudiciū. 2. Sam. 8. Et faciebat Dauid iudiciū & iustitiam omni populo suo. Prou. 2. Tūc intelliges iustitiā & iudiciū. Porro utrūq; iudicis officij esse exequutū Salomonē historia illa testatur mulierū de puero uiuo inuicē cōtendentium: iustitiā, quādo puerū tradidit matri cuius erat: Et iudiciū in hoc, qd dānauit alteram, quæ falsò iustam & innocentem accusauit. Sic Iehu iudiciū fecit occidendo falsos prophetas, & iustitiā seruando ueros prophetas. Ita iubet nos Spiritus sanctus, ut iustificemus iusta, & damnemus iniusta, quæ si fecerimus, iudiciū & iustitiam fecisse dicimur: quæ duo potissimū in externa & ciuili rerū publicarū administratione à nobis requirit, & exigit Deus. Ceterū si ecclesiasticæ & spiritua liter, seu, ut ita dicam, Theologicæ, ista duo, intellexeris, tum iudiciū est legis p. edictio, qua tūtere deū, uitare malū, obseruare mādata dei iubemur, iuxta hoc P. 1. Declina à malo. Et iustitia Euāgelion seu Euāgelij prædicatio, quæ docet fidere dei misericordiæ in Christo promissæ, iuxta alterum huius dicti membrum: Et fac bonum, quemadmodum hæc ex scripturæ locis luculēter intelligere poteris, quibus ista duo coniuncta leguntur: ut Iesai. 6. Custodite iudiciū, & facite iustitiam. Psal. 89. Iustitia & iudiciū, basis throni eius, hoc est, regnū dei consistit in timore & fide. Psal. 105. Beati qui custodiunt iudiciū, & faciunt iustitiam, &c.

Postremò est & iustificari, peculiari modo significādi in nouo Testamento, idem quod corripit, arguit, reprehendit, quo Christus est usus Lucæ 7. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis, hoc est, qui debebant tāquam filij obedire ac subijci sapientiæ, sapientiā ut sapientiores & magistri reprehēdunt. Germani simili phrasi dicunt recht fertigen, id est meistern / diser will ieder man recht fertigen / id est, meistern / streffen / vbertlugen. Et iustificatores, die meister flugling.

Congruit significatione cum דָּבָר & דָּבָר, hoc est, notat colorem aureum. Vfus eius uerbali ter est in participio passiuo secundæ coniugationis דִּינָה. Esdra. 8. Et uasa æris flauī, seu fuluī.

INDE NOMEN,

נָהָר Nomen adiectiuum, id est aureum, id est, flauum seu fuluum. Leuit. 13. Et in ea pilus aureus, id est, auri coloris seu flauus.

נָהָר Hinniuit, mugiuit, uel letitia, uel petulātia & lasciuia, ut solēt equi, & tauri: quāquam postea figuratè etiam hominibus tribuatur, & non nisi modo significādi differt à uerbis נָהָר & נָהָר: notat enim affectum, & motum ad aliquid.

run tuorum iustum in domo sua. Iesai. 26. Semita iusta. Et quando deo attribuitur, non solum significat deum natura & essentia sua iustum, uerū etiam effectiua liter, quod iustificat, sicut Zach. 9. dicitur: Ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator. Iere. 23. Germen iustum. Quod & Paulus exprimere uoluit eo quod Rom. 3. scribit, ut ipse sit iustus, & iustificans, qui est ex fide Iesu Christi. Et pluraliter נִיְיָ. Gen. 18. Nunquid si fuerint quinquaginta iusti. Exo. 23. Ne perueritas uerba iustorum. 1. Reg. 2. Iustiores, & meliores me sunt. Et non tam ad personas seu homines refertur, quàm ad res alias. Deut. 4. Quæ gens tam grandis, ut habeat statuta, & iura iusta, &c.

נִיְיָ Iustitia, si absolute legitur, de politica & publica intelligendum est. Leuit. 19. In iustitia iudicabis populos tuos. Iterum: Statere iustitiæ mentura & modius iustitiæ sint uobis. Iob 8. An omnipotens peruerteret iustitiam. Prou. 8. Per me principes constituunt iustitiam. Psal. 15. Qui ambulat integrè, & operatur iustitiam. Psal. 17. Audi Iehoua iustitiam, id est, id quod uerè iustum est, seu iustam causam, qualis est fides, uerbum & operæ fidei. Psal. 118. Parat mihi p. iustitiæ. Et in statu affixorum, quando de hominibus dicitur, tum ex publico fit priuata iustitia, id est, iusta causa, qua coram hominibus & in conscientia sua se aliquis nouit esse iustum & irreprehensibilem. Psal. 7. Iudica me Iehoua secundum iustitiam meam. Psal. 17. Audi Iehoua iustitiam meam. Psal. 35. Et retabuntur qui bene uolunt iustitiæ mee. Psal. 37. Et educet quasi lumen iustitiam tuam. Iesai. 58. Et procedet ante te iustitia tua. At si de deo prædicatur, non solum est iustitia, quæ in deo est, sed qua deus improbos iustos pronunciat, iustificat, & acceptat, id est gratis fide propter Christū & eius obedientiam. Et dicitur in scriptura, iustitia dei, quod solius dei gratia & beneficio nobis contingat, non nostra dignitate, aut nostris operibus seu meritis: proinde propriè remissio peccatorum, item misericordia dei dicitur, qua ipse nobis peccata remittit, & iustos reputat propter filium. Psal. 7. Gratias agam ipsi Iehoua propter iustitiam eius. Psal. 37. Iudica me Iehoua secundum iustitiam tuam. Psal. 103. Euangelizauit iustitiam tuam in Ecclesia magna. Psal. 50. Et annuntiabunt cæli iustitiam tuam. Iere. 33. Vocabitur Iehoua, iustitia nostra. Danielis 9. Et adducatur iustitia eterna.

נִיְיָ Iustitia. Estq; hoc nomen eisdem cum superiore significationis. Et si de hominum iustitia dicitur, significat iustitiam politicam, & externam obedientiam. 1. Reg. 3. In ueritate & iustitia & reuerentia cordis. Nehem. 2. Vobis nulla est pars, aut memoria, aut iustitia in Ierusalem. Deut. 6. Et iustitia erit uobis. Psal. 106. Et reputatum est ei in iustitiam in generationem & generationem. Danielis 4. Et peccata tua cum iustitia redimantur. Malach. 3. Apportantes munus in iustitia. ubi opponitur hypocrisis. Et cum affixis usurpatur pro iustitia particulari, & causæ, seu priuata beneficentia seu misericordia, quæ nō est iuris seu officij publici, sed quam nos inuicem alter alteri priuatim debemus & exhibemus. Deut. 24. Ut dormiens in uestimento suo benedicat tibi, & sit tibi iustitia coram Iehoua, id est, bonum opus. 1. Reg. 18. & Sam. 19. Quæ est amplius mihi iustitia, id est, iusta causa, id quod iure mihi debetur. Gen. 30. Et reuertetur ad me iustitia mea. 1. Sam. 26. Iehoua qui reddidit unicuiq; iustitiam eius, & fidem eius. 2. Sam. 22. Retribuet mihi Iehoua secundum iustitiam meam, id est, iustam meam causam. Hinc multi noui Testamenti loci intelligi possunt, qui loquuntur de priuata & personali iustitia: ut Mat. 5. Nisi abundauerit iustitia uestra, plusquam Scribarum, & Phariseorum, i. bona uestra opera. Et cap. 6. Attēdite, ne iustitiam uestram præstetis coram hominibus ubi Græcus habet eleemosyna, sicut & Iudæi etiam hodie isto uocabulo pro eleemosyna seu opere misericordiæ utuntur. Et 1. Ioan. 3. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est, id est, qui exercet caritatem seu opera caritatis. Si autem de deo prædicatur, est gratuita remissio peccatorū quam credentes à deo consequuntur, & qua nos, qui rei eramus, deus iustus reputat & pronunciat propter filium. Gen. 15. Et Abram credidit ipsi Iehoua, & imputauit ei iustitiam. Psal. 22. Venient &

1304 נָהָר

1305 נָהָר

cum particula, uel etiam sine ea. Similiter cum affixis. Gen. 7. Quemadmodum praecepit Deus ipsum Noah: uel, cum Noah: siue, ipsi Noah. Iosue 4. Praecepte sacerdotibus, id est cum sacerdotibus. Leuit. 22. Praecepte filijs Israel. Deut. 2. Et populo praecepte. & cap. 28. Praecipiet Iehoua, tecum sit benedictio. Gen. 49. Et consummauit Iacob praecepte filijs suis. Leuit. 7. In die praecipere illi. Et quando sequitur particula negatiua, tum eadem uirtute habet, quam habet Latinis uerbu ueto, aut prohibeo. Gen. 3. Comedisti de ligno, de quo praecipi tibi dicendo, non comedas de eo. 1. Reg. 22. Et rex Syriae praecipit principibus curruum triginta duobus dicendo, non pugnabitis. Thren. 1. Quia uidit quod Gentes intrauerunt in sanctuarium eius, quod praecipisti ne intrarent in Ecclesiam tuam. Iesaię 10. Et ad populū furoris mei amandabo eum. Iere. 27. Et amandabis eos ad sustentatores suos. Secundò, idem Hebraeis ualet, quod Latinis commendare, ordinare, decernere. Deut. 33. Legem commendauit nobis Moses. 2. Sam. 17. Sed Iehoua ordinauit, ut labefactaretur consilium Achithophel bonum. Psal. 7. Suscita ad me iudicium, quod commenda sti. Psal. 44. Decerne salutes Iacob. Psal. 68. Commendauit deus tuus regnum tuum.

Tertiò, idem illis ualet, quod Latinis promittere. Psal. 42. Die promisit deus beneficentiam suam. Psal. 71. Promisisti ut salues me. Psal. 105. Recordatur perpetuò pacti sui, uerbi quod promisit. Psal. 111. Promisit in perpetuū pactum suū. Psal. 133. Ibi promisit Iehoua benedictionē. Secundò, construitur cum datiuo medianre articulo lamed datiuī casus. Exod. 1. Praecipit Pharaō omni populo. 1. Sam. 20. Et ipse praecipit mihi frater meus. Iesai. 38. Praecepte domui tuae. Sumitur tamen pro praepositione, De Esther 3. Quoniam ita praecipit de eo rex. Psal. 91. Angelis suis madauit de te. Thren. 1. Praecipit Iehoua de Iacob circumquaque hostibus eius.

Tertiò, cum בָּא. Gen. 50. Et mandatum detulerunt ad Ioseph, dicendo. 2. Sam. 17. Et mandata dedit ad domum, & strangulatus est. 1. Reg. 11. Et mandatum dedit ad eum. Iesai. 23. Iehoua mandatum dedit ad Canaan. Quartò, construitur nonnunquam cum בְּ. 1. Reg. 11. Quae praecipi super te, id est tibi. 2. Par. 7. Et ecce praecipia super locusta, ut deuoret terram. Esther 2. Quia Mardochai praeciperat super ea, ne indicaret. Iesai. 5. Et super millibus praecipiam. Amos 2. Et super Prophetis praecipi illis prophetando, ne prophetetis.

Participium praesens מְצַוֵּה. Gen. 27. Audi uocem meam in ijs quae praecipio tibi. Deut. 27. Custodi omne praecceptum, quod ego praecipio uobis hodie. Iesaię 55. Princeps & praceptor populorum.

In uoce passiuua מְצֻוֶה. Num. 3. Et recessit eos Moses iuxta os Iehoua, quemadmodum iussus erat. & cap. 36. Et sustentator meus iussus est per Iehoua. Leuit. 8. Quia sic iussus sum. Ezech. 12. Quemadmodum iussus sum. Exod. 34. Et loquetur ad filios Israel, quae iubebitur.

INDE NOMINA:

צִוְיָ Mandatum, praecceptum. Iesai. 28. Mandatum ad mandatum, mandatum ad mandatum. Osee 5. Eò quod ausus est, & abiit post mandatum.
 מְצֻוֶה Praecceptum, mandatum, quod nos ligat & adstringit ad obseruationem alicuius rei. Deuter. 6. Et hoc est praecceptum ritus, & iura. & cap. 17. Ne recedat a praeccepto ad dextram uel sinistram. 2. Paralip. 14. Et ut facerent legem & praecceptum. & cap. 19. Inter sanguinem & sanguinem, inter legem & praecceptum, inter ritus & iura etiam admonebitis eos. Prou. 6. Quia lucerna est praecceptum, & lex lux. Malach. 2. Et nunc ad uos mandatum hoc dō sacerdotes. Et iterum: Vos scitis, quod missi mandatum istud ad uos. Et in statu regiminis מְצֻוֶה. 2. Paralip. 8. Et non dereliquerunt mandatum regis. 2. Paral. 24. Vos transistis mandatum Iehoua. Psal. 19. Praecceptum Iehoua mundum. Et in statu affixorum מְצֻוֶה. Num. 15. Et mandatum eius labefactauit. Psal. 119. Latum mandatum tuum ualde. Et pluraliter מְצֻוֶה. Leu. 26. Et non feceritis praeccepta ista. cap. 27. Haec sunt praeccepta, quae praecipit Iehoua. Prouer. 10. Sapiens corde suscipiet mandata. Similiter habet in statu regiminis, & affixorum. Leuit. 4. Anima quae errauerit per ignorantiam, ab omnibus mandatis Iehoua

Iesaię 24. Hinnierunt ab Occidente. Iere. 5. Hinniebant quisque ad uxorem sodalis sui. & cap. 50. Et mugietis sicut tauri. Itē cap. 10. Hinni uoce tua filia Gallim. Esther 8. Et ciuitas Susan hinniebat & letabatur.

In tertia coniugatione מְצִוֵּה. Psalmo 104. Ad faciendum hinnire faciem praegre oleo, id est, ad exhilarandum faciem oleo, ut laeta sit & petulans. nisi malis pro מְצִוֵּה positum.

INDE NOMEN,

מְצִוֵּה Hinnitus equorum, nomen pluralis numeri. Iere. 8. Auditus est fremitus equorum eius, a uoce hinnituum robustorum eius cōtremit terra. & cap. 13. Adulteria tua, & hinnitus tui.

מְצִוֵּה Nomen sine uerbo, nisi quod significatione conuenit cum uerbis מְצִוֵּה & מְצִוֵּה, & significat fenestram a splendore solis, qui per illam illabatur. Gen. 6. Et fenestram facies arcae.

מְצִוֵּה Nomen dualis numeri, & id tempus significat, quo sol in medio caeli inter ortum & occasum clarissime fulget, & Latinis meridies dicitur. Gen. 43. Quoniam hodie mecum comedet uicini in meridie. Deut. 28. Et eris palpans in meridie. Psal. 37. Et producet uelut lucem iustitiā tuam, & iudicia tua, sicut meridiē. Iob 5. Et quasi in nocte, ita palpabunt in meridie. Psal. 55. Vespera & mane, & meridie meditabor. Iesai. 58. Et caligo tua erit uelut merides.

מְצִוֵּה Oleum, a claritate & limpiditate. Deut. 28. Vinum & oleum. 2. Reg. 18. Et terram oleae olei, & mellis. Osee 2. Frumentum & mustum, & oleum. Iosue 2. Et excurrēt lacu musto, & oleo. Zach. 4. Isti sunt duo filij olei. Et cum affixo. Deut. 7. Frumentum tuum, mustum tuum, & oleum tuum.

INDE VERBUM,

מְצִוֵּה Olificauit, fecit oleum. Iob 24. Inter muros suos oleum facient, lacus calcauerunt, & ipsi sitiunt.

מְצִוֵּה A latere insidiatus est, ut solent uenatores retia tendere feris, uenatus est, captiuit: & cognitionem habet significatione cum uerbis מְצִוֵּה & מְצִוֵּה, nisi quod ut forma, ita modo significandi differat. Gen. 27. Vbi ille est, qui uenatus est uenationem. Thren. 3. Venando uenati sunt me sicut auem. & ca. 4. Venati sunt gressus nostros. Gen. 27. Et uenare mihi uenationem. Leu. 17. Qui uenabitur uenationem bestiae, uel auis. Iob 38. Num uenaberis leoni praedam, & cap. 10. Sicut leo uenaberis me. Psal. 140. Venabitur illum ad impulsiones, id est lapsus. Prouer. 6. Et mulier animam uicini preciosam uenabitur. Gen. 27. Ad uenandum uenationem, ut afferret.

In secunda coniugatione מְצִוֵּה. Ezech. 13. Animas uenabimini populi mei! Et iterum: Ad uenandum animas.

Participium praesens foeminini generis, pluralis numeri מְצִוֵּה. Ezech. 13. Quiibus uos uenamini ibi.

In quarta coniugatione מְצִוֵּה, uenationem sibi accepit. Iosue 9. Iste panis noster erat calidus, quem uenationem nobis accepimus ipsum ē domibus nostris.

INDE NOMINA:

מְצִוֵּה Venator: cuius plurale מְצִוֵּה legitur Iere. 16. Et postea mittam ad multos uenatores & uenabuntur.

מְצִוֵּה Venatio, & abusu uel esca, cibus, comeatus, uaticum. Genes. 10. Ipse fuit praeualidus uenatio. & cap. 27. Vbi ille est, qui uenatus est uenationē. Et iterum: Ad uenandum uenationem. Et in distinctione sententiae מְצִוֵּה. Gen. 27. Venare mihi uenationem. Nehe. 13. Et contestatus sum die in qua uenderent uenationem. In statu regiminis & affixorum מְצִוֵּה. Gen. 27. Et comedam de uenatione filij mei. Leu. 17. Qui uenabitur uenationem bestiae, uel auis. Gen. 27. Comede de uenatione mea. Iosue 9. Et omnis panis uenationis illorum aridus erat. Iob 38. Quis parabit coruo uenationem eius. Prou. 12. Non inuret in postura uenationem suam. Et in forma foeminea מְצִוֵּה. Iosue 1. Parate uobis uenationem ad uiam.

1308

מְצִוֵּה Iussit, praecipit, mandauit, amandauit, commendauit. Et plerumque construitur cum par-

מורס Pressura. Iesa. 8. Quoniam non est lassitudo ad hanc pressuram, quae erit ei.
מורס Pressura. Deuter. 28. In obsidione & pressura. 1. Sam. 22. Et congregati sunt ad eum omnes uiri pressurae. Psal. 119. Angustia & pressura inuenerunt me.
מורס Pressura. Iob 15. Terrebit eum angustia, & pressura. Zophon. 1. Dies angustiae, & pressurae. Et pluraliter **מורס**. Psa. 25. Ex pressuris meis eduxit me. Psal. 107. Ex pressuris eorum liberauit illos.

מורס Interposita litera nun, uinculi genus, a constringendo seu coartando, quod alij truncum, alij carcerē, alij manicas ferreas interpretantur. Ego Cippum. Et uidetur non multū abludere a nomine **מורס**. Legitur tantū semel Iere. 29. Et pones eū in Cippū.

מורס Quando regit post se accusatiuum, tum actiue significat concludere, cōcludendo premere, coartare, angere, coangustare, obsidere, constringere: congruitq; si gnificatione cum uerbis **מורס** & **מורס** **מורס** **מורס** **מורס**, nisi q; ut forma, ita modo si gnificandi inter se discrepēt. Deut. 14. Et dabis pro ea argentū, & colligabis argen tum in manu tua. 2. Reg. 12. Ascendens scriba regis, & sacerdos magnus contraxe runt ac numerauerunt argentū. Exod. 23. Et coartabo coartatores tuos. Deut. 2. Et cum appropinquaueris ad filios Ammon, ne coangustes eos. Iesa. 11. Et Iehuda nō anget Ephraim. Cantic. 8. Si est ianua, compingemus super eam tabulas cedrinās. Psal. 139. Retrō & ante compegisti me, & posuisti super me manum tuam.

Deinde constructum cū **מורס** significat Hebraeis cingere obsidionē, scilicet agge ribus, uallis, fossatis, & id genus alijs munitiōibus. Deut. 20. Et si ciuitas illa nō fe cerit tecum pacem, sed bellum fecerit, cinges obsidionē contra eam. 2. Sam. 11. Va sauerunt filios Ammon, & obsidionem cinxerunt contra Rabba. 2. Sam. 20. Et ue nientes, obsidionē cinxerūt contra eum in Abel. 2. Reg. 16. Et obsidionē cinxerūt contra Achaz, uerū nō potuerūt expugnare. Ies. 29. Et cingam cōtra testationem.

Similiter quando cū **מורס** constructur. Deut. 20. Cū obsidionē cinges contra ci uitatem aliquam multis diebus, &c.

Participium praesens, seu nomen participiale **מורס**, qui se opponit alicui, ut angat, angustator, aduersarius, oppugnator, hostis. Esther 6. Quoniam aduersarius non perpendit damnum regis. Iob 16. Aduersarius meus acuit oculos suos in me. Et pluraliter **מורס**. Iud. 9. Et ecce ipsi obsidione cingunt ciuitatem contra te. 1. Reg. 15. Nadab & cunctus Israel oppugnabāt Gibethon. Esther 8. Qui angebāt ipsos, tam paruulos quā mulieres. Esdrae 4. Audiuerunt aduersarij Iudae & Benjamin. Et in genere foeminino **מורס**, aduersaria, aduersatrix, quae se opponit, & alteram angit. 1. Sam. 1. Et irritauit eam aduersaria eius irritatione.

In secunda coniugatione legitur participium praeteritum, pluralis numeri, ma sculini generis **מורס**. Iosue 9. Et uires uini ueteres, & laceratos, & confutos.

In tertia coniugatione **מורס**, coartauit, compressit, concludit, compegit. Deut. 2. Ne coangustes Moabitas. 1. Reg. 7. Et cōpegit duas colūnas aereas. Et quādoq; constructur cum datiuo mediante articulo lamed. Ier. 10. Et angustiam faciam eis. 2. Para. 28. Et uenit ad eum Tiglathpinezzer rex Assur, & faciebat angustiam ei, sed tamen non prauauit ei. Et iterum: Et in tempore angustiam faciendi ei, id est quo angebat eum. Et cum prepositione **מורס**. 1. Reg. 20. Et ascendens obsidionem cin gebat contra Samariam, pugnauitq; contra eam.

INDE NOMINA:

מורס Aduersarius, coartator. Vide supra in participio primae coniugationis.
מורס Arcum, angustum, nomen masculini generis. Psal. 4. In angusto, latitudinem fe cisti mihi. Hanc uerborū antithesin Paulus sepe numerō imitatus est. 2. Corinth. 8. Non enim ut alijs sit relaxatio, uobis autem angustia, ubi tamē ad angustiam rei familiaris transtulit. Item 2. Thessal. 1. Siquidem iustum est apud deum, reddere ijs qui affligunt uos, afflictionem: & uobis qui affligimini, relaxationem nobiscum. Et 2. Corinthiorum 6. Os nostrum apertum est erga uos Corinthij, cor nostrum di laratum est, non estis angusti in nobis, sed angusti estis in uisceribus uestris, &c.

Legitur etiam adiectiue. Numeri 22. Stetit in loco angusto, ubi non erat iterum ad

Iehoua. & cap. 22. Et custodietis praeccepta mea, & facietis ea. Prouer. 4. Serua praeccepta mea & uiues.
מורס Clara, & limpida uoce exclamauit. Et significatione congruit cū uerbo **מורס**, nisi q; hoc ad colorem, illud ad uocē referatur. Iesa. 42. De capite montū clamabūt.

INDE NOMEN,

מורס Clamor clarus, qualis est querulorum. Psal. 144. Non est clamor in plateis nostris. Iesa. 24. Clamor super uinum in plateis. Et in statu regiminis **מורס**. Iere. 4. Et cla mor Ierusalem ascendit. Et cum affixo. Ier. 46. Et clamore tuo repleta est terra.

מורס Ieiunauit: & ut literarum transpositione, ita modo tantum significandi uariat a uerbo **מורס**, eod quod ieiunium emulgeat & exhauriat uires, & pinguedinē cor poris. 2. Sam. 12. Propter puerum uiuum ieiunasti. Et mox iterū: Uiuente ieiunasti. Iesa. 58. Ut quid ieiunauimus. Et in eo loco Propheta utrorumq; ieiunia descri bit, hypocritarum & uerē piorum. Zach. 7. Quoniam ieiunastis etiam plangendo. Esther 4. Et ieiunate pro me, & ne comedatis neq; bibatis tribus diebus nocte & die, etiam ego & puellae meae ieiunabo sic. 2. Sam. 23. Et ieiunauit Dauid ieiunan do. 1. Reg. 21. Et posuit faccum super carnem suam, & ieiunauit. Iud. 20. Et ieiunau erunt. Esdrae 8. Et ieiunauimus. Zach. 7. An ieiunastis mihi: ubi oratio est omnino anomala, pro **מורס**.

Participium praesens **מורס**. 2. Sam. 12. Ut quid ego ieiuno? Nehemiae 1. Et fui ieiunans & orans.

INDE NOMEN,

מורס Ieiunium. 1. Reg. 21. Euocate ieiunium. Psal. 109. Genua uacillauerūt a ieiunio. Ioe lis 1. Euocate ieiuniū. Et cum affixo manet inuariatum. Iesa. 58. In die ieiunij uestri. Et pluraliter **מורס**. Ester 9. Erexerunt super animam suam, & super iemen suum gesta ieiuniorum, & clamoris sui.

מורס Fluctuauit: & differt tantum modo significandi a uerbis **מורס** & **מורס**. Thren. 3. Fluctuauerunt aquae super caput meum.

In tertia cōiugatione **מורס**. Deut. 11. Qui fluctuare fecit aquas maris iunci super facies eorum. 2. Reg. 6. Praecidens lignum proiecit illuc, & fluctuare fecit ferrum.

INDE NOMINA:

מורס Fluctuatio, fluctus, fluor. Et cum affixo **מורס**. Ezech. 32. Et irrigabo terram flu ctuatione tua, de sanguine tuo ad montes.

מורס Fluctuatio, fluctus, fluor. Prouer. 16. Fluor mellis sermones iucunditatis. Et plu raliter **מורס**. Psal. 19. Et dulciora melle, & fauo fluorum, id est, fauo fluido.

מורס In prima coniugatione, quando regit post se accusatiuum, significat cogere, im pellere, cōpellere, coartare, premere. Iud. 14. Et indicauit ei, quia coegerat eum. Deinde secundum praepositionem, in, uel ex, uel alias circumstantias uertere licebit, pro intorquere uel extorquere, imprimere uel exprimere, uel simpliciter torquere seu premere, sicut exempla subscripta docebūt. Iob 32. Quoniam plenus sum uerborum, torquet me spiritus uentris mei. Psal. 41. Verbum Beliaal detor queatur in eum. Iob 29. Et petra extorquetur apud me riuus olei. Iesa. 26. Iehoua in angustia requisierunt te, extorserunt orationem, cū castigatio tua illis esset. Iob 28. Ferrum de terra sumitur, & elapide extorquetur aes, scilicet igni.

In tertia coniugatione **מורס**, pressuram fecit seu intulit. Iudi. 16. Et factum est, q; pressuram faceret illi uerbis suis. Deut. 28. In obsidione & pressura, quibus pressu ram faciet tibi inimicus tuus. Iesa. 29. Pressuram faciam Arieli. Iere. 19. In obsidione & pressura, quibus pressuram inferent illis inimici eorum.

Participium praesens **מורס**. Iesaie 51. Propter ardorem, pressuram facientis. Et pluraliter **מורס**. Iesa. 29. Et pressuras facientium ei.

INDE NOMINA:

מורס Pressura. Dan. 9. Et in pressura temporum.

מורס Pressura. Prou. 1. Cū uenerit super uos angustia & pressura. Iesa. 8. Caligo & pres sura. & cap. 30. In terra angustiae & pressurae.

Pressur

Canticorum 4. Sicut turris Davidis collum tuum. Et sine aleph. Nehemia 3. Et magnifici eorum non praeberunt collum suum ad opus sustentatoris sui. Et pluraliter in statu regiminis & affixorum צוּרָרִים. Iosue 10. Super colla regum. Iud. 8. In collis camelorū illorum. Gen. 45. Et ruit super colla Benjamin, & fleuit super collis eius. Vult significare gestum laetitiae, quae obruit totum collum ipsius. Legitur etiā forma foeminea צוּרָרִית. Michea 2. Vnde non poteritis subducere colla uestra.

צוּרָרִים Colla. Cantic. 4. Per unum torquem collorum tuorum.

צוּרָרִי Cardo, locus arctus, & angustus, in quo ianua uoluitur. Prou. 26. Sicut ianua uertit super cardine suo, ita piger super reclinatorio suo. Item legatus hoc nomine dicitur, super quo ceu cardine negotium uoluitur. Prouerborum 25. Sicut frigus niuis tempore messis, ita legatus fidelis mittentibus eum. Iere. 49. Legatus ad gentes missus est. Et pluraliter צוּרָרִים. Iesa. 18. Mittens per mare legatos. Legitur etiam significatione simplici. Ies. 13. Angustiae, & funes apprehendent eos, & cap. 21. Angustiae apprehenderūt me, sicut angustiae parturiētis. Et figuratē pro cardinibus seu uertebis, in quibus iuncturae uoluntur. 1. Sam. 4. Et incuruauit se, & peperit, quia luxata erant super ea uertebrae. Dan. 10. Luxati sunt cardines mei super me, id est, uertebrae, seu coxendices. Est isto nomine idola dicunt, eo quod angustia conscientijs pariant. Ies. 45. Abierūt in ignominia fabricatores angustiarū, id est, idolorum.

IN DE VERBVM,

צוּרָרִית Quartae coniugationis, legatum se fecit, seu simulauit. Iosue 9. Et abeuntes simulauerunt se legatos.

1314 צוּרָרִי

Candidus, nitidus, limpidus fuit: congruit significatione cū uerbo צוּרָרִי, nisi quod modo significandi inter se discrepent. Thren. 4. Candidiores fuerunt lacte.

IN DE NOMINA:

צוּרָרִי Candidus, nitidus, limpidus. Cantic. 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus. Ies. 48. Sicut calor limpidus super pluuia, scilicet ab effectu qui exiccet & glabricie seu caluitiem facit, nec sinit pluuiam humectare terram. Ierem. 4. Ventus limpidus in excelsis per desertum, id est, non humectans. Et in genere foemino pluraliter צוּרָרִית. Ies. 32. Et lingua balborum festinabit loqui clara.

צוּרָרִית Limpidus, id est, aridus. Et in statu regiminis צוּרָרִים. Iesa. 5. Et multitudo eius limpida sit, id est, arida.

צוּרָרִית Limpiditas. Ezech. 24. Quoniam sanguis eius in medio eius fuit, super limpidadem rupis posuit eum. Et iterum: Dedi sanguinem eius super limpidadem rupis. Et cum he motum ad locum importante צוּרָרִית. Psal. 68. Et defectores cohabitando recipiunt se in limpidadē, id est, locum aridū, & siccū, ubi est caluities, non herbae, nec gramina, nec sementa crescunt, quae terram operiant. Et pluraliter צוּרָרִית. Nehem. 4. Et constitui infernē locum post murum in limpidades.

צוּרָרִית Limpiditates. Ies. 58. Et satiabit in limpidadibus animam meam, id est, locis aridis & glabris.

צוּרָרִית Frons, a glabricie: sed de hoc uide suo in loco.

1315 צוּרָרִי

Foetor. Iosue 2. Et ascendet putredo eius, & ascendet foetor eius. Arbitror autem cognationem habere cum uerbo צוּרָרִי, transpositione facta literarū: foetor enim ut res uehemens urget & contendit in altum: & est contrarium uerbo צוּרָרִי.

1316 צוּרָרִי

Congruit significatione cū uerbo צוּרָרִי, atq; etiam modo significandi cum צוּרָרִי: significat enim alleuiationem in animo hilari, qui in risum soluitur: ideo uerbo ridendi Hieronymus & reliqui uerterunt. Gen. 17. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit, dixitq; in corde suo, an filio centum annorum nascetur, & cum Sara, an filia septuaginta annorum pariet? dixitq; Abraham ad Deum: utinam Ismael uideret coram te: & dixit deus, ueruntamen Sara uxor tua parit tibi filium, & uocabis nomen eius צוּרָרִי. Ad hunc locum respiciens Christus, uerbu hoc gaudēdi exponit Ioan. 8. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum, uidit & gauisus est. Est autem uerbum hoc isto loco nō dubitantis, sed admirātis exuberātisq; gaudij

ad diuertendum. 2. Reg. 6. Ecce locus in quo nos habitamus, apud te angustus est pro nobis. Et in genere foemino צוּרָרִית. Prou. 23. Et cisterna angusta est aliena.

צוּרָרִית Angustia, pressura, anxietas, coartatio, צוּרָרִית. 1. Sam. 20. Qui eripuit me ex omni angustia. In statu regiminis צוּרָרִים. Gen. 42. Vidimus angustiam animae eius dum supplicaret apud nos. Nehem. 9. In angustia magna sumus. Et cum affixis. Gen. 35. In die angustiae meae. Iud. 10. Seruabit uos in tempore angustiae uestrae. Et pluraliter צוּרָרִית. 1. Sam. 10. Qui erat seruator noster ab omnibus malis nostris, & angustijs nostris. Psal. 25. Angustiae cordis mei dilatatae sunt. Deut. 31. Et cū inuenerint eum mala & angustia.

צוּרָרִית Angustia. Psal. 120. Ad lehoua, cū esset mihi angustia, clamaui, & exaudivit me. צוּרָרִית Petra, s. angusta & acuta. Iesa. 5. Vngulae equorum eius quasi petrae reputatae sunt. Potest etiam referri ad thema צוּרָרִית.

צוּרָרִית Petra, scilicet acuta. Exod. 4. Et accepit Zippora petram, & praecidit praeputium filij sui, id est, aciem seu cultrum acutum. Ezech. 3. Sicut adamantem, qui diuor petra est, dedi frontem tuam.

צוּרָרִית Petra. Exod. 17. Ecce ego sto coram te super petra, quae est in Horeb, & percuties petram, & egredientur aquae ex ea. & cap. 33. Siste te ad petram. Psal. 89. Auertisti petram gladij, i. aciem. Trāsfertur etiam ad rem, quae sui conditione sicca, sterilis & infocunda est. Iesa. 51. Respice ad petram unde excisi estis, & c. De Abrahamo nunc centenario dicit, qui ut petra nullum semen, & fructum facit. Porro de re etiam aliqua dicitur super qua quis fidit & nititur, ut sunt diuitiae, potentia, sapientia, & c. Psal. 49. Mane etiam petra ipsorum inueterascet, i. fiducia, seu res in quibus fiduciam suam collocant. Similiter deo attribuitur, in quo contra omnes aduersitates & iniurias hostium tuti consistimus. Deut. 32. Ipse est petra, integru est opus eius. Et iterum: Nisi petra ipsorum uendidisset eos. Et mox iterum: Et dicitur, ubi dij ipsorum, petra in qua sperauerunt. 1. Reg. 2. Et non est petra, sicut Deus noster.

Et pluraliter צוּרָרִים. Num. 23. Quoniam de summitate petrarū uidebo eum. Psal. 88. Secut petras in deserto & porauit. Iosue 5. Fac tibi cultros petrarum, & circuncide filios Israel denuo, id est, cultros acierum seu in petra acutos, cultros cotium seu silicum, sicut supra ex Psal. 89. Auertisti petram gladij, id est, aciem. Item 2. Sa. 2. Et uocatus est locus ille ager petrarum, id est, fortium contra impetum stantium. In statu regiminis צוּרָרִים. 1. Sam. 24. Ut querebant Davidē, & uiros ipsius super superficie petrarum ibicum. Legitur tamen etiā forma foeminea צוּרָרִית. Iob 28. Ex petris riuos elicit, & omne preciosum uidet oculus eius.

צוּרָרִית Tyrus, celeberrima urbs Phoeniciae, ideo sic dicta, quod in petra fuerit extracta, atque instar promontorij mari & tempestibus maris fuerit opposita. 2. Sam. 24. Et uenerunt ad munitionem Tyri. Zach. 9. Et aedificauit Tyrus munitionem sibi.

צוּרָרִית Figura, forma scilicet impressa, exemplar. Ezech. 43. Exemplar domus. Et iterum: Omnem figuram eius. Psal. 49. Et figura eorum. Et pluraliter צוּרָרִית. Ezech. 43. Et omnes figuras eius.

צוּרָרִית Obsidio, munitio, propugnaculum. Deut. 20. Nunquid homo est arbor agri, ut eat ante te in munitionem. Et iterum: Ut extruas propugnaculum contra ciuitatem. 2. Reg. 24. Et uenerunt ad ciuitatē cum munitione. Ezech. 4. Et ponet contra eam obsidionem. Michea 5. Obsidionem posuit contra nos. Iere. 52. Et uenit ciuitas in obsidionem, id est, obfessa est. Ponitur quoq; per paronomasiam pro צוּרָרִים Aegyptio, ab arcibus, ciuitatibus, & munitionibus, quas ubiq; ad aquas habuit munitissimi. 2. Reg. 19. Ego sedi & bibi aquas alienas, & siccaui plantas meis omnes riuos Aegypti, q. d. munitissima. Ies. 19. Et exaruerunt riuus Aegypti. Et in genere foemino צוּרָרִית. Nahum 2. Ascendam dissipator super superficiem tuam, ut clam obferuet munitionem. Et pluraliter צוּרָרִית. 2. Paral. 11. Aedificauit ciuitates munitionum. Ies. 29. Erigam contra te aggeres munitionum.

צוּרָרִית Collum, a robore & firmitudine. Ieremiae 28. Et tulit Cananla propheta catenam de collo Ieremiae. Et iterum: Iugum ferreum posui super collum omnium gentium. Cantic.

sicut gramē terrae. Psal. 90. Manē floret, & praeterit. Psal. 102. Et floruerunt omnes operatores concupiscentiae. Pl. 132. Et super ipso florebit diadema eius.

Participium praesens פרוץ. Cantorum 2. Prospiciens per caecellos. ubi ad uirtutis uisum eruptionem transfertur.

INDE NOMINA:

פרוץ Flos, scilicet ex folliculo enatus. Num. 17. Et effloruit flos. Iesaiæ 40. Et omnis gratia eius sicut flos agri. Itē ala in uoluce plumata. Ieremiæ 48. Date alam Moab, ut auolando egrediatur. Et pluraliter פרוצין. 1. Regum 6. Et caelaturae florum. Et in forma foeminea פרוצה, quod in statu regiminis פרוצה legitur. Iesaiæ 28. Erit q̄ flos marcidus.

פרוץ Flos seu pluma capitis, id est, cincinnus seu capillitium. Ezech. 8. Et apprehedit me capillitio capitis mei. Item ornamentum capitis in modis floris. Graecus uertit פרוץ, id est, folium. Latina editio uertit laminam. Exod. 28. Et facies coronam de auro purissimo. Nā ibidem & capite sequenti uocat diadema sanctitatis. Vsurpatur etiā pro fibria uestimenti, hoc est, filis ex nodo egrediētibus. Num. 15. Et faciant sibi fibriam in angulis uestimentorum. Nunc uerō ludē filia numero octo ex lana contexta, quatuor angulis certa quadam lege in panno quadrangulari, quem פרוצין appellant, uinciunt, ea q̄ hoc nomine uocant.

פרוץ Differt tantū forma, non significatione à uerbo פרוץ, quod inflammare, succendere significat. Legitur tantū semel, & in tertia coniugatione פרוצה, Iesaiæ 27. Transgrediar in eam, & succendam eam simul.

פרוץ Obtectus est defensionis causa, obmunitus est, ad obumbratus tegumento, occlusus est, q̄ fit applicatione alicuius rei. Idcirco à uerbis פרוץ & פרוצה פרוצין modo tantū significandi differt. Nehem. 13. Et factū est, cū obtegēda essent portae Ierusalem ante sabbathum, dixi & clausae sunt ualuae, & dixi, quod non aperirent eas usq̄ post sabbathum, id est, ocludendae essent. Exod. 15. Operuit eos mare, occlusi sunt uelut plumbum in aquas ualidissimas, i. demersi ad fundum. Habakuk 3. Ad uocem oclusa sunt labia mea, ne scilicet potuerim eloqui.

In uoce passiuua פרוצה. Ieremiæ 19. Ecce ego adduco malum super locum istum, quod qui audierint, ocludentur aures eius.

In secunda coniugatione פרוצה. 1. Sam. 3. Ecce ego facio rem in Israel, quam qui audierit, ocludentur aures eius. Alij uerbo tinnendi reddiderunt.

In tertia coniugatione legitur tantū participium praesens פרוצין. Ezech. 31. Et fronde obumbrante seu obtegente.

INDE NOMINA:

פרוץ Umbra, eō q̄ iuxta corpus sit, & obtegat, tegumentum, protectio, munitio. Gen. 19. Propterea ingressi sunt in umbram contignationis meae. Iud. 9. Umbram montium tu uides. Iob 8. Quia umbra dies nostri super terra. Psal. 36. In umbra alarum tuarum protectionem querent. Eccl. 7. Quia in protectione sapientiae est in protectione argenti, id est, similiter protegunt sapientia, & argentum. In statu affixorum transponit punctulum de zere in litteram lamed, ut fiat daggesata, isto q̄ dagges indicetur defectus literae geminatae. Psal. 80. Operti sunt montes umbra eius. Psal. 121. Iehoua umbra tua iuxta manum dexterae tuae. Num. 14. Discessit umbra eorum ab illis, sed Iehoua nobiscum est, id est, protectio eorum.

פרוץ Umbra. Et cum affixo mutat prius segol in hirik, & alterum in seu. Iob 40. Operiunt eum umbracula umbrae eius. Et pluraliter פרוצין. Cantorum 2. Et auferunt umbrae. Et in statu regiminis פרוצה. Ier. 6. Et inclinantur umbrae uestre.

פרוץ Umbra. Iesaiæ 18. Ve terrae, umbrae alarum. Iob 40. Aut cum sicella piscator caput eius. Et dicitur hoc nomine sicella, eō quod demergatur in profundum.

פרוץ Umbracula, umbrositates. Iob 40. Sub umbraculis cubat, operiunt eum umbracula umbrae suae.

פרוץ Torta, panis sub cineres seu carbones coctus. Iud. 7. Et ecce torta, panis hordeorū uoluebat se in castra Midian.

gaudij, sicut & à Paulo Rom. 4. & Hebrae. cap. 11. utriusq̄, & Abrahæ & Saræ fides celebratur. Item Gen. 18. Et risit Sara intra se. Et iterum: Negauit Sara, dicens, non risi, sed timui: & ille dixit, non, sed risisti. Gen. 21. Omnis audiens ridebit mihi.

In secunda coniugatione פרוץ, Iusit: & est מוסר. Iud. 16. Et uocauerunt Simsoni de domo uinctorum, & Iusit coram ipsis. ubi prius uerbum sin habet sinistrum, & alterum zade. Gen. 39. Ecce adduxit nobis uirum Hebraeum, ad illud edum nobis. Exod. 32. Et sedit populus ut comederet & biberet, & surrexerunt ad ludendum.

Participium praesens פרוץ. Gen. 19. Sed fuit uelut ludens in oculis generorum suorum. & cap. 21. Et uidit Sara filium Agar Aegyptie, quem genuit ipsi Abrahæ ludentem. cap. 26. Et prospexit Abimelech rex Philistaeorum per fenestram, & ecce Izhak iudebat cum Ribka uxore sua.

INDE NOMINA:

פרוץ Rifus. Gen. 21. Rifum fecit mihi deus. Ezech. 23. Et eris in risum, & subsannationē. Nomen proprium filij Abrahæ, quem ex Sara suscepit, à risu seu gaudio, ut supra in uerbo ex Gen. 17. & 18. Legit quoq̄ פרוץ. Amos 7. Et desolabunt excelsa Israh.

פרוץ Et in distinctione sententiae פרוץ, nitidus, splendens, lucidus. Et uidetur mihi congruentia habere significatione cū nomine פרוצה, id est, aurora. Significat enim talem candorē, qui simul nitet, & lucet. Ezech. 27. Cū uino Helbon & lana nitida.

פרוץ Nomen pluralis numeri tantum. Iud. 5. Vehentes super afinabus nitidis, seu splendidis.

פרוץ Siccitas, quae prouenit ex aestu, & ardore solis: ideo cognationem habere uidet cū uerbis פרוץ & פרוצה. Iob 24. Siccitas & aestus rapiunt aquas nituis. cap. 30.

In defectu & fame fugiant solitarij in siccitatem. Psal. 62. In terra siccitatis, & lassā sine aquis. Psal. 78. Ut amaricarent Altissimum in siccitate. Psal. 108. & Iesaiæ 41. Et terram siccitatis in scaturigines aquarum. Iesaiæ 35. Gaudebunt desertum & siccum. & cap. 53. Et sicut radix de terra siccitatis. Iere. 50. Ecce postremum gentium desertū, siccitas & solitudo. Ezech. 19. In terra siccitatis & sitis. Et pluraliter פרוצין. Psal. 105. Abierunt in siccitatibus flumina.

פרוץ Nauis: quia est pars sicca, & ceu insula in mari. Nā eadem significatione nauis, quae insula, at non eadem ratione dicitur: illud enim insulam à natando, hoc nauem à siccitate in mari denotat. Iesaiæ 33. Et nauis grandis non transibit illum. Et pluraliter פרוצין. Iesaiæ 23. Assur fundauit eam nauibus. Dan. 11. Venient contra eum naues ex Cithim. Legitur tamen his simpliciter פרוצין. Num. 25. Et naues de littore Macedoniae, & Ezech. 30. Egrediētur nunciij à facie mea in nauibus. Et transum ptuē seu synecdochicē usurpatur פרוצין pro hominibus, qui sicca loca inhabitant. Psal. 72. Coram ipso curuabūt se Zijm. & Psal. 72. Das illum escam, populo Zijmi ut sit appositio: uel sic, populo nauium, seu siccitatum. Sumitur tamen etiam pro animalibus terrestribus in siccitatibus. Iesaiæ 13. Et cubabunt ibi Zijm. & cap. 34. Et occurrent Zijm cum lim. Iere. 50. Propterea habitabunt Zijm cum lim. Et hoc nomen arbitror in Apocalypsi cap. 18. uersum pro spiritibus immundis.

פרוץ Siccitas. Iesaiæ 25. Sicut aestus in siccitate. & cap. 32. Sicut diuisiōes aquarū in siccitate.

פרוץ Signum. 2. Reg. 23. Quid signū illud, quod ego uideo. Ezech. 39. Et uidebit os hominis, & aedificabit iuxta illud signum donec sepeliant ipsum sepelitores. Et pluraliter פרוצין. Ieremiæ 31. Constitue tibi signa.

פרוץ Nomen montis, in cuius uertice erat arx constructa, quae à Dauidē captā: ciuitas Davidis est uocata, 2. Sam. 5. Deinde in latere montis Aquilonari erat templū, sicut Psal. 49. testatur: Pulcher surculus gaudium totius terrae mons Zion, ad latera Aquilonis, ciuitas regis magni, &c.

פרוץ Floruit, effloruit, erupit in florem, uel quid aliud simile: ac cōgruit significatio ne cum uerbis פרוץ & פרוצה פרוצין פרוצה פרוצין פרוצין, nisi q̄ ut forma, ita modo significandi inter se differant. Legitur in prima coniugatione & uoce actiua tantum. Ezech. 7. Floruit uirga, germinauit superbia.

In tertia coniugatione פרוצה. Num. 17. Et floruit flos. Pl. 22. Et florebit e ciuitate si-

in seua. Exod. 12. Et comedent carnem non de illa, affaturam ignis. Et iterum: Non comedetis ex eo crudum, neque elixatione elixatum aquis, sed affaturam ignis.

תורח ¹³²³ Torta: de pane dicitur. Iud. 5. Et ecce torta, panis hordeorum deuoluebat se in castra Midian, &c. Sed de hoc supra in themate בלל.

1323
תלל

Generaliter peruadere, pertransire, percurrere, id est libere & ualide & sine impedimento, uim suam exerere seu exertare significat: & significatione congruit cum uerbis תלל & תלל, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Et licet תלל sit, tamen sapientius in meliorem partem accipitur. Amos 5. Quarta lehoua, & uiuente, ne forte proficiat quasi ignis domus Ioseph & absumat, id est, ne quando conflaret & comburatur. 1. Samu. 18. Et postridie profecit spiritus dei malus in Saule, &c. ut scilicet sine metu, praeter omnem æquitatem & iustitiam furenter & temere ferretur, & pro arbitrio contra Dauidem pro regni sui conferuatione nihil non attētarit & molitus sit. 1. Sam. 19. Et pertransiuerunt, scilicet feliciter Iordanem ante regem. Numeri 14. Cur sic transgredimini præceptum Iehoua, hoc non proficiet, id est, prospere cedit. Iesaiæ 54. Omne instrumentum paratum contra te non proficiet. Ezechielis 17. Proficiet ne uitis illa? Et mox iterum: Ecce plantata, an proficiet. Ieremias 12. Quare uia improborum profecit. Item cap. 13. Cincorporum non profuit ulli, & cap. 22. Vir ille non proficiet in diebus suis, quia non proficiet ut de semine suo aliquis futurus sit, qui sedeat super throno Dauid, &c. Ezechielis 15. Nunquid proderit ad opus aliquod. & cap. 16. Et profecisti ad regnum, id est, euectas es ad regnum. Psalm. 45. Profice propter uerbum ueritatis. Et Paulus Apostolus hoc uerbo sepe est usus: ut 2. Timoth. 2. Ad maiorem proficiet impietatem. & cap. 3. Proficient in peius. Et iterum: Sed non proficient amplius.

Sed hic quoque phrasim quaedam peculiaris obseruanda est: quando cunque hoc uerbum in prima coniugatione de nomine תלל dicitur, quod significet, qui tali spiritu a Deo sunt præditi, alium longe, & nouum animum, nempe solentem, prudentem, pium, sanctum, fortem ac heroicum, aliosque motus præclaros indispiciantur, & illæ quidem uirtutes statim sese exerant, declarent, percurrant & peruincant magnanimiter, perficiantur uniuersa, quæ alio qui cum ingenij, tum corporis humani uires naturales non possunt: ut de Simone, de Saule in regni sui initio dum in gratia dei existeret, de Dauide, de prophetis & Apostolis historię sacræ testantur.

De Samone Iud. 14. cum leonem sibi obuia factum intrepidè aggressus & discepit, deinde triginta iuuenes Ascalonitas interfecit. & cap. 15. Ruptis funibus, & uinculis maxilla asini mille uiros prosternit, aliasque res egregias, & heroica facta designat. De Saule 1. Sam. 10. Quando mulio inter prophetantes simul prophetat, & in uirum planè alium & nouum hominem mutatur. Deinde cap. 11. eodem spiritu agitata, ciues in Gabes ab Ammonitarum obsidione grauissima liberat, & hostes magna strage propulsat. De Dauide 1. Sam. 16. Qui in prima sui unctione spiritu dei donatus statim omnes hostes fundit & pulcherrimas de Goliath gigante de quo alijs hostibus uictorias reportat. Neque mirum tibi uideatur, quod uerbi huius operationem per spiritum potius ad externam exertationem, & uirtutis emanationem refero, quam ad internam immanentiam: siquidem mea sententia perinde accipienda sit atque illa de qua Gen. 2. Et inflauit in nares eius halitum uiuentem, &c. quæ similiter non est intelligenda, quasi deus inflauerit per nares in hominem istum halitum, quod is solum immaneat, sed quod halitus etiam ille per nares egrediatur & expiret, aliasque uitales operationes exerat & efficiat. Præterea & hoc est dignè obseruatum in ista phrasim, quod non temere præpositiones ille על & על adiectæ sint, nimirum ut ostendat scriptura illum spiritum & eam energiam seu uirtutem non ipsorum uiribus esse partem, sed coelitus immisam & inditam: Ne sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, neque diues in diuitijs suis gloriatur: sed qui gloriatur, in Iehoua gloriatur. Sed indicabimus iam locos aliquot scripturæ, quibus hæc phrasim legitur: Iud. 14. Et profectus est super eam spiritus Iehoua, & discepit illam, quasi discepisset hœdum. 1. Samu. 10. Et proficiscet super te spiritus Iehoua, & prophetabis cum illis, & mutaberis in uirum

צליל Cicada seu locustæ species, quæ uolatu suo umbram obducit, uel terram occupat, aut strepitu obtundit. Deuteronom. 28. Omnes arbores tuas, & fructus terræ tuæ exterminabit locusta.

צלילים Instrumenta musicalia, quæ alijs instrumentis adhibita, obstreperunt, & suo strepitu obthurant. Poteris uertere iuxta Hieronymi uersionem, tintinabula seu cymbala. 2. Sam. 6. In tympanis & in sistris, & in cymbalis. In statu regiminis צלילים. Psalm. 150. Laudate eum in cymbalis auditus, laudate eum in cymbalis tubilationis.

צלילים Formam habet dualis numeri, Cymbala. 1. Paral. 13. Et in tympanis & in cymbalis. & cap. 15. Et in cymbalis æris.

צולה Profunditas, quæ scilicet aquis obiecta, & obumbrata est. Et si forma uideatur esse deriuatum a uerbo צול, tamen, quia uerbo caret, libuit huc adscribere. Legitur Ies. 44. Qui dico profunditati, excitecare.

צולחה Profunditas: similis ratione dicta; qua nomē צולה. Psalm. 69. Et demersus sum in cœno profunditatis. Psalm. 107. Et mirabilia eius in profunditate. Ionæ 2. Profecisti me in profundum. Et cum kybutz loco schurek daggestato lamed צולה. Zach. 1. Et stabat inter myrtos, quæ erant in profunditate. Et pluraliter צולחה. Psalm. 68. De profunditatibus maris. Legitur tamen frequentius צולה. Exod. 15. Nehe. 9. & Psalm. 88. Et descenderunt in profunda sicut lapis.

צלם Significat imaginem alterius rei primariæ, quasi umbram seu adumbrationem corporis seu rei primariæ, ein ebenbild oder nachbild. Gen. 1. Et creauit Deus hominem in imagine sua, in imagine dei creauit illum. & cap. 9. Effundens sanguinem hominis, per hominem sanguis eius effundetur, quoniam in imagine dei fecit hominem.

Deinde etiam alia quadam ratione ponitur pro umbra, eoque quod umbra est imago corporis. Psalm. 39. Equidem in imagine ambulat uir. In statu affixorum mutat prius sagol in pathah, alterum in seua. Gen. 1. Faciemus hominem in imagine nostra, secundum similitudinem nostram. cap. 5. Genuitque in similitudine sua iuxta imaginem suam. Psalm. 73. Sicut somnium sunt post euigilationem, Iehoua in ciuitate imaginem eorum despectam facies, id est, externam laruam eorum. Et pluraliter צלמים: Et in statu regiminis צלמים. Num. 33. Et omnes imagines anorum uestrorum, & imagines murium uestrorum. Ezech. 23. Erudit uiros pictos in pariete, imagines Chaldaeorum pictas minio. Et in statu affixorum. Amos 5. Et portastis Siccuth regem uestrum, & Kituon imagines uestras. 2. Reg. 11. Et imagines eius cõfregit uel belle.

צלמון Nomen nomen non procul a Sichem urbe distat, ab umbrato arborum sic dicitur: unde apparet etiam esse deductum ab isto themate. Iud. 9. Et ascendit Abimelech in montem Zalmon, ipse & cunctus populus, qui secum erat, accepitque securas in manum suam, & succidit densos ramos arborum, &c. Et Psalm. 68. transferri obscuritatem huius montis ad horribilem animi dubitationem, caliginem mentis, ignorationes dei, cum inquit: Cum expandit omnipotens reges super ea, candeliet in Zalmon. Et loquitur de diuulgatione Euangelij & luce eius, ad quam cessabunt tenebræ & dubitationes de Deo, &c.

צלמות Dicitio est composita ex צל umbra, & מות mors: dicitur autem de illa umbra, qua oculi morientium hominum occupantur, quæ equidem tristissima est, & porta ad mortem & inferos. Iob 10. Antequam uadam & non reuertar ad terram obscuritatis, & umbræ mortis. Et iterum: In caligine umbræ mortis. cap. 12. Et educit in lucem umbram mortis. & cap. 16. Et super palpebris meis umbra mortis. & cap. 38. Nunquid reuelata sunt tibi portæ mortis, & portas umbræ mortis uidiisti? Psalm. 23. Etiam ambulauero in ualle umbræ mortis, non timebo malum.

1322
צלת

Affauit, scilicet carnem ad priuas, seu ignem. Et congruit significatione cum uerbis צלה & צלה צל צל צל צל, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Ies. 44. Affabo carnem & comedam. 1. Sam. 2. Da carnem ad affandum sacerdoti. Iesaiæ 44. Affabit affaturam & saturabitur.

INDE NOMEN,

צלה Affum, affatura. Ies. 44. Affabit affaturam. Et in statu regiminis mutat carnetz

regiminis & affixorum מַחֲזִיקִים. Exo. 25. Et introduces uestes, in circulos iuxta latere arce. 1. Reg. 6. Cum tabulis cedrorum. Et iterum: Cum tabulis fraxinorū. Gen. 2. Et accepit unam de costis eius, & clausit carnem in locum eius.

INDE

מַחֲזִיקִים Participium praesens, seu nomen participiale, masculini generis, claudicans seu claudus, qui in alterū latus labitur. Gen. 22. Et ipse claudicabat super foemore suo. In genere foeminino מַחֲזִיקָה. Mich. 4. Congrebabo claudicantem in posteritatem. Similiter Zoph. 3. Et saluabo claudicantem, & reiectam colligam.

1324 מַחֲזִיקִים Congruit significatione cum uerbis מַחֲזִיקָה & מַחֲזִיקָה, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Et ex ista forma legitur tantum nomen participiale masculini generis singularis numeri מַחֲזִיקִים, id est, sitibundus, uel exuctor seu constrictor. Iob 5. Et exhauriet sitibundus facultatem ipsorum. & cap. 18. Praualebunt contra eum sitibundus, &c.

1325 מַחֲזִיקִים Sitiuit: & congruit significatione cum מַחֲזִיקָה, quia sitis constringit, & cum מַחֲזִיקָה, quia sitiens cupit exugere, & cum מַחֲזִיקָה. Iud. 4. Quia sitio. Psal. 42. Sitiuit anima mea. Exod. 17. Et sitiuit ibi populus. Ruth 2. Et sitiueris. ubi tamen formam habet, ac si descenderet à מַחֲזִיקָה.

Participiū praesens מַחֲזִיקָה, sitiens. Ies. 44. Effundam aquā super sitiientem. & cap. 55. O omnis sitiens, uenite ad aquas. Et pluraliter מַחֲזִיקָה. Psal. 107. Famelici & sitientes. Et in genere foeminino מַחֲזִיקָה. Deut. 29. Ut addat ebriam cum sitiente.

INDE NOMINA:

מַחֲזִיקִים Sitis. Deut. 28. In fame & in siti. Iud. 15. Et nunc moriar siti. Ies. 5. Et multitudo eius arida siti. Amos 8. Et non sitim ad aquam. In statu affixorum. Psal. 69. Et ad sitim meam propinabunt mihi acetum. Psal. 104. Frangent feras sitim suam. ibi ex uerbo frangendi intelligis sitim, Hebraeis dictam à constrictione.

מַחֲזִיקִים Sitis. Ieremiae 2. Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti.

מַחֲזִיקִים Deloco sitibundo dicitur, & sicco. Deuter. 8. Qui ductor tuus fuit in deserto magno, & terribili, serpens ardens, & scorpius, & sitis seu siccitas, quae sine aqua. quam quā aliqui uelint significare serpentis genus, quem à siti dipladem uocant. Psal. 107. Pōnit flumina in desertum, & scaturigines aquarum in sitim, id est, siccitatem. Ies. 35. Et factus est locus adustus in stagnū, & siccitas in scaturigines aquarum.

1326 מַחֲזִיקִים Legitur in prima coniugatione tantum in uoce passiuā מַחֲזִיקָה, & significat coniugari, combinari, unum alteri colligari, duo simul coniungi. Num. 25. Et coniugatus est Israel ipsi Baal Peor. Psal. 106. Et coniugati sunt ipsi Baal Peor. Huc respexit Paulus cum dicit 2. Cor. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus.

Participium pluralis numeri מַחֲזִיקָה. Numeri 25. Occidite unusquisque uiros eius qui coniugati sunt ipsi Baal Peor.

In secunda coniugatione legitur tantum participium praeteriti temporis, generis foeminini מַחֲזִיקָה. 2. Sam. 20. Et Ioab accinctus erat tunica uestimenti sui, & super illam cingulum gladij coniugati super lumbis eius.

In tertia coniugatione מַחֲזִיקָה. Psalm. 50. Et lingua tua coniugabit imposturam, id est, concinnabit.

INDE NOMINA:

מַחֲזִיקִים Coniugatio, coniugium, iugum, unius ad alterum coniugatio, seu copulatio. Latini uerterunt par. Iud. 19. Et puer erat cum ipso, & par asinorum. 1. Sam. 11. Et tulit par boum & in frustra cōcidit. Ies. 21. Et ecce hic uenit currus aliquis & par equorum. 2. Reg. 5. An non dabitur seruo tuo onus paris mulorū. 1. Sam. 14. Quali in medio iugero iugi agri. Et in statu affixorum mutat prius sagol in hirik, & alterum in seua. Iere. 51. Et dispergam in te agricolam & iugale eius. Et pluraliter מַחֲזִיקָה. 1. Reg. 10. Et arabat cum duodecim iugis ante se. In statu regiminis מַחֲזִיקָה. Ies. 5. Quia decem iuga uinitae facient bathum unum.

מַחֲזִיקִים Coniugatura, colligatura, alligatura. Num. 19. Omne uas quod opertum, cui non cōiugatio, id est, operculū quod uasi colligat. In reliquis omnibus scripturae locis

uirum alium, & cap. 11. Et profectus est spiritus dei super Saul, & cap. 16. Et profectus est spiritus Iehoua in Dauidem. Ista phrasi usus est etiam Gabriel archangelus Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, uirtus Altissimi obumbrabit tibi. & cap. 24. Ecce ego, inquit Christus, mitto promissum patris mei super uos, uos autem sedete in ciuitate Ierusalem, quousque induamini uirtute ex alto. Similiter Actorum 1. Et accipietis uirtutē posteaquam spiritus sanctus aduenerit super uos, &c. Et Paulus Apostolus 1. Corinth. 15. Et gratia dei quae profecta est in me, non fuit inanis. Et cum ad Colof. 1. scribit: Ad quod ego etiam annitor decertans secundum efficaciam eius agentem in me per uirtutem, &c. etiam ad illam spiritus efficaciam & operationem respexit, simulatq; uerbi huius significationē expressit. Ceterum in quo hoc uerbum in ista phrasi à uerbo מַחֲזִיקָה in simili propemodum phrasi usitato differat, in radice מַחֲזִיקָה cognosces.

In tertia coniugatione מַחֲזִיקָה, & quando post se regit a eufatiuum מַחֲזִיקָה, tum ponitur transitiuē. Genesis 24. Iehoua proficiet uiam tuam, id est, fortunabit. Ies. 48. Vocauit eum, adducam eum, & fortunabo uia eius. Deut. 28. Neq; fortunabis uias tuas. Iosue 1. Tunc fortunabis uiam tuam. At extra regimen usurpatur neutraliter. Nehemie 1. Et concede profectum seruo tuo, id est, fortunam. cap. 2. Deus cōli concedet fortunam nobis. Iere. 2. Quoniam reiecit Iehoua cōfidentias tuas, ut nō possis habere fortunam ab illis. Psal. 1. Quodcunq; faciet, proficiet. 1. Paral. 22. Erit Iehoua tecum, & proficies, & aedificabis domum Iehoua deo tuo. 2. Paral. 32. Ezechias profecit in omnibus operibus suis. Prou. 28. Qui celat iniquitates suas, non proficiet. Psal. 118. Euge Iehoua profice obsecro. Sic Lucas de Christo: Et Iesus proficiebat sapientia & eate, & gratia apud Deū atq; homines. Et Ioannes in Canonica sua tertia: Dilecte de omnibus opto, ut uos prosperē agant, & rectē ualeant, sicut uos prosperē agit anima tua.

Participium praesens מַחֲזִיקָה. Gen. 24. Fortunans uiam meam. Et iterum: Et omnia quae faciebat Iehoua, proficiebat in manu eius. Psal. 37. Ne incandesca in proficientem uiam suam.

INDE NOMINA:

מַחֲזִיקִים Frigorium, cui carnes, passilli & alia immissa, celeriter transeunt, fringuntur & torrentur. 2. Reg. 2. Adferre mihi frigorium nouum.

מַחֲזִיקִים Frigorium. 2. Reg. 21. Quē admodū qui defricat frigorium, & defrixum uertit in faciem eius. Et in distinctione sententiae מַחֲזִיקָה. Prou. 19. & 26. Condit piger manū suam in frigorium, & hanc piget referre ad os suū. Est autē sententia: Citius patif corrumpi in caldario cibū, quā ut statim in os regerat: q; nimirū quae fringuntur & torrentur, statim incallescant, & nisi statim excipiantur, adustione dispereant. Et pluraliter מַחֲזִיקָה. 2. Paral. 35. Et quae sanctificata erant, coxerūt in ollis, lebetibus, & frigorij.

1327 מַחֲזִיקִים Costa: & quia costa est in latere, etiā pro latere quolibet, id est, re qualibet transsumitur, quae est in latere, siue sit tabula, siue ualua, siue exedra. Gen. 2. Et aedificauit Iehoua deus costam, quam acceperat de homine in mulierem. Et in statu regiminis mutat zere in sagol מַחֲזִיקָה. Exod. 26. Et pro latere tabernaculi altero. 2. Samuelis 16. Et Simeī ibat in latere montis. In statu affixorum mutat zere in pathah, & pathah in seua. Exod. 25. Et duos circulos iuxta latus eius alterum. Iob 18. Et calamitas ordinata lateri eius. At in distinctione sententiae מַחֲזִיקָה. 1. Regum 6. Ostium lateris. Ezech. 41. Et latitudo exedrae quatuor cubiti. Est & nomen regionis in terra Bentamin, cuius sit mentio 2. Samuelis 21.

מַחֲזִיקִים Ista forma transsumitur latus pro claudicatione seu lapsu, eod quod claudicatio seu lapsus fiat in alterum latus. Psalm. 38. Ego autem ad lapsum ordinatus sum. Et in statu affixorum. Psalm. 35. Et in lapsu meo laetati sunt. Ieremiae 20. Omnes uiri pacis meae obseruant lapsum meum. Legitur autem pluraliter duplici forma, masculina & foeminina. Masculina מַחֲזִיקָה. 1. Reg. 6. Duas ualuas ostio uni. Foeminina מַחֲזִיקָה. 1. Regum 6. Et fecit exedras circunquaque. 1. Regum 7. Super trabes quae erat super columnis. Ezech. 41. Et exedrarū exedra erga exedram. In statu re-

INDE NOMEN,

צַעֲצְעִים Dicuntur, qui metalla discurrere & mouere faciunt. 2. Paral. 3. Et fecit in domo sancti-
1341 ctifanctorum Cherubim duos opere mouentium.

צַעַר Volutatum est in terra, & loco humiliore. Et congruit significacione cum uer-
1342 bis צַעַר & צַעַר צַעַר, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Iesi
33. Tabernaculum quod nequaquam uolubabitur.

צַעֲצְעִים, theristrum: ita uerterunt etiam Septuaginta. Est autem theristrum auto-
re Hieronymo, pallium quo mulieres uestiebatur. Et Suidas scribit, quod sit צַעֲצְעִים
θαιστριον, id est astium uestimentum. Gen. 24. Et accepit theristrum & operuit
se. & cap. 38. Et deposuit uestimenta uiduitatis suae a se, & operuit cum theristro, atque
obuoluit se. Et cum affixo mutat camerz in seua. Gen. 38. Et surrexit & abiit & re-
mouit theristrum suum a se, & induta est uestimentis uiduitatis suae. Ex his tribus
locis apparet fuisse genus ueli, quo mulieres caput seu faciem ornauerunt, & non mul-
tium differre a צַעַר.

1343 Clamauit ex dolore animi. Et tam significacione, quam constructione conuenit cum
uerbo צַעַר, neque quicquam discriminis inter illa deprehendere possunt, nisi circa pri-
mam literam. Primo, legitur absolute. 2. Reg. 6. Et clamauit, & dixit. Psal. 34. Cla-
mauerunt, & Iehoua exaudivit. Psal. 77. Vox mea ad Deum, & clamabo. Thren. 2.
Clamauit cor meum. Gen. 27. Et clamauit clamore magno. Deut. 22. Puella quidem,
quod non exclamauit in ciuitate. Secundo, construitur cum בָּ. Exod. 15.
Quid clamas ad me? 1. Reg. 20. Clamauit ad regem, & dixit. 2. Reg. 4. Mulier qua-
dam de uxoribus filiorum prophetarum clamauit ad Elisaeum.

Participium praesens pluralis numeri צַעֲצְעִים. Gen. 4. Vox sanguinum clamant ad
me. Exod. 5. Atque ideo clamant, dicentes. Et in genere foeminiuo צַעֲצְעִי. 2. Reg. 8.
Et ecce mulier cuius filium uiuificauerat, clamabat ad regem.

In uoce passiuua צַעֲצְעִי, conclamatus est. Iud. 7. Et conclamatus est uir Israel de Na-
phtali. Iud. 10. Et conclamati sunt filij Ammon. 1. Sam. 13. Et conclamati sunt popu-
lus post Saul. 2. Reg. 3. Et conclamati sunt ex omni cingente cinctorium.

In secunda coniugatione legitur tantum participium praesens צַעֲצְעִי. 2. Reg. 2. E-
lisa uero uidens, exclamabat, pater mi, pater mi.

In tertia coniugatione צַעֲצְעִי, & construitur cum accusatiuo mediante articulo צַעֲצְעִי.
1. Sam. 10. Et conclamabat Samuel populum.

INDE NOMEN,

צַעֲצְעִי Clamor, exclamatio. Genes. 27. Et exclamauit clamore magno. Exo. 11. Et erit cla-
mor magnus in Aegypto. Ies. 7. Expectauit iustitiam, & ecce clamor, id est, quere-
la. Iere. 49. Clamor in mari iuncti auditus est. In statu regiminis צַעֲצְעִי. Exo. 3. Ecce
clamor filiorum Israel uenit ad me. Nehe. 4. Et factus est clamor populi. In statu
affixorum צַעֲצְעִי. Exod. 22. Si clamando clamauerit ad me, audiendo audiam cla-
morem eius.

1344 Minor, uel minimus fuit, reputatione ad honoratiores, & nobiliores, id est uir-
tior, contemptior fuit. Et generaliter conuenit cum uoce צַעַר, & opponitur uer-
bo צַעַר: quia notat qualitate, seu existimationem modicam. Deinde congruit
significacione generali cum uerbis צַעַר צַעַר צַעַר צַעַר צַעַר, nisi quod modo signifi-
ficandi differant, & hoc צַעַר quodammodo passiuue praualidari ab honoratiore seu
maiore significet. Legitur autem uerbaliter tantum duobus in locis: Iere. 30. Glori-
ficabo eos, & non minores erunt. Iob 14. Siue honorati sint filij sui, ipse ignorat, si-
ue minores sint, id est, uiles, contempti, non intendit ad illos.

INDE NOMINA:

צַעֲצְעִי Minor, iunior. Genesis 25. Duae sunt Gentes in utero tuo, & duo populi ex uisceri-
bus tuis diuidentur, & populus populo robustior erit, & maior seruiet minori. ubi
opponitur צַעַר, quod est autoritatis, dignitatis & praeminentiae. Et Paulus Roma-
norum צַעֲצְעִי, alterum uero ελάσσων reddidit. Est autem utrunque qualitatis. Iu-
dicum 6. Cognatio mea exhausta est in Manasse, & ego minor in domo patris
mei

Et pluraliter צַעֲצְעִים. Ies. 3. Sindones, & Cidares. pro quo Chaldaeus צַעֲצְעִים. Et
in forma foeminiua צַעֲצְעִי. Ies. 22. Cidarizando cidarizabit te Cidari.
Cidaris, Tiara. Exo. 28. Et facies Cidarim byssi. Ezechielis 21. Tolle cidarim & tol-
le coronam.

INDE VERBUM,

צַעַר Leuit. 16. Et cum baltheo lineo accingetur, & cum cidari cidarabitur. Iesa. 22. Cida-
rizando cidarabit te cidari. Est autem sarcasmus, & alludit ad morem, quo honora-
tis uiris cum mortui essent, cidaris imponebatur.

1337 צַעַר Nomen quem uinculum significat quo constringitur corpus hominis. Sed de
hoc in themate suo צַעַר, a quo deriuatum est.

1338 צַעַר Canalis, e qua delabitur aqua pluuialis de tectis. 2. Sam. 5. Et attigerit canalem.
Et pluraliter צַעֲצְעִים. Psal. 42. In uoce canalium tuorum, id est, cataraetarum, quas
caelo tanquam per canales cum sonitu effundis.

צַעֲצְעִי Interposita litera thau. Zachariae 4. Quae inter duas canales auri, euacuantur desit-
per illis aurum, id est oleum.

1339 צַעַר Incessit cum pompa. Gen. 49. Filiae incedit super muro. singulariter uerbum po-
suit partitiue, id est unaqueque ordine incedit, una post aliam. 2. Sam. 6. Et factum
est, cum progressi essent, qui portabant arcam Iehoua, sex passus. Prou. 7. Et uia do-
mus eius incedet. Iere. 10. Portando portantur, qui incedere nesciunt. Habakuk 3.
In indignatione calcabis terram.

In secunda coniugatione. Iud. 5. Et incedendo te de agro Aedom. Psal. 68. Deus
in egrediendo te, in incedendo te in solitudine.

In tertia coniugatione צַעֲצְעִי. Iob 3. Et incedere faciet eum ad regem.

INDE NOMINA:

צַעַר Incessus, gressus, generis masculini. Prou. 30. Tria sunt bonum facientia incessum. Et
cum affixis. Pro. 4. Cum ambulaueris, non artabitur gressus tuus. ca. 16. Iehoua stabilit
gressum eius. Et pluraliter צַעֲצְעִים. 2. Sam. 6. Et factum est, cum incessissent sex gressus.

In statu regiminis צַעַר. Iob 8. Artantur gressus uirtutis eius. Et cum affixis.
Prou. 5. Infernum gressus eius attingent. Thren. 4. Insidiati sunt gressibus nostris.

צַעֲצְעִי Motus, motio, commotio, agitatio. 2. Sam. 5. Cum audieris commotionem in summita-
te mororū. Chaldaeus transtulit צַעֲצְעִי, id est uocem, id quod 1. Paral. 14. reddi-
tur: Cum audieris uocem commotionis. Et pluraliter צַעֲצְעִים. Ies. 3. Et fimbrias. Chal-
daeus צַעֲצְעִי: Septuaginta πλεωσφόρα, id est clauatas uestes ex purpureis fimbrijs
factas, reddiderunt. Hieronymus Graeco nomine πλεοκαλινας, id est tibialia.

צַעֲצְעִי Armilla, quae super brachijs incedit, & inducitur. Num. 31. Offerimus donationem
ipsi Iehoua, quibus quod inuenit de uasis aureis, armillam, &c. pro quo Chaldaeus
uertit צַעֲצְעִי, catenas. 2. Sam. 1. Steti super eum, & interfeci eum, & accepi coronam,
quae erat in capite eius, & armillam, quae erat in brachio eius. Chaldaeus transtulit
צַעֲצְעִי, id est armillam, multo rectius quam in priore loco. Est igitur differentia in-
ter haec duo: צַעֲצְעִי est ornamentum curium, seu circumferentia in parte inferiore
uestis circa crura: at צַעֲצְעִי ornamentum brachij.

צַעֲצְעִי Gressus, incessus. Psal. 73. A Iehoua gressus uiri diriguntur. Et cum affixo. Dan. 11.
Et cunctis desiderabilioribus Aegypti, Libya, Aethiopiae per ingressus suos.

צַעֲצְעִי Literarum transpositione forceps, & forcipe ferrum in igne & ex igni aliis transfe-
ratur. Legitur tantum semel Iesa. 44. Et fabricatur ferrum in forcipe.

1340 צַעַר Volutauit, scilicet in terra: quadrat significacione cum uerbis צַעַר & צַעַר צַעַר, nisi
quod modo significandi uariant. Legitur in prima coniugatione participium
praesens seu nomen participiale צַעַר, uolutas, uolutator. Ies. 51. Festinabat uolutator
ut aperiret. & cap. 63. Volutabat se in multitudine uirtutis suae. Et pluraliter צַעֲצְעִים.
Iere. 48. Et mittit ei uolutatores. Et in genere foeminiuo צַעֲצְעִי. Iere. 2. Et sub omni
arbore uiridi tu uolutabas te meretrix.

In secunda coniugatione צַעַר. Iere. 48. Et mittit uolutatores ei, & uolutabunt eum.

speculantur.

Participium praesens נִשְׁפָּט. Psal. 37. Speculatur improbus ad iustum, & querit interficere eum. Cant. 7. Nafus tuus uelut turris Libani, speculans faciem Damasci. Et in genere foeminaו נִשְׁפָּט. Prou. 31. Speculatur ambulatioes domus suae. Et pluraliter נִשְׁפָּטוּ. Prou. 15. In omni loco oculi Iehoua speculantes malos & bonos.

Participium praeteritum נִשְׁפָּטָה pro נִשְׁפָּטָה. Iob 15. Et expositus ad gladium, id est, ut gladium speculatur.

In secunda conjugatione נִשְׁפָּט. Thren. 4. Et in specula nostra speculati fuimus ad gentem. Psal. 5. Mane praeparabo tibi, & speculabor. Ierem. 48. Sta & speculare habitatrix Aroer. Michea 7. Et ego ad Iehoua speculabor. Nahum 2. Speculare uia. Habak. 1. Et speculabor ut uideam, quid loquatur.

Participium praesens נִשְׁפָּטָה. 1. Sam. 4. Et ecce Eli sedebat super throno, iuxta uia, speculans. Iesai 21. Vade, constitue speculatorem, ut quod uidet, annunciet. Et pluraliter נִשְׁפָּטוּ. Michea 7. Dies speculatorum tuorum requisitio tua uenit.

Deinde hic obseruandum est, qd hoc uerbum in hac secunda conjugatione saepe habeat contrariam significationem, & significet aliquid obducere lamini, ne appareat aspectui. Et sic quandam habet cognationem cum uerbo נִשְׁפָּט. Exod. 36. Et tabulas obduxit auro. Et iterum: Et obduxit uectes auro. & cap. 38. Et obduxit capita eorum. 2. Reg. 6. Et obduxit eam auro mundo.

Participium praeteritum נִשְׁפָּטָה. Prou. 6. Argentum scoriarum obductum super fictili.

IN DE NOMINA:

נִשְׁפָּטָה Nomē participiale, speculator. 2. Sam. 13. Et eleuauit puer speculator oculos suos. 2. Sam. 9. Et speculator stans super turre. Ezech. 3. Fili hominis, speculatorem posui te domui Israel. & cap. 33. Et speculator ille, quando uiderit gladium, & non impresserit in tubam. Et pluraliter נִשְׁפָּטוּ. 1. Sam. 14. Et uidebant speculatores Saulis. Num. 23. Et deduxit eum in planiciem speculatorum, id est, in quo potuerunt libere speculari. Iere. 6. Et suscitauit super uos speculatores.

נִשְׁפָּטָה Specula. Iesai 21. Speculare in specula: uel sic, qui es in specula.

נִשְׁפָּטָה Specula. Threnorum 4. In specula nostra speculati sumus ad gentem, quae saluare non poterat.

נִשְׁפָּטָה Forma masculina, specula. 2. Paral. 20. Et Iehuda uenit super speculam in desertum. Ies. 21. Et uocauit leo super specula. Et in statu regiminis נִשְׁפָּטָה. Iudic. 11. Et transiuit speculam Gilead. Et in forma foemina נִשְׁפָּטָה. Gen. 31. Et speculam, quia dixit, speculabitur Iehoua inter me & inter te. Nehemias 3. Viri Gibeon & Mizpa. Osee 5. Quoniam laqueus fuistis ipsi Mizpa, &c.

נִשְׁפָּטָה Obductio. Numeri 16. Capitella ipsorum argentum, & obductio capitum ipsorum. & cap. 17. Et extenuarunt ea obductionem pro altari. Iesai 30. Contaminabitur obductionem sculptilium argenti tui.

נִשְׁפָּטָה Obductio: atq; idem significat quod נִשְׁפָּטָה. 2. Paral. 3. Et obductio, quae super capite eius, erat cubitorum quinque.

1348 נִשְׁפָּטָה Nomen sine uerbo, & significat uasculum in quo continetur aqua uel oleum: alias uerterit Scyphum, alias Lecythum. 1. Sam. 26. Et nunc accipe euge hastam, quae est ad caput eius, & Scyphum aquae. 1. Reg. 17. Et Lecythus olei non deficiet. Et in distinctione sententiae נִשְׁפָּטָה. 1. Reg. 17. Et parum olei in Lecycho.

נִשְׁפָּטָה Simila, seu placenta: & opinor esse peregrinum, quanquam aliqui a superiore deducunt, a similitudine Scyphi appellationem habere dicant. Exo. 16. Et sapor eius sicut placenta in melle.

1349 נִשְׁפָּטָה Abscondit, recondit, reposuit, reponendo conseruauit seu adseruauit. Et congruit cum uerbo נִשְׁפָּט, nisi qd ut prima litera, ita modo significandi parum uariant. Item cum נִשְׁפָּט inde deriuato. Et cum נִשְׁפָּט in altero modo significandi. Exo. 2. Et abscondit eum tribus mensibus. Iosue 2. Et accepit mulier uiros, & abscondit eum, id est singularim. Iob 10. Et haec abscondisti in corde tuo. & cap. 17. Quia cor eorum abscondisti ab intelligentia. Psal. 27. Quoniam abscondet me in tabernaculo in die malo. Psal.

mei. Iob 32. Minor ego in diebus, & uos estis antiqui. Psal. 119. Minimus ego & uilis. Psal. 68. Ibi Benjamin minimus subiicit illos. Et Paulus hac prophetiam de se dictam intelligens, se ideo uocat minimum Apostolorum, item abortiuum. Ies. 60. Paruus erit in mille, & qui minimus est, in gente robustam. Mich. 5. Et tu Bethlehem Ephratha paruus es, ut sis in millibus Iehuda: ex te enim mihi exhibit Dominator in Israel, es iste iugeringus dudu seiest uiter de tausente in Iuda. Id est qd Mattheus, aut interpres ipsius expressit per negatiua: Nequaquam minima es inter principes Iuda, &c. Et in statu affixorum mutat cametz in seua. Ios. 6. In primogenito suo fundabit eam, & in minorene suo collocauit portas eius. 1. Reg. 16. Per Abiram primogenitum suum fundauit eam, & per Segub minorum suum collocauit portas eius.

Et pluraliter נִשְׁפָּטוּ. Iob 30. Nunc uero ridet super memiores, qd ego in diebus.

Et in statu regiminis נִשְׁפָּטוּ. Iere. 49. Si non pertrahent eos paruuli gregis. Similiter habet in statu affixorum. Iere. 14. Magnifici eorum miserunt minores suos pro aqua. cap. 48. Fecerunt audire clamorem paruuli eius. Eius foeminaו נִשְׁפָּטָה, minor nati, iunior, minorennis. Et est aetatis, & opponitur נִשְׁפָּטָה, id est, primogenita. Gen. 19. Et dixit primogenita ad minorem natu. & cap. 29. Non agitur sic in loco nostro, ut detur minor nati ante primogenita. 1. Sam. 9. Et cognatio mea minor, quam omnes cognationes tribus Benjamin. Est & abstractum, minoritas, minorennitas, & est aetatis. Gen. 43. Sederunt coram eo primogenitus secundum primogenituram suam, & minorennitatem suam.

מקרה Animi applicatio ad personā, seu rem aliquā, quā animi affectionē seu applicatōnē uertere licebit: alij exposuerūt spēs, alij expectatōnē. Ruth 1. Si dicerē, est mihi expectatio, ut essem hac nocte uirō, atq; etiā pārerē filios. Job 7. Dies mei leuiiores sunt radiō textores, & cōsumunt sine expectatione, id est, cōsideratione. Prou. 19. Castiga filiū dum adhuc spes est. In statu regiminis מקרה. Job 8. Expectatio hypocritarū auferet. Psal. 9. Neq; spes afflictorum auferet perpetuō. Est & reale: & uocant Hebrēi hoc nomine funiculum, qui alicui rei applicatur. Iosue 2. Ecce cūm in greffo fuerimus in terrā, funiculum fili coccineum istum ligabis in fenestra. Et mox iterum: Et ligauit funiculum coccineum in fenestra. In statu affixorum מקרה. Job 4. Est ne timor tuus, spes tua. Prou. 23. Et spes tua non excindetur.

מקרה Collectio, seu comprehensio uel spiritualis & animi, quam uel spem uel expectatōnem uertere licebit. Esdrā 8. Sed nunc adhuc spes est Israelī super hoc. In statu regiminis מקרה. Iere. 14. Spes Israelis saluator eius in tempore angustiae, & cap. 50. Habitaculum iustitiā, & spes patrum eorum Iehoua. Vel est aggregatio seu comprehensio corporalis. 1. Paralip. 29. Sicut umbra, dies nostris super terra, & non est congregatio. 1. Reg. 10. Et congregatio mercatorum regis acciperūt congregatōnem in commutatione. ubi posterius pro multitudine accipitur rerū quarumlibet, quā in negociationē ueniunt. Iesa. 22. Et lacum fecistis inter duos muros pro aquis piscinā ueteris. ubi pro aquarum congregatione, seu colluuiē ponitur. Et in statu regiminis מקרה. Gen. 1. Et uocauit deus aridā, terrā: & colluuiē aquarū, uocauit mare, id est, confluentiam, aggregationem, scilicet aquarum. Exod. 7. Extendite manum tuam super Ægyptum, super flumina eorum, super riuos eorum, & super stagna eorum, & super omnem confluentiam aquarum eorum. Leuitic. 11. Ate fons, cisterna, aggregatio aquarum munda erit.

Proprietē, dissecatō est, quod fit cū offensione, quā uel tēdiū & languescitio, uel dolor cōcomitat. Et differt modo tantū significādī a uerbo פיר. Job 8. Qm dissecabit cōstātia eius, & domus aranei fiducia eius, id est, laguefiet. Ceterū in locis alijs omnibus transferi ad animū, das hern zerschneide / durchs hern geen / verdriessen oder verdrossen sein. Et uariē a Græcis redditur, sicut in locorū allegatione indicabimus. Psal. 95. Quadraginta annis dissecabat in generatione illa. Quod ~~apostolus~~ ad Hebræos cap. 3. citans hunc uersum, reddidit ~~πεσοσώθη~~ ~~σ.α.~~, id est, offensus fui in generatione. Et Lucas paraphrastice uerbo composito ~~πεσοσώθη~~ exprimere uoluit, qd est ferre, ac tolerare mores alicuius, Act. 13. Et circiter quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto.

In uoce passiuā פיר, dissecatus est. Ezech. 6. Et dissecabūt in facieb suis ad mala, quā fecerunt in cunctis abominationibus suis. & cap. 20. Et dissecabitur in facieb uestris propter cūcta mala uestra, id est, offendemini malis, erunt uobis in facieb uestris ista mala tanq; gladij. Job 10. Dissecata est anima mea in uita mea.

In quarta coniugatione פיר. Psal. 119. Videbam prae fractos, & dissecabar, qd sermonē tuum non custodiebant. Ps. 139. Nonne odientes te odio habebā, & in illis qui insurgēbant aduersum te, dissecabar. Istā phrasin etiam Lucas imitatus, uerbo Græco διαρριζώμα dissecor expressit, Act. 5. His autem auditis, dissecabantur & consultabant ut interficerent illos. Similiter cap. 7. Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum.

INDE NOMEN,

פיר Dissecatio. Ezechiel. 16. Iuxta modicum dissecatōnis etiam magis perditē egisti, quā illi in omnibus uijs tuis, scilicet post Samariæ dissecatōnem. Alij tamen ad uerbālīter pro modicum accipiunt, ut sit synonymum ad uerbo פיר.

פיר Vox. Vide in themate פיר.

קום

Surrexit. Congruit significatiōne cum uerbis קום & קום, nisi quōd modo significandi inter se uariant. Coniugatur autem in præterito primæ cōiugationis

da coniugatione: congruitq; significatiōne cum uerbo קום, nisi quōd ut prima litera, ita modo significandi differant. Psal. 25. Omnes expectātes te non pudefient, id est, apprehēdentes seu affectantes te. Psal. 37. Expectātes Iehoua habitabunt terram. Iesaia 49. Quoniam non pudefient expectātes te.

In uoce passiuā קום, de aquis tantū dicitur, & significat affectationem: constituitur cum ב præpositione, quæ motum importat ad locum. Genesis 1. Confluent aquæ sub cœlis ad locum unū. Deinde metaphora ab aquis sumpta, & ad Gentium confluentiam trāsata. Ieremiæ 3. Confluent ad eam omnes gentes propter nomen Iehoua ad Ierusalem.

In secunda coniugatione est uisitatissimum קום, & tantū dicitur de motu & inclinatione animi, & uoluntatis. Variat autem modum significandi ex constructio ne: poteris autem nunc transferre uerbo affectandi, nunc uerbo apprehēdendi, nunc amplectendi, nunc intendendi. Paulum Apostolum existimo uerbo Græco ~~προσκαγαδόντω~~, id est, capite intēto contēplor reddidisse, ut sit gestus diligenter intuentiū. Hieronymus & post eum alij fere omnes expectandi transfulerūt: & quidem non improbo, siquidem paupertas linguæ Latinæ propemodum ita cogit, ut isto uerbo expectandi exponatur. Primò, ponitur absolute. Job 17. Et si expecta uero, tamen infernus est domus mea, id est, si diu & circum qua q; spectauero. Psal. 39. Et nūc quid expecto Iehoua. Psal. 69. Expectaui ad cōmiserendum, id est, respexi circum qua q; ut cōmiserentur mei, sed nemo erat. Secundò, cum datiuo mediante articulo lamed. Gen. 49. Salutari tuo intentus sum. Job 3. Intētus erit luet, & non. Iesa. 5. Et intētus fuit iudicio, & ecce caluitium. & cap. 60. Quoniam mihi insulæ intētae erunt, id est, affluent. Tertiò cum accusatiuo. Psal. 25. Integritas & rectitudo seruabunt me, quia expectaui te. Et iterū: Te expectaui quoti die. Job 7. Et sicut mercenarius expectat opus suum, id est, mercedē operis sui. cap. 30. Sed bonum expectaui, & euenit malum. Psalm. 40. Expectando expectaui Iehoua. Psal. 56. Quomodo expectauerunt animam meam. Iesaia 26. Iehoua expectaui me. & cap. 64. Cū faceres mirabilia, quæ non expectaui me, id est, expectaui me, expetiui me.

Quartò, cum ב præpositione importante motum animi ad personam. Psal. 27. Specta ad Iehoua, constans esto. Psal. 37. Specta ad Iehoua, & custodi uiam eius. Iesaia 51. Ad me insulæ spectabunt.

INDE NOMINA:

קום In statu absoluto cum camez. Primò significat applicatiōnē animi ad rem aliquā. Ies. 28. Mandatū ad mandatū, mādatum ad mandatū: expectatio ad expectatiōnē, expectatio ad expectatiōnē. Secundò significat funiculū mensurorū, qui ad mēteriē seu ad ipsa ædificia applicat, & quo mēiunt & mensurant regiones terrarū. Est autē in prophetis obseruandum, quōd duplicē ponant funiculū, unum ad ædificandum, alterum in malum ad destruendū. Ies. 28. Et ponam iudiciū ad funiculum, & iustitiā ad pondus. cap. 44. Dedolauit lignum, extendit funiculum. cap. 34. Et manus eius diuisit funiculo. Legitur tamen semel cum pathah scriptum, Ezech. 47. Et funiculum in manu eius, mensusq; est mille cubitos. In statu regiminis cum pathah קום. 2. Reg. 21. Et extendi super Ierusalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab. Ies. 34. Et extendet super eam funiculum inanitatatis. Iesa. 18. Ad gentē funiculi, id est, quæ per funiculos dimetienda erit. ubi prius in regimine, alterū in statu absoluto, utrunq; autem simul distributiue ponitur. Legitur tamen interdū קום. 1. Reg. 7. Et funiculum triginta erat cubitorum. pro quō 2. Paral. 4. legit קום. Itē Iere. 31. Et egrediet amplius funiculum mensuræ. & Zach. 1. Et domus mea ædificabitur in ea, & funiculum extendetur super Ierusalē. ~~Quoniam~~ ~~quæ~~ ~~per~~ ~~funiculos~~ ~~dimetienda~~ ~~erit.~~ ~~ubi~~ ~~prius~~ ~~in~~ ~~regimine,~~ ~~alterū~~ ~~in~~ ~~statu~~ ~~absoluto,~~ ~~utrunq;~~ ~~autem~~ ~~simul~~ ~~distributiue~~ ~~ponitur.~~ ~~Legitur~~ ~~tamen~~ ~~interdū~~ ~~קום.~~ ~~1.~~ ~~Reg.~~ ~~7.~~ ~~Et~~ ~~funiculum~~ ~~triginta~~ ~~erat~~ ~~cubitorum.~~ ~~pro~~ ~~quō~~ ~~2.~~ ~~Paral.~~ ~~4.~~ ~~legit~~ ~~קום.~~ ~~Itē~~ ~~Iere.~~ ~~31.~~ ~~Et~~ ~~egrediet~~ ~~amplius~~ ~~funiculum~~ ~~mensuræ.~~ ~~&~~ ~~Zach.~~ ~~1.~~ ~~Et~~ ~~domus~~ ~~mea~~ ~~ædificabitur~~ ~~in~~ ~~ea,~~ ~~&~~ ~~funiculum~~ ~~extendetur~~ ~~super~~ ~~Ierusalē.~~

Et in statu affixorū, ut in statu regiminis, fortificata insu per litera uau. Psal. 19. In omnem terram exiuit funiculum eorū, id est, dimensum eorum in doctrina Euāgelij, & eius propagatione: ad quam Paulus Apostolus quæque alludit 2. Corinth. 10. Nos autem non in inmensum gloriabimur, sed secundum mensuram

labunt cœli iniquitatem eius, & terra stabit contra eum.

INDE NOMINA:

- קוץ** Qui insurgit contra aliquem, nomē uerbale, sicut קוץ bonus. Etus plurale קוצים legitur 2. Reg. 16. Serua me à manu regis Israel, & insurgentium contra me. Potest tamen esse participium pro קוצים.
- קוץ** Nomen generale, quod subsistit ac uiuit in terra, substantia. Gen. 7. Et delebo omnē substantiā, quam feci à facie terræ. Et mox iterū: Et deleuit omnē substantiam, quæ fuit super terra, ab homine usq; ad pecus, usq; ad reptile, usq; ad uolucres cœlorum. Deut. 11. Omnem substantiā, quæ sub pedibus eorum in medio totius Israel. Et arbitrantur nonnulli non ineruditi ~~ad Hebræos fidem ita more Hebræo~~, Græca tamen uoce ~~καταστροφή~~ uocasse cap. 13. Si sanè initiū substantiæ usq; ad finem firmum tenuerimus. Similiter cap. 11. Est autem fides earum rerum quæ sperantur ~~καταστροφή~~, id est substantia. Et 4. Esdræ 8. Qui habent substantiam bonorum operum, & c. nisi malis ~~קוצים~~, sicut Mich. 1. usurpatur: de quo suo in loco.
- קוץ** Forma masculina, substantia, & ut ita dicam, resurrectio, resurrectio. Job 22. An non succisa est substantia nostra. Putat autem Noah, & ipsius filios, qui fuerunt nostri substantia, quotquot post illos uiuimus, & nos sumus resurrectio ipsorum. Et in forma foeminea קוצים. Thren. 3. Sessionem eorum & resurrectionem eorum aspice.
- קוצים** Frumentum in agro recta stans, & nondum demessum, culmi & arista stantes, seges. Exo. 22. Et si cōbustus fuerit acerus, uel seges. 2. Reg. 19. Ante segetem. Osee 8. Culmus non et, arista quæ non facit farinam. Ies. 17. Et erit ac si quis colligat messem segetis. Et pluraliter קוצים. Iud. 15. Et misit in segetes Philistæorum.
- קוצים** Altitudo, statura. Exo. 38. Et altitudo. Ies. 10. Et excelsi statura. Ezech. 13. Super caput omnis statura. In statu regiminis קוצים. 1. Reg. 7. Altitudo rotæ unius. Ies. 37. Et excindam altitudinem cedrorum. Et cum affixis קוצים. Gen. 6. Et triginta cubitorum altitudo eius.
- קוצים** Erectio, resurrectio, resurrectio. Leuitic. 26. Et non erit uobis resurrectio coram inimicis uestris.
- קוצים** Locus, seu spacium in quo statur. Estq; tam terminatione, quam appositione generis masculini, sed declinatione tantum generis foemini. Genesis 13. Vsque ad locum. cap. 24. Et locus pro camelis. Ies. 66. Locus requies mea. Et in statu regiminis mutat cametz in seua קוצים. Gen. 12. Vsq; ad locum Sichem. Ies. 60. Ad glorificandū locum sanctuarij mei. Leuit. 4. In loco holocausti. Et est hinc obseruandum, quod hanc formam regiminis seruat, quādo sequitur relatiuum ~~ו~~, uel ~~והוא~~: quanquam non ponatur in regimine. Gen. 39. Loco quo uincti regis uinciebatur. Ezech. 21. In locum quo creatus es. Eccl. 11. Et si ad Aquilonē loco quo ceciderit lignū, ibi erit. Et pluraliter קוצים. 1. Sam. 7. Omnia loca hæc. Psal. 103. Omnibus locis dominationis eius. 2. Paral. 33. Et loca. Amos 4. In omnibus locis uestris.
- קוצים** Erectio. Leu. 26. Et ambulare faciam uos erecta statura in erectione uel, erecte.
- קוצים** Dicitio cōposita ex קוצ non, & infinitiuo קוצ surgere. Et dicitur hoc nomine eiusmodi, contra quem nemo insurgere audeat. Legitur Proverb. 30. Hircus & rex non surgere cum eo, id est contra quos non insurgere debes.
- קוצים** Vsuenit tantum in secunda coniugatione קוצים, & significat producere seu extendere uocem, ut lamentantes producunt uocem in longum: congruitq; significatione cum uerbis קוצים & קוצים קוצים קוצים, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Ezech. 27. Et lamentabuntur super te. & cap. 32. Lamentatio est, & lamentabuntur eam, filia gentium lamentabuntur eam. 2. Samuelis 1. Et lamentatus est Dauid lamentationem hanc. Ezech. 32. Super Ægyptum, & super multitudinem eius lamentabuntur eam.
- Participium presens foemini generis קוצים. Ierem. 9. Vocate lamētatrices, ut illæ ueniant.

INDE NOMINA:

קוצים Lamentū, lamētatio. Iere. 7. Eleua super excelsis lamentationē. Amos 8. Et uertam pp 4 omnes

tionis deficiente uau litera. 1. Sam. 17. Quando surrexit Philistæus. Exod. 33. Et surrexit omnis populus. Gen. 13. Surge, perambula terram. 2. Paralip. 6. Et nunc surge Iehoua deus. Psal. 12. Et nunc surgam. Leuit. 19. Coram canicie surgite. Deuter. 13. Quando surrexerit in medio tui propheta. Deuter. 19. Si surrexerit testis fraudis. Iosue 2. Et nō surrexerit amplius spiritus in uiro à facie uestra, id est, stabiliis fuit. Legitur tamen semel aleph pro uau קוצ. Osee 7. Et surget tumultus in populo. Et quando constructur cum præpositione ~~ב~~, importat hostilitatem. Gen. 4. Et surrexit Cain ad fratrem, id est, contra. Similiter cum ~~ב~~. Iudicium 9. Et uos surrexistis contra domum patris mei. Psal. 27. Si surrexerit contra me bellum. Secundo, quādo de cōsilijs & cōsultationibus, uel de uerbo & doctrinā, de promissionib; aut uotis, itē de iudicio seu iudicatione dicit, significat stare, cōsistere, cōfirmari, stabiliri. Num. 30. Et stabūt uota eius. Ies. 7. Non consistet, neq; erit, f. consistit. Ies. 14. Quemadmodū decreui, ita stabit. & cap. 46. Consiliū meū stabit. cap. 40. Sed uerbū dei nostri stabit in æternū. Deut. 19. In ore duorum aut trium testium stabit omne uerbum. Paulus Apostolus allegans hoc dictū reddidit uerbo ~~σάβητον~~, constituetur omne uerbum, id est, ratum, firmum erit. Et quando de oculis dicitur, Hebræis idem significat, quod Latinis caligandi uerbum, ~~das die augen starren~~, id est stat uirtus uisua, nec diffunditur. 1. Samu. 2. Et oculi eius stabant, & non poterat uidere. 1. Reg. 14. Non poterat uidere, quia stabant oculi eius præ sentio. Tertiō legitur semel trāsitiuē, sequente accusatiuo. Amos 7. Quis eriget la cob? est enim paruus. Participium presens קוצ, cuius plurale קוצים in usu est. Psal. 31. Multi surgunt aduersum me. Psal. 92. In insurgentes aduersum me. Et cum affixis. Exo. 15. Destruisti insurgentes tuos. 2. Samuel. 22. Insurgentes mei. Et in genere foemini קוצים. Mich. 7. Filia surgit contra matrem suam. In secunda coniugatione habet duplicem formam, sicut קוצ & קוצים: legitur interdum forma קוצ cum iod mobili, secundum consuetudinem uerborum perfectorum, statuit, constituit, stabiluit, confirmauit, comprobauit, ratificauit, erexit. Esther 9. Et sermo Esther confirmauit uerba fortium. Et mox iterum: Quemadmodū ratificauit eis Mardocheus, id est, constituit. Psal. 119. Diffluxit anima mea præ angustia, cōfirma me secundū uerbum tuū. Esther 9. Et ratificauerunt, & acceperunt Iudæi super se. Aliquādo forma geminata קוצים. Ies. 58. Fundamenta generationis & generationis constitues. & cap. 61. Desolationes priores constituent, id est, confirmabunt. Mich. 2. Et heri populus meus contra inimicum instabant. In tertia coniugatione קוצים, erexit, statuit, constituit, suscitauit, exuscitauit, stabiluit, confirmauit, ratificauit. Iosue 4. Et duo decim lapides erexit Iosue in Iordane. Prou. 30. Quis constituit omnes terminos terræ. Psal. 4. Et statuit super peram pedes meos. Gen. 38. Exuscita semen fratri tuo. Ruth 4. Ad exuscitandum nomen defuncti. 1. Sa. 22. Quia suscitauit filius meus seruū meum aduersum me. Deut. 18. Prophetam exuscitabo eis. Psal. 119. Iuravi & ratificabo. Num. 30. Confirmauit ea, scilicet uota ubi contrarium est uerbo קוצים. Et quādo de uerbo dicitur, semper huic uerbo est contrarium, sicut & Apostolus Paulus interpretatur uerbo ~~ιστάω~~, statuo, stabilio, facio ut aliquid stet, alioquī uacillans aut cadens, & opponit uerbo ~~καταρῶω~~, aboleo, antiquo, irritum facio: ut, cum inquit Rom. 3. Legem igitur irritam facimus per fidem, abstinimō legem stabilimus. Participium presens קוצים. Ge. 9. Erigo pactum meum uobiscum. 1. Sam. 2. Suscitans ē puluere pauperem, id est, erigens. In uoce passiuā קוצים. Exo. 40. Erectum est tabernaculum. Vel cum kybutz קוצים. 2. Sam. 23. Et ait uir erectus super Messiam, id est, certificatus de Messiahi. In quarta coniugatione legitur tantum participiū קוצים. Job 27. Et insurgens contra me, sicut iniquus. Et pluraliter קוצים קוצים קוצים. Psal. 139. Et in insurgentes cōtra te stomachatus sum. Et in genere foemini קוצים קוצים. Job 20. Reue labunt

99

In tertia cōiugatione יִתְּן, fodiendo occurrere fecit, elicit aquas. Ierē. 6. Quē admodum eructat puteus aquas suas, ita ipsa eructauit malitiam suam.

INDE NOMINA:

1377 **קוֹר** Vena aquae, fons, scaturigo. Prou. 25. Fons conculcatus, iustus amotus corā improbo. Zach. 13. Fons apertus domui David. Et in statu regiminis & affixorū יִתְּן. Psal. 36. Apud te est fons uitae. Prou. 10. Fons uitae os iusti, & cap. 14. Timor lehoua fons uitae. Leuit. 12. Et munda erit a fonte sanguinis eius.

1377 **קוֹס** Nomen adiectiuum. Prou. 25. Aquae occurrentes seu scaturientes animae lassae. Frigus, uentus frigidior, uentus seu frigus obstans, & occurrens, & perfodiens seu penetrans. Geh. 8. Frigus & aestas. Et in genere foemina קוֹס. Job 24. Nec operimentū in frigore. Job 37. Ex penetrati uenit turbo, & ab Aquilone frigus. Pf. 147. Ante frigus eius quis stabit, id est, ante impetū occurrentis frigoris quis subsistet?

1377 **קוֹר** Refrigeriū, refrigeratio, scilicet occurrens. Iud. 3. Et ipse sedebat in altana refrigerij. 1380 **קוֹש** Telae scilicet araneorum, foramina in quibus aranei occurrunt muscis, & quae ceu trabes occurrentes habent, sicut in aedificio. Iesa. 59. Et telas aranei texent. Alias etiam קוֹר dicuntur foramina seu retia, de quo suo in loco.

1380 **קוֹש** Congruit significatione cū uerbis קוֹש & קוֹש, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se variant. Et significat illaqueare, complicare laqueos. Ies. 29. Et corripienti in porta laqueos complicabunt.

1381 **קוֹש** In secunda coniugatione & quadrata קוֹש, in fasces, seu fasces complicauit, seu constrinxit. Exod. 5. Ipsi ibunt, & complicabunt sibi paleam. & cap. 15. Ad compliandum stipulam.

1381 **קוֹש** Participiū praesens קוֹש, Num. 15. Et intenerūt uirū complicantem ligna. Et in genere foemina קוֹש. Reg. 17. Et ecce ibi mulier uidua complicās seu colligēs ligna.

1381 **קוֹש** Nomen sine uerbo. Et meo quidem iudicio congruit significatione cum uerbis קוֹש & קוֹש: significat enim euulsionē, excisionem, excidiū seu exitiū, hoc est, luem subitō euellentem, qualis est aut febris, aut pestis, aut apoplexia, quae subitō mortem adfert, & auellit, mors subitanea. Deut. 32. Atq; euulsionē amarissimā. Psal. 91. Ab euulsionē, quae uastat in meridie. Iesa. 28. Turbo euulsionis.

1382 **קוֹש** Euulsio. Et cum affixo mutat holem in hatephcametz. Osee 12. Vbi euulsio tua Inferne: pro quo Apostolus 1. Corinth. 15. uertit *uictoria*, id est uictoria, ad significandum uictoriosam euulsionem. Septuaginta, stimulus. Hieronymus, morsus. Symmachus, occursus. Quinta editio & Theodotio, plaga.

1382 **קוֹש** Diffecuit. Job 13. Si diffecuerit me, in ipso sperabo. cap. 24. Ad lucem surget interfecto, & diffecabit oppressum & inopem.

INDE NOMEN,

1383 **קוֹש** Sectio, diffecatio. Abdiā 1. Eō quod excindetur uir de monte Esau per diffecationem.

1383 **קוֹש** Paruus fuit, uel qualitate, uel quantitate. Gen. 32. Minor sum omnibus beneuolētis & omni ueritate, i. indignior. 2. Sa. 7. Et paruū fuit hoc adhuc in oculis tuis. In tertia coniugatione קוֹש. Amos 8. Ad paruū faciendum modium, id est, ad diminuendum.

INDE NOMEN,

1377 **קוֹש** Nomen substantiuū, uel adiectiuum generis masculini: & est quantitatis, uel qualitatis. Gen. 44. A maiore incepit, & in minore cessauit. Deut. 1. Tam paruū, quam magnū audietis. 1. Sam. 15. Non ne cum paruus esses in oculis tuis. 2. Reg. 25. Omnis populus a minimo usq; ad maximum. Iesa. 60. Paruus erit in mille. Iere. 49. Ecce paruū dedi te in gentibus, & contemptū in hominibus. Gen. 1. Et luminare minus. 1. Sa. 2. Palliū paruū faciebat ei mater sua. 1. Sam. 20. Ecce nō faciet pater meus rem magnā, aut rem paruā. 1. Reg. 3. Ego sum puer paruus, nō noui egredi & ingredi, id est, non quod ad quantitatem, nec aetatem, sed respectu tanti regiminis mihi imposuit. Ies. 54. In momento modico deserui te. Porro quando positū est in subdistingtione, aut distinctione sententiā, mutat holem in cametz, sic קוֹש. Gen. 9. Et cognouit quae

*Gammat. Sic uocat
sui inferioris q. modus
significat ab obliet.*

omnes solennitates uestras in luctum, & omnia cantica uestra in lamentationem. Et pluraliter קוֹש. 2. Paral. 35. Omnes cantores & cantatrices in lamentationibus suis super Iosiahū. Et forma masculina קוֹש. Ezech. 2. Scriptum erat super ea, lamentationes, gemitus, & planctus.

1377 **קוֹש** Hasta, lancea in modum cannae seu arundinis producta. 2. Samuel. 21. Et pondus hastae trecentorum pondere aeris.

1377 **קוֹש** Ex eo legitur tantum tertia futuri secundae coniugationis קוֹש, pro קוֹש. Ezechiel. 17. Non ne radices eius euellet, & fructum eius punget, ut ipsa aresiat?

INDE NOMEN,

1377 **קוֹש** Pugillaris. Ezech. 9. Et pugillaris scriptoris ad renes eius.

1377 **קוֹש** Simia. Vide supra in themate קוֹש.

1377 **קוֹש** Compunctus fuit: accommodatur autem ad multas res, de quibus dicitur. Et in prima coniugatione modo significandi nō multum abluat a uerbo קוֹש. Porro apud Latinos respondet propemodū ei uerbu abhorrescere a re quapiam, uel metu, quādo scilicet cōstruitur cū ablatiuo קוֹש, id est, a facie seu cōspectu: uel horrorē seu fastidiū & nauseam habere, quādo cōstruitur cū ablatiuo mediāte praepositione beth, in re aliqua. Germani exprimit uerbo *grauen*. Greci nō uno uerbo reddiderūt, sicut in locorū allegationibus indicabimus. Gen. 27. Compuncta fui per uitā meā a facie filiarum Heth. Exo. 1. Et compuncti sunt a facie filiorū Israel. Leuit. 20. Et compungebar in illis. Num. 4. Et anima nostra compuncta est in pane isto uili. & ca. 22. Et compunctus est Moab a facie filiorū Israel. 1. Reg. 11. Et compunctus est in Israele. Prou. 3. Et ne compungaris in correptione eius. *Munit & punit* ad Hebraeos citans hoc Salomonis dictū cap. 12. uerbo *εὐλόμαι*, deficio, defatigor, reddidit, cum scribit: Neq; deficiās cum ab eo argueris, licet Lucas Actor. 2. His additis, inquit, compuncti sunt corde. uerbo reddiderit *κατανύθη*, significans fastidium & dolorem actae uitae.

Participiū praesens קוֹש. Iesaia 7. Derelinquetur terra in qua tu compungeris a facie duorum regum eius.

In tertia coniugatione קוֹש retinet quidem significationē neutralem, sed modū significandi mutat, quem cōmunem habet cum uerbo קוֹש, expunctus, extimulatus est, sicut accidit illis, qui somno euigilant & excitantur: unde uerbo euigilandi, uel expergiscendi uertere licebit. Iesa. 29. Et euigilabit & uacua erit anima eius. Pf. 3. Ego cubabo, & dormiam, & euigilabo: quia Iehoua sustentat me. Psal. 17. Satiabor quādo euigilauerit effigies tua. Prou. 6. Cū euigilaueris, ipsa disseret tecum. Iere. 51. Et annunciauit ei dicens, non euigilauit puer. Job 14. Donec non erunt coeli, non euigilabunt, neq; excitabuntur a somno suo.

INDE NOMINA:

1377 **קוֹש** Spina, a pūgendo. Gen. 2. Spinā & tribulum germinabit tibi. 2. Sam. 23. Et Beliaal, tanquā spina mota. Ezech. 28. Et spina dolore afficiens. Et pluraliter קוֹש. Exo. 22. Quū ignis egressus inuenerit spinas. Iere. 4. Et ne seratis super spinas. In statu regiminis קוֹש. Iud. 8. Et triturabo carnem uestram cum spinis deserti.

1377 **קוֹש** Aestas, tempus anni, quo sol pungit & exuscitat, id est facit maturescere fructus, & fruges terrae. Gen. 8. Et aestas & hyems. Psal. 32. Versus est succus meus in ariditate aestatis. Prou. 10. Colligit in aestate filius prudens. Ies. 28. Sicut praecocia ante aestatē.

Item saepenumero ponitur pro fructibus aestiuis, & cōmuniter pro ficibus aestiuis, collectiue. 2. Sam. 16. Et centum massas aestiuarum. Iere. 40. Et uos colligite uinum, & aestiuas, & oleum. Amos 8. Et ecce canistrū aestiuarum. In statu affixorū קוֹש. Iesaia 16. Super aestiuas tuas, & super messem tuam clamor ingruit.

INDE VERBUM,

1377 **קוֹש** Aestiuauit, aestatem transegit. Ies. 18. Et aestiuabit super ea uolucris.

1379 **קוֹש** Effodit, perfodit, foraminauit in occursum uenae: & cōgruit significatione cū uerbis קוֹש & קוֹש. 2. Reg. 19. & Ies. 37. Venam effodi, & bibi aquas peregrinas. In

קוֹש

uero h̄y. Gen. 8. Et cognouit Noah, quod alleuiata essent aquae. Job 7. Dies mei leues fuerunt, plusquam radiis textoris. Habakuk 1. Et leues erunt plusquam pardi equi eius. Nahum 1. Qui leuis fuisti. Job 39. Ecce leuis sum: quid respondebo tibi?

Participium praesens, seu nomē participiale לָוֵן, leuis; & per metalepsin, uelox, celer. 2. Sam. 2. Et Azahael erat leuis pedibus suis. Ies. 5. Leuis ueniet. cap. 19. Super nubem leuem. Iere. 46. Ne fugiat leuis. Et pluraliter לוֹלֵוִן. Ies. 18. Ite nuncij leues. Thren. 4. Leues fuerūt persequutores nostri, plus quam aquilae caeli. Eccl. 9. Quia non est leuibus cursus. Et in genere foeminiuo לוֹלֵוִת. Iere. 2. Dromedaria leuis.

In uoce passiuua לוֹלֵוֶה & לוֹלֵוֶת. 2. Reg. 3. Sed leue fuit hoc in oculis Iehoua. Ies. 49. Leue fuit ut esses tu mihi seruus. 2. Sam. 6. Sed leuis ero posthac, plusquam nunc, & ero humilior in oculis meis. Genes. 16. Et leuis facta sum in oculis eius. Et mox iterum: Et uidit, quod concepisset, & leuis facta est domina eius in oculis ipsius. 1. Samuelis 2. Et contemntes me, leues erunt.

Participium לוֹלֵוֶה, quod tamen nominaliter usurpatur. Prou. 14. Et scientia intelligenti leuis. Et in genere foeminiuo לוֹלֵוֶת. Iere. 6. Et sanauerunt fracturam populi mei super leuitate, dicentes, pax pax, & non pax.

In secunda coniugatione לוֹלֵוֶה, leuifecit, leuigauit, uilipēdit. Leuit. 20. Patrem & matrem suam leuifecit. 2. Sam. 20. Quia leuifecit Christum Iehoua. 2. Samuelis 16. Leuifac Dauidem. Exod. 22. Deos non leuifacies. Genesis 8. Non addam leuifacere amplius terram.

Participium praesens לוֹלֵוֶה, Prouerb. 20. Leuificans patrem suum. Iere. 15. Vnusquisque leuifacit me. Quod Rabonim dicunt esse compositum seu contractum ex לוֹלֵוֶה & לוֹלֵוֶה, breuitatis gratia. Leuit. 24. Educ leuifacientem, id est maledicum. Et pluraliter לוֹלֵוֶה. 1. Sam. 3. Quia leuipendebant eas filij eius.

Participiū praeteritū לוֹלֵוֶה, cuius plurale legitur Pl. 37. Et leuifacit eius succident. In uoce passiuua לוֹלֵוֶה. Ies. 65. Et errans filius centum annorum leuifacitur.

In tertia coniugatione לוֹלֵוֶה, si regit post se accusatiuum, tum usurpatur transitiuē: ut 2. Sam. 19. Cur alleuiasti me. Ezech. 22. Patrem & matrē alleuiauerunt in te. Sin uerō absolute ponitur, tum usurpatur neutraliter: ut Ies. 8. Iuxta tempus primum alleuiavit ad terram Zabulon, & ad terram Naphthali, & postremō aggrauabitur, id est grauitis ueniet. 1. Reg. 12. Pater tuus indurauit iugum nostrum, sed tu nūc alleuia a seruitute patris tui dura. Exod. 18. Et omnem causam parua iudicabunt ipsi, & alleuia a te, ut portent tecum. Ionae 1. Et proiecerūt uasa, quae erant in nauī, in mare, ad alleuiandum ab illis, id est, ut nauis esset leuior ab illis.

In coniugatione quadrata לוֹלֵוֶה, leuigauit. Ezech. 21. Leuigauit in sagittis, interrogauit imagines, id est, expoliuit, ut cernerent in illis diuinatores. Ecclesiast. 10. Si obtusum fuerit ferrum, & ipse non leuigauerit acies, tum robur multū praeualebit.

In quarta coniugatione לוֹלֵוֶה. Iere. 4. Vidi montes, & ecce commouebantur, & omnes colles leuifacuerunt se, id est fugiendo fuerunt celeres.

INDE NOMINA:

- לוֹלֵוֶה Leuis, celer, uelox: nomen participiale, de quo supra in participio praesenti primae coniugationis.
- לוֹלֵוֶה Leuis, facilis: nomen participiale, de quo supra in participio passiuuae uocis, &c.
- לוֹלֵוֶה Nomen adiectiuum, leue, tersum, politum. Ezech. 1. & Dan. 10. Et scintillantes sicut aspectus aris leuis: seu, politis.
- לוֹלֵוֶה Generale nomen ad omnem uocem seu sonum, siue articulatam, siue non articulatam, eod quod leuis sit, & uelociter feratur. Et manet semper inuariatum tam in statu regiminis, quam affixorum. Genes. 3. Et audierunt uocem Iehoua Dei. & cap. 16. Et obediuit Abram uoci Sarai. & cap. 39. Et clamaui uoce magna. cap. 27. Vox ista, uox Iacob. Psalm. 19. Non est audita uox eorum. 1. Samuel. 14. Et eleuauit Saul uocem suam, & fleuit. Ieremiae 42. Et uox tubae non est audita. Ezechiel. 1. Et audiui uocem alarum eorum, sicut uocem aquarum. 2. Reg. 6. Non ne uox pedum sustentatoris eius post eum? Psalm. 18. Et Altissimus dedit uocē suam. Job 37. Tonabit Deus

quae fecerat ei filius suus paruus. cap. 27. Et induit Iacob filium suū minorem. cap. 44. Et natum senectutis paruus. 1. Samuelis 16. Adhuc reliquus est paruus. Iesaiæ 22. Et omnia uasa paruitatis. Et cum affixo fortificat literam nun punctulo dagges. 1. Regum 12. Minimus meus, densior est lumbis patris mei. Ieremiae 6. Quoniam a paruo eorum usque ad maiorem eorum. Similiter in plurali לוֹלֵוֶה. 2. Reg. 2. Pueri parui egressi sunt de ciuitate. 2. Reg. 18. Vnum seruorum sustentatoris mei minorum. 2. Paralip. 36. Et omnia uasa domus dei maiora & minora. Item in statu regiminis לוֹלֵוֶה. 1. Sam. 9. Ego sum de minimis tribuum Israel. Prouerb. 30. Quatuor ista parua terra. Et in genere foeminiuo לוֹלֵוֶה. Genes 25. Et nomen minoris Rachel. Num. 22. Non poterō praeferre os Iehoua Dei mei, ut faciam magnum uel paruus. 1. Sam. 12. Nisi agna una parua. Et pluraliter לוֹלֵוֶה. Psalm. 104. Anima parua & magna. Psalm. 115. Benedicet timentes Iehoua maiores cum minoribus. Ezech. 16. Cum tu acceperis sorores tuas maiores te ad minores, quam tu. Zach. 4.

1384

קָסָר

Quis tu contemptor es diei paruorum. Suffiuit, suffitum fecit, subfumi gavit, adoleuit, odores incendit. 2. Regum 23. Et suffiebant tibi sacerdotes. Ies. 56. Qui suffierunt super montibus. Iere. 44. Nonne suffitum quem suffiuisit in urbibus Iehuda. Osee 11. Et sculptilibus suffient.

Participium praesens pluralis numeri קָסָרִים. 2. Reg. 18. Fuerunt filij Israel suffientes illi. Et in genere foeminiuo קָסָרִית. Ieremiae 44. Suffiebant mulieres eorum dijs alienis. Sumitur tamen nominaliter pro suffimentis. 2. Paralip. 30. Et omnia suffimenta amouerunt.

Participium praeteritū generis foemini קָסָרִית. Cat. 3. Suffita myrrha, & thure. In tertia coniugatione קָסָרִית. Leuit. 9. Et adipem suffiuit super altari. Leuit. 17. Et suffit adipem. Exod. 29. Et suffies totum arietem. Et 1. Reg. 9. legitur praeteritum in forma Imperatiui: Et suffiuit super illud.

Participium praesens קָסָרִית. 1. Reg. 3. Tantū in Excelsis ipse sacrificabat & suffiebat. Et pluraliter קָסָרִית. 2. Paral. 13. Suffientes Iehoua holocausta. Et in genere foeminiuo קָסָרִית. 2. Reg. 11. Et sic fecit omnibus uxoribus suis suffientibus & sacrificantibus dijs suis.

Participium praeteritum קָסָרִית. Malach. 1. Et in omni loco suffitur nomini tuo. In uoce passiuua קָסָרִית. Leuit. 6. Ipsi Iehoua totum suffietur.

INDE NOMINA:

- קָסָר Suffitus, suffimentum. Iere. 44. Suffimentum, quod suffiuisit in urbibus Iehuda.
- קָסָר Fumus, uapor. Gen. 19. Et ecce ascendit fumus terrae, sicut fumus clibanī. Psalm. 119. Sicut uter in fumo. Psalm. 148. Ignis, grando, nix, & uapor.
- קָסָר Thymiana, suffitus, suffimentum. Deut. 33. Ponent suffimentum in furore tuo.
- קָסָר Thymiana, suffitus, suffimentum. Exo. 30. Et altare suffitus. Et iterum: Et suffimentum quod facies, & cap. 40. Et pones altare aureum pro suffimēto ante arcam. Et in statu regiminis manet inuariatum. Numeri 4. Suffimentum aromatum. Et in statu affixorum mutat holem in hateph camerz. Ezech. 16. & 23. Et oleum meum, & suffimentum meum.
- קָסָר Nomen adiectiuum, suffitorium, id est altare super quo adoletur. Et in statu regiminis קָסָר. Exo. 30. Et facies altare suffitorium suffimenti.
- קָסָר Vas, in quo fit suffitus, quod nos thuribulū uocamus: poteris uertere suffitorium. Et cum affixo mutat prius sagol in pathah, & alterum in seua, daggestata thau litera. Ezech. 8. Suffitorium suum in manu ipsius.
- קָסָר Suffumigationes, suffimenta. Ezechiel. 46. In quatuor angulis atrij erant atria suffimentorum.
- קָר Paries. Vide infra in themate קָר.

1385

קָלָל

Significat proprie alleuari, uel pondere, uel honore & existimatione: & oppōnū uerbo כָּבַד. Et ut קָרָר a corrosione, & קָבַב ab euacuatione, ita hoc קָלָל a leuitate honoris uel existimationis, uel pōderis dicit. Et differt modo tantū significandi a uerbo

Participium praesens רָבַדְ . Iudic. 20. Omnis ille rotabat cum lapide ad pilum, & non aberrabat. Ieremiae 10. Ecce ego rotabo habitatores terrae.
 In secunda coniugatione רָבַדְ . 1. Sam. 17. Et accepit inde lapidē & rotauit, & percussit Philistaeum. Et mox iterum: Et animam inimicorum tuorum rotabit in medio uolae fundae.

INDE NOMINA:

רָבַדְ Rotator, id est qui lapidē funda rotat, fundibularius: cuius plurale רָבַדְדִּים legitur 2. Reg. 3. Et circumdederunt fundibularij, & percusserunt eam.

רָבַדְ Rotatio, rotula, i. funda in qua lapides rotant. 1. Sam. 17. Cū fūda & cū lapide. Zacha. 9. Et deuorabūt, & subiciēt lapidibus fundae. In distinctione sententiae רָבַדְ . 1. Sam. 25. In medio uolae fundae. Iob 41. Pro stipula reputat ei lapides fundae. Et cum affixo mutat primam uocem saegol in pathah. 1. Sam. 17. Et funda eius in manu ipsius. Et plur. רָבַדְדִּים . 2. Paral. 26. Et pro lapidibus fundarū. Dicuntur etiā hoc nomine tapetes à rotulis, quae illis fuerūt in texta, uel q̄ in profectioe populi à Leuitis inuoluerentur. Exo. 27. Et tapetes atrio sex, ex torta bysso. 1. Reg. 6. Et duae tapetes ostij secundi rotundae. Et in statu regiminis רָבַדְ . Exod. 38. Et fecit atrium in angulo aduersus plagam Australem tapetes atrij sex, &c.

רָבַדְ Rotula, rotunditas. Et in statu regiminis רָבַדְדִּים . 1. Reg. 6. Rotula cucurbitarū. Et pluraliter in statu absoluto רָבַדְדִּים . 1. Reg. 7. Atq; super ore eius erāt rotulae. Et in statu regiminis רָבַדְדִּים . 1. Re. 6. Et in omnibus parietibus domus circumquaq; rotauit sculpturas rotularum Cherubim & palmarum, & apertionū florū. Et ibidem iterum: Et rotabat super eas rotulas Cherubim, &c. id est, rotulas, in quibus erant Cherubim.

1389 קַמַּח Farina ex quolibet frumento. 1. Reg. 17. Cadus farinae non deficiet. Osee 8. Arita non faciet farinā. Gen. 18. Accipe cito tria sata farinae similia. Num. 15. Decimam modij farinae hordeorum. Et in distinctione sententiae קַמַּח . 1. Regum 4. Triginta cori similia, & sexaginta cori farinae. Ies. 42. Accipe molā, & mole farinam. Differentia autem, quae est inter קַמַּח & קַמַּח, cernes in קַמַּח.

1390 קַמַּח Contraxit rugas, corrugauit. Et significatione cōgruit cū uerbo קַמַּח, nisi quod modo significandi discrepēt. Iob 16. Et quod corrugasti me, p̄ testimonio fuit. In secunda coniugatione uoce passiuā קַמַּח . Iob 22. Qui corrugati sunt in non tempore, id est ante tempus.

1391 קַמַּח Succisum est sine omni parsione seu commiseratione, seu ignoscētia. Et est cōtrarium uerbo קַמַּח & קַמַּח . Ies. 33. Deformatus est Libanus, succisus est. & ca. 19. Arundo & carectum succidentur.

1392 קַמַּח Contraxit in rugas, ut cum uel manus in pugillū, uel labia in rugas, seu arcū cōtrahuntur. Et congruit significatione cū uerbo קַמַּח, nisi q̄ modo significandi parumper diffideant. Leuit. 2. Et contrahet inde plenitudinē pugilli sui. Num. 5. Et contrahet sacerdos de oblatione memoriale eius.

INDE NOMINA:

קַמַּח Contractio uolae, i. pugillus: qd̄ cum affixo mutat holē in kybutz. Leuit. 2. Et cōtrahet inde plenitudinē pugilli sui. & cap. 6. Et eleuabit ex eo pugillo suo. Et isto nomine dicitur à Grammaticis Hebraeorum uocalis קַ, eō q̄ prolotione eius contrahuntur labia. Et pluraliter קַמַּח . Gen. 41. Et fecit terra in septem annis saturitatis ad contractiones, id est ad pugillos.

קַמַּח Concauitas, cauea, fossa, fouea: à similitudine pugilli. Eccl. 10. Fodiens fouteam, in eam incidet.

1393 קַמַּח Species quaedam urticae. Ies. 34. Succrescent in palatijs eius spinae, urtica. Et in terposita Iod litera קַמַּח . Osee 9. Urtica possidebit eas.

קַמַּח Urtica. Prou. 24. Et ecce obduxit uniuersum ipsum, urticetum.

1394 קַמַּח Nidificauit, parauit nidum seu habitaculum. Et congruit significatione cū

Q9 uer-

Deus uoce sua. Et pluraliter רָבַדְ . Exo. 9. Voces cessabunt, id est tonitrua. Et iterum: Et Iehoua dedit uoces & grandinem. P. sal. 93. A uocibus aquarum multarum. Leuificatio, scilicet honoris & honorū: & opponitur nomini רָבַדְ, sicut רָבַדְ opponitur nomini רָבַדְ . Nostri uerterūt maledictionē. Gen. 27. Inducā super me leuigationē, & non auctio- nem, id est maledictionem, & benedictionem. In statu regiminis רָבַדְ . Deut. 21. Quia leuigatio Dei, est suspensio, id est maledictio. Iud. 9. Et uenit super eos leuigatio Iothan. Prou. 26. Sicut hirundinis est uolare, ita leuigatio sine causa nō euenit.

Et cum affixo רָבַדְ . 2. Sam. 16. Et reddet mihi Iehoua bonū pro leuigatione eius. Et pluraliter רָבַדְ . Deut. 28. Et uenient super te omnes leuificationes istae.

1386 קַמַּח Baculus, uirga, à leuitate. Num. 22. Et percussit asinā baculo. Gen. 30. Et tulit sibi Iacob baculum populi. ubi tamen habet utrinq; pathah. In statu affixorum nihil mutat, nisi ultimam in seua. Zach. 11. Baculus meus. Et pluraliter רָבַדְ . Genes. 30. Super baculos. Zach. 11. Et accipi mihi duos baculos.

1387 קַמַּח Torruit, torrefecit: & magnam habet cum uerbo רָבַדְ cognationem: quod enim torretur, leuescit. Iere. 29. Ponat te Iehoua, sicut Zidkilahu, & sicut Achab, quos torruit eos rex Babel igni.

Participium praeteritum. Leuit. 2. Spicam tostam igni. Iosue 5. Azymam & tostam, id est spicam tostam.

In uoce passiuā רָבַדְ . Deut. 25. Et leuifiat frater tuus in oculis tuis. Ies. 16. Et leuifiat gloria Moab.

Participium praesens, seu nomen participiale, masculini generis רָבַדְ . 1. Sam. 18. Et ego sum uir pauper & leuipensus. Ies. 3. Leuipensus contra honoratum. Prou. 12. Melior est leuipensus, cui est seruus, quam qui glorificat se, & indiget pane.

In tertia coniugatione legitur tantum participium praesens רָבַדְ : & in statu regiminis רָבַדְ . Deut. 27. Maledictus leuificans patrem suum & matrem suam.

INDE NOMINA:

רָבַדְ Leuipensio, id est ignominia. Et ut רָבַדְ opponitur רָבַדְ, ita רָבַדְ opponitur רָבַדְ, gloria. P. sal. 83. Reple facies eorum leuipensione. Habakuk 2. Satiatus es leuipensione eorum potius, quam gloria.

רָבַדְ Nomen cōpositum ex רָבַדְ, quod significat uomitum, & רָבַדְ leuipensio, seu ignominia, id est, uomitus ignominiae. Habakuk 2. Vomitus ignominiae super gloriam tuam.

רָבַדְ Caldare. Vide in themate רָבַדְ.

1387 קַמַּח Contumelia affecit extenuando, uilipendit. Ezech. 16. Nō fecisti sicut meretrix contumelia afficiendo mercedem, scilicet oblatam, ut exiguam.

In quarta coniugatione רָבַדְ, contumeliosus fuit extenuando. Habakuk 1. Et ipse in reges cōtumeliosus fuit, seu extenuatius fuit, & principes sunt trisus illi. Ezech. 22. Quae propē sunt, & quae procul sunt, contumeliosa sunt in te.

INDE NOMINA:

רָבַדְ Contumelia quae fit cum extenuatione alterius, uilipensio. P. sal. 44. & 79. Ponis nos conuicium uicinis nostris, subsannationem & contumeliā circumiacentibus nos. Ieremiae 20. Quia factum est uerbum Iehoua mihi in conuicium, & in contumeliā quotidiē.

רָבַדְ Contumelia. Ezech. 22. Propterea dedi te conuicium gentibus, & contumeliant omnibus terris. Arbitror autem hoc thema significatione congruere cum רָבַדְ, & significare extenuationem.

1388 קַמַּח Rotauit, circumrotauit in gyrum lapidem, rotulas fecit uel sculpendo, uel nendo: & ut transpositione literarum, ita modo significandi uariat à uerbo קַמַּח. Deinde etiam conuenientiam quādam habet cum uerbis קַמַּח & קַמַּח, quae omnia à rotunditate appellationem habent. 1. Regum 6. Et rotabat Cherubim & palmas, id est, in rotulas exculpebat Cherubim & palmas. Et iterum: Et rotabat super eas rotulas.

Parti-

foris. & cap. 16. Et dabo te sanguinē furoris & zeli. Et in statu regiminis זַלְזָלָה. 2. Reg. 19. Zelus Iehoua exercituum faciet istud. Psal. 69. Zelus domus tuę comedit me. Eccl. 4. Quod illud esset æmulatio uiri contra proximū suum. Et in statu affixorum זַלְזָלָה. Num. 25. Cū zelaret ipse zelum meum. Deut. 29. Et zelus eius in uirū istū. Ps. 79. Pertransit uelut ignis zelus tuus. Ies. 63. Vbi est zelus tuus, & multa fortitudo tua. Et pluraliter זַלְזָלָה. Num. 5. Quoniā oblatio zelotypiarum est.

Parauit, comparauit, acquisiuit industria, labore uel precio. Item habuit in potestate sua. Et congruit cum uerbo Græco *κτῆνομαι*, quod & acquirere, & habere significat: habet & quandā affinitatē significatione cū uerbis זָלַזְלַזְ & זָלַזְלַזְ, nisi q̄ ut forma, ita modo significandi inter se differant. Deut. 32. An nō ipse est pater tuus, qui parauit te, qui fecit te, & cōfirmauit te. Psal. 74. Recordare aggregationis tuę, quam paraisti olim. Ps. 139. Quoniam tu paraisti renes meos. Prou. 8. Iehoua parauit me in initū uiaę suę. Psal. 78. In montē istū, quē acquisiuit dextera eius. Ruth 4. At q̄ etiā Ruth Moabitiden uxorē Machlon acquisiuit in uxore. Gen. 4. Et Adam cognouit Hauram uxorē suam, & grauida facta est, & peperit Kain, dicens, acquisiui uirū ipsum Iehoua. Exo. 15. Donec pertransierit populus iste, quē acquisiuisisti. Proverbiorum 1. Acquire sapientiam, acquire intelligentiam. cap. 16. Acquirere sapientiam, quantō melius est, quā aurū: & acquirere intelligentiam, quantō eligibilis est, quā argentum. Exo. d. 21. Si comparaueris seruum Hebraeum. Gen. 25. Et ager quem comparauit Abraham a filijs Heth. & cap. 47. Et tantū humum sacerdotum non comparauit. & ca. 33. Et comparauit portionem agrī. 2. Samuelis 24. Sed comparādo comparabo abs te pro precio. Et iterum: Et comparauit David aream & boues.

Participium præfens זַלְזָלָה. Prou. 15. Qui audit increpationem, acquirit cor. Leuit. 25. Et erit uenditio eius in manu comparantis eam, usq̄ ad annum iubileum. Deuter. 28. Sed uenderis ibi hostibus tuis, & non eris comparator, id est, emptor. Ies. 14. Sicut emptor, ita uenditor. Prou. 20. Malum est, malum est, dicit omnis emptor. Ier. 7. Emptor nō lætetur, & uenditor non lugeat. Et in statu regiminis זַלְזָלָה. Gen. 14. Benedictus Abrā in deo excelso, possessore caeli & terræ. Similiter in statu affixorum. Leuit. 25. Et computabit cum emptore suo. Ies. 1. Nouit bos emptorem suum. Et pluraliter זַלְזָלָה. Zach. 11. Pasce oues occisionis, quas possessores illarum interfecerunt.

In uoce passiuā זַלְזָלָה. Iere. 32. Comparetur ager in terra ista. Et iterum: Adhuc comparabuntur domus & agrī.

In tertiā coniugatione זַלְזָלָה. Zach. 13. Vir colens humum ego sum, quia homo pecuarium comparauit me, &c.

Participiū præfens זַלְזָלָה. Ezech. 8. Vbi erat sedes simulachri, zeli possessoris.

INDE NOMINA:

זַלְזָלָה Forma masculina, Græcē *περιποίησις*, id est, acquisitio. Exo. d. 12. Et gregis & armēti acquisitio magna ualde. Et sic quoq̄ Apostolus Petrus usus est 1. Petri 2. & Paulus Ephes. 1. & Thessal. 2. Deinde aliquantō specialius, acquisitio pecoris seu animalium, quæ in pascuis aluntur, peculiū, pecus nostra industria, nostro labore seu precio partū, eis habere uicis. Et est nomen collectiuum. Gen. 4. Ipse est pater habitantis tabernaculū & pecoris. & ca. 13. Et Abram erat diues ualde in pecore, in argento, & in auro. ca. 46. Viri pastores gregis: nā uiri pecoris fuerūt. Num. 32. Terra, quam percussit Iehoua corā aggregatione Israel, terra pecoris & seruis tuis etiam pecus. In statu regiminis זַלְזָלָה. Gen. 26. Et fuit illis acquisitio gregis, & acquisitio armenti, & famulitiū multū. & cap. 47. Et adduxerunt pecora sua ad Ioseph, & dedit illis Ioseph panē pro equis, & pro acquisitione gregis, & pro acquisitione armenti, & pro asinis. & cap. 49. Acquisitio agrī & speluncę, quæ est in illo a filijs Heth. Gen. 13. Et fuit rixa inter pastores pecoris Abrā, & inter pastores pecoris Lot. In statu affixorū literā he non conuertit in thau, eō q̄ est nomen masculini generis. Gen. 30. Tu nosti, quomodo seruiet tibi, & quāta fuerit acquisitio

uerbis זַלְזָלָה & זַלְזָלָה, nisi q̄ ut forma, ita modo significandi discrepent. Iesaiæ 34. Nidificauit eritius. Ezech. 31. In ramis eius nidificauerunt omnes aues. Ps. 104. Illic aues nidificabunt. Ieremiæ 48. Et erit uelut columba, quæ nidificabit.

Participium præteritū generis foemini זַלְזָלָה, quanquā in textu irregulariter sit scriptum. Ieremiæ 22. Habitatrix in Libano, nidificata in cedris.

INDE NOMEN,

זַלְזָלָה Nidus. Ps. 84. Etiā passer inuenit sibi domū, & hirundo nidū sibi. Ies. 10. Et inuenit quāsi nidū manus mea. & cap. 16. Et erit uelut auis mobilis nidō emissa. In statu regiminis mutat zere in pathah. Deut. 22. Cū occurrerit nidus auis corā te. At in statu affixorum mutat zere in hirik, daggestata litera nun. Deut. 32. Sicut aquila suscitabit nidū suum. Num. 24. Et pone in petra nidū tuū. Ieremiæ 49. Si eleuaueris tanquā aquila nidum tuum. Iob 29. Cū nido meo expirabo. Et pluraliter זַלְזָלָה. Gen. 6. Nidos facies in arca.

Habuit zelum, uel ex fauore, uel ex inuidentiā & studio æmulandi. Et quadrat significatione cum uerbis זַלְזָלָה זַלְזָלָה, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariet. Et constructū cū lamed est fauoris. Num. 25. Pro eo q̄ zelū habuit pro deo. 2. Sam. 21. Cū zelū haberet ipse pro filijs Israel et Iehuda. Ios. 2. Et habuit zelū Iehoua pro terra sua. 1. Reg. 19. Zelando zelatus fui pro Iehoua. Et semel in malum accipitur, & est inuidentiā. Psal. 106. At zelum habebat cōtra Moysen in castris contra Aaron sanctum Iehoua.

Participium præfens זַלְזָלָה. Num. 11. Et dixit illi Moyses, an habes tu zelum pro me, utinam uniuersus populus Iehoua essent prophetae. Quando autem cum accusatiuo constructur, significat zelū habere inuidentiā. Gen. 26. Et fuit illi acquisitio ouiu, & acquisitio armēti, & famulitiū multū, & zelauerūt eū Philistei. Num. 5. Et zelabit uxorē suā. cap. 25. Pinhas filius Eleazar filij Aaron sacerdotis auertit furorē meū a filijs Israel, cū zelaret ipse zelū meū in medio ipsorū. Ies. 11. Ephraim non zelabit Iehudam. 1. Reg. 14. Et ad zelū accenderūt eū prae omnibus, quæ fecerunt patres eorum. Ezech. 31. Zelata sunt ea omnia ligna Aeden, quæ sunt in hortu dei. Deut. 32. Ipsi ad zelandū accenderunt me in non deo. Quando cum behti constructur, significat similiter habere zelū inuidentiā. Gen. 30. Et uidit Rachel, q̄ non genuisset ipsi Iacob, & habebat zelum contra sororem suam. & cap. 37. Et zelū habebant contra eum fratres sui. Ps. 37. Ne habeas zelum contra facientes iniuristiā. Psal. 73. Quoniam zelum habui in gloriosos, cū pacem improborum uiderē. Prou. 3. Ne habeas zelum in uirum fraudis, neq̄ eligas uias ipsius. & cap. 23. Ne habeat zelum cor tuum in errone.

In tertiā coniugatione זַלְזָלָה; ad zelū accendit. Deut. 32. Ad zelum accendebant eum in alienis. Et iterum: Et ego ad zelum accendam eos in non populo. Ps. 78. Et in sculptilibus suis accenderunt ad zelandum eum.

INDE NOMINA:

זַלְזָלָה Zelotes, æmulator. Exo. 20. Quoniam ego Iehoua deus tuus, deus zelotes. & ca. 34. Quoniā non curtabis deo alio, quia Iehoua zelotes nomē eius, deus zelotes ipse. Deut. 4. Quoniam Iehoua deus tuus ignis deuorans est; deus zelotes.

זַלְזָלָה Zelotes, æmulator. Nahum 1. Deus zelotes & uindex Iehoua.

זַלְזָלָה Græcē *ζῆλος* seu *ζῆλοσυνησία*, Latine æmulatio, studiū & passio animi, ex eo proueniens, quod timeat ne adsit alteri, quod cum nemine uelit habere cōmune. Et Paulus reddidit duabus uocibus, ut eō plenius exprimeret uocis significationē, Ro. 13. Non contentione & æmulatione, i. cōtentiōsa æmulatione. Item Philip. 1. Nō nulli quidem per inuidiam, & contentionem, id est, inuidiosam contentionem.

Sūt autē loci quibus in ueteri Testamēto legitur Num. 5. Et transferit super ipsum spiritus zelotypiæ. Iob 5. Et persuasibilem occidet æmulatio. Prou. 6. Zelus est furor uiri, & non parit in die uindictæ. cap. 14. Et putredo ossium est zelus. cap. 27. Quis autem stabit coram zelo. Canticor. 5. Durus uelut infernus, zelus. Iesaiæ 42. Sicut uir bellorū excitabit zelum. Ezech. 8. Vbi erat sedes simulachri zeli, possessoris

1396
זַלְזָלָה

1395
זַלְזָלָה

num & senem, id est, prudentem, qui ex circumstantijs causas disjndicat. Et pluraliter םׂרׂרׂב. Ezechielis 23. Et diuinantes eis mendacium. 1. Samuelis 6. Vocantes Philistaei sacerdos & diuinos, dicebant, quid faciemus cum arca Iehouae? Ief. 44. Et diuinos dementabit. Et cum affixo. Iere. 27. Nolite audire prophetas uestros & diuinos uestros.

INDE NOMINA:

םׂרׂרׂב Diuinus. Vide supra in participio.
םׂרׂרׂב Diuinatio. Et est nomen ׀׀׀׀. In malum accipitur in his locis: Num. 23. No est diuinatio in Israel. ~~et in his locis: Num. 23. No est diuinatio in Israel.~~

~~et in his locis: Num. 23. No est diuinatio in Israel.~~

Et pluraliter םׂרׂרׂב. Deut. 18. Diuinans diuinationes. Et Num. 22. Et abierunt seniores Moab, & Midian, & diuinaciones in manu ipsoru, &c. p. precio diuinatonis ponit, quod Petrus Apostolus exponens, mercedē iniquitatis uocat. 2. Petri 2.

םׂרׂרׂב Diuinatio. Mich. 3. Propterea erit uobis nox p. uisione, & tenebrae pro diuinatioe.
םׂרׂרׂב Diuinatio. Et in regimine םׂרׂרׂב. Ezech. 12. Non erit amplius omnis uisio uanitatis, neq; diuinatio lubricitatis, & ca. 13. Annon diuinationem mendacij dixistis. Vide in themate ׀׀׀׀.

1398
םׂרׂרׂב

Signum impressum in corpore, stigma. Et congruit significatione cum uerbis םׂרׂרׂב & םׂרׂרׂב, quae fixationē, & impressionem significant, & contrarium est significatione uerbo םׂרׂרׂב, quod luxationem denotat. Leui. 19. Et scripturam stigmati non ponetis in uobis.

םׂרׂרׂב Vir talibus notis insignitus, sicut Babyloniorum mos fuit, ut uiri principes eiusmodi notis carne impressis insignirentur. Ezech. 23. Filios Babylonis, & omnes Chaldaeos, praefectum clarum, & insignem.

1399
םׂרׂרׂב

per quatuor angulis eius, ex eo erant cornua eius obducta auro. Erant autem ma-
nubria, quibus ascendentes sacerdotes ad altare, & de altari descendentes nitēban-
tur, atq; etiam ipsum altare commodius transportaretur, sicut Iob apprehēdebat
illa cornua altaris, 1. Reg. 1. quamquam Exod. 37. legitur, q; altare thymiamatis ha-
buerit cornua, quæ erant obducta auro.

INDE VERBUM,

קרעו Radiant, emisit iubar seu radios: referit enim radij forma cornua. Exo. 34. Et Mo-
se non sciebat, quod radiabat cutis faciei suæ. Et mox iterum: Et uidit Aaron, & o-
mnes filij Israel Mosen, & ecce radiabat seu coruscabat cutis faciei eius, & timebāt
accedere ad eum.

In tertia coniugatione legitur participium præsens, sine tamen iოდ littera chara-
cteristica קרעו. Psal. 69. Et placebit ipsi Iehoua, plusquam bos iuuenis, qui cor-
nuat, id est, cornua producit.

1417

קרעו

Repandum fuit. Iesaja 46. Repanda incuruauerunt se pariter, neque potuerunt
tamen eripere onus.

Participium præsens קרעו. Iesaja 46. Incuruus fuit Bel, & repandus est Nebo.

INDE NOMEN,

קרעו Nomen pluralis numeri tantum, quod Græcus κερκινος, i. fibulas seu uncinos tran-
sulit. Et Hieronymus nunc circulos, nunc anulos, nunc etiā fibulas uertit: habent
autem

cap. 29. Vir corrèptionū, pertinacē faciēs ceruicē, subito cōteretur sine remedio

INDE NOMINA:

נַפְתָּלִים Intricatum, perplexum, pertinax, rigidum, difficile, nomen adiectiuum masculini generis. Exod. 18. Causam uerō difficilem referent ad Moisen. Deut. 31. Ego noui amaritudinem tuam, & ceruicem tuam pertinacem. 1. Sam. 25. Sed uir est pertinax, & malis moribus. In statu regiminis **נַפְתָּלִים**. Exo. 32. Et ecce populus pertinax ceruice est. Job 30. Si non fleui in difficultate diei. Et pluraliter **נַפְתָּלִים**. 2. Samuelis 3. Ego adhuc sum tener unctus rex, & uiri illi filij Zarua rigidi plusquam ego. Et in statu regiminis **נַפְתָּלִים**. Ezech. 2. Filij pertinaces facieb. & cap. 3. Vniuersa domus Israel fortes fronte, & pertinaces corde. Et in forma foemina **נַפְתָּלִים**. Deut. 26. Vt ponatur super nos seruitutem difficilem. Iud. 2. Neque a uia ipsorum pertinaci.

Et cum uerbo constructum, aduerbia fit. 1. Sa. 20. Si responderit tibi pater tuus pertinaciter. Psalm. 60. Ostendisti populo tuo difficultatem. In statu regiminis **נַפְתָּלִים**. 1. Sam. 1. Mulier difficilis spiritu ego. Et pluraliter **נַפְתָּלִים**. Gen. 42. Et loquebatur cum eis difficilia. Et mox iterum: Loquutus est uir ille Sustentator terrae nobis difficilia.

נַפְתָּלִים Pertinacia. Deut. 9. Ne respicias ad pertinaciam populi huius.

נַפְתָּלִים Dicitur quicquid est, uel natura, uel arte perplexum & crispū, ut palma, cucumerarium, capillitium, lucerna templi ad similitudinem cucumerarij seu palmarum arboris fabrefacta. Iere. 10. Quasi palmae crispitudo ipsis, & tamē non loquuntur. Ad hanc figuram simulachrorum alludit etiam Iesaias cap. 44. Ad germen ligni odorabo, &c. Exo. 25. Et facies duos Cherybim ex auro, crispitudinē facies eos in duribus extremitatibus propiciatorij, ut scilicet ceu palma ramos sursum extēdant. Et iterum: Et facies lucernam de auro mundo, crispitudo fiat ipsa lucerna, pes ei, calamus ei, cyphi ei, sphaerulae ei, & germina ei ex ea erunt. Et iterum: Et uniuersa haec, scilicet lucerna, uniuersimodi crispitudo. Iesai. 3. Pro facta crispitudine, caluitium. Et Iesai. 1. Sicut pernoctatorium in crispitudine, seu perplexitate, id est cucumerario, quod uidelicet stipte ē terra ducto, subinde in latū ramuscule & palmities in quibus flores, germina, folia, fructus excrescunt, pertinaciter expandit.

נַפְתָּלִים Cucumeres, fructus cucumerarij, mutata litera he in aleph. Num. 11. In mentem nobis ueniunt cucumeres & pepones, &c.

נַפְתָּלִים Arcus, à pertinacia, & rigiditate, quodq; in utraq; cornua distēdat, & rigescat. 1. Samuel. 2. Arcus heroum. 2. Sam. 1. Arcus Ionathae nō retroactus est. Psalm. 46. Arcus confringet. Gen. 9. Et apparebit arcus in nube. In distinctione sentētia **נַפְתָּלִים**. 1. Sam. 31. Sagittarij uiri arcu. 2. Sa. 1. Ad docendū filios Iehuda arcu. Et in statu affixorum mutat prius sēgol in pathah, alterū in feua. Thren. 2. Tetendit arcū suū. Ios. 24. Et non in arcu tuo. Psalm. 37. Et tetēderunt arcū suum. Gen. 9. Et arcū meum ponam in nube. Et pluraliter **נַפְתָּלִים**. Ies. 13. Et arcubus pueros allident. In statu regiminis & affixorū **נַפְתָּלִים**. Ies. 5. Et oēs arcus eius extēti. Ps. 37. Arcus eorū confringent.

נַפְתָּלִים Ars arcuaria, id est totius rei, quae ad arcum attinet. Et est nomen generale. Ge. 21. Et factus est magister arcuariae.

נַפְתָּלִים Squama, squamatura, à perplexitate, & pertinacia, quia difficulter penetratur, & pertinaciter adhaeret corpori. Leu. 11. Omne, cui est pinna & squama in aquis. Et pluraliter forma foemina **נַפְתָּלִים**. Ezech. 29. Et adherere faciam piscē fluminum tuorum squamis tuis. Et pluraliter in forma masculina **נַפְתָּלִים**, squamā in lorica, à similitudine & conditione piscium. Iosue 7. Et lorica squamarum erat indutus.

נַפְתָּלִים Inde nomē **נַפְתָּלִים**, quod semper pluraliter legitur, & significat uasa ad mensam sacram in tabernaculo parata ex auro mūdo, quibus libabatur. Num. 4. Et super mensam facierum expandent uestē hyacinthinam, & ponēt super ipsam patinas, cochlearia, & cyathos, & cantharos fusionis. 1. Par. 37. Pro fuscinulis, & phialis & cantharis aurū mundū, ubi tamē cū puncto dextro est scriptū. Exo. 37. Et fecit uasa quae essent super mensam, patinas eius, & cochlearia eius, & cyathos eius, & cantharos, quibus fundebatur ex auro mundo. Et cum affixo manet inuariatum. Exo. 25

Rr 4 Et

INDE NOMEN,

נַפְתָּלִים Quisquilia cuiuslibet materiae, quae festinanter aut uento, aut igni conflagratur. Et modo tantum significandi differt à nomine **נַפְתָּלִים**. Exo. 15. Mittes furorem tuum & consumet eos tanquam quisquiliam. Job 13. Et quisquiliam aridam persequeris. Et cap. 41. Sicut in quisquiliam uertuntur ei lapides fundae, sicut quisquilia reputatur machina. Psalm. 83. Sicut quisquilia coram uento. Iesai. 47. Ecce facti sunt quasi quisquilia ignis. Ieremias 13. Et dissipabo eos quasi quisquiliam transeuntem per uentum deserti.

1422
נַפְתָּלִים Ut uoce parum, ita modo tantum significandi differt à uerbo **נַפְתָּלִים**, cogitauit, reputauit. Significat enim auscultare, attendere, intēdere animum seu cogitationem, esse aure & mente attentum ad uerba alterius. Et est simul etiam gestus, ut sit aurum arrectione. In prima coniugatione legitur tantum semel, Ies. 32. Non reprimentur oculi uidentium, & aures audientium auscultabunt: siue, attentae erunt.

In tertia coniugatione **נַפְתָּלִים** absolute. 1. Sam. 15. Melius est auscultare, quam adeps arietum. Zachariae 7. Et reuerunt attendere. Job 31. Attende Iob & audi mihi. Malachiae 3. Et attendit Iehoua & audiuit. Ieremias 8. Attendi & audiui. Et in regimine nunc cum accusatiuo sine articulo aut praepositione, uel interpositis praepositionibus, nūc beth, nunc lamed, nunc mem, nunc mem, constructur. Ieremias 23. Quis attendit uerbum eius & audiuit. Psalm. 17. Ausculta clamorem meum. Psalm. 10. Attendes aurem tuam. Psalm. 66. Attendit in uocem orationis meae. Psalm. 86. Et attende in uocem preceationum mearum. Iesai. 42. Utinam attendisses preceptis meis. Prouerb. 2. Accommoda sapientiae aurem tuam. Iesai. 51. Attende ad me popule meus. Zachariae 1. Et non attenderunt ad me. Ieremias 6. Quia super uerbis meis non attenderunt.

Participium praesens **נַפְתָּלִים**. Prouer. 1. Et non erat attendens. cap. 17. Malignus non attendit super labio iniquitatis. Et pluraliter **נַפְתָּלִים**. Cantic. 8. Attendentes uocem meam.

INDE NOMINA:

נַפְתָּלִים Et in distinctione sentētia **נַפְתָּלִים**, attentio. Iesai. 21. Et attendet attentione, multa attentione. 1. Regum 18. Et non erat respondens, neq; attentio. 2. Reg. 4. Et non erat uox, neq; attentio.

נַפְתָּלִים Nomen adiectiuum generis foeminini. Nehem. 1. Sit quasi auris tua attenda.

נַפְתָּלִים Nomen participiale pluralis numeri. Psalm. 130. Sint aures tuae attentae ad uocem preceationum mearum. 2. Paralip. 6. Et aures tuae attentae.

1423
נַפְתָּלִים Perplexum, intricatum, rigidum fuit, ut non facile resoluti aut explicari, aut tractari & flekti possit: congruitq; significatione cum uerbis **נַפְתָּלִים** & **נַפְתָּלִים**, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Canticor. 8. Pertinax sicut infernus, aemulatio. Gen. 49. Maledicta ira ipsorum, quia ualida fuit, & furor ipsorum, quia pertinax fuit. Deut. 1. Et causam quae perplexa erit supra uos, referetis ad me, & audiam eam. & cap. 15. Ne difficile sit in oculo tuo, cū dimiseris eum abs te. 1. Sam. 15. Dura facta est manus eius super nos. 2. Sam. 19. Et rigidius erat uerbum uirorum Iudae, quam uerbum uirorum Israel.

In uoce passiva legitur tantum participium masculini generis **נַפְתָּלִים**, induratus. Iesai. 8. Et peruat in ea pertinax & famelicus, id est, qui dura patitur.

In secunda coniugatione **נַפְתָּלִים**. Genesis 35. Et peperit Rachel, & difficilis fuit in partu suo.

In tertia coniugatione quando post se regit accusatiuum, tum est transitiuum. Exod. 7. Et ego pertinax reddam cor Pharaonis. Deut. 10. Et ceruicem uestram ne pertinacē reddatis amplius. & cap. 2. Quoniam pertinacē permisit Iehoua deus tuus spiritum eius. At extra regimen, & absolute positum usurpatur neutraliter. Exod. 13. Cū pertinax esset Pharaeo ad dimittēdum nos. Job 9. Quis pertinax fuit aduersus eum. Gen. 35. Et factum est, quando difficilis esset in partu suo.

Participium praesens **נַפְתָּלִים**. Prou. 28. Pertinax sinens cor suū, incidet in malū. & cap.

1428 קיקיוז Hieronymus hederam uertit, quanquam in Commentarijs scribat, q̄ Latinus fermo hanc speciem arboris non habeat, & nasci creberrimè in Palaestina, lata habens folia in modum pampini, mirumq̄ in modum si sementem ieceris, citò conforta, in arborem confurgere, ita ut intra paucos dies, quam herbam uideras, arbustula suspicias, & in lingua Punica siue Arabica dicitur **القريز**. Haec tenus ille. Quae si uera est ipsius descriptio, certe cucurbitae similior erit, q̄ hederæ, utcuq̄ illos rideat qui cucurbitam significare dixerunt. Et arbitrò dictam à fructu, quem excavaum habet, & habere significatione cognatione cum uerbis **קיק** & **קיק**, quae uacuitatem seu cavitatem significat. Ionæ 4. Et disposuit Iehoua deus cucurbitam. Et mox iterum: Et lætatus est Ionas super cucurbita, &c.

1429 קלשון Instrumentum rusticum, quod quidam furcam, alij sarculū reddiderunt. Verisimile est originem traxisse à uerbo **קלש**, & dictum à leuitate ac politia, seu quòd minime politum. Et legitur semel 1. Sam. 13. Et uomerum, & triplicati

1430 קרסלים sarculū, id est habentis tres dentes. Nomen dualis numeri, tali. 2. Sam. 22. & Psal. 18. Dilatabas passus meos, & non uacillauerunt tali mei.

Psal. 34.

רבות רעות צדיק ומבטם יצילנו יהוה!

1431

רעה

Oculis, uel animo apprehendit rem aliquā obiectā: non potest autem in prima cōiugatione uoce actiua reddi uno uerbo cōmodius, nisi uerbo uidendi. Et ut uerbum uideo Latinis construitur cum accusatiuo, ita uerbum **רעה** in lingua Hebræa propriè regit post se accusatiuum mediāte articulo **ע**, uel sine eo, uel cum pronomīnibus affixis: magnamq̄ habet significatione cognationem cum uerbo **איר**. Deinde contrariam habet significationem uerbo **עיר**. Nam ut uerbum **עיר** obiectum oculis, & animo auersari significat, ita hoc uerbum **רעה** oculos, uel animum intendere in obiectum, & id apprehendere significat. Genesis 29. Laborem manuum mearum uidit deus. 2. Sam. 14. Et faciem regis non uidit. 2. Reg. 13. Quia uidit pressuram Iſrael. Eccles. 1. Cor nostrum uidit sapientiam. Nehem. 9. Vidisti afflictionem patrum nostrorum. Genes. 29. Et factum est, postquam uidit Iacob Rachel filiam Laban. cap. 37. Vade nunc, & uide pacem fratrum tuorum. Exod. 2. Et uidit eum, quòd pulcher esset. Prou. 7. Et uidebam. Item figuratè pro experiri, sentire sumitur. Iesa. 44. Caleo, uidi ignem. Iere. 17. Et erit sicut arbor plantata iuxta aquas, & iuxta riuū emittet radices suas, non uidebit si uenerit aestus, eritq̄ foliū eius uiride. Aliquando de spiritali uisione dicitur, qualis est Prophetarum. Iesa. 30. Qui dicunt Videntes uisionem, nolite uidere. Ezech. 1. Et uidebam, & ecce uentus turbinis uenit. Ioel. 2. Iuuenes uestri uisiones uidebunt.

Est & hoc obseruandum, q̄ Imperatiuus huius uerbi sæpè usurpatur pro aduerbio demonstrandi, en, ecce. 1. Sam. 15. Vide, uerba tua bona sunt & recta. 1. Sam. 25. Vide, obediui uoci tuae. Ge. 27. Vide odorem filij mei. Psal. 34. Clypee noster, uide Deus. Ier. 2. Videte uerbū Iehoua. Quando cōstruitur cū datiuo mediante articulo **lamed**, tū idē ualet, quod Latinis cōpositū, Prouideo. Ge. 22. Iehoua prouidebit sibi holocaustū. 1. Sam. 16. Quoniā prouidi inter filios eius mihi regē. Psal. 64.

Narrant

Et facies patinas eius, & cochlearia eius, & cātharos eius, & cyathos eius, quibus fundebatur cum eis, &c.

1425

קשה

Legitur tantum bis in sacra scriptura, & in tertiā coniugatione **קשה**, & significat abhorrere. Iob 39. Et abhorrere fecit filios eius tanquam non essent sui. Iesa. 63. Quare errare facis nos Iehoua à uijs tuis, abhorrere facies cor nostrum à timore tui, &c. Aliqui tamen alij putant hoc uerbum idem significare, quod **קשה**, durius tractauit.

1426

קשט

Firmitas, firmitudo, confirmatio, certitudo, firmamentum, fides. Et quidem Gellius quoq̄ dixit firmamentum pro fide. Psal. 60. Dediti timentibus te signum, ut extollatur propter firmamentum, Sæla. Legitur etiam in forma **קשט**. Prou. 22. Ut ostenderem tibi firmamentum uerborum ueritatis, ut referres sermones ueritatis mittentibus te.

קשיטח

Nummus, seu grossus, qui fuit signum, & firmamentum contractus mutui. Ge. 33. Et emit partem agri, ubi tetendit tabernaculum suum de manu filiorū Hamor patris Siehem pro centum grosso, id est grossis. Iob 42. Et dederūt ei quisq̄ grossum.

1427

קשר

In prima coniugatione, significat primò ligare, alligare simpliciter: atque in hoc significandi modo Chaldæus semper uerbo **קשר** idem significante reddidit. Gen. 38. Accipiens obstrinxit ligabat super manum eius cocineum. Deuter. 6. Ligabis ea in signum super manum tuam. Ieremias 51. Et cum absolueris legendo librum istum, liga super eum lapidem. Iob 40. An ludes cum eo, quasi cum auicula, uel ligabis eum, quasi puellas tuas, ubi de ornamentorum applicatione loquitur. Iosue 2. Ligabis funiculum illum in fenestram. Iob 39. An ligabis unicornem in fulcum fune suo.

Secundò, dicitur de animorum colligatione, & tum Hebræis idem significat, quod Latinis coniurare, conspirare, facere ligam. Et tum Chaldæus transfudit uerbo **קשר**, id est, rebellauit. 1. Reg. 16. Ligam fecit Simri, & percussit regem. 2. Reg. 10. Ligam feci contra sustentatorē meum. Neh. 4. Et ligam fecerunt omnes simul, ut uenientes oppugnarent Ierusalem. Amos 7. Ligam fecit contra te Amos in medio domus Iſrael.

Participium præsens pluralis numeri **קשרים**, conspirantes, coniurati, colligati. 2. Sam. 15. Achitophel est inter coniuratos. 2. Reg. 21. Et percussit populum terrae omnes coniuratos contra regem Amon.

Participium præteritum **קשרי**, & pluraliter **קשריו**. Gen. 30. Et ligatae oues erant ipsius Iacob, id est habentes maculas ligantes gregem. Et in genere foeminino **קשריה**. Gen. 44. Et anima eius ligata est cum anima huius. Prouer. 22. Stultitia ligata est in corde pueri.

In uoce passiua **קשרת**. 1. Sam. 18. Et anima Jonathan ligata erat cum anima Dauidis. Nehem. 4. Et ligatus est totus murus.

In secunda coniugatione **קשר**. Iob 38. Num ligabis iucunditates plaustrum Iesaf. 49. Quoniam omnibus ijs uelut ornamento uestieris, & alligabis ea sicut sponsa.

Participium præteriti temporis **קשרתה**. Gen. 30. Grex ligandorum, id est, quae debebant fieri ligatae.

In quarta coniugatione **קשרת**. 2. Paralip. 24. Coniurauerunt contra eum serui eius. 2. Reg. 9. Et coniurauit Iehu filius Iosaphat filij Ninsi contra Ioram.

Participium **קשרתיהם**. 2. Paralip. 24. Et isti sunt coniurati illi contra ipsum.

INDE NOMINA:

קשר Liga, conspiratio, coniuratio. Chaldæus **קשר**, id est rebellio. 2. Sam. 15. Et erat liga ualida. 2. Reg. 10. Et clamauit liga, liga. Iesa. 8. Ne dicatis liga, liga. Iere. 11. Inuenta est liga inter uiros Iuda. Et cum affixo mutat prius **sagol** in **huk**, & alterū in **seua**. 1. Reg. 16. Liga eius quam colligauit.

קשרים Ligamēta, ligacula, ornamēta, quibus uirgines & sponsae sese ornant. Et pro tenijs commode accipi potest. Ier. 3. Fimbrias & tenias, scilicet strictiores. Et cū affixo. Iere. 2. Nū obliuiscet uirgo ornatus sui, aut spōsa teniarū suarū. Chaldæus **קשרתה**.

Participiū præsens מראה. Gen. 35. Facias ibi altare Deo, qui uideretur ad te, cum fugeres à facie Esau fratris tui.

In secunda coniugatione uoce actiua מראה. Ezech. 28. Ante reges posui te ad uidentum in te.

In uoce passiuua מראה. Iob 33. Defecit caro eius, ne uideri possit, & prominent ossa eius, quæ non uidebantur.

In tertia cōiugatione מראה, uidere fecit, id est ostendit. Et regit post se accusatiuum. Ge. 41. Et hoc uerbum quod loquutus sum ad Pharaonem, est id, quod deus facturū est, & uidere fecit Pharaonem. & cap. 48. Et uidere fecit me deus etiam sementuum. Exo. 9. Et quidem propter hoc constitui te propter uidere facere te potentiam meam. Exo. 33. Videre fac me obsecro gloriam tuam. Num. 8. Iuxta uisionem, quam uidere fecit Iehoua Mosen. Psal. 4. Quis uidere faciet nos bonum. Psal. 59. Videre faciet me in obseruatores meos.

Participiū præteritū masculini generis מראה. Exo. 25. Vide igitur, & fac iuxta exemplar eorum quod tu uideri factus es in monte. Et in genere foeminiño מראה, uel מראה, quæ quia in naturā nominum abeunt, ideo infra ponuntur.

In uoce passiuua מראה. Leuit. 13. Et uideri facta erit sacerdotem, id est, ostendetur sacerdoti. Exod. 26. Et secundum exemplar, quod uideri factus es in monte. Deut. 4. Tu uideri factus es uidere ad sciendum.

In quarta cōiugatione מראה. Ge. 42. Dixit Iacob filiis suis, cur uidetis uos mutuo. 2. Reg. 14. Veni ut uideamus nos in uicē facietenus. Et mox iterū: Et ascendit rex Israel, & uiderūt se facietenus, ipse & Amaziah rex Iehuda, *sind einader vnder die augē gezoget*, cōgressi sunt. Vide supra etiā hanc phrasin in prima cōiugatione.

INDE NOMINA:

ראה. Visio. Iesaia 28. Errauerunt in uisione. Et cum affixo. Gen. 16. Nonne etiā hinc uidi post uisionem meam.

ראה. Alij uitrum, alij speculū. Iob 37. Extēdes cum eo nubes solidas, uelut uitrū fufum.

ראה. Visio, uisus. 1. Sam. 16. Et pulcher uisus. Iob 33. Defit caro eius à uisione, id est, ne uideri possit. Nahum 3. Projiciā super te abominationes, & infatuabo te, & ponam te uelut uisum, id est monstrem.

ראה. Nomen auis, ab acumine uisus. Hieronymus uulturem reddidit Deut. 14. pro quo Leuit. 11. scriptum est *ראה*.

ראה. Forma & genere masculino, uisus, uisio, uisum. Gen. 2. Fecit Iehoua deus germinare omnem arborem de humo desiderabilem ad uisum. cap. 12. Scio equidem, quod tu sis mulier pulchra uisui. cap. 41. Deuorabant uaccæ illæ malæ uisui, atq; tenui carne septem uaccas pulchras uisui. Exod. 3. Diuertam nūc, ut uideam uisionem hanc magnam, quare nō comburatur rubus. Num. 8. Iuxta uisionem, quam uidere fecit Iehoua Mosen. 2. Sam. 23. Ipse percussit Ægyptium, uirum uisui. Iesaia 53. Videbamur ipsum, & non erat uisus. Ezechiel. 41. Visio, sicut uisio. Et in statu regiminis *ראה*. Exo. 24. Et uisio Iehoua uelut ignis ardens in cacumine montis. Leuit. 13. Et uisio plagæ profundior erit. Iesa. 11. Non ad uisionem oculorum iudicabit. In statu affixorum. Leuit. 13. Et profundior non uisio eius, quam cutis. Iob 41. Ecce spes eius mendax facta est, & non tollitur ad uisionem eius. Et pluraliter *ראה*. Et cum affixis. Iob 40. Non etiā ad uisionem eius abijcietur. Ezech. 1. Visio earum. Dan. 1. Et conspiciantur coram te aspectus nostri. Et in forma foeminiña *ראה*. Num. 12. In uisione ad ipsum faciam me notum. 1. Sam. 3. Et Samuel timuit indicare uisionem ipsi Eli. Danielis 10. Et uiri qui erant mecum, non uiderunt uisionem.

Et pluraliter *ראה*. Gen. 46. Et loquutus est deus ad Israel in uisionibus noctis. Ezech. 1. Et aperti sunt caeli, & uidi uisiones dei. Exod. 38. Et faciebat labrū creum, & basim eius aream in uisionibus militantium, quæ militabant ad ostium tabernaculi testimonij, id est, in fenestris.

ראה. Visum, uisio. Eccl. 5. Nisi uisio oculorū eius. Et pluraliter *ראה*. Ies. 42. Visioes sunt multæ, & tamē nemo obseruat, apertio aurū, & nemo audit. Et in statu regiminis

Narrant quomodo abscondant laqueos, dicentes, quis prouidebit eis. Semel tamen simpliciter ponitur, 1. Sam. 16. Homo uidet in oculos, deus autē uidet in cor.

Quando constituitur cum præpositione beth, tum usurpatur bifariam, uel in bonam partem pro uidere optata cum uoluptate. Num. 22. Videbant in me. Psal. 54. Et in inimicos uidi oculus meus. Psal. 118. Ego uidebo in ofores meos. Iob 20. Ne uideat in riuos. Michæ 7. Educet me in lucem, & uidebo in iustitiā meam. Vel in malum, pro uidere aduersa cum tristitia, & dolore. Gen. 21. Non uidebo in mortem pueri, & sedēs ex aduerso leuaui uocem suam, & fleuit. cap. 29. Vidit Iehoua in afflictionem meam. cap. 44. Nisi fortē uidere uelim in malum, quod inueniet patrem meum. Num. 11. Ut non uideam in malum meum. Tamen etiā absolute aut cum alijs casibus sumitur in bonam partem, uidere cum gaudio & uoluptate. Ies. 53. Post laborem animæ suæ uidebit, saturabitur. & cap. 60. Tunc uidebitis, & diffues, & c. Gen. 6. Et uiderunt filij Dei filias hominū, & c. Est & alia phras, & quidem singularis in infinitiuo huius uerbi, quæ legitur 2. Reg. 23. Et occidit eum in Megeddo, cum eum uidisset, & c. Vide infra in quarta cōiugatione, in qua uisitator est hæc phras.

Participiū præsens masculini generis *ראה*. Gen. 13. Omnem terram, quam tu uides, dabo tibi, & cap. 31. Video ego faciem patris uestri. Iere. 1. Quid tu uidetis Ieremias, & dixi, baculum amygdali ego uideo. 1. Sam. 9. Olim in Israel sic dicebat aliquis, cum irretire inquirere Deum, uenite & ibimus ad uidentem: nam qui hodie propheta, uocabatur olim uidentem. 2. Para. 16. In illo tempore uenit Anani uidentem, ad Assa. Gen. 16. Tu deus uidet me quia dixit, nonne etiā hinc uidi post uidentem me. ubi prius habet hatephcamez pro holem. Et cum affixis. Iob 7. Nec aspiciet me oculus uidentis me. Iesaia 47. Non est uidentem me. & cap. 20. Quis uidet nos. Et pluraliter *ראה*. Exod. 20. Et uniuersus populus erant uidentes uoces & lampades. Iud. 13. Et Manoach, & uxor eius uidebant. Num. 14. Omnes uiri uidetes gloriam meam. Iesaia 32. Et non caligabunt oculi uidentium. cap. 30. Qui dixerunt uidentibus, id est prophetis. In statu regiminis & affixorum. Esther 1. Videtes faciem regis. Eccl. 7. uidentibus solem. 2. Reg. 25. Ex uidentibus faciem regis. Iob 20. uidentes eum dicent, ubi est Iesa. 14. uidentes te. Psal. 22. Omnes uidentes me suffannabunt me. Et in genere foeminiño *ראה*. Prouer. 20. Oculus uidentem. Et pluraliter *ראה*. Gen. 45. Ecce oculi uestri uident. Iere. 42. Sicut oculi tui uident nos.

Participiū præteritum foeminiño generis, pluralis numeri *ראה*. Esther 2. Vt darentur ei septem puellæ uisendæ: alij, speciose, speciales, formosæ.

In uoce passiuua *ראה*. Genes. 1. Et uideatur arida, & cap. 8. Et uisa sunt cacumina montium. Exod. 16. Et ecce gloria Iehoua uisa est in nube. Exod. 34. Et uir non uideatur in toto monte.

Est & hinc obseruandum, quod quando persona nominatur à qua procedit ipsa uisio, aut quæ alteri apparet, tum non constituitur cum ablatiua mediante præpositione mem, more aliorum passiuorum, sed cum præpositione ל: unde apparet, quod, sicut ab initio dixi, uerbum hoc actiue significat apprehendere obiectum aliquod, uel oculis carnalibus, uel animo, ita passiuue significat ad aliquem deferri uisionem. Genes. 18. Et uisus est ad eum Iehoua in querceto Mamre. cap. 48. Deus omnipotens uisus est ad me in Luz. Exod. 3. Et uisus est angelus Iehoua ad eum in flamma ignis. Leui. 13. Et uidebitur ad sacerdotē. Psal. 90. Uideatur ad seruos tuos, opus tuum, & decor tuus super filios eorum.

Deinde & hoc scias, quod interdum constituitur, cum datiuo mediante articulo Iamed. Iere. 31. Procul Iehoua est uisus mihi. Exod. 13. Azyma comedetur septem diebus, & non uideatur tibi fermentum, neq; uideatur tibi fermentum in cunctis terminis tuis. Leuit. 14. Quasi plaga uideatur mihi esse in domo.

Constituitur tamen cum accusatiua mediante articulo *ראה*, sed rarius. Deut. 31. Quando conuenit cunctus Israel ad uideri faciem Iehoua dei tui, ubi etiā he characteristica passiuæ uocis abiecta est.

rum suorum. 2. Regum 25. Leuauit Euislerodach rex Babylonis eo anno quo regnare coeperat, caput lehoiacin regis lehuda de carcere. Sexto, pro summitate, substantiue uel adiectiue, pro precipua, potissima. Exo. 30. Et tu accipe aromatum caput, uel, que sunt caput. Ios. 11. Quonia Hazor antea erat caput omnium regnum istorum. Iesaiæ 7. Caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Razin, cap. 9. Et excindet lehoua ex israel caput & caudam. Ezechielis 27. In capite omnis aromatis. Psal. 18. Factus est in caput anguli. Psal. 119. Caput uerbi tui est ueritas. Adiectiue. 2. Regum 25. & Ieremiæ 52. Et accepit magister macellariorū ipsum Saria sacerdotem summum illum. 1. Paralip. 27. Beniahu filius lehoiada sacerdos summus. Psal. 141. Unguentum capitale nequaquam franget caput meum. 1. Samuëlis 13. Caput unum respiciebat ad uiam Ophra, id est, unum agmen, seu una acies.

Septimò, est temporis. Exod. 12. Mensis iste sit uobis caput mensium, primus sit uobis inter menses anni. Prouerb. 8. A capite, à primordijs terræ. Eccl. 3. Quod fecit deus à capite usque ad finem. Iesaiæ 41. Quis annunciauit à capite, ut sciamus. & cap. 48. Non à capite in abscondito loquutus sum. Octauò, pro summa multitudinis partium. Exod. 30. Si leuaueris caput filiorum Israel iuxta censionē eorum. Numeri 1. Leuate caput uniuersæ congregationis filiorum Israel, id est, summam. Et Apostolus Paulus ex ista phrasi & nomine facit uerbum, ad Ephes. 1. Vt capitularet omnia per Christum, id est, ad caput seu summam reuocaret omnia.

Nonò, amaritudo precipua, quæ est in aspide, id est, fel uenenum, & bilis, & biliosum uenenū. Deut. 32. Furor draconum, uinum eorum, & fel aspidis crudele.

Deinde nomen est herbæ uenenatissimæ, quæ in agris copiosissime prouenit, istis nostris terris incognita. Osee 10. Et germinabit sicut fel iudicium super areis agri. Deut. 29. Radix fructificans fel, & absinthium. Petrus Apostolus ad hunc locum respiciens, Simoni mago dicit Actorū 8. In felle amaritudinis & colligatione iniquitatis uideo te esse. ubi duas in Hebræo uoces una, ut solet, explicat, significans illum prorsus infectū contagiosa impietate. Similiter *אֶרְבֵּי חַמְצוֹת* ad Hebræos cap. 12. ita reddidit: Pacem fecerimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo Deum uidebit, curam agentes, ne quis sit, qui deficiat à gratia dei, ne qua radix amarulentæ suppullulans obturbet, & per hanc inquinentur multi, &c. Et de tali etiam nonnulli intelligunt quo acetum Christo mixtum fuit, ut in cruce suspensus biberet, sicut & spiritus sanctus ante futurum prædixerat. Psal. 69. Et dederunt in carpellum meum fel, & in siti mea potauerunt me acetum. At Christus sciens uoluntatem patris sui, quod non ueneno, sed morte crucis moriendum sibi esset, potum recusauit, & obediens factus usque ad mortem, mortem crucis sustinuit.

Tertiò, de cuiuslibet rei acerbitate figuratè dicitur. Ierem. 8. Et potauit nos aqua fellis. Thren. 3. Et circumdedit felle & defatigatione. Et iterum: Recordare afflictionis meæ, & defectionis, mei absinthij & fellis. Amos 6. Vertistis in fel iudiciū, & fructū iustitiæ in absinthiū. Et scribitur semel cū uau loco aleph *וְיָיָרְוּ*, Deut. 32. Uuæ earum uuæ fellis, botri amaritudinum. Et in statu regiminis manet, ut supra dixi, inuariatum. Genes. 48. Et posuit super caput Ephraim, qui erat iunior, & sinistram suam super caput Manasse. Ionæ 4. Percussit sol super caput ionæ. Similiter in situ affixorū nihil mutat. Leu. 9. Nō circumcidetis angulū capitis uestri. 1. Sa. 28. Propterea custo dē capitis mei ponā te, id est corporis, pars pro toto. Similiter Dan. 1. Et damnabit caput meū apud regē. Gen. 11. Et turrim, & caput eius in cælū. cap. 28. Et ecce scala constituta in terrā, & caput eius attingebat in cælum. & cap. 40. Sustollit Pharao caput tuum. Psal. 3. Et exaltans caput meum. Et pluraliter mutat ubiq, & semper holem in cametz *וְעַמְצָא*. Exo. 18. Et elegit Moses uiros uirtutis ex omni Israel, & posuit eos capita super populum. 1. Paral. 7. Et Isbom, & Samuël erant capita in domo patrum suorū. Gen. 2. Et fluuuius egrediebatur ex Eden ut irrigaret hortum, & erat in quatuor capita. Iud. 7. Et diuisit trecentos in tria capita. 1. Sam. 13. Et egressus est prosternator ex castris Philistæorū cū tribus capitibus. Job 1. Chaldæi posuerunt tria capita, id est, agmina. In statu regiminis *וְיָיָרְוּ*. Exo. d. 6.

Ss Hæc

וְיָיָרְוּ. 2. Paralip. 26. In diebus Zachariæ intelligentis in uisionibus dei.

מִרְחָתָה Nomen participiale teritiæ coniugationis. Zoph. 3. Væ monstrosa & pollutæ.

מַרְחָתָה Vesicula in animali, quod profert ad conspectum. Leuit. 16. Et tollit uesiculam eius cum pluma.

מִרְחֵיָה Nomen primum uirgi, à quo extractum fuit & plantatum quercetum, quod ab ipso appellationem obtinuit, quanquam Hieronymus putet nomen esse appellationem. Gen. 18. Et uisus est ad ipsum lehoua in querceto Mambra.

1433

רָמָה

Legitur uerbaliter in ista forma tantum semel, & congruit significatione cum *רָמַם* & *רָמַם*, quæ ut forma tantum, ita quoque modo significandi inter se uariant: significant autem omnia leuationem, eleuationem. Zach. 14. Et eleuabitur, & habitabitur in loco suo.

INDE NOMINA:

רָמָה Animal seuum & ferum, sic dictum, quod cornu in altum eleuet, & nos Monocerotam, seu unicornem esse putamus. Num. 23. Sicut fortitudines unicornis, illi. Deut. 33. Et cornua unicornis cornua eius. Legitur tamen interiecta litera iod, quiescente tamen *רָמָה*. Psal. 92. Et exaltabitur, ut unicornis cornu meum. Legitur tamen loco aleph, litera iod quiescens *רָמָה*. Job 39. Num uolet unicornis seruire tibi, aut pernoctabit ad præsepe, aut ligabis unicornem ad sulcum fune suo. Et pluraliter *רָמָה*, Psal. 29. Et saltare fecit eos, sicut uitulum Libanum; & Sirion, sicut filium unicornium. Iesaiæ 34. Et descendent unicornes cum eis. Legitur tamen semel *רָמָה*. Psa. 22. Et à cornibus unicornium exaudiendo libera me.

רָמָה Alii corallium esse uolunt, fortasse à similitudine cornu unicornis, quod propemodum refert. Ego unicornu, quod magno in precio etiamnum habetur. Job 28. Ramoth, & Gabis non prædicabitur. Ezech. 27. Syria negociatrix tua propter multiplicem facturam tuam, Rubinum, purpuram, & polymitæ, & byssum, & Ramoth, & Cadeod dedit in mercatus tuos.

1434

רָמָה

Caput. Et quia caput in corpore humano est membrum summū, & precipuum, etiam aliæ res summæ & precipuæ hoc nomine dicuntur. Et in singulari numero seruat ubique & semper holem immutabiliter. Leuit. 4. Sustinebit manum suam super caput iuuenis. Iudicum 9. Et proiecit mulier quedam fragmen lapidis molaris super caput Abimelech. 1. Samuel. 17. Et accepit Dauid caput Philistei. 2. Sam. 3. Num caput canis sum ego. Secundò pro persona simpliciter per synecdochē, pars principalior pro toto. Iud. 5. Diuident spolum puellæ capiti uirgi, id est, personæ uirili.

Tertiò, pro persona, quæ ut caput in corpore humano summum est, & cætera membra corporis ratione gubernat, ita ipsa in familia seu politia summam administrationem habet, ideoque licebit uertere Latine, uel capitaneum, uel summatum. Num. 14. Ponemus caput, & reuertemur in Ægyptum. cap. 25. Filia Zur capitis plebium. Iudic. 11. Et sis nobis in caput. 1. Paral. 15. Ioel erat caput, & Saphan secundus. Psal. 110. Cruentasti caput super terra multa. Paulus Apostolus Christum uocat caput Ecclesiæ, Ephes. 1.

Quartò, pro summitate cuiuslibet rei. Genes. 47. Et incuruauit se Israel ad caput lectuli. Exod. 17. Ego sto super capite collis, & cap. 19. Ad caput montis. Num. 23. De capite petrarum uidebo eum. 1. Reg. 7. Et coronæ, quæ erant super capite columnarum. 1. Reg. 8. Caput rotundum erat throno. Esther 5. Et attigit caput sceptri. Prouerbiorum 23. Sicut qui facit in capite mali. 1. Regum 21. Et collocare Naboth in caput populi. 1. Paral. 16. Tunc posuit Dauid in capite ad celebrandum lehoua. Prouerbiorum 1. In capite multitudinis uocabit. Job 29. Et sedebam in capite. Threnorum 1. Facti sunt aduersarij eius in capite. 1. Samue. 9. Et dedit illis locum in capite inuitatorum. Job 22. Et uide caput stellarum, quàm sublimes sint. & cap. 24. Et uelut caput artificis succidentur. Quintò, sæpè metaphoricè usurpatur. Iesaiæ 1. A planta pedis usque ad caput, non est in eo integer quicquam. Gen. 3. Ipsum obruet tibi caput. Psal. 110. Propterea exaltabit caput. Gen. 40. Et fecit Pharao conuuitium omnibus seruis suis, & leuauit caput principis pincernarum, & caput principis pistorum in medio seruorum

- רב** Et in distinctione sententiæ cum cametz רב, nomen masculini generis & ponitur substantiue, & adiectiue, estq; quantitatis, uel qualitatis; aliquando actionis seu operationis. Genesis 24. Ecce paululum multum est nobiscum. Exod. 1. Populus filiorum Israel est multus. 1. Samuel. 26. Multus est locus inter nos, id est, latus, patēs. Numeri 16. Multum est uobis. Genesis 33. Est mihi multum frater mi, sit tibi quod tuum est. Psalm. 18. Emittit sagittas suas, & dissipat eos, & fulgura multum, & terret eos. Psalm. 123. Quoniam multum facti sumus pudore. Exod. 34. Et magnus pietate & ueritate. 2. Samuelis 23. Magnus rebus gestis. Iesaiæ 63. Magnus ad saluandum. Genesis 25. Et maior seruiet minori. Numeri 26. Et maiori multiplicabis hereditatem suam. & cap. 13. Num paruus sit, uel magnus. 2. Regū 25. Nabusaradam magister Laniorum. Danielis 1. Et dixit rex Aspanat magistro Eunuchorum. Pro uerbiorum 26. Magister parat omnia, id est, peritus artis suæ. Sic Iudei hodie uocant inter ipsos Magistrum, seu potius doctorem hoc nomine רב. Et aliqui eorum addita litera iod רב, antiquitus uero dixerunt רבון Rabboni, sicut Ioannes Euangelista testatur capite 20. Rabboni, quod dicitur magister, &c. Et pluraliter רבנים. Genesis 21. Et peregrinatus est Abraham in terra Philistæorum diebus multis. Psalm. 32. Multi dolores sunt improbo. Iesaiæ 53. Erratum multorum portauit. Ieremiæ 5. Conuocate contra Babel multos. Et in statu regiminis רב. Iere. 41. Et magni regis, id est, magnates. Et cum affixo. Iob 16. Circumdederunt me magnates eius. Et in genere fœminino רבה. Gen. 6. Quia multa malitia hominum super terra. Num. 11. Et percussit Iehoua in populo plaga magna ualde. Psalm. 110. Cruentabit caput in terra magna, id est, lata, quod est caput ubique terrarum. Et quando constructur cum uerbo siue nomine, tum aduerbiafcit. Psalm. 62. Non mouebo multum. Et in statu regiminis רבה. 1. Sam. 2. Et multa liberorum infirmata est. Ieremiæ 51. Multa thesaurorum, id est, diues. Usurpatur tamen bis in abstracto pro multitudine, seu pleraq; parte seu maiore parte multitudinis, & uersitatis alicuius. 2. Paral. 30. Quia multitudo in Ecclesia, qui non significati erant, id est, maior pars. Et mox iterū: Et multitudo ex Ephraim, id est, maior pars. Et quando constructur cū uerbo, tum aduerbiafcit, sicut in statu absoluto. Psalm. 65. Multum ditabis eam. Ps. 120. Multum cohabitauit ei anima mea. Psalm. 123. Quoniam multum fatiata est anima mea subsannatione. Semel tamē habet in ultima cametz רבה. Ps. 129. Multum prefferunt me à iuuētute mea. Sumit tamē interdū iod literā para gogicam רבה. Thren. 1. Quomodo sedet solitaria, ciuitas multa populo, facta est tanquam uidua multa in gentibus, id est, gloriosa & celebris multitudine populi.
- רב** Cum uau, uel sine uau, multitudo, pluralitas, copia. Gen. 27. Et multitudinem frumenti, & musti. Iosue 9. Et calceamenta nostra inueterata sunt propter multitudinem uia nimia. 1. Regum 3. Neque recensebitur præ multitudine. Iob 11. A multitudine uerborum non respondebitur. Psalm. 51. Secundum multitudinem miserationum tuarum dele transgressiones meas. Iesaiæ 1. Ad quid mihi multitudo sacrificiorum tuorum. In statu affixorum mutat holem in kybutz, licet semel tantum sit in usu. Deut. 7. Non propter multitudinē uestram præ omnibus populis, id est, excellentiam. Et pluraliter רבים. Osee 8. Scripsi ego magna legis mee.
- רביבים** Nomen pluralis numeri, generationes, stillæ: & est collectiuū, significans deplu tionem, quæ neq; ros est, neq; densa pluuia, sed quæ lentē cadit, & eius guttæ cerni possunt. Deut. 32. Et sicut destillatio super gramē. Psalm. 65. Cum destillatione liquefacis eam. Psalm. 72. Sicut depluitio, irrigatio terræ. Ieremiæ 3. Prohibita est destillatio, & serotinus imber non fuit. & cap. 14. Aut cœli dabunt destillationem. Mich. 5. Sicut ros à Iehoua, sicut destillatio super gramen.
- רב** Nomen numerale. Et si absolute ponitur, significat myriadem, id est, decem millia, habens appellationem à multitudine. Non enim maior est numerus. 1. Paralipom. 29. Et drachmas decem mille, & æris decem mille. Et cum adiuncto nomine numerali totidem myriades facit: ut lonæ 4. Et ego non miserer super Ninive ciuitate

Hæc sunt capita patrum Leuitarum in familijs eorum. Genes. 8. Et uisa sunt capita montium. 2. Samuelis 5. In capitibus mororum. 1. Reg. 8. Ut uiderentur capita uectium. Ezech. 6. In omnibus capitibus in otium. In statu affixorum etiam feruat cametz. Deut. 1. Et ponam eos in capita uestra. & cap. 29. Capita uestra, baculi uestri, seniores uestri, & baculiferi uestri. Psalm. 24. Eleuate portæ capita uestra. Psalm. 139. Et mihi quam preciosæ sunt cogitationes tuæ, quam inualuerunt capita earū, id est, summa.

ראשון Nomen masculini generis, primus, prior: & est temporis. Gen. 8. In primo. & cap. 25. Et egressus est prior ruffus. Exod. 12. Primus ipse sit uobis inter menses anni. Iudicum 20. In die primo. Iob 15. Num primus hominum natus est? Iesaiæ 44. Ego primus, & ego postremus. Et pluraliter ראשונים. Exo. 34. Sculpe tibi duas tabulas, sicut priores. Zach. 7. Quæ predicauit Iehoua per manum prophetarum priorum.

Et in genere fœminino ראשונה. Ios. 2. Quoniam illis erat fors prima. Iudicum 2. Sicut bello primo. Sumitur tamen plerunq; substantiue. Gen. 13. Quod ibi fecerat in principio. Num. 10. Et profecti sunt in principio. Deuter. 13. Manus tua sit in eum in principio. Et quando cum uerbo constructur sine præpositione, usurpatur aduerbialiter. Gen. 33. Et posuit famulas & liberos earum in principio. Numeri 2. Principio proficiscetur. 1. Reg. 18. Et facite primo. Et pluraliter ראשונים. Gen. 41. Septem uaccas priores. Iesaiæ 41. Priora, quæ fuerunt, indicate.

ראשית Principium. Estq; temporis & dignitatis. Genesis 40. Et fuit principium regni sui Babel. & cap. 49. Principium roboris mei. Num. 24. Principium gētium Amalek: Leuit. 2. Oblatione principij offeretis ex eis ipsi Iehoua. & cap. 23. Et offeretis manipulum principij messis uestræ ad sacerdotem. Deut. 18. Principium frumenti tui, musti tui, olei tui, & principium uelleris ouium tuarum des ei. 1. Sam. 13. Et accepit populus de spolio oues, & armenta, principij anathematis ut sacrificaret. Psalm. 78. Principium laborum in tentorijs Cham. Psalm. 111. Principium sapientiæ timor Iehoua. Pro uerbiorum 1. Timor Iehoua principium scientiæ. cap. 4. Principium sapientiæ est comparare sapientiam, id est, præcipua & summa sapientia: iuxta hoc Eccl. cap. 10. Principium dulcedinis fructus eius, id est, præcipua seu summa dulcedo. Gen. 1. In principio creauit deus cœlum & terram. Ieremiæ 28. In principio regni Zidkijahu. Iesaiæ 46. Qui annuncio à principio posterius. In statu affixorū manet inuariatum. Iob 8. Et in principium tuum modicum. cap. 42. Et Iehoua benedixit postremum Iob, plusquam principium eius. Et pluraliter ראשית. Ezech. 36. Et melius faciam, quam à principijs eius.

ראשונה Capitale, id est, res que ponitur subter, uel super, uel iuxta caput, siue necessitatis, siue ornatus gratia. Gen. 28. Et accepit de lapidibus loci, & posuit capitale sibi: nos uocamus ceruical, seu culcitram. 1. Sam. 19. Et tegumentum caprarum posuit capitale eius. & cap. 26. Et ecce Saul iacebat dormiens in plaustribus, & hasta eius fixa erat in terra capitalis eius. 1. Reg. 19. Et ecce capitale eius erat ustulata in pruna. Et pluraliter in statu regiminis ראשונות. 1. Sam. 26. Et accepit Dauid hastam, & uasculum aquæ, capitalia Saulis, id est, quæ fuerant ad caput Saulis. Et cum affixo. Ieremiæ 13. Dic regi, & dominæ, humiliemini, sedete, quia decidit capitalia uestra, corona magnificentiæ uestræ, ubi tamen sub mem est subscriptum pathah, & plurale pro singulari: dignitas uestra summa.

רבים Multum fuit, multiplex fuit, multiplicatum fuit, siue quantitate, siue qualitate. Legitur ubique neutraliter: congruitq; significatione cum uerbis רב רבה רבים, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Iesaiæ 54. Et multiplicabitur pax filiorum tuorum. Exod. 23. Et multiplicetur contra te bestia agri. 2. Samuel. 25. Hodie multiplicati sunt serui qui aufugiunt, quisq; à facie sustentatoris sui. 1. Paral. 23. Et filij Rechabeam multiplicati sunt excellenter. Psalm. 4. A tempore, quo frumentum eorum, & mustum eorum multiplicata sunt. Iere. 46. Quia multiplicati sunt supra locustam. Gen. 49. Et exacerbauerunt eum, & multiplicati sunt, & aduersati sunt ei, habentes sagittas, ubi est quantitatis passim.

multiplicabas me. 2. Reg. 21. Multiplicavit facere malū in oculis Iehoua. Psalm. 71. Multiplicabas magnificentiam meam. Prou. 6. Non accipiescēt, etiamsi multiplicaueris munus. Iesaja 9. Multiplicasti gentem. 2. Sam. 14. Memento rex Iehoua dei tui ad multiplicando assertorem sanguinis, id est, ne assertor multiplicet sanguinem. Et regulariter debebat esse scriptum מרבהו.

Participium praesens מרבה. Exo. 16. Qui multiplicabat, & qui minuebat. Prou. 28. Qui multiplicat substantiam suam cum foenore. Habakuk 2. Vae multiplicanti non sibi. Et in statu regiminis מרבה. Leu. 11. Omne gradiens super quatuor usq; ad multiplicans pedes. Iesaja 9. Ad multiplicationem principatus. ubi propter mysterium, scriptum extat mem finale & clausum pro initiali & aperto, deinde participium pro Infinitiuo מרבהו ponitur: Ad multiplicandum. Et pluraliter מרבים. 1. Paral. 8. Et multiplicantes filios, & filios filiorum. Nehe. 6. Eriam in diebus illis multiplicabant nobiles Iehuda epistolās suas. Eccl. 6. Sunt multae res multum multiplicantes unitatem. Et in genere foeminiū מרבה. Nehemia 9. Et prouentū suum multiplicat regibus.

INDE NOMINA:

- רב Multitudo. 2. Paral. 24. At filij eius, & multitudo oneris super ipso.
- רבב Multum: & constructum cum uerbo aduerbiafcit. Psal. 51. Multum laua me ab iniquitate. quanquam scriptum sit מרבהו, quasi legi debeat מרבה.
- מרבה Multum. Ezech. 23. Multum ad posse, ad ferendum seu portandum.
- מרבהו Nomen adiectiuum communis generis, & nominibus adiungitur utriusq; numeri: tamq; in continuitate, quam distinctione sententiae hanc formam seruat inuariatam. Gen. 15. Merces tua multa ualde. Nehemia 4. Et puluis multus. Et iterum: Et opus multum. Ps. 130. Multa apud ipsum redemptio. Deut. 3. Praeter ciuitates dispersionis multas ualde. 1. Reg. 10. Et aromata multa ualde. Esdrae 10. Quonia fleuerunt populus multo fletu. Itē substantiuē. Iere. 42. Quonia relictū sumus pauci de multis. 2. Sam. 11. At multi ceciderunt ē populo. At quādo cōstruitur cum uerbo, tranfit in naturam aduerbij. 2. Reg. 10. Achab coluit ipsum Baal parum, Iehu coler eum multum. Nehemia 4. Et doluit multum. Et quando a fronte accersit literam lamēd, induit naturam abstracti. Nehe. 5. Pro omnibus uinum pro multitudine. Et pluraliter מרבהו. Prou. 25. Comedere mel plurimum, non est bonum.
- מרבהו Multitudo. 1. Sam. 2. Et omnis multitudo domus tua morientur uiri. 2. Paral. 9. Et ecce non est mihi nunciata medietas multitudinis sapientiae tuae. 1. Paral. 12. Et adhuc multitudo eorum custodiūt custodiam domus Saul, id est, maior pars eorum. 2. Paralip. 30. Quia multitudo populi, id est, maior pars populi.
- מרבית Multiplicatio. Et hoc nomine uocant Hebraei usurā, quae est, quando quis pro uno modio, aut una ulna seu mensura plures accipit. Leuit. 25. Non accipias ab ipso foenus, nec usuram. Prouer. 28. Multiplicans substantiam suam cum foenore, & usura. Ezech. 18. Ad foenus non dedit, nec usuram accepit. Iudaei in Germania uocant hodie usuram corrupto uocabulo מרבה.
- תרבות Multitudo. Num. 32. Ecce surrexistis, p patrib. uestris, multitudo hominū erronū.
- מרבה Locusta, nomē collectiuū: & nomē habet a multitudine, q; agminatim & magna copia egredit. Exo. 10. Et uentus Orientalis aduexit locustam. Leuit. 11. Haec autē comedetis, locustā iuxta speciem suam. Iud. 6. Et tam ipsi, quam pecora eorū, & tentoria eorū ueniebant quali locusta in multitudine. Prou. 30. Rex non est locusta, sed egredit cōcidens uniuersa ipsa. Iob 31. Num strepitu terrebis eū uelut locusta. Ps. 72. Et dedit bruchō florē eorū, & laborē eorū locustae. Ps. 109. Excussus sum uelut locusta. Ex his iam citatis locis colliges descriptionē huius animalculi uerae & propriam. Cōsule quoq; si uoles, Aristotelem lib. 4. cap. 2. de Historia animalium.
- 1438 רבה Legitur de isto uerbo tātum participiū praeteritū tertiae cōiugationis מרבהו, q; tamen nominaliter accipit. Et quantū colligere possum, cū nomine מרבה quod piscinam seu natatoriam: itē cum uerbo מרבה, quod uehi significat, magnā habet affinitatem, & significat uēctam in olei natatoria, quam alij fraxā uerterūt. Leuit. 6.

tate magna, in qua sunt plures quam duodecim myriades hominum, id est, duodecies mille millia hominum: & secundum ueterem nostram translationem, centum & uiginti millia hominum.

- רבוה Eiusdem est cum רבו significacionis, hoc est, significat etiam Myriaden, id est, decē millia, sed legitur cum numerali monadico, quod ut alia, duplicat denarium. Esdrae 2. Et omnis aggregatio simul quadraginta millia. Et pluraliter מרבהו, eodē modo se habet cū monadico numero. Esdrae 2. Auri drachmas sexaginta millia, & mille. Et sine adiectio numerali ualet, ut רבו, id est, decem millia. Dan. 11. Et deiciet decem millia, & non roborabitur. Sumitur tamen numerus finitus pro infinito.
- רבבה Congruit significacione cum מרבהו & רבו, id est, myrias, hoc est, decem millia. Et similiter appellationem habet a multitudine, & seorsim legitur. Leuit. 2. 6. Et centum ex uobis decem millia. Deuter. 32. Et duo fugarent decem millia. Iudicum 20. Atq; mille de decem millibus. Psalm. 91. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextera tua. Canticorum 5. Insignitus praedecē millibus. Ezech. 16. Decem millia, uelut germen agri dedi te. Et in compositione, habens ante se מרבהו. Gen. 24. Tu sis in multa millia myriadū. Et in numero duali מרבהו, bis dena millia, binę seu duae myriades, multa millia duplicata. Psal. 68. Currum dei bis dena millia. Et plura liter מרבהו, multa myriades, multa dena millia. 1. Sam. 18. Et Saul dixit, attribuerūt Dauidi multa dena millia, & mihi attribuerūt millia. Et in statu regiminis מרבהו & מרבהו. Deuter. 33. Et haec sunt multa dena millia Ephraim. Et iterū: Et ueniet cum plusquam multis dentis millibus sanctis. Psal. 3. Nō timebo a multis dentis millibus populi. Mich. 6. In multis myriadibus torrentibus olei. Et quando post se habet nomen מרבהו, tum propē innumerabilem multitudinem notat. Num. 10. Conuertere Iehoua ad multa dena millia millium Israel.

INDE

- 1436 מרבהו Participium praeteritum secundae coniugationis foeminiini generis מרבהו. Psal. 144. Oues nostrae millificant, multa dena millia parientes in uillis nostris.
- 1437 מרבהו Congruit significacione cum uerbis מרבהו & מרבהו, nisi quod ut forma, ita modo significandi differant. Significat autem sternere ornatus gratia. Prou. 7. Stragulis sraui lectum meum.

INDE NOMINA:

- רביר Stragulum, quale circum collum sternitur ornatus gratia: licebit uertere uel collare, uel torquē. Ezech. 16. Et stragulum circū collum tuum. Et in statu regiminis מרבהו. Gen. 41. Et posuit stragulum circū guttur eius.
- 1437 מרבהו Stragula, quibus ornantur lecti. Prouer. 7. Stragulis sraui lectum meum. & cap. 31. Stragula facit tibi, byssus & purpura amictus eius.
- 1438 מרבהו In prima coniugatione semper usurpatur neutraliter: congruitq; significacione cū uerbis מרבהו & מרבהו: significat enim multiplicari siue quantitate, siue qualitate. Deut. 30. Et uiues & multiplicaberis. cap. 8. Ut uiuat & multiplicemini. Exod. 1. Ne forte multiplicetur. Et iterum: Et multiplicatus est populus. 1. Genes. 1. Et auis multiplicetur in terra. & cap. 8. Et multiplicatae sunt aquae. Deuteron. 14. Et multiplicata fuerit super te uia, quod non poteris portare illud. 1. Samuelis 14. Quod non multiplicata est strages in Philistaeos. Psalm. 106. Multiplicabuntur dolores eorum.
- מרבהו Participium praesens מרבה. Gen. 21. Et factus est multiplicans arcum, id est, extendens arcum seu magister arcus.
- מרבה In secunda coniugatione מרבה. Psal. 44. Et non multiplicas in precijs. Ezech. 19. In medio leuincolorū multiplicauit catulos suos. Iud. 9. Multiplica exercitum tuū, & egredere. Thren. 2. Quem palmis tractaui, & multiplicauit, id est, extendi.
- מרבה In tertia coniugatione מרבהו, multiplicauit: & semper actiue usurpatur. Deut. 1. Iehoua deus noster multiplicauit uos. Osee 8. Er quia multiplicauit Ephraim altaria. Genes. 3. Multiplicando multiplicabo dolorem tuum. 2. Samuelis 18. Et multiplicauit sylua deuorando in populo. 1. Samu. 22. & Psal. 18. Et oppressionibus tuis multipli-

Gen. 18. Si inuenero ibi quadraginta & quinq. Nu. 35. Quadraginta & due ciuitates, &c. excepto numero millenario, cui postponitur. Ios. 4. Circiter quadraginta millia expeditorum ad militiam. Iud. 7. & Iosue 4. Quadraginta millia in Israel.

מרבועים

Quadruplum. 2. Sam. 12. Et agnam restituet quadruplo.

רביעי

Nomen numerale ordinis masculini generis, quartus. Gen. 1. Et fuit uesperē, & fuit mane, dies quartus. Exod. 28. Ordo quartus. Iosue 19. Egrediebatur fors quarta. 2. Sam. 3. Et quartus erat Adnia. Et in genere foeminino רביעיה Zach. 6. Et quadriaga quarta. Leuit. 19. Et anno quarto erit fructus. Exod. 29. Et libaminis quarta hin uini. Leuit. 23. Et fundent uinum quartam hin. 1. Reg. 6. Et sic fecit ad ianuam Basilicę postes, de lignis oliuarum de quarta, id est quadratas.

רביעים

1440

Quartani. Exod. 20. & 34. Requiens iniquitatem patrum super filios in tertianos, & quartanos odientium, &c.

רבי

Congruit significacione cũ uerbis רבך & רבך רבך רבך רבך: significat enim hec omnia accubitũ & recubitũ, quod est in cumulum reclinando, mēbra cōtrahere seu componere: & ut שׁבב est hominũ, ita רבך propriũ est animalĩ quadrupedum: itaq; ut forma, ita modo significandi superiora uerba discrepāt. Gen. 49. Catulus leonis Iehuda, a praeda filii ascēdisi, incurauit se, accubuit sicut leo & sicut leona: quis suscitabit eum? Ezech. 19. Læna inter lænas accubuit. Num. 22. Videns alina angelum Iehoua, & statim decubuit sub Bileam. Pf. 104. Et in cubilibus suis cubabũt. Iesa. 11. Pardus cum hōdo cubabit. Iob 11. Cubabis, & non erit qui absterreat.

Participium præsens רבך. Gen. 4. Ad ianuam erratum cubat. cap. 49. Cubat intra duos terminos. Exod. 23. Si uideris alinum odientis te decumbentem sub onere suo. Et pluraliter רבכים Gen. 29. Ecce ibi tres greges ouium cubabant iuxta eum. Et in genere foeminino רבכיה. Deut. 22. Et mater incubat super pullis suis, aut super ouis. Gen. 49. Benedictionibus abyssi cubantis infernē. Deut. 33. Ex rore & abyssō cubante infernē.

In tertia coniugatione רבכי, cubare, sterna, substerna fecit. Cantic. 1. Indica mihi ubi pascas, & cubare facias in meridie. Pf. 23. In pascuis gramini cubare me faciet. Ezech. 34. Ego pascam oues, & cubare faciam eas.

Participium præsens רבכיה. Iesa. 54. Ecce ego sterno super fucum lapides tuos, Et pluraliter רבכיהם. Iere. 33. Vbi cubare faciunt pastores gregem.

INDE NOMINA:

רבך Cubile, accubitus. Et in statu affixorum mutat prius sægol in hirik, & alterum in feua. Prou. 24. Ne uastes cubile eius. Iere. 50. Pastores obliu sunt accubitus sui.

מרבץ

Cubile. Zophon. 2. Quomodo facta est in uastitatem, & in cubitum bestiarum.

מרבץ

Cubile, accubitus. Ezech. 35. Atq; filios Ammon in accubitus gregis. Verbaliter non est in usu: tantũ legitur ex eo nomē participiale רבכך, atq; ex eius significacione apparet congruere significacione cũ uerbis רבכך רבכך רבכך, & רבכך, nisi quod ut forma, ita modo significandi differāt: dicitur autem hoc nomine participiali faginarium, hoc est, locus seu stabulum, in quo uituli alligati sunt, ut faginēntur. 1. Samuelis 28. Et mulieri illi erat uirtulus adhaesionis. Iere. 46. Mercenarii eius in medio eius sunt uelut uirtuli adhaesionis. Amos 6. Comedentes agnos de grege, & uirtulos medio adhaesionis. Malachię 4. Et egrediemini, & pinguescētis sicut uirtuli adhaesionis. nisi intelligere malis de uirtulis, qui uerbibus matrum adhaerent, & faginantur.

1441

רגלים

Gleba, seu potius limi seu lura, nomen pluralis numeri. Et modo tantũ significandi differt a nomine רגל. Iob 38. Ut colliquefeat puluis in fluorem, & limi coherescant, id est condensentur. Et in statu regiminis רגלי. cap. 21. Dulces fuerunt ei limi alui.

1442

רגל

Motus, commotus est uel loco, uel metu, uel ira: & tam inanimatis, quam animatis rebus attribuitur: opponitur q; quieti cũ corporis, tum animi. Et modo tantũ significandi differt a uerbis רגש & רגש רגש.

In sartagine, in oleo fiat uecta, quam adferes. & cap. 7. Et simillam, uectam. Et Paralip. 23. pro instrumento, in distinctione sententię ponitur מררננ, pro sartagine & pro uectorio.

1439

רבוע

Quaternauit. Congruit significacione cũ uerbo רבך: utiq; enim cubare significat, licet diuerso modo: nam רבך notat cubitũ, qui contractis & cõpositis pedibus animalũ, quietis causa fit, uerbi aut huius רבך actus seu operatio, quatuor inntis pedibus more quadrupedi uentris exercendę causa perficitur: unde a quaternario numero significacione accepit talis subactio, quasi dicas, quadrupedare. Leuit. 18. Non dabis uli pecori cõcubitũ tuũ, ut cõtamineris cũ eo. Et mulier non stabit ante iumentũ, ut succumbat ei, quia nephias est. & cap. 20. Mulier ad quocũq; accesserit iumentũ ut succumbat cum illo, occides mulierem & iumentum.

In tertia coniugatione רבכי, sit transitium. Leuit. 19. Iumentum tuũ non sinas concumbere cum altera specie. Et præter hos tres locos in hac obscœna significacione nuspiam legitur in tertia Biblię.

Participium præteritum primę coniugationis, quod tamē etiã nominis naturã induit, רבכי, quadratũ, quadrũ. Exo. 30. Ipsum altare quadratũ erit. & cap. 39. Quadratũ fuit. Ezech. 43. Quadratũ erat in quatuor quadrangulis suis. Et pluraliter רבכים. 1. Reg. 7. Omnes ianuę, & postes quadratę. Et in genere foeminino רבכיה. Ezech. 41. Et Basilicę postis erat quadrata. Et isto nomine uocantur Grammatici Hebręorum punctulum quadratum, qui ipsis nota est subdistinctio.

In secunda coniugatione legitur tantũ participium præteritum רבכי. Ezech. 45. Quadratum circumquaq;. Et in genere foeminino רבכיה. Ezech. 40. Et mensus est atrium latitudine centum cubitorum, & longitudine centum cubitorum; quadratum: seu, per quadram. Et pluraliter רבכיהם. 1. Reg. 7. Et circumferentię earum, quadratę, & non rotundę.

רבך

Quartale, quartarius, quarta pars. Num. 23. Quis numerauit puluerem Iacob, & numerum quartarij Israelis, id est, quartam partē Israelis. 2. Reg. 6. Et quartarium Kabisthercoris columbini quinq; argenteis.

רבך

Quartale, quartarius, quarta pars. Exod. 29. Quarta pars Hin. 1. Sam. 9. Ecce inuenta est in manu mea quartale sicii argenti. Psalm. 139. Seditam meam, & recubitum meum muniuisti. Et pluraliter רבכים in statu affixi. Ezech. 43. Quadratũ erat in quatuor quadrangulis seu quadris, seu quadraturis suis.

מרבץ

Quatuor, nomen numerale cardinale, & a Grammaticis iudicatur esse masculini generis, et si in he terminet. Gen. 2. Et erat in quatuor capita. & cap. 14. Quatuor reges cum quinq; regibus. Num. 7. Et quatuor iuencos: Iungitur tamen sæpẽ nominibus foeminini generis. Gen. 46. Omnes animæ quatuordecim. Legitur etiã forma regiminis רבכים. Num. 7. Duo plaustra, & quatuor boues dedit filijs Gerson. Iud. 11. Quatuor diebus in anno. 2. Sam. 21. Quatuor isti tati sunt ipsi Repha in Gath. Et cum affixo. Ezech. 1. Et alæ eorum, quatuor ipsis. Et in genere foeminino forma masculina רבכיה. Leuit. 11. Omnē reptile inter uolucras, quod ambulat super quatuor. Gen. 11. Quatuor & triginta annis. Deut. 3. Quatuor cubiti latitudo eius. Exod. 27. Quatuor anulos in quatuor angulis eius. Deut. 22. Super quatuor uis. Legitur tamen interdum iunctum nominibus masculini generis. Iosue 21. Ciuitates quatuor. Exod. 27. Quatuor ordines lapidum. Et si coniungitur alio nomini numerali, tum ferẽ semper præcedit maiorem numerum. Genesis 11. Vixit quatuor centũ annis. & cap. 23. Tertia ualet quatuor centum siclos. & cap. 32. Quatuor centum iusti populi sui. Attamen 2. Samuelis 21. postponitur maiori numero: Viginti & quatuor. At pluraliter רבכים notat numerum denarium, hoc est, quater decem, seu quadraginta, & est communis generis. Gen. 7. Ego pluam super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. cap. 5. Vixitq; Kenan quadraginta annis. Iudicum 12. Fuerunt ei quadraginta filij. Et senile legitur adiectiue positum pro numerali ordinis. Num. 33. In anno quadragesimo exitus filiorum Israel. Et in numerorum coniugatione præponitur plerunq; numero minori. Gen.

in verticem non sit macula in eo. In forma duali רגלים, dicitur de duobus pedibus, aut etiam pluribus. 2. Sam. 4. Et ipsi Ionathæ filio Saul erat filius afflictus pedibus, seu utroque pede. 2. Reg. 9. Nisi caluariam & pedes, & uolas manuum. Job 29. Oculi eram caeco, & pedes eram claudicanti ego. Prouerb. 6. Pedes præcipites ad currendum ad malum. Et in distinctione sententiæ רגלי. Leuit. 11. Omne motabile alatum cui sunt quatuor pedes. Iesaiæ 7. Et pilum pedum. Et in statu regiminis רגלי. Genesis 24. Et pedes uitorum. Iosue 3. Volæ pedum sacerdotum. 1. Samuelis 25. Et detur pueris ambulanti in pedibus sustentatoris mei, id est, negocijs. Iesaiæ 52. Quam iucundi sunt super montibus pedes Euangelizantis. In statu affixorum. Genesis 18. Et leuate pedes uestros. & cap. 49. Non discedet sceptrum à Iehuda, & legislator ab inter pedibus tuis. Exod. 11. Et cunctus populus, qui est in pedibus tuis. Iudicum 8. Date quæso rotulas panis populo, qui est in pedibus meis. 2. Regum 3. Non fuit aqua pro castris, & pro iumentis, quæ erant in pedibus eorum. Et pluraliter רגלים, repedationes, id est, uices. Exod. 25. Tribus repedationibus festiuabis mihi in anno. Num. 22. Percussisti me hic tribus repedationibus, id est, uicibus.

רגלי Pedes, miles pedestris. Exod. 12. Circiter sexcenta millia peditis, præter paruulos. 2. Sam. 10. Viginti millia peditis. Et pluraliter רגלים. Ierem. 12. Si cum peditibus cucurristi, & non defatigauerunt te, quomodo inflammabis eos.

פדגלה Nomen foemini generis singularis numeri. Et ut פדגלה, capitale, ita hoc pedale, seu pedamentum significat, id est, quicquid est inferne ad pedes. Ruth 3. Et deuolues pedale eius, & accubes. Et iterum: Et deuoluit pedale eius & recubuit. Dan. 10. Et pedimentum eius, sicut species aeris.

רגל Nomen fontis, cuius sit mentio 2. Samu. 17. & 1. Reg. 1. licet nonnulli uelint sic dici fullonem, qui pedibus pannos, & uestes lauet.

גורל Sors, eo quod constat exploratione: sed de hoc nomine quære suo in loco.

INDE VERBUM,

רגל Pedauit, detulit pedibus. Et cognationem habet significatione cum רגל רגל & רגל. Psal. 15. Qui non detulit super lingua sua, nec fecit sodali suo malum.

In secunda coniugatione רגל, quando de persona dicitur, licebit uertere uerbo deferendi. 2. Samuelis 19. Et detulit in seruo tuo ad sustentatorem meum regem.

Quando autem de loco, tum uerbo uel indagandi, uel explorandi. Deuter. 1. Et explorauerunt eam. Iosue 7. Ascendite & explorate terram, & ascenderunt uiri & explorauerunt Ai. 1. Paral. 19. An non potius propter perscrutari, & uertere, & explorare terram. Num. 14. Ad explorandum terram.

Participium præsens pluralis numeri רגלים. Genesis 42. Et dixit ad eos, exploratores estis. Et iterum: Nos omnes filij sumus, uiri unius, recti sumus, non sunt serui tui exploratores.

In tertia coniugatione רגלי. Osee 11. Ego pædagogum dedi ipsi Ephraim, qui acciperet eum super brachia sua. ubi tamen thau pro he scriptum est.

Proprie significat obruere lapidibus. Nam fere semper adiunctum habet nomen רגל, aut plurale רגלים. Et modo tantum significandi differt à uerbo. Et רגל licet significet quocumque lapidare, tamen ut uoce, ita ratione significandi inter se differunt. Et uerbum רגל semper de multitudine undique obruentium dicitur, ut totus ille obruatur, & acruo lapidum tegatur. Communiter autem regit post se accusatiuum. Leuit. 20. Lapide obruent eos. Num. 12. Ut obruerent eos lapidibus. Deut. 21. Obruent eum omnes uiri ciuitatis suæ lapidibus. Ezech. 16. Et obruent te lapide. Vel sine appositione nominis. Leuit. 24. Et obruent eum tota aggregatio. Et interdum interponunt præpositiones, uel beth, uel et. Leuit. 24. Obruendo obruent in eum. Ezech. 23. Et obruent super eas lapidem.

INDE NOMINA:

רגמות Et in statu regiminis רגמות, & cum affixo רגמות. Et significat obruitionem, quæ fit lapidibus. Psalm. 68. Ibi Benjamin paruulus subicit eos, principes Iehuda obruitione

Deloco.

2. Paralip. 7. & cap. 17. Et plantabo eum, ut habitet in loco suo, & non moueatur amplius. Ies. 14. Infernus defubter commotus est tibi, in occursum tibi.

De metu seu dolore animi.

Exod. 15. Audiuerunt populi, & commoti sunt. Iesaiæ 32. Diebus aliquot ultra annum, commoueamini uos, quæ securæ estis. Et mox iterum: Commoueamini uos securæ, id est, trepidate. ubi רגל est secunda persona Imperatiui pluralis numeri pro רגלים. Iere. 33. Metuent, & commouebuntur super omni bono. Ioelis 2. Commouebantur omnes habitatores terræ, quia uenit dies Iehoua. Pl. 4. Commoueamini, & nolite errare. Hunc locum Paulus ad Ephes. 4. citans, uerbo Græco ἀγίστε reddidit, ab Hebræo uocè non admodum abludente. 1. Sam. 14. Et commota est terra, quia erat ex terrore dei. Ioelis 2. Ante illum commota est terra. 2. Sam. 22. Et fundamenta cælorum mota sunt. Iesaiæ 5. Percussit eum, & moti sunt montes.

De ira.

Genesis 45. Ne commoueamini in uia. Prouerbiorum 29. Vir sapiens si in uis uocatus fuerit cum stulto, siue commoueatur, siue rideat, non tamen in quiete erit. Ezechielis 16. Quia non fuisti memor dierum iuuentutis tuæ, & fuisti commotioni mihi in omnibus illis, id est, iritati seu prouocasti me ad iram. Psal. 4. Commoueamini, & nolite errare.

In tertia coniugatione רגל. 1. Sam. 28. Cur commouisti me, ut ascendere faceres me. Iesaiæ 13. Propterea cælos mouebo & mouebitur terra de loco suo. & cap. 22. Qui commouit regna. Iere. 50. Qui commouebit habitatores Babel.

Participium præsens רגל. Job 9. Qui mouet terram de loco suo. Ies. 14. Nunquid est iste uir, qui mouet terram, & concutit regna. Et pluraliter רגלים. Job 12. Abundant felicitate tabernacula prædonum, & eorum qui commouent terram, habitacula tuta sunt, id est, prouocant.

In quarta coniugatione רגל. 2. Reg. 9. & Iesaiæ 37. Sessionem tuam, & exitum tuum, & introitum tuum noui, & commoueri tuum contra me.

INDE NOMINA:

רגל Nomen adiectiuum. Deuter. 28. Et dabit tibi Deus cor commotionis, id est, inquietudinis.

Commotio: & opponitur quieti. Job 3. Ibi improbi cessauerunt à commotione. Et mox iterum: Non fui felix, nec fui tranquillus, nec quietus, & tamē uenit commotio. & cap. 13. Homo natus de muliere, breuis est diu, & plenus commotione. cap. 37. Attendite attentè in commotione uocis eius, id est, qua commouet, & terret alios. & cap. 39. In terrore & commotione foueam facit in terra. Habakuk 3. In commotione commiserationis recorderis. In statu affixi mutat holem in hatephcemetz. Ies. 14. Iehoua dabit requiem à labore & à commotione tua. Et in genere foeminiño רגל. Ezech. 12. Et aquas tuas in commotione, & in sollicitudine bibes.

1443 רגל

Pes. Et cognationem significatione habet cum רגל רגל. Exod. 21. Manū pro manu, pedem pro pede. Num. 22. Pressit pedem Bileam ad parietem. Job 28. Quæ prohibent à pede. Psal. 36. Aut ueniat ad me pes superbia. Ies. 1. A uola pedis usque ad caput. Ezech. 29. Non transibit per eam pes hominis, neque pes iumentorum. Gen. 33. Et ego ducam sensim ad pedem pecoris, quod est ante me, & ad pedem puerorum, id est, ad gressum. Et in distinctione sententiæ רגל. Leuit. 21. Aut sit uir in quo est fractura pedis. Deut. 2. Vola pedis. In statu affixorum mutat prius sægol in pathah, & alterum in fea. Genesis 30. Et benedixit Iehoua te ad pedem meum, siue per pedem meum, id est, quod ego hinc inde cucurrerim, & perlustrauerim omnia. Deuter. 11. Non est sicut terra Aegypti de qua egressus es, ubi feminabas semen tuum, & irrigabas in pede tuo sicut horum holeris. Sic 1. Samu. 25. Et quinq; puellæ eius, quæ ambulabant ad pedem eius. Iesaiæ 57. Si reduxeris à sabbatho pedem tuum, ut non facias uoluntatem tuam in die sancto meo. Gen. 41. Absque te non leuauit quisquam manum suam, uel pedem suum. Deut. 8. Pestius non tumuit. 2. Sam. 14. A uola pedis sui usque

רָגַע

Deinde modo significandi contrario in uoce passiuua רָגַע, quietatus est. Iere. 47. Omucro leh oua, quousq; nō quiescis, colligeris ad uaginā, sis quietatus, & sile. In tertia coniugatione רָגַע, quieuit. Iesa. 34. Etiam ibi quieuit lamia, & inuenit sibi quietem. Deut. 28. Inter gentes illas non requiesces, neq; erit quies plantæ pedis tui. Iere. 31. Ambulando adrequiescere suum Israel.

INDE NOMINA:

רָגַע Quieti. Psal. 35. Quoniam non pacem loquuntur, sed contra quietos terræ uerba fallaciarum excogitant.

רָגַע Quies, requies. Iesa. 28. Si dixerit quispiam ad eos, hæc requies, date requiem lassio, & hæc est requies, sed noluerunt audire.

רָגַע Quies, requies. Iere. 6. Et quæ melior fuerit in ea, ambulate, & inuenietis requiem animabus uestris. Matthæi Euangelistæ interpres Græcus, quisquis ille fuit, Christi uerbum citantis, hunc locum reddidit uerbo Græco ἀναπαύω.

1447 רָגַע

Conuenit, coitionem, coniunctionem, confociationem, confœderationem fecit. Et congruit significatione cum uerbo רָגַע: unde Septuaginta reddiderunt uerbo ἐφύλαξαν, fremuerunt, seu concitatae sunt, seu commotæ gentes. Videtur autem contrariam habere significationem uerbo רָגַע, quod eiectionem ex societate, aut conuersatione hominum significat. Et legitur uerbaliter tantum Psal. 2. Quare conuenerunt Gentes.

INDE NOMEN,

רָגַע Coniunctio, conuentio, conuenticulum, societas. Psal. 55. In domo dei ambulabamus in societate. Et in forma fœminina, sed mala significatione רָגַע. Et in statu regiminis רָגַע. Psalmo 64. Abscondas me à cōuenticulo operantium ex concupiscentia.

1448 רָגַע

Cōgruit significatione cum uerbis רָגַע רָגַע רָגַע, nisi quòd ut forma, ita modo significandi inter se discrepent. Significat autē superioris in personā uel rem inferiorem actionem, sicut domini in seruum, regis in subditos: proinde Latini communiter uerbo dominandi transfulerunt, quod certè fit, cum dominus subiectionem habet, populum sibi subijcit, aut subiectum habet, & potestatem habet in inferiorem. Et legitur solum in prima coniugatione actiue. Psal. 144. Qui subijcit populos subtus me. pro quo 2. Samuelis 22. scriptum est בָּרַר יְהוָה. Ies. 45. Quem apprehendi dextera sua, ut subdam coram eo Gentes. ubi ponitur Infinitiuus ad formam רָגַע. Iere. 2. Quare dicit populus meus, potestatem habemus, non ueniemus ad te, id est nos ipsi habemus subditos, non est opus, ut tuæ nos potestati subijciamus. Osee 11. Sed Iuda adhuc potestatem habet cum deo.

INDE NOMEN,

רָגַע Pluralis numeri tantum, uelamen, quo mulieres caput uelabant. Cant. 5. Tulerunt uelamen à me. Iesa. 3. Tiaras & uelamina. Et Paulus 1. Corinth. 11. uocat ἐφύλαξ, id est potestatem: Propter hoc debet mulier potestatem habere, id est, uelamen in capite propter angelos: quia uelamen cogit eam demittere oculos, significetq; illam esse sub alterius imperio.

1449 רָגַע

Congruit significatione cum uerbis רָגַע רָגַע רָגַע, nisi quòd ut forma, ita modo significandi differat: significat autem hoc potestatem habere, iure uti, ius & dominium usurpare in personam, aut rem subiectam, & inferiorem, subijcere sibi aliquid, exercere dominium in personā seu rem aliam. Latini uerbo dominandi seu regnandi expresserunt. Et construitur plerunq; cum accusatiuo mediante præpositione beth. Gen. 1. Et dominamini in pisces maris. Leu. 25. Dominamini in eum in seuitia. 1. Reg. 4. Et ipse dominabatur in omnem regionem trans flumen. Psal. 110. Dominare in medio inimicorum tuorum. Aliquando cum accusatiuo sine præpositione interueniente: ut Ezech. 34. Et in potentia subiecasti eos. Leuitic. 25. Non subijciat eum in duritia. Thren. 1. Descendendo subiecit illud.

Et nota, q; quando hoc uerbū construitur cū nomine רָגַע, tum habet בְּ præpositionem, sicut uerbum רָגַע in tertia cōiugatione, & significat in manus delumere, demit-

tio eorum. Loquitur de obrutione, qualis est lapidum, seu grandinis seu tonitruu. Et huc haud dubiè alludit Christus, cum Marci 3. Iacobum & Ioannem בני ברק filios tonitruu appellat, quòd potentia Euangelij obruturi erant plurimos.

רָגַע

Aceruus seu cumulus lapidum. Prou. 26. Sicut scrupulus lapidis in aceruo, ita qui tribuit stulto honorem. Loquitur autem de lapide preciofo in funestum aceruum lapidum proiecto, qui destinatus erat, ut eo damnati obruerentur, atque ideo huic populo abominabilis erat.

1445 רָגַע

Cōgruit significatione cum uerbo רָגַע רָגַע: significat enim delationem infamiae ab uno ad alium: differtq; ab illis modo tantum significandi. Legitur ex eo nomen participiale רָגַע, delatores, infamatores, infames. Iesa. 29. Et cognoscent errores spiritui intelligentiam, & infamatores discant legem.

INDE VERBVM,

רָגַע

Vocis passiuæ: & significationem habet actiuam seu neutralem, detulit pedibus eundo ad alium. Deut. 1. Et detulerunt in tentorijs suis, & dixerunt: odio Iehoua nos eduxit de terra Ægypti. Psal. 106. Et detulerunt in tentorijs suis, & non obedierunt uoci Iehoua, id est murmurauerunt, susurrauerunt.

Participium, seu nomen participiale רָגַע, delator. Prou. 16. Et delator disiungit ducem. cap. 18. Verba delatoris sunt sicut uerbera. & cap. 26. Absq; lignis extingue tur ignis, & absq; delatore quiescet rixa.

1446 רָגַע

Duos significandi modos habet contrarios. Primo, significat concitatum esse, commotum, conturbatū esse subitò. Et in hoc significandi modo differt tantū modo significandi à uerbo רָגַע, quod est quātitatis, hoc autem temporis. Iob 7. Cutis mea cōcitata est, & abominabilis facta est, id est citò corruguit. & cap. 26. In uirtute eius concitatus est mare: uel actiue, in uirtute sua concitauit mare.

Participium præfens רָגַע. Iesa. 51. & Iere. 31. Ego Iehoua deus tuus concito mare, & fremunt procellæ eius.

In uoce passiuua רָגַע. Iere. 47. Concitare & sile, id est corripere.

In tertia coniugatione רָגַע. Iere. 5. Propter concitare terram, & cōmotionem facere in habitatores Babel, ubi præteritum ponitur pro Infinitiuo.

INDE NOMINA:

רָגַע

Momentum, citum, exiguum seu minutum tempusculum. Psal. 36. Quoniam momentum est in ira tua, id est ira tua est momentanea. Exo. 33. Momento uno ascendam in medium tui, & consumam te. Et absolute sine adiectiuo constructū cum uerbo plerunq; aduerbiale cit, momento, citò, subitò. Iob 32. Citò morientur. Psal. 6. Aueris pudescit citò. Iesa. 47. Et euenient tibi duo illa citò: in die una sterilitas & uiduitas. Iere. 4. Citò deuastata sunt tentoria mea, citò cortinæ meæ. Iere. 18. Citò loquar contra gentem. Et quando ante se assumit aliquam particulam encliticam, tum nominaliter accipitur: רָגַע. Iob 21. Et in momento in Infernū detrudentur. Iesaia 54. In momento modico dereliqui te. Item רָגַע. Iesa. 26. Abscondere circiter modicum momentum, donec pertranseat indignatio. Esdra 9. Et nunc cititer exiguum momentum facta est gratia à Iehoua deo nostro, &c.

Insuper in distinctione sententiæ mutat sægol in cametz, & accersit plerunque ante se aliquam particulam encliticam: uel רָגַע. Iob 20. Et gaudium hypocritæ usque ad momentum. Vel בְּ. Psalmo 73. Quomodo facti sunt in desolationem tam citò. Vel בְּ. Thren. 4. Quæ subuersa est quasi momento. Et pluraliter רָגַע, id est omnia feus singula momenta. Iob 7. Requirit eum singulis manè, singulis momentis probas eum. Iesaia 27. Ego Iehoua confero eam, singulis momentis irigo eam. Ezechielis 27. & 32. Et pauebunt in singula momenta, quisque pro anima sua.

רָגַע

Momentum. Prou. 12. Labium ueritatis stabilietur perpetuò, sed ad momentū lingua mendacij. Sed adiunctum uerbo, aduerbiale cit. Iesaia 51. Et iudicium meum in lucem populorum citò. Ieremie 49. Quoniam citò currere faciam eum cum illa. & cap. 50. Quoniam citò currere faciam eos ab illa.

1452 **רחה** Territus est: & ut uoce & scriptura, ita significatiōe congruit uerbo רחה. Iesaię 44. Ne pauēatis, neq; terreamini, an non ex tunc audire feci te, & annunciaui, & uos estis testēs mei, &c.

1753 **רחה** Intumuit, superbiuit, inualuit, prauualuit. Et significatiōe cōsentit cum uerbis רחה, nisi q; ut forma, ita modo significandi inter se differant. Prouerbio 6. Quando uenisti in manum proximi tui, exhibete perturbatum, & praualebis proximo tuo. Ies. 2. Et inualescent iuuenis in senem, & uilis in honorabile. & cap. 60. Mirabitur & exuberabit cor tuum. Psal. 90. Dies annorū nostrorū an nī septuaginta, & excellere eorum, labor & dolor.

In tertia coniugatione רחית. Psalm. 138. Et inualescere facis me in anima mea uirtute. Cantic. 6. Auerte oculos tuos a me, quoniam ipsi prauauerunt me.

INDE NOMEN,

רחב Tumor, elatio, altitudo, superbia. Iob 9. Auxiliatores superbia. & ca. 26. Et in prudentia eius inficitur elatio. In cæteris scripturæ locis: ut Psalm. 87. & 89. item Iesai. 30. & 51. pro Ægypto ponitur, propter superbiam ipsius, quam prophetæ reprehendunt.

1454 **רחש** Congruuit significatiōe cum רחה & רחש, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Deriuantur autem inde

NOMINA:

רחשים Canales. Gene. 30. Et posuit uirgas, quas decorticauerat, in canales. Exod. 2. Et impleuerūt canales, ut potarēt oues patris. Sunt autē dictę, q; in eis decurrāt aquæ. **רחשים** Trabes, quæ transcurrūt ædificia, uel in quibus decurrit aqua pluuialis. Cantic. 2. Trabes nostri fraxini. Item cap. 7. Et cæsaries capitis tui sicut purpura, sicut rex uinctus plicis, &c. quæ scilicet decurrunt, per uestimentum, & figuram habent trabium seu canalium.

1455 **רוב** & **רוב** Contendit, litigauit, disceptauit, siue priuatim, siue coram Iudice: & dicitur tantum de uerbali contentiōe, seu actiōe. Atq; quandam cognationem habet cum uerbis רחה & רחב, nisi quod ut forma, ita modo significandi uariēt. Nam in lite multiplicatio est uerborū, argumentationum, argumentorum, probationum, & dilutionum. Iudic. 11. An non litigando litigauit cum Israel, & pugnando pugnauit cum eo: & ca. 21. Et cum uenerint patres eorum, & fratres eorum ad litigandum nobiscum. Psal. 35. Litiga lehoua cū litigatoribus meis. Prouerbiorum 25. Litem tuam litiga cum sodali tuo, sed secretum alterius ne reueles. & cap. 30. Qui emungit nasum, elicit litem. Michea 6. Surge, & litiga cum montibus. 2. Sam. 25. Benedictus lehoua, qui litigauit litem opprobrii mei, id est egit causam meam. Thren. 3. Litigasti lehoua lites animæ meæ. Ierem. 50. Assertor eorum fortis lehoua exercituum nomen eius, litigando litigabit litem eorum. Iesaię 1. Iudicate pupillo, litigate uiduæ. & cap. 3. Constitutus est ad litigandum lehoua. & cap. 34. Annus retributionum ad litigandum ipsi Zion.

Participium præfens רכ. Iesaię 45. Væ litiganti cum Plaste suo. Ieremie 51. Ecce ego litigo litem tuam.

In tertia coniugatione רחיר. Gen. 26. Et litigauerunt pastores Gerar cum pastoribus Izhak. & ca. 31. Et litigauit eum Laban. Exod. 17. Et litigauit populus cū Mose, & dixerunt, date nobis aquam ut bibamus: & dixit illis Moses, quid litigatis mecū, quid tentatis lehoua? Exo. 21. Et si litigauerint uir, & percusserit alter sodalem suum. 1. Samuelis 15. Et uenit Saul ad ciuitatem Amalek, & litigauit in torrente, scilicet cum Keneo, donec persuaderet illi, ut istinc discederet. Iob 33. Quare contra eum litigasti, ubi omīssa est prima litera characteristica. Iere. 2. Quare porrò litigabo uobiscum, & cum filijs filiorum contendam. Iudicum 6. An uos litigabitis pro Baal. Iesaię 27. In mensurando eam, in dimittēdo eam litigabis ei. & cap. 51. Et deus tuus litigabit populo suo.

Participium præfens pluralis numeri, status regiminis מרחירי. 2. Sam. 22. & Pl. 18. Euadere fecisti me de litigiosis populi mei.

demittere ex loco superiore. Iud. 14. Et desumpsit illud in manus suas. Et mox iterum: Nec indicauit eis, quod de cadauere leonis desumpisset mel, &c. Respicit autem ad fauum quem cum apes in altum desigunt, qui eum accipere uelit in manus descēdere sinat, & desumat super manus. Iere. 5. Et sacerdotēs desumebant, scilicet oblationes & leuandas in manus suas. Hoc ideo annotare uolui, ne quis in his iam allegatis locis hoc uerbum aliam significatiōem habere putet a superiore, sed modo tantum significandi ab eo differre cognoscat.

In secunda coniugatione רחה, legitur aliās constructum cum datiuo mediante articulo lamed. Iud. 5. Tunc dominabitur relictus gloriosis populi. Aliās cum accusatiuo mediante præpositione beth. Ibidem: lehoua dominabitur per me in fortes. Psal. 72. absolute: Et dominabitur a mari usq; ad mare.

1450 **רם** In tertia coniugatione רחה. Iesai. 41. Quis dedit corā eō gentes, & reges subiecit. Congruuit significatiōe cum uerbis רחיר, רחיר, רחיר, nisi quod ut forma, ita modo significandi differant. Venit autem usu tantum in uoce passiuua רחיר, obrutus fuit profundo sopore, detractus, oppressus fuit sopore seu stupore. Iudicū 4. Nam ipse oppressus erat sopore. Ionæ 1. Et iacebat & obrutus erat sopore. Dan. 8. Et stupore cecidi super faciem meam in terram.

Participium רחיר. Psal. 76. Ab increpatione tua deus Iacob in soporatur tam currus, quàm equus. Prouerbiorum 10. Oppressus sopore in messe, filius ignauus est, id est somnolentus.

INDE NOMEN,

תרומה Sopor, somnus profundus. Gen. 2. Et immisit lehoua deus soporem super Adam, & cap. 15. Et sopor ingruit super Abram. 1. Sam. 26. Quoniam sopor lehoua cecidit rat super eos. Iob 4. Sicut solet sopor ingruere super homines.

1451 **רחה** Sequi, insequi, persequi, prosequi, siue in bono, siue in malo. Et cōstruitur nunc cum accusatiuo, siue nominis, siue pronominis. Item cum מרחיר, & rarius cum lamed articulo datiuī casus. Iud. 4. Et Barak persequutus est post currus. Psal. 143. Quia persequutus est inimicus animam meam. Leuitic. 26. Et persequetur eos uox filij impulsī. Gen. 4. Surge, persequere uiros. Psal. 34. Inquire pacem & prosequere eam. Iosue 2. Persequimini citò post eos. Psal. 7. Persequatur inimicus animam meam, tamen quidam censent esse compositum ex prima, & secunda coniugationibus. Psal. 18. Persequar inimicos meos, & apprehendam eos. Iosue 23. Vir unus ex uobis persequetur mille. Iob 19. Cur persequutionem faciemus illi. Iosue 8. Cur reuersus est Saul a persequendo. Psal. 38. Pro prosequi me bonum.

Participium præfens רחיר. 1. Samuelis 24. Postquam tu persequeris. Threnor. 1. Et iuerunt absq; robore ante persequentem. Iesai. 1. Et sectatur retributiones. Prou. 21. Sectans iustitiam & pietatem, inueniet uitam. Et pluraliter רחירים. Iudic. 8. Et persequentes. Iosue 2. Quando egressi sunt, qui persequabantur post illos. Et in statu regiminis רחירי. Iesai. 51. Audite me sectatores iustitiæ. Psal. 119. Quando facies contra persequutores meos iudicium. Threnorū 4. Leuiores fuerunt persequutores nostri aquilis.

In uoce passiuua רחיר, persequutionē passus est. Thren. 5. Super ceruices nostras persequutionem passi sumus.

Participium רחיר. Eccl. 3. Et deus requirit persequutionem passum.

In secunda coniugatione רחה, auget significatiōem. Osee 2. Et sectabitur amatores suos. Nahum 1. Et inimicos suos persequetur tenebris. Prouerb. 13. Errones persequetur malum.

Participium præfens רחיר. Prou. 11. Et sequitur malum ad mortē suam. & cap. 19. Qui sectatur sermones.

In uoce passiuua רחה. Ies. 17. Et persequutionem patietur sicut palea.

In tertia coniugatione רחירי. Iudicum 20. Circumdederunt ipsum Beniamin, persequuti sunt eum.

Participium præteritum רחירי. Ies. 14. Persequutionem passum sine prohibitione.

Jeremiae 22. Aedificabo mihi domum mensurarum, & superiora respirationum seu refrigerij, seu flatuum.

INDE NOMINA:

- רָחַץ** Respiratio, relaxatio, spaciū, intercapedo, progressio, dilatatio, protectio. Esth. 4. Si tacendo tacueris in tempore isto, respiratio & liberatio stabit Iudaeis. Genes. 3. 2. Transtite ante me, & ponite relaxationem inter gregem & gregem, id est spaciū relaxationis. Et in genere foeminino רָחַץ. Exod. 8. Et uidit Pharo, quod facta est relaxatio, aggrauauit cor suum, & non audiuit eos. Et cum affixo. Threnor. 3. Ne abscondas aurem tuam ad spiritum meum, & ad clamorem meum.
- רָחַץ** Ventilabrum, uannus, seu pala. Iesaiæ 30. Comedent pabulum acidum, uentilatum uentilabro & uanno.
- רִיחַ** Spiritus, spiratio, odor, fragrantia, quæ excitatur motu & agitatione. Et in statu regiminis & affixorum רִיחַ. Gen. 27. Ecce odor filij mei, sicut odor agri. Leuit. 1. Ut sint holocaustum ignitum odoris refocillationis ipsi Iehoua. Numeri 15. Ad faciendum odorem refocillationis ipsi Iehoua. Iob 14. Ab odore aquæ reflorescet. Et legitur figuratè pro fama & celebritate nominis. Exo. 5. Fœtere fecistis odorem nostrum in oculis Pharaonis. Et in numero duali רִיחִים, mola: duobus enim constat lapidibus, superiore & inferiore: & habet nomen uel à uento, quem uelocitate cursus excitat: uel, quod instar uenti capitur: uel, quod farina, quæ molitur, odore gratum spiret. Exo. 11. Vsq; ad primogenitum ancillæ, quæ est post molam. Num. 11. Aut molent in mola, aut tundat in mortario. Deut. 24. Nemo tollat loco pignoris molam superiorem & inferiorem. Videtur tamē hoc in loco רִיחִים significare molam integram, hoc est, superiorem & inferiorem molarem: sed רָחַץ instrumentum ad molam necessarium, & nō lapidē inferiorem. Ies. 47. Tolle molam, & mole farinam. Ier. 25. Vocem sponsi & sponsæ, uocem molæ, & lumen lucernæ.
- רוּחַ** Spiritus: dicitur autem spiritus Hebræis de natura, seu re spiritali, quæ nec carnē, nec ossa habet, id est duplici ratione, uel actiue, quæ scilicet spirat, agitatur, & mouetur: uel passiue, quæ spiratur, agitatur & mouetur. Et generaliter magnam habet cognitionem significatione cum nominibus רִיחִים & רָחַץ, dicitur autē de multis uarijs naturis seu rebus, sicut ordine indicabimus.
- Primò de spiritu, qui est natura Deus & tertia in diuinis persona. Numeri 11. Et cum requieuisset super eos spiritus, prophetauerunt. Iob 26. Spiritus ipsius cœlos ornauit. Gen. 6. Non iudicabit spiritus meus cum homine amplius. Psal. 139. Quò ibo à spiritu tuo? Ioelis 3. Effundam spiritum meum super omnem carnem. Zach. 12. Et effundam super domum Dauid, & super ciues Ierusalē spiritum gratiæ & precum. Psal. 51. Et spiritum sanctum ne auferas à me. In his superioribus exemplis uel ex adiuncto, uel ex relativo pronomine intelligi potest, quòd sonēt de spiritu sancto. Sunt præterea loci alij, ubi huic nomini apponitur, uel רִיחִים, uel רִיחַ, & tunc etiam intelligitur de spiritu sancto. Gen. 1. Et spiritus dei incubabat super facie aquarū. Exo. 31. Repleui eum spiritu Dei, in sapientia & intelligentia, in scientia & omni arte. Iudic. 3. Et factus est spiritus Iehoua super ipsum, & iudicauit Israel. & cap. 13. Et coepit spiritus Iehoua agitare eum. 1. Sam. 16. Et spiritus Iehoua recessit ab eo. 1. Sam. 19. Et factus est spiritus dei super nuncios Saulis, & prophetauerunt etiam ipsi. 2. Sam. 23. Spiritus Iehoua loquutus est per me, & sermo eius super lingua mea. Iob 33. Spiritus dei fecit me, & flatu Omnipotentis uiuificauit me. Ies. 11. Et quiescet super eum spiritus Iehoua, spiritus sapientiæ & intelligentiæ, spiritus consilij, &c. Ies. 40. Arescit gramen, emarcescit flos, sed quando spiritus Iehoua flat in ea. Et iterum: Quis stabiliiuit spiritum Iehoua, pro quo Paulus 1. Cor. 2. Quis cognouit mentem Iehoua. Micheæ 2. Nunquid abbreviatus est spiritus Iehoua. Secundò, de spiritu, seu spiritali natura & substantia, ut sunt angeli. Sic intelligunt hoc dictum 1. Regum 18. Et erit, cum ego discessero à te ut spiritus Iehoua tollat te in locum, quem ego nescio, &c. de angelo à Domino subornato iuxta illud: Angelis suis madauit de te. & Psal. 104. Qui fecit angelos suos spiritus.

T 2 Tertiò

INDE NOMINA:

- רִיב** Lis, rixa, controuersia, causa iudicialis. Genesis 13. Et fuit lis inter pastores. Exod. 23. Neque respondeas super lite, ut declines post multos. Deut. 1. Onus uestrum, & litem uestram. cap. 19. Si steterint duo uiri, quibus est lis corā Iehoua, & cap. 21. Et iuxta os eorum erit omnis lis, & omnis plaga. 2. Samuelis 15. Et factum est, ut omnem uirum cui erat lis, ut ueniret ad regem pro iudicio. Iob 29. Et litem quam ego non intelligebam, perquirebam. Ies. 1. Et lis uiduæ nō ueniebat ad eos. Ier. 11. Quoniam ad te deuoluam litem meam. Ezechielis 44. Et super lite ipsi stabunt ad iudicium. Habakuk 1. Et est lis, & transactio eleuatur, id est, suspenditur. Et pluraliter רִיבוֹתָ. Deuter. 17. Verba litium in portis tuis. Iob 13. Et lites labiorum meorum obseruate.
- רִיבָה** Lis, rixa. Genesis 13. Ne sit obsecro lis inter me, & inter te. Exo. 17. Et uocauit nomen loci, tentationem & litem. In statu regiminis רִיבָה. Numeri 27. Ista sunt aquæ litis Cades.
- רִיבִים** Litigatores, rixatores. Pl. 35. Litiga Iehoua cum litigatoribus meis. Ies. 49. Et cum litigatoribus tuis ego litigabo. Ezech. 18. Ausculta ad uocem rixatorum meorum.
- רִיבֵעַל** Cognomen Giddeonis, quia contra ciues pro Baal litigantibus litigauit. Iudicium 6. Et uocauit eum in die illa Ierubaal, dicendo, litiget contra eum Baal, quòd subuertit altare eius.
- 1456 רָחַץ** Legitur tantum in tertia coniugatione רָחַץ. Congruit significatione cum uerbis רָחַץ & רָחַץ, nisi quòd ut forma, ita modo significandi inter se uariant: significat enim hoc descendere facere. Gen. 27. Et fiet, & descendere facies iugum eius de collo tuo, id est, excuties. 1. Reg. 6. Et descendere faciet super Cherubim aurum, id est, sternet. Psal. 55. Attendde mihi, & audi me, cum desicior in quere-la mea, ubi figuratè à corpore ad animum, & animi consternationem transfertur.
- 1457 רָחַץ** Ferri pluuia aut alio humore, humectari, humefieri, madefieri, irrigari, inebriari: & importat redundantiam: congruitq; significatione cum uerbo רָחַץ, nisi quòd ut forma, ita modo significandi uariant. Ierem. 46. Et deuorabit gladius, & fatiabitur, & humectabitur à sanguine eorum. Prouerb. 7. Madefiemus uberibus seu amoribus. Psal. 36. Humectabuntur pinguedine domus.
- In secunda coniugatione רָחַץ. Ierem. 31. Et irrigabo animam sacerdotum adipe. Iesaiæ 34. Quia humectatus est in cœlo gladius meus. Et mox iterum: Et humectabitur terra eorum sanguine. Psal. 65. Cumulos eius humecta. Iesaiæ 16. Humectabo te lacryma mea, ubi irregulariter est scriptum pro רָחַץ. Prouerb. 5. Amores eius irrigabunt, id est, ubera.
- In tertia coniugatione רָחַץ. Iesaiæ 55. Humectauit terram. Threnor. 3. Humectauit me absinthio. Ierem. 3. Quia humectauit animam lassam.
- Participium præsens רָחֵץ. Prou. 11. Et humectans etiam ipse humectabitur.

INDE NOMINA:

- רִיחַ** Nomen adiectiuum masculini generis, madidus, irriguus. Ies. 58. Et erit uelut hortus irriguus. Et in genere foeminino רִיחָ. Deuter. 29. Ut auferatur madida cum sitiente.
- רִיחָ** Irrigatio. Iob 37. Etiam propter irrigationem aggrauabit nubem.
- רִיחָ** Nomen adiectiuum. Psal. 23. Calix meus redundans. Item abstractiue. Psal. 66. Sed eduxit nos ad irriguum.
- 1458 רָחַץ** Verbum perfectum primæ coniugationis, flauit, efflauit, id est, respiratio fuit, respirauit, refrigeriū, relaxatio fuit, siue relaxationi seu respirationi fuit: importatq; secum motum & agitationem. Atque conuenit significatione cum uerbis רָחַץ & רָחַץ, nisi quòd ut forma, ita modo significandi uariant. 1. Sam. 16. Cum acciperet Dauid citharā, & luderet manu, statim respiratio erat Sauli, ut bene haberet. Iob 32. Loquar, ut respiratio fiat mihi: uel sic, ut respirationi sit mihi, scilicet mea loquutio. Iob 6. Ad efflandum uerba oppressionis.

In secunda coniugatione legitur participium præteritū, pluralis numeri רָחַצְתֶּם. Ieremiae

Septimò, dicitur sæpè de aere, seu uento elementari. Genesis 3. Et audierunt uocem dei ambulantis in horto ad uentum diei, id est, ea diei parte, qua aura flaret. Genesis 8. Et fecit Iehoua transire uentum super terram. Exod. 10. Et Iehoua adduxit uentum Orientalem super terram. 2. Samuelis 22. Et uisus est super alis uenti. 1. Reg. 18. Et factum est, ut cæli obscurarentur nubibus & uento. 2. Regum 3. Non uidebitis, neque uentum, neque pluuiam. Iob 21. Erunt tanquam stramen coram uento. Ecclesiast. 11. Qui obseruat uentum, nunquam seminabit. Ezechielis 5. Et dispergam omnes reliquias tuas in omnem uentum. Accipitur tamen interdum singulari phrasi pro uanitate, euanescentia, à uento sumpta metaphora, qui uanidus est. Iob 15. An sapiens respondebis scientiam uenti. Ecclesiast. 5. Qui laborabit in uentum. Iesaiæ 28. Et in uentum iudicium. Micheæ 2. Si essem uir ambulans spiritu, id est, uento, uanus.

Octauò, si construatur cum nomine נש, tum accipitur pro uento seu flatu uitali. Gen. 6. Ut perdam uniuersam carnem, in qua est spiritus uitæ sub cælo. & cap. 7. Omnia in quorum naribus est anhelitus spiritus uitæ, quæq; erant in arida, mortua sunt. Ezechielis 1. Et spiritus uitæ erat in rotis.

Nonò, si adiunctum habet nomen נח, tum significat anhelitum, qui est in naribus: & tã de deo dicitur per אהגמנוכהאנ, quam de hominibus. De deo. Exo. 15. Et per flatum narium tuorum coaceruata sunt aquæ. 2. Samuelis 22. & Psalm. 18. Et apparuerunt inundationes maris, & detecta sunt fundamenta orbis ab increpatione Iehoua, ab anhelitu spiritus nasi eius. Iob 4. Ab anhelitu Dei auferentur, à spiritu nasi eius confumentur. De homine. Iob 27. Quamdiu halitus est in me, & spiritus dei in naso meo, id est, spiritus à deo insufflatus.

Decimò, si adiunctum habet uel נח, uel נש, tum significat spiritum, id est, halitum, qui ex ore seu labijs procedit. Psalm. 33. Verbo Iehoua cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis exercitus eorum. Iob 15. Propagine eius exiccabit flamma, & discedet spiritus oris sui. Psalm. 135. Non est spiritus in ore ipsorum. Iesaiæ 11. Et spiritus labiorum suorum interficiet improbum. Item aliquando sine adiectis supra dictis nominibus. Psalm. 104. Emittis spiritum tuum, & creabuntur, renouabis faciem terræ. Iob 21. Spiritus meus nausea est uixori meæ. Semel construatur cum nomine נש, Iob 32. Plenus sum uerborum, angustiam facit mihi spiritus uentris mei, id est, magna mea sapientia, qua turgeo, & sum inflatus. Et pluraliter נשר, spiritus. Psal. 104. Qui fecit angelos suos, spiritus. Numeri 16. Ceciderunt super facies suas, dicentes: Deus, qui es deus spirituum omnis carnis. Prouerbiorum 16. Et stabilit spiritus Iehoua. Et accipitur aliquoties pro plagis, seu partibus mundi, unde uenti oriuntur. 1. Paralip. 9. Ad quatuor uentos agebant excubias, ad Orientem, Occidentem, Septentrionem & Meridiem. Ieremiæ 49. Et adducam contra Elam quatuor uentos, à quatuor extremitatibus coelorum. Ezechielis 37. A quatuor uentis ueni spiritus. Danielis 8. Ascenderunt quatuor pro eo, ad quatuor uentos coelorum. Legitur tamen נשר, Ieremiæ 49. Et dispersi uos in omnes uentos istos.

1459

וּנְשׂוּת

Congruit significatione cū uerbis וּנְשׂוּתָא & וּנְשׂוּתָא, nisi quòd ut forma, ita modo significandi uariant. Significant hæc omnia elevationē ex loco seu conditione humiliores ad superiorem. Suntq; etiã gradus inter hæc tria וּנְשׂוּתָא & וּנְשׂוּתָא, ut suo in loco indicabimus. Deuter. 8. Et eleuetur cor tuum, & obliuiscaris Iehoua dei tui. Psalm. 131. Neque eleuati sunt oculi mei. Deuter. 32. Manus nostra eleuata est. 1. Samuelis 1. Eleuatum est cornu meum in Iehoua. Iesaiæ 26. Iehoua, eleuata est manus tua. Psalm. 57. Eleuare supra coelos. Psalm. 46. Eleuabor in gentibus. Iesaiæ 52. Ecce prudenter aget seruus meus, eleuabitur, supportabitur, & sublimabitur ualde. Hic habes tres gradus inter hæc tria uerba. Psal. 27. Et nunc eleuabitur caput meum supra inimicos meos. Psal. 89. Eleuabitur cornu nostrum. Genesis 7. Et eleuata est supra terram. Psalm. 86. Et in iustitia tua eleuabuntur. Iesaiæ

Tertiò, de spiritu, scilicet malo: unde semper habet aliquod attributum, quod significat de angelo malo intelligendum esse. Iudic. 9. Et misit deus spiritum malum inter Abimelech & uiros Sichem. 1. Samuelis 16. Et perturbauit spiritus malus à Iehoua. Et iuxta hoc intellige quoque hoc dictum ibidem: Vnde factum est, cum esset spiritus dei apud Saul, statim accipiebat Dauid citharam, &c. id est, spiritus, scilicet à deo. 1. Regum 22. Et egressus est spiritus quidam, & stetit coram Iehoua, & dixit, ego persuadebo ei: dixitq; Iehoua ad eum, in quo? & ille dixit, Ego egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Zachar. 13. Sed & prophetas, & spiritum immundum auferam de terra. Ex hoc loco in historia Euangelistarum diabolus sæpè uocatur spiritus immundus. Iesaiæ 29. Quia effudit super uos Iehoua spiritum soporis, & obstruxit oculos uestros, prophetas & primarios uestros uidentes excecauit. Quartò, de spiritu hominis, ut est natura & substantia spiritualis à deo conditore homini insufflata, qua uiuit, intelligit, & mouetur, &c. Iob 12. In cuius manu est anima omnis uiuentis, & spiritus omnis carnis cuiuslibet. & cap. 32. Sed spiritus est in homine, & status omnipotentis facit eos intelligentes. Psalm. 22. In manus tuas commendo spiritum meum. Psalm. 78. Recordatus est, quòd caro essent, spiritus uadens, & non rediens. Psalm. 104. Abstrahit spiritum eorum, & deficiunt, & in puluerem suum reuertuntur. Psal. 146. Emit grat spiritus, & ipse reuertitur in terram suam. Ecclesi. 12. Tunc reuertetur puluis in terram, sicut prius fuit, & spiritus reuertetur ad deum, qui dedit illum. Zachar. 12. Qui format spiritum hominis intra ipsum. Ezechielis 37. Vaticinare ad spiritum, & dic ad spiritum, sicut dicit Iehoua, à quatuor uentis ueni spiritus, & suffla in istos interfectos, ut uiuant: & ueni spiritus in eos, uixeruntq; & steterunt super pedes suos exercitus magnus ualde. Quintò, ponitur sæpenumero pro mente seu animo, siue mentis impetu. Prouerbiorum 1. Eructabo uobis spiritum meum. Gen. 26. Et fuerunt amaritudo spiritus ipsi Izhak & Rebecca. 1. Samuelis 1. Mulier perplexa spiritu ego. Genesis 41. Et manè perculsus erat spiritus eius. Danielis 2. Habuit somnum Nabucadnezar, & perculsus est spiritu suo. Genesis 45. Et reuixit spiritus Iacob patris ipsorum. Exod. 35. Et omnis, quem uoluntarium reddidit spiritus. Numeri 14. Quia fuit spiritus alius in eo. Deuter. 2. Quoniam indurauit Iehoua deus tuus spiritum eius. Iosue 2. Neque mansit erectus spiritus in ullo uitro à facie uestra. Psalm. 32. In cuius spiritu non est impostura. Prouerbiorum 11. Qui fidelis est spiritu, celat uerbum. & cap. 29. Totum spiritum suum profert stultus. Ecclesi. 1. Et afflictio spiritus. Ezechielis 11. Et dabo uobis cor unum, & spiritum nouum intra uos. Psalm. 51. Et spiritum rectum innoua in me. Ezechielis 13. Væ prophetis fatuis, qui ambulant post spiritum suum. Psalm. 34. Et contritus spiritu saluabit. Psalm. 51. Sacrificia dei, spiritus fractus. 1. Paralipomen. 5. Suscitauit deus Israel spiritum Pul regis Assur. 2. Paralipomen. 21. Et excitauit Iehoua contra Iehorã spiritum Philistinorum. Esdra 1. Et excitauit Iehoua spiritum Cores regis Persarum. 2. Regum 2. Fiat obsecro os duplex in spiritu tuo super me. Sic accipitur aliquando pro animo commotiore. Exod. 6. Veruntamen non audierunt Mo sen propter breuitatem spiritus. Num. 5. Aut cum uisum peruaserit spiritus emulationis. 1. Reg. 10. Et non fuit in ea amplius spiritus, id est, non potuit se amplius continere. Prouerbiorum 14. Longus irarum multam habet intelligentiam, sed breuis spiritu excitat stultitiam. Sextò, pro energia, uirtute, efficacia uiuificante & agitante: & opponitur carni. Iesaiæ 31. Equi ipsorum sunt caro, & non sunt spiritus. Sic aliquando accipitur pro uirtute, uita animali. Iudic. 15. Et cum Simson bibisset, reuersus est spiritus eius. 1. Samuelis 30. Et dederunt ei fragmentum caricæ & duos uuarum palmites, & reuersus est spiritus eius ad ipsum. Ecclesiast. 3. Euentus filiorum hominum, & euentus iumentorum unus est inter eos: nam sicut ille moritur, sic moritur illud, & spiritus unus est in omnibus. Et mox iterum: Quis cognoscit spiritum filiorum hominum, num ille ascendat sursum: & spiritum iumentorum, num ille descendat deorsum in terram.

רום Elatio, eleuatio, nomen infinitum. Prouerbiorum 21. Elatio oculorum, & dilata- tio cordis. & cap. 25. Coelum est in eleuatione, & terra in profunditate, at cor re- gum absque peruestigatione. Iesaiæ 2. Et curuabitur elatio uirorum. & cap. 10. Et super magnificentiam elationis oculorum eius. Et ירום. Ieremias 49. Et elationem cordis eius.

רמה Idem quod רמה; altare seu aedificium eleuatum, quod scriptura Excelsum uocat. Ezech. 16. Et fecisti tibi Excelsum. Et cum affixo רמה Ezech. 16. In omni initio uitæ aedificasti Excelsum tuum. Et iterum: Et Excelsum tuum fecisti. Et pluraliter רמות. Ezech. 16. Et diruent Excelsa tua.

רמה Eleuatio. Ezech. 32. Et implebo ualles eleuatione tua, id est statura tua excelsa.

רמהו Eleuatio. Iesaiæ 33. A uoce tumultus fugerunt populi, ab eleuatione tua dissipatae sunt Gentes.

רמהו Elatus, eleuatus, excelsus. Iesaiæ 22. Excidens in Excelso sepulchrum suum. & cap. 24. Super thronum excelsum in excelso. Psalm. 10. Excelsum iudicia tua. Psalm. 92. Tu excelsus in æternum Iehoua. Psalm. 93. Fortis in excelso Iehoua. In statu regiminis רמהו. 2. Reg. 19. & Iesaiæ 37. Ego ascendi excelsum montium, id est, celsitudinem montium. Ieremias 49. Qui apprehendis celsitudinem collis. Et pluraliter רמות. Iesaiæ 33. Ipse excelsa habitat. Prou. 8. In uertice Excelsorum. Eccl. 10. Postus stultus in excelsis multis, id est, dignitatibus. In statu regiminis רמהו. Iudic. 5. Et Naphthali super excelsis agri. Prou. 9. Vocabit ad summitates excelsorum ciuitatis. Et cum affixo. Iob 25. Faciens pacem in excelsis eius.

רמהו Eleuatio, id est oblatio, quam aliquis de bonis suis deo dicabat, & cum offerretur, in altum eleuabatur: unde ab illo ritu nomen accepit: poteris leuandam uertere. Chaldaeus paraphrastes tales oblationes uertit אגרות, quod essent separatae à cõmuni usu. Hinc Rabinus quidam Pragæ transferebat mihi, ein abscheidung. Et donaria illa, quae parietibus, & columnis templi ornatus causa suspendebantur, anathemata dicta sunt Lucae 21. Sed uidebimus exempla. Exo. 25. Loquere ad filios Israel, ut accipiant mihi leuandam ab omni uiro, qui uoluntarium exhibuerit cor suum, accipietis leuandam meam. Hæc est autem leuanda, quam accipietis ab eis, aurum, & argentum, & as, & hyacinthum, purpuram, & coccum bis tinctam, & linum, & pilos caprarum, &c. & cap. 29. Et armum leuandæ. Iesaiæ 40. Pauper pro leuanda, lignum, quod non putrescet, sibi eliget. Malach. 3. Decima & leuanda.

uandæ sub primis & 16 אגרות.

Participium praesens, seu nome participiale רצח, occisor, homicida. Num. 35. Ut fugiat illius occisor, qui occiderit sodalem suum ignoranter, & non oderit eum nudius tertius. Et mox iterum: Et si inuenit eum assessor sanguinis, & occiderit ultor sanguinis occisorem.

In uoce passiuua רצח. Prou. 22. In medio platearum occidar.

Participium foeminini generis רצחה. Iud. 20. Et respondit uir mulieris occisa.

In secunda coniugatione רצח. Psal. 62. Vique quod insidiamini, ut occidatis. Psal. 94. Et pupillos occidit. Osee 6. Coniuratio sacerdotum, uia occidunt ad Sichem, &c. Atque huc respexit Christus Lucae 10.

Participium praesens רצח. 2. Reg. 5. Nunquid uidistis, quod miserit filius homicidae illius, ut auferat caput meum. Et pluraliter רצחיהו. Ier. 1. Et nunc homicidae.

INDE NOMEN.

רצח 1514
Occisio, homicidium. Psal. 42. Quali occisio in ossibus meis. Ezech. 21. Ad aperendum os ad homicidium.

רצח
Praualuit imprimendo, seu perforauit: praualide impressit, seu perforauit. Congruit significatio cum uerbis רצח & רצח, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Exod. 21. Et perforet sustentator eius aurem ipsius perforatoria, id est, subula. Notat autem tacite praualescentiam & dominium in feruum.

INDE NOMEN.

רצח
Nomen instrumenti praecuti, quo quid perforatur: hoc Hieronymus, & alij post illum subulam uerterunt. Exo. 21. Et perforet sustentator ipsius aurem eius perforatorio, id est subula. Deuteron. 15. Et accipies perforatorium, & pones in aurem eius, & in ostium.

רצח 1515
Videtur esse compositum ex רצה & רצה: significat enim sterni ad ardens seu comburendum, quamquam uerbaliter tantum participium preteritum in usu sit, רצה. Cantic. 3. Et medium eius stratum erat amore propter filias Ierusalem, id est, ardebat amore uel, ardor amoris.

INDE NOMINA:

רצח
Carbo accensus, seu uiuus super pauimento. Iesae 6. Et uolabat ad me unus de Seraphim habens in manu sua carbonem ignis. Sumitur autem in alijs locis pro ipso pauimento lapideo atq; in quo super carbonibus parabatur tortus, & oblationes. 2. Paral. 7. Procidebant facibus in terram super pauimentum, & adorabant. Ezechiel. 4. Et ecce Exedrae & pauimentum factum in atrio per circuitum. Et in statu regiminis רצח, quod tamen generaliter usurpatur pro pauimento lapideo. Esther 1. Lectuli aurei erant super pauimento parij & marmoris.

רצחים
Nomen pluralis numeri tantum, pruna seu carbones accensi. 1. Reg. 19. Et cum respexisset me, ecce in loco capitis mei torta pruna seu carbonum, & uas aquae.

רצחיהו
Pauimentum. 2. Reg. 16. Posuitque ipsum super pauimentum lapideum.

Atte

Secundo, si cum ablatiuo construitur mediante praepositione beth, tum comode uertes, bonam uoluntatem habuit. Et non multum differt significatione, & eiusdem est constructionis cum uerbo רצה, complacitum habuit. Differentiam autem illorum uidebis in uerbo רצה. 1. Paralip. 28. In domo Iehuda est domus patris mei, & inter filios patris mei, in me bonam uoluntatem habuit, ut constitueret me regem super omnem Israel. 1. Paralip. 29. Propter habere me bonam uoluntatem in domo dei mei, est mihi thesaurus auri & argenti. Psal. 147. Non in tibijs uiri bonam uoluntatem habebit. Iesae 42. Electus meus in quo bonam uoluntatem habuit anima mea. Mich. 6. An bonam uoluntatem habebit in millibus hircorum. Haggei 1. Et aedificabunt domum, & bonam uoluntatem habebit in ea.

Tertio, semel construitur cum עי. Psal. 50. Quando uidebas furem, currebas cum eo, scilicet animo, id est consentiebas seu colludebas cum eo.

Quarto, aliquoties absolute ponitur, & licebit uertere acceptum, gratum, approbatum esse. Deut. 33. Et opus manuum eius sit acceptum. Iob 14. Acceptus erit ueritur mercenarij dies eius. Psal. 40. Sis bona uoluntate Iehoua, ut eripias me. Psal. 49. Haec est uia stultitiae eorum, attamen posterius ipsorum ore suo approbant.

Participium praesens רצה. Psal. 147. Accipat Iehoua timentes eum. Psal. 149. Quoniam bonam uoluntatem habet Iehoua in populo suo.

Participium praeteritum רצה. Deut. 33. Asser erit acceptus fratribus suis. Esther 10. Et erat acceptus multitudini fratrum suorum.

In uoce passiuua רצה, acceptum seu acceptabile factum est, bonae uoluntatis factum est. Leuit. 1. Et fiet acceptum ei, id est pro eo. & cap. 7. In die tertio non acceptabitur, qui offert illud. & cap. 19. Et si comedendo comedatur in die tertia, execrabile est, non acceptabitur, id est non erit acceptum, seu acceptabile. cap. 22. Pro uoto non acceptabile erit. Iesae 40. Accepta est iniquitas, id est poena iniquitatis, qua animi poenitentia ducti, agnitione iniquitatis afficiuntur, ea approbatur, accepta & grata est, & habent in poena poenitentiae bonam uoluntatem. Simili phrasa legitur in uoce actiua Leuit. 26. ex quo loco Propheta ea desumpsit.

In secunda coniugatione רצה. Iob 20. Filij eius quaerent bonam uoluntatem patrum, & manus eius reddent laborem ipsorum.

In tertia coniugatione רצה. Leuit. 26. Tunc quiescet terra, & acceptabit sabbatha sua.

In quarta coniugatione רצה, & construitur cum praepositione ע. 1. Sam. 29. In quo acceptum faciet se apud sustentatorem suum.

INDE NOMINA:

רצה
Gratia, acceptatio, bona uoluntas, beneuolentia, fauor, propensus animus, quem quis habet erga alium, Graece εὐδοκία. Exod. 28. Et erit super fronte eius iugiter ad acceptationem illis coram Iehoua. Leuit. 19. Et sacrificabitis sacrificium retributionum ipsi Iehoua, ad acceptationem uestri offeretis. & cap. 22. In quocumque est macula, illud non offeretis: quoniam non ad acceptationem erit uobis. Prouerb. 10. Labia iusti agnoscunt bonam uoluntatem, sed os improborum peruersa. 2. Paralip. 15. Et cum omni bona uoluntate quaesiuit eum. Esdrae 10. Facite confessionem ipsi Iehoua Deo patrum uestrorum, & facite bonam uoluntatem eius. Esther 1. Ut facerent iuxta bonam uoluntatem uiri & uiri, id est uniuscuiusque. Psal. 5. In modum scuti bona uoluntate coronabis eum. Psal. 40. Facere bonam uoluntatem tuam deus meus cupiui. Pro quo εὐδοκία uertit ad Hebraeos εὐδοκία uertit. Prou. 8. Et hauriet bonam uoluntatem a Iehoua. Iesae 61. Ad predicandum annum acceptationis, id est acceptabilem, seu bonam uoluntatis. pro quo Lucas uertit εὐδοκία. Item cap. 49. In tempore acceptationis exaudiui te. Paulus 2. Corinth. 6. citans hunc Iesae locum, uertit Graece χολογία: alias in nouo Testamento communiter nomine εὐδοκίας uersum est Iuxta Lucae 2. Gloria in excelsis Deo, pax in terra, hominibus bona uoluntas. Matth. 11. Certe pater, sic fuit εὐδοκία bona uoluntas apud te, &c. Legitur etiam de re animo accepta & grata. Deut. 33. Naphthali satur bona uoluntate, & plenus benedictione Iehoua. Loquitur enim de donis & bonis, quae deus in illi bona sua uoluntate

מרקחה Confectio, conditura, pigmentum constans ex multis speciebus aromaticis. Iob 41. Feruere facit ut ollam, profundum, mare ponit tanquam cocturam. Ezechielis 24. Multiplica ligna, accende ignem, consuma carnem, & pigmenta pigmentum, & ossa adurantur.

מרקחה Pigmentum, conditura, confectio. Exod. 30. Pigmentum pigmentationis factura pigmentarij. 1. Paralip. 9. Pigmentarij pigmenti ex aromatibus. 2. Paralip. 16. In pigmenti factura.

1520 רקח Legitur in prima coniugatione tantum participium praesens, masculini generis רקח, & significat nominaliter talem artificem, qui varias formas & figuras multis coloribus effigiare nouit, sicut acupictores uarietate res distinguunt: quare arbitror transferendum uariiegator. Exo. 26. Et facies uelum pro ianua templi de hyacintho, purpura, & cocco bis tincto, & bysso torta, factura uariiegatoris. & cap. 35. Omne opus incisoris & industrij, & uariiegatoris.

In secunda coniugatione uoce passiuua רקח, uarietate membroru & partium distinctus fuit. Psal. 139. Variiegatus sum in inferioribus terrae.

INDE NOMEN,

רקחה Variiegatura, uel naturalis, uel artificialis. 1. Paral. 29. Lapidés fuci & uariiegaturae, id est, diuersoru colorum. Ezechielis 17. Aquila magna, magna alarū, longa membrorum, plena plumarum, cui uariiegatura. Iudic. 5. Spolium rubricatorum uariiegaturae. Ezech. 16. Indumētū tuum fuit byssus, & sericum, & uariiegatura. & cap. 27. Et byssus in uariiegatura ex Aegypto fuit expansio tua. Et in statu affixorum. Ezech. 16. Et accepisti uestes uariiegaturae tuae, & operuisti ea. & cap. 16. Et uestes uariiegaturae suae. Et in numero duali רקחה. Iud. 5. Rubricatum uariiegaturarum duplicium ad colla spoliū. Et pluraliter רקחה. Psal. 45. In uariiegaturis adducetur regi. Arbitror autem hoc uerbum modo tantum significandi differre à רקח, quod multis & diuersis lapidibus obruere significat.

1521 רקע Continuauit, extendit, distendit, & extendendo confirmauit: rem aliquam, quae prius fluida & rara erat, confirmauit, & in latum extendit, sicut aes fluidum fundendo in latum, aut res alia fluida & rara condensando distenditur. Et ut literarum positu, ita quoque significatione discrepat à uerbo רקע, quod id, quod continuum erat & expansum, rumpere seu disrumpere & dilacerare significat. Ezech. 6. Percute manu tua, & distende pede tuo, scilicet lutum. 2. Sam. 22. Sicut lutum platearum comminuam eos, distendam eos.

Participium praesens רקע. Psal. 136. Extendenti coelum super aquas. Iesai. 42. Extendens terram, & egressiones eius.

In secunda coniugatione רקע. Exod. 39. Et extenderunt laminas auri. Num. 16. Et distendent eas in operimentum altaris. Iesai. 40. Et aurifaber in auro extendit illud, id est diducit.

Participium praeteritum רקע. Ierem. 10. Argentum extensum de Tharsis adducetur, id est bracteatum.

In tertia coniugatione רקע. Iob 37. Extendisti ne cum ipso nubes firmas sicut speculum fulsum.

INDE NOMINA:

רקעי Nomen pluralis numeri tantum, status regiminis, extensiones. Num. 16. Et fecerunt ex illis extensiones laminarum, id est laminas extensas.

רקעי Extensio, expansio compacta & stabilis, id est, res expansa, quae firma, compacta & stabilis est. Differt autem à רקע, primò etymologia, quia illud à quantitate & qualitate, id est, extensione & firmitudine materiae dicitur, quòd firma & compacta sit extensio: unde Latini firmamentum dixerunt, & rectè quidem: nam quid aere & aqua mollius & fluidius? & tamen Deus ita firmavit illam extensionem, ut quouis aere & adamante sit durabilior, nec motus pernicitate consumatur: at רקע à natura & substantia aquarum appellationem habet. Secundò, differt ab eo, ut totum à parte: nam hoc saepe etiam singulos horizontes

1516 רקח

Attenuationem, seu tenuitatem significat: congruit enim significatione cū uerbis רקח, nisi quòd ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Ex eo autem legitur tantum participiū pluralis numeri, foemini generis, quod tamen nominis naturam induit, רקח. Ge. 41. Et tennes carne. Et iterum: Comedebant uaccæ tennes & malæ, septem uaccas priores pingues. Atq; in eo loco saepe repetuntur hæ uoces רקח & רקח.

INDE NOMINA:

רקח Tempus, pars capitis tenuior, sicut רקח à politie, gena dicitur. Et legitur tantum cum affixis. Iud. 5. Et infixit clauum in tempus eius. Cantic. 4. Sicut fragmentum malogranati tempus tuum.

רקחי Placeta, torta, crustula, à tenuitate. Exo. 29. Et placenta unam de canistro azymorum. Et in statu regiminis רקחי. Num. 16. Et placenta azymae unam. Et pluraliter in statu regiminis רקחי. Exo. 29. Et placenta azymarum unctas oleo.

רקח Extenuationis seu exclusionis particula, id est, tamen, tantum, tantummodo. Gen. 20. Tantum non est timor Dei in loco isto. & cap. 14. Præter tantum ea, quæ comederunt pueri. cap. 19. Tantum uiris istis ne malefacias. Num. 12. An tantummodo per Moïsem loquutus est Iehoua. Iosue 9. Tantum sit Iehoua deus tecum. 1. Reg. 11. Tamen totum regnum non rumpam.

1517 רקב

Putruit, putrescebat. Prouer. 10. Et nomen improborum putrescet. Iere. 40. Lignum quod non putrescat, eliger.

INDE NOMINA:

רקב Putredo. Iob 12. Et sicut putredo in ossibus eius pudenda. & cap. 13. Et ipse sicut putredo ueterascet. Osee 5. Et sicut putredo, domum Iehuda. Habakuk 3. Ingredietur putredo in ossa mea. Et in statu regiminis רקב. Prouerbiarum 14. Et putredo ossium, Zelotypia.

1518 רקר

Putredo. Iob 41. Reputabit tanquam paleam ferrum, tanquam lignum putredinis æs. Exiliuit, exultauit præ lætitia. Et congruit significatione cum uerbo רקר. Psal. 114. Montes exilierunt sicut arietes. Ecclesiast. 3. Est tempus plangendi, & tempus exultandi.

In secunda coniugatione רקר. Iere. 13. Et pilosi exultabunt ibi. Ioelis 2. Super capite montium exultabunt. Iob 21. Et pueri eorum exultabunt.

Participium praesens רקר. 1. Paral. 15. Et uidit Dauidem exultatem & ludentem. Et in genere foeminiño רקרה. Nahum 3. Et quadriga exultans.

In tertia coniugatione רקר. Psal. 29. Et exultare fecit eas sicut uitulum. Condiuit aromata, pigmentauit. Exo. 30. Vir qui pigmentauerit.

1519 רקח

Participiū praesens רקח, quod tamē nominaliter usurpatur, condimentarius, pigmentarius, id est qui multas & uarias species aromaticas simul cōponit, & condit. Exo. 30. Factura pigmentarij. Eccl. 10. Quemadmodū musca mortua putrescere, & exhalare foetore facit unguentum pigmentarij. Et pluraliter in statu regiminis רקח. 1. Paralip. 9. Et de filijs sacerdotum pigmentarij pigmenti ex aromatibus.

In secunda coniugatione legitur participium praeteritū pluralis numeri רקחה. 2. Paral. 16. Pigmentatis in pigmenti factura.

In tertia coniugatione רקח. Ezech. 24. Et condi conditura, & ossa adurantur.

INDE NOMINA:

רקחים Condimentarij, pigmentarij. Nehemiae 3. Hannania filius pigmentariorum. Et in genere foeminiño רקחה. 1. Sam. 8. Et filias uestras accipiet in pigmentarias, & in coquas, & in pistrices.

רקחי Pigmenta, condimenta. Iesaiæ 57. Et multiplicasti pigmenta tua. רקח Conditura. Cantic. 8. Porabo te uino conditurae, id est condito.

רקח Conditura, condimentum, pigmentum. Exo. 30. Pigmentum pigmenti factura pigmentarij. Et iterum: Et facies illum suffitum pigmenti factura pigmentarij.

מרקחים Pigmentationes. Canticorum 5. Germina pigmentationum.

Confe-

condemnat; Paulus ad Rom. 8. ad hunc locum alludens, Deus est qui iustificat, quis ille qui cōdemnet: uerbo κατακρινω reddidit. Sic Matt. 12. Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Et paulò inferiùs: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Tertiò, quando tribuitur uel deo, uel magistratui officium suum faciēti executiue, tum est pœnæ, & significat realiter & factò condemnare, hoc est, punire, sumere pœnam. 1. Samuel. 14. Et in omni loco, ad quem Saul diuertit, cōdemnabat, id est, pœnam infligebat, dabat damnum. Iob 34. Utique deus non condemnat, s. improbè, neq; peruertet iudiciũ. Prouerborum 12. Bonus hauriet gratiam à Iehoua, sed uirum practicarum damnabit.

Participium præsens פרושׁ. Prouer. 17. Iustificans improbum, & condemnans iustum, uterque est abominatio Iehoua. Et pluraliter in statu regiminis פרושיׁ. Danielis 11. Condemnatores foederis, persuadēbit blanditijs.

INDE NOMINA:

שׁע Chaldaeus חייבא. In Hebræo sæpenumerò opponitur nomini פרושׁ. Diuus Paulus uertit Græcè ἀδικησας. Vulgaris editio impius, quã Latini omnes sunt sequuti: propriè tamen dicitur improbus, in quietus, turbator, damnosus, reus. Gen. 18. An exterminabis iustum cum improbo. Exo. 2. Et dixit ad improbum, quare percussis socium tuum. & cap. 23. Non ponas manum tuam cum improbo, ut sis testis fraudis. Et iterum: A causa mala recedas, inculpatum & iustum non occidas, quia non iustifico improbum, id est, fontem, reum. Num. 35. Non accipiat precium redemptionis pro uita homicidæ, quando ipse reus ad moriendum, sed morte moriatur, id est, reus mortis, sicut in Mattheo Græcè redditum ἐνοχος θανάτου. Deut. 25. Et quando quis fuerit filius plagarum, reus seu condemnatus. 2. Paral. 19. Num improbo uoluisti ferre auxilium, & osores Iehoua diligere. Psal. 37. Mutuum accipit improbus, & non reddit: iustus autem miseretur & largitur. Psal. 109. Quando ad iudiciũ pertrahetur, egredietur improbus, id est, reus, seu cōdēnatus. Puto etiã Ioan. 8. uersum Græco κακοποιός, i. malefactor, nocens: Si non esset hic improbus, nocens, seditiosus. Legitur etiã interdum adiectiue. Prouer. 11. Quando moritur homo improbus, perit expectatio, scilicet uitæ æternæ. Et pluraliter פרושיׁ. Exod. 9. Dixit Pharao, Iehoua iustus est, ego autem & populus meus improbi. Num. 16. Recedite à tabernaculis uirorum improborum, id est, seditiosorũ. 1. Sam. 2. Pedes beneficorum suorum custodiet, sed improbi in obscuro compefcentur. 2. Samuelis 4. Quando uiri improbi occiderunt uirũ iustum in domo sua super lecto suo, id est, seditiosi. Iob 30. Ibi cessant improbi grassari. Prouerborum 20. Dispergit improbos rex sapiens, id est, seditiosos. & cap. 29. Suffertator aliquis qui attendit ad uerba mendacijs, omnes serui eius improbi, id est, excitant suis delationibus & mendacijs motus & damna. Psal. 82. Egenum de manu improborũ eripite. Prouer. 4. Viam improborum ne ingrediaris, sed deuita eam & præteri: neq; enim dormire possunt, nisi aliquod malũ facinus perpetrarint, & priuātur somno suo, nisi ruina fecerint. Et paulò post sequitur פרושׁ: Comederunt enim panẽ improbitatis, & uinũ fraudũ biberunt. Ibi etymologia nominis explicatur, quòd illi propriè sint improbi, qui malis animi perturbationibus mouentur ad malè agendum. Psal. 3. Percussisti enim omnes inimicos meos maxilla, dentes improborum confregisti. Loquitur de Absolone filio seditioso, & eius complicitibus, qui regem regno expulerant. Iesa. 57. Improbi sicut mare cōcitur, quod quiescere nõ potest, sed aquę eius efficiunt lutum & cœnum: non est pax, dicit deus meus, improbis. Ibi iterum etymologia nominis exprimitur, & describitur ingentiũ seditiosorum. Et in statu regiminis פרושיׁ. Psal. 75. Bibet omnes improbi terrę. Et in genere foemino פרושהׁ. Ezech. 3. Neq; dehortatus es improbum à uia sua improba.

שׁע Improbitas, inquietudo, turbatio, motus, seditio. 1. Samuelis 29. Ab improbis proficiscitur improbitas. Vult Dauid ista prouerbiali sententiã se expurgare à suspitione & nota seditionis, quòd à seditiosis & malè feriatīs hominibus excitentur sedi-

zontes significat. Tertiò, quòd פרושׁ non raro pro inferiore aeris regione ponatur, in qua uolucres uolitant, & quæ est supra capitibus nostris, non item firmamentũ in quo sol, luna, & reliqua omnia luminaria existunt, tametsi Moses quoq; scribat firmamentum dictum esse cœlum, sicut postea quoque crebrior est in sacra scriptura cœli, quàm firmamenti appellatio. Genesis 1. Et dixit, fiat firmamentum in medio aquarum, & sit diuidens inter aquas & aquas, & fecit deus firmamentũ, & diuisit inter aquas, quæ subter firmamentũ, & inter aquas, quæ supra firmamentum, & factum est ita, & uocauit Deus firmamentum, cœlum. Et iterum: Et dixit Deus, fiant luminaria in firmamento cœlorum. Psal. 19. Cœli recensent gloriam Dei, facturam manuum eius annunciat firmamentum. Daniel. 12. Et qui erudiunt, splendebunt sicut splendor firmamenti. Et in statu regiminis פרושיׁ. Genes. 1. Et fecit deus duo luminaria magna, luminare maius in dominũ diei, & luminare minus in dominium noctis, & stellas, & posuit ea deus in firmamento cœlorum, ut luacerent super terram. Et iterum: Et uolucres quod uolet supra terrã, erga faciem firmamenti cœlorum.

שׁע Firmamentum, non supernum illud cœlorum, sed infernum ædificiorũ, quod Latini pauimentum uocant. Censeo autem à uerbo isto duxisse originẽ, repetita tantũ media substantiali litera. Num. 5. Quod erit in pauimento cohabitaculi. 1. Regum 6. A pauimento domus usque ad parietem tegumenti. Amos 9. Si absconditi fuerint ab oculis meis in pauimento maris. Et in distinctione sententiæ פרושיׁ. 1. Regum 7. A pauimento ad pauimentum. Est & nomen urbis Iudæ, cuius mentionem facit Iosua capite 15.

1522 **שׁשׁ** Congruit significatione cum uerbo פרושׁ: legitur ex eo tantũ passiuum secundæ coniugationis פרושׁ. Malach. 1. Si dixerit A dom, eieci sumus possessione, reuertemur, & ædificabimus arida, &c.

1523 **שׁשׁ** In prima coniugatione significat neutraliter improbè, & seditiosè agere contra Deum & uerbum eius, estq; semper culpæ: habet magnã affinitatem significatione cum uerbo פרושׁ, nisi q; ut literarum transpositione, ita modo significandi uariant. Et opponitur uerbo Hebræo פרושׁ. Chaldaus plerunq; transtulit uerbo פרושׁ. Vulgaris editio, & alij omnes interpretes impiũ esse, aut impiè agere. 1. Reg. 8. Et si conuersi peccati fuerint in terra inimicorũ suorum, dicentes, aberrauimus, improbè egimus. Iob 9. Si improbè egi, quare hac uanitate laboro. Eccles. 7. Ne improbè agas multum, neq; sis stultus: cur enim morieris ante tempus? Et duobus in locis post se nomen habet mediantē articulo ablatiui casus: 2. Sam. 22. & Psal. 18. Custodi uias Iehoua, & nõ improbè egi à deo meo, id est nõ factus sum seditiosus contra Domini uerbum & uoluntatem, non defeci per incredulitatem à Domino.

In tertiã coniugatione פרושיׁ: opponit uerbo פרושׁ. Primò, usurpatur absolute, ut in prima coniugatione pro improbè seu seditiosè agere pro se, & sua persona. 2. Paralip. 22. Quia mater ipsius consilio suo inuaxerat eum ad improbè agendum. & 2. Paral. 20. Post hæc associauit se Iosaphat rex cũ Achazija rege Israel, qui improbus erat ad faciendum. Paulus hanc phrasin imitatus est, cũ ad Titum ita scribit: Et ad omne opus reprobj, &c. Nehe. 9. Tu enim iustus es super omni illo quod uenit super nos: quoniam ueritatem fecisti, nos autem improbè egimus. Iob 34. Si ipse dat quietem, quis improbè ager, id est, perturbabit seu seditionem mouebit?

Secundò, usurpatur pro iure condemnare, pronuntiare improbum & reum. Exo. 22. Ad deos perueniet causa utriusq; & utrum condemnauerint dis, reddet diu- plium proximo suo. Deut. 25. Si fuerit lis inter uiros, accedant ad iudicium, & iudicent inter ipsos, & iustificent iustum, & condemnent improbũ. 1. Reg. 8. Et audies in cœlo, faciesq; & iudicabis seruos tuos condemnando improbum, ut des uiam ipsius in caput eius, & iustificando iustum, ut des illi secundum iusticiam ipsius. Iob 9. Si iustus est, contendo, os meum cōdemnabit me. & cap. 15. Condemnabit te os tuum, non ego. cap. 10. Dico ad Deum, ne condemnes me. Psal. 37. Nõ condemna bit eum, cũ ipse iudicatus fuerit. Iesa. 10. Ecce Iehoua auxiliabitur mihi, quis me con-

רָחַק Genista ligauit seu uinciuit, Michea 1. Liga currum ad mulum o habitatrix La-
chis.

רָחַק 1528 Ligari, uinciri, concludi. Et usurenit tantum in uoce passiuu **רָחַק**. Ecclef. 12.
Quousq non constringetur funiculus argenteus, quanquam exemplaria multa
habent **רָחַק**.

In secunda coniugatione uoce passiuu **רָחַק**. Nahum 3. Et omnes magnates con-
stricti fuerunt in compedibus.

INDE NOMINA:

רָחֵק Vinculum, claustrum, clausura. Ezech. 7. Fac uinculum, quoniam terra plena est
iudicij sanguinaris.

רָחֵקוֹת Vincula, claustra, clausura. Iesa. 40. Ligamenta argentea conflat.

רָחֵקוֹת 1. Reg. 6. Et fecit transire in clausuris aureis ante oraculum, quam obduxit auro.

DE NOMINIBVS TETRAGRAMMA-
TIS ET PEREGRINIS.

רָחֵק 1529 Lepus: alij a uerbo inusitato **רָחַק** deducetes, dicunt literam aleph esse for-
matiuam nominis. Ego uero si non censerem esse peregrinum, potius ab
רָחַק deducerem, quod hoc animal obnoxium sit insidijs hominum, & pro-
pterea etiam natura sit timidum & lateat, diceremq literam nun esse formatiuam
nominis. Legitur tantum duobus in locis in Mose, qui inter uetita ad esum com-
memorat: Leuit. 11. Et leporem: quia supernè ruminat, at unguam non diuidit.
& Deuter. 14. Camelum & leporem.

רָחֵק 1530 Verbum secundæ coniugationis passiuæ uocis, & compositum ex **רָחַק** &
uero **רָחַק**, & significat humectari late. Iob 33. Humectata est caro eius præ
iuuentute.

רָחֵק 1531 Arbitror hoc nomen a uerbo **רָחַק**, id est pascere, esse deductum, sicut a uerbo
רָחַק deriuatur nomen **רָחֵק**, & significare uiride: uiridia autem pascua esse ne-
mo est qui ignoret. Deut. 12. Et super colliculis, & sub omni arbore uiridi. Psal.
52. Ego autem sum sicut olea uiridis in domo Dei. Psal. 92. Vinctus sum oleo uiri-
di. Ierem. 17. Et erit folium eius uiride. Et pluraliter **רָחֵקוֹת**. Psal. 92. Pingues, &
uirides erunt. Et in genere foeminiuo **רָחֵקוֹת**. Iob 15. Et ramus eius non est uiri-
dis. Cantic. 1. Etiam lectulus noster est uiridis.

רָחֵק 1532 Nomen sine uerbo: alij iustum seu mandatum, alij facultatem siue licentiã uer-
terunt. Mihi uidetur esse uox Persica. Legitur tantum semel Esdrae 3. Vt adfer-
rent ligna cedrina de Libano ad mare lapho iuxta licentiã seu concessionem
Coris regis Persarum ad ipsos. Porro Iudæi nostrates uel discessuri ab alijs, uel
operis aliquid aliorum pace, & fauore facturi, honoris causa tanquam ueniã pre-
caturu dicunt, **רָחֵקוֹת**, uel **רָחֵקוֹת**, cum fauore Dei, perinde ut nos abi-
turi, uel aliquid operis facturi, cum gratia & fauore Dei dicimus atq præfamur.

רָחֵק 1533 Verbum Chaldaicum: signatum, notatum, exaratum est. Danielis 5. Hæc est
scriptura, quæ signata est.

INDE NOMEN,

רָחֵקוֹת Signatura. Danielis 10. Sed indicabo tibi signaturam in scriptura uera.

Y y 2

tionem & motus, se uero non esse talem, qui se regi opponat. Iob 34. Ad ambulandum cum uiris improbitatis. Prou. 4. Qui comederunt panem improbitatis, & uinum fraudum biberunt. cap. 12. Non confirmabitur homo in inquietudine. Ecclef. 3. Vidi sub sole locum iudicij, & ibi improbitas: & locum iustitiæ, & ecce ibi fraus. Prouerbia 28. Desertores legis approbant improbitatem, &c. In statu affixorum mutat sagol in hirik, & pathah in seua. Deuteron. 9. Ne respicias ad pertinaciam populi huius, neq ad improbitatem eius, neq ad erratum eius. Ieremie 14. Agnosimus lehoua improbitatem nostram. Et in genere foeminiuo **רָחֵקוֹת**. Prouer. 13. Sed improbitas peruerit erratum. Iesa. 9. Exarsit uelut ignis seditio. Loquitur enim eo in loco propheta de seditione, eamq igni comparat grassanti in spinas & defas syluas. Ezechiel. 5. Commutauit iudicia mea in improbitatem magis, quam gentes. Zacharie 5. Et dixit, hæc est improbitas. In statu regiminis **רָחֵקוֹת**. Deut. 9. Ne dicas propter iustitiam meam introduxit me lehoua, ut possiderem terram hanc, & propter improbitatem gentium istarum expulit eos. Ezech. 18. Et improbitas improbi super ipsum erit. Et in statu affixorum. Deut. 25. Et percutiet eum in conspectu suo iuxta modum improbitatis suæ. Prouerbia 11. In improbitate sua cadet improbus.

רָחֵקוֹת Nomen foeminiui generis, status absoluti. 2. Paral. 24. Quoniam Athalia improba, & filij eius irruerunt in domum Dei, & omnia quæ erant consecrata pro domo lehoua, fecerunt pro Baalim.

רָחֵקוֹת 1524 Legitur tantum nominaliter: congruitq significatione cum uerbo **רָחַק**, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Et significat generaliter quicquid uolando adurit, incendit, & inflammat. Deuter. 32. Attenuatione famis, & deuoratione ardoris. Habak. 3. In conspectu eius ibat pestis, & egrediebatur ardor a pedibus eius. Iob 5. Homo ad laborem nascitur, ut filij uolatilium urentis eleuant se uolando. Alludit ad **רָחַקוֹת**, id est, serpentem ignitum, qui alatus uolabat & adurebat. Et pluraliter **רָחֵקוֹת**. Psal. 78. Et tradidit grandini fumenta eorum, & pecora eorum fulgetris, quæ scilicet uolando incendunt. In statu regiminis **רָחֵקוֹת**. Psal. 76. Ibi confregit uolatilia ignita arcus, scutum, & gladium. Sic Paulus cum loquitur, Ephe. 6. Super omnia assumpto scuto fidei quo possitis omnia iacula mali illius ignita extinguere. Canticor. 8. Pertinax est uelut infernus, æmulatio, fulgetra eius uelut fulgetra ignis, flamma lehoua.

רָחֵקוֹת Rete. Vide in themate suo **רָחֵקוֹת**.

רָחֵקוֹת 1525 Congruit significatione cum uerbis **רָחַקוֹת**, **רָחַקוֹת**, **רָחַקוֹת**, & significat tremorem seu horrorem. Osee 13. Cum loqueretur Ephraim horrorem, erat ipse exaltatus in Israel. Vocat autem propheta doctrinam impiã & idolatricã, quæ conscientias terret, & tremere facit.

רָחֵקוֹת 1526 Coquendo ebulliuit, ebulliendo sonuit, efferbuit: congruit significatione cum uerbis **רָחַקוֹת** & **רָחַקוֹת**, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se uariant. Ezechielis 24. Ebullire fac ebullitiones eius.

In tertia coniugatione **רָחֵקוֹת**. Iob 41. Feruere faciet sicut ollam, profundum, mare ponet quasi pigmentarium. In secunda coniugatione uocis passiuæ **רָחֵקוֹת**. Iob 30. Intestina mea feruent, & non cessant.

INDE NOMEN,

רָחֵקוֹת Bullæ efferuescentes. Ezech. 24. Ebullire fac bullas eius.

רָחֵקוֹת 1527 Alij pro lunipero accipiunt. Ego arbitror esse genistam, quæ frutex est ad uincula & ligamina apta. Item ex eo, Plinio teste, lina sunt. 1. Regum 19. Et ipse abiit in desertum itinere unius diei, & ueniens sedit subter genistam unam. Et pluraliter **רָחֵקוֹת**. Iob 30. Et radix genistarum cibus ipsorum. Psal. 104. Cum carboibus genistarum.

annis & sexaginta annis. & cap. 46. Omnes animae sexaginta & sex. Num. 7. Hirc, sexaginta, agni anniculi sexaginta.

ששנ Nomē adiectiuum numerale ordinis masculini generis, sextus. Gen. 1. Et fuit uesperē, & fuit manē, dies sextus. & ca. 30. Et genuit filium sextum. Haggei 1. In mense sexto in die primo mēsis. Et in genere foemino addit literā thau ששנ. Exo. 26. Et duplicabis auleam sextam. Leuit. 25. Anno sexto. Legitur tamē substanti uē. Ezech. 4. Et aquam in mensura bibes, sextarium Hin. & cap. 45. Et Sextarium Ephae de coro tritici.

INDE VERBUM,

ששנ Secunda coniugationis, id est sextauit, id est in sex partes diuisit, seu sextam partem accepit. Ezech. 45. Et sextabis Epham de coro hordei.

1537 Verbū secundae coniugationis, quod quidam à nomine ששנ deducentes, pro sextare, id est sextam partem accipere exponit. Contra quidā alij post Hieronymum, & Chaldaeum interpretem Hebraeis idem significare dicunt, quod Latīnis uerbum lactare, seducere, persuadere, atq; ita interpretantur. Ezech. 39. Et circummagam te & deducam te, ascenderēq; faciā te de lateribus Aquilonis. Ego uerbum esse equestre iudico, & significare plaudere equos, & illis adblandiri, & sic uertendum. Et auertam te, & palpabo te, ut primum fiat, quando equo frenum inijcitur, tum retro cedit, & referendo, alterum equitis iterum adblandientis & palpantis equo iam frenato reconciliandī gratia.

1538 Alij rubricam, alij minium, alij Sinopidem esse dixerunt. Est autem Sinopsis, ciuitas splendidissima Ponti, ubi terra illa rutila sinopsis fo ditur, quae apta est ad pingendum penicillo. Ieremiae 22. Et unctū Sinopide. Ezechielis 23. Imagines

1539 Chaldaeorum formate sinopide.

Hauit, extraxit ex puteo aquā. Et modo tātum significādi differt à uerbo, הששנ: quod non aquam, sed aerem, aut quid aliud haurire significat. Gen. 24. Etia Camelis tuis hauriā. Et iterū. Et haurit omnibus Camelis. Ies. 29. Et haurietis aquas. Nahum 3. Aquam munitiois hauri tibi. 1. Samueis 9. Ad hauriendum aquam.

Participium praesens הששנ. Deut. 29. Usq; ad haurientem aquas tuas. Et pluraliter in statu regiminis הששנ. Iosue 9. Haurientes aquas. Et in genere foemino pluraliter הששנ. Gen. 24. Tempore, quo egrediuntur haurientes.

INDE NOMEN,

הששנ Hausiores. Iud. 5. Inter aq; hausiores.

1540 Rugiuit: & est propriū leonum, tamen metaphorico etia de aliorū uoce dicitur. Amos 3. Leo rugiuit. Ps. 38. Rugiui propter gemitum cordis mei. Ps. 74. Rugierunt hostes tui. Iere. 25. Rugiendo rugiet. Iohelis 3. Iehoua è Zion rugiet.

Participium praesens הששנ. Iud. 14. Catulus leonū rugiebat. Et pluraliter הששנ. Zophonie 3. Principes in medio eius, ut leones rugientes.

INDE NOMEN,

הששנ Rugitus. Iesaiē 5. Rugitus ei ut Leonis. In statu regiminis הששנ. Zach. 11. Vox rugitus leuulorum. Et cum affixo. Ps. 22. Verba rugitus mei. Psal. 32. In rugitu meo. Et pluraliter הששנ. Iob 3. Et effundebantur uelut aq; rugitus mei.

1541 Repente irruit, impressionem fecit, irruptionem fecit, precipitater ingruit, obruit cum magno impetu, fragore & strepitu, ut fit in illis subitis malorū irruptionibus: congruitq; significatione cū uerbis הששנ הששנ הששנ הששנ הששנ הששנ הששנ, nisi q; ut forma, ita modo significandi inter se uariant: singula enim obruionem significat, tamen alio atq; alio modo. Ies. 6. Si obrute fuerint ciuitates absq; habitatore, id est, si post irruptionem uastate fuerint. & cap. 17. Et strepitus populorū, sicut strepitus aquarum ualidarum irruent.

In uoce passiuā הששנ. Iesaiē 6. Si domus erunt sine homine, & terra obruta erit desolatione.

In tertia coniugatione legitur Infinitiuus cum litera gerundia, licet tamen irre Yy 3 gu



שומר יהוה את כל אהביו ואת כל הרשעים ישמיד

1534



Non est mel nūc instituti indicare officia literarū, cum hoc precipue ad Grammaticos attinet, de duplici pronuntiatione secundum quod punctus uel supra dextrum cornu, uel sinistrum collo catur, neq; etiam quod in numerationibus signum sit numeri trecētarij, neq; quādo postposita litera lamed articulus est pronominum separatorum genitiui casus: sed in quantum ab initio dictionibus preposita, uere est significatiua, tum significat idem, quod אשר id est qui, quae, quod: item, quia, quod: differtq; tamen ab illo, quod non cōstituit per se, & seorsum dictionem separatā, sicut alterum. Deinde אשר perpetuo seruat sua puncta, hoc uerò non item. Cant. 4. Quae ascenderunt de ablutione. Ies. 37. In uia qua uenerūt in ea. Iud. 6. Et facies mihi signum, quod tu loqueris mihi. Eccles. 3. Et ut uideatur, quod ipsi iumentum apud se. Eccl. 8. Quod etiā hoc est uanitas. Et iterum: Et sunt improbi ad quos attingit quasi factum iustorum. Psal. 146. In filio hominis quod non ipsi salus. Et assumit aliquādo per prothesin beth. Gen. 6. Non iudicabit spiritus meus inter homines porro, eod quod etiam caro. Vel etiam ultra beth addit in sine, uel simplex lamed, ut ששנ propter. Eccl. 8. Hoc opus quod fit sub sole, propter quod homo laborat. Vel addit ultra lamed particula ו, ita ששנ id est, propter quod. Ionae 1. Ut sciamus propter quod malum hoc nobis.

1535



Lini genus subtilissimi & candidissimi, cetera lina precio uincens, & nomē habet à candore. Interpretes communiter uerterunt byssum. Et quidem ex locis aliquot conijcere licet esse byssum, quanquā ורר respondente uocabulo byssus dicitur, & forte nomen est exoticum, ששנ autē Hebraum. Gen. 41. Et induit eum uestimentis byssi, & posuit torquem auri super collum eius. Exo. 25. Et hyacinthū & purpurā, & coccinū bis tinctum & byssum. & cap. 26. Et tabernaculum facies decem alarum ex bysso torta. & cap. 28. Et constringes interulā byssi, & facies mitrā byssi. & cap. 39. Et fecerunt tunicas byssi factura textoris Aaroni & filijs eius, & mitram byssi, & ornamenta pileorum byssi, & subligacula lini byssi torta. Ezechiel. 16. Indumentum tuū byssus, & sericū & uariegatura. Prou. 31. Byssus & purpura indumentum ipsius. Deinde significat marmor candidissimū, quod Parium uocant. Esther 1. Et columnae Parij. Et iterum: Pro pauimento, marmor, & Parium. Cantic. 5. Tibiā eius columnae Parij. Legitur tamen semel ששנ, 1. Paralip. 29. Et lapides marmoris in copia.

ששנ Nomen numerale cardinale, quod eadem significatione multae linguae mutuarūt ab Hebraeo, sex. Et est heteroclitum genere, tamen Hebraeorum Grammatici asserant esse foemininum, ac conlruitur nominibus pluralis numeri. Exo. 27. Sex annis seruiet. cap. 12. Circiter sex millia peditum. 2. Samueis 21. Et digiti manuum eius, & digiti pedum eius, sex & sex. Iob 5. In sex angustijs eripiet te. Et quando immediate sequitur dictio monosyllabica, uel alia polysyllabica, quae ei adhaeret uirgula ששנ, tum habet subscriptum saegol. Prouerborum 6. Sex illa odit Iehoua. Numeri 5. Sex plaustra. Deinde addit quoque literam he ששנ, & dicitur esse generis masculini, quanquā ego heteroclitum iudicem. Gen. 30. Quia genui ei sex filios. Iudic. 20. Et sex millia uirorum. Et est semel numerale ordinis. 1. Paral. 25. Sexta decima pro Hanaiahu. Et in statu regiminis ששנ. Exod. 16. Sex diebus colligetes illud. & ca. 25. Sic pro sex calamis. Num. 2. Et sex millia. Et pluraliter ששנ, est decadicon, significans sexaginta. Gen. 5. Et uixit Mahaleel quinquaginta annis.

esse. Iere. 3. Reuertetur Iacob, & tranquillus erit, neq; crit qui terreat. cap. 48. Et tranquillus fuit Moab a pueritia sua, & desedit super fecibus suis, neq; euacuatus est de uase in uas. Iob 3. Simul uincti, tranquilli sunt, nec audiunt uocem exactoris.

INDE NOMEN,

שָׁנֵן Quietus, tranquillus; & per metalepsin, securus, & insolens, eo quod tranquillitas homines reddat securos & insolentes. Prouerb. 1. Et tranquillus a formidine mali. Iesa. 33. Habitaculum tranquillum. Iob 12. Fax contempta in cogitationibus insolentis. Legitur tamen semel interposita litera lamed שָׁנֵן לָמֶד, sicut a nomine שָׁנֵן לָמֶד legitur נְחֵלָה, Iob 21. Totus ipse tranquillus & fortunatus. Et pluraliter שָׁנָנִים. Psal. 123. Multum satiata est anima nostra subsannatione tranquillorum, id est insolentium. Amos 6. O insolentes in Zion qui confiditis in monte Samaritae. Zach. 1. Ira magna ego irascor super gentibus securus. Et in genere foeminino pluraliter שָׁנָנִים. Iesa. 32. Mulieres ociose surgite, audite uocem meam. Et iterum: Et sedebit populus meus in habitaculo pacis, & in refrigerijs tranquillis.

1542
שָׁנָן

Spinam seu aculeum immisit, pupugit, compunxit. Cogruit significatione cum שָׁנָן, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Eius participium praesens tantum est in usu שָׁנָנִים. Ezech. 28. Et non erit amplius domui Israel sentis amarulenta, & spina dolorem inferens, ex omnibus, qui in circuitu sunt, qui compungunt eos. Et in genere foeminino etiam pluraliter שָׁנָנִים. Ezech. 16. Sicut tempore opprobrij filiarum Philistaeorum, quae compungunt te undiq;

INDE NOMEN,

שָׁנָן Compunctio. Et est doloris, & laetitiae seu uoluptatis. Ezechielis 25. Cum compunctio in anima. & cap. 36. In laetitia totius cordis, in compunctio in anima, id est titillatione. Similiter cum affixo. Ezechielis 25. Et lateris in omni titillatione tua in anima.

1543
שָׁנָן

Quando ad personam refertur, accipitur pro rogare, interrogare, consulere. Sin aut de re aliqua alia dicitur, tum ualet idem quod Latinis petere, postulare: fit autem utrunq; uerbis, non ambulatione corporali, & differt in eo a uerbo שָׁנָן. Coniugatur autem in nonnullis locis irregulariter, & uariam habet constructionem.

Primo, regit post se accusatiuum, uel nominis, uel pronominis. Genesis 38. Interrogauit utros loci illius, dicens. & cap. 44. Sustentator meus interrogauit seruos suos. & cap. 32. Et interrogauit Iacob, & dixit, indica quae so nomen tuum. Deu. 32. Interroga patrem tuum, & narrabit tibi. Iosue 4. Si interrogauerint filij uestri cras patres suos. 1. Reg. 19. Petiuit animam suam, ut moreretur. Ionae 4. Petiuit animam ut moreretur, pertesus, scilicet uitae. Iud. 15. Aquam petijt, & ipsa lac dedit. Psal. 122. Petite pacem Ierusalem. Cum affixis. Genesis 32. Si occurrerit tibi Esau frater meus, & interrogauerit te, dicens, cuius es tu? Et cap. 37. Et interrogauit eum uir, dicens, quid, quid quaeris?

Secundo, quando Hebraei interrogare aliquid de, uel ex persona, uel re uolunt, utuntur articulo datiuu casus lamed. Gen. 20. Et interrogauerunt uiri loci de uxore eius. Deuter. 4. Interroga nunc de diebus prioribus, qui fuerunt ante te. 2. Reg. 8. Et interrogauit rex ex muliere. 1. Samuelis 2. Pro petitione, quam petiuit a Iehoua. Genesis 43. Et interrogauit de illis de pace. Exod. 18. Et interrogauit uir ex proximo suo de pace. 1. Sam. 10. Et interrogabunt ex te de pace. 1. Sam. 25. Et interrogabitis ex illo nomine meo de pace. 2. Samu. 11. Et interrogauit Dauid de pace Iob, de pace populi, & de salute belli.

Tertio, quando ab aliquo aliquid petere seu postulare uolunt, tum utuntur, uel mem praepositione, uel שָׁנָן, uel שָׁנָן: ut Exod. 3. Et postulatibit mulier a cohabitatrice sua. Deut. 10. Et nunc Irael, quid Iehoua deus tuus postulatibit a te. & cap. 18. Iuxta omnia quae postulasti a Iehoua deo tuo. Iosue 15. Et factum est, cum ingressa esset, & incitasset eum, ut postulatibit a patre suo agrum. Psal. 2. Postula a me, & dabo tibi gentes haereditatem tuam.

Quarto, quando uolunt interrogare de aliquo, tum utuntur praepositione לְ. Eccl.

gulariter שָׁנָנִים, qui quidem nominaliter usurpatur. Iesa. 37. Nunc adduxi eam, & erit in ruinas aceruorum combustorum.

In quarta coniugatione שָׁנָן, et si in ea tantum participium legatur, & transferatur ad animu. Gen. 24. Vir autem ille iruebat in eam, tacens quidem ut cognosceret, num fortunasset Iehoua uiam suam, uel non: blumpffet / ful auff sie / gedachte auff sic.

INDE NOMINA REGULARIA:

שָׁנָן Ruina, quae fit cum fragore & strepitu. Iesa. 24. Relicta est in ciuitate desolatio, & ruina percussa est porta.

שָׁנָן Ruina, irruptio, interitus, praecipitium. Et per metalepsin, sonitus, fragor, tumultus, strepitus, fremitus, sonus qui ubi profunditas est & praecipitium, ruinam subsequitur. Psal. 40. Et eduxit me de lacu praecipitij, id est, praecipiti. Iere. 25. Veniet tumultus usq; ad finem terrae. & cap. 46. Clamauerunt ibi Pharao rex Aegypti, interitus, seu sonitus. & cap. 48. Et deuorauit angulum Moab, & uerticem filiorum tumultus. Osea 10. Et surgit tumultus in populo. Amos 2. Et morietur in strepitu Moab, in clangore, in uoce tubae. Et in statu regiminis שָׁנָן. Psal. 65. Qui compescit fremitu mariu, fremitu fluctu eorum, & fremitu populoru. Psal. 74. Fremitus insurgentiu contra te ascendit iugiter. Iesa. 13. Vox tumultus regnoru gentium. cap. 17. Et fremitus populorum, uelut fremitus aquarum ualidarum irruent. & cap. 24. Celsauit strepitus exultantiu. Iere. 51. Redditus est tumultus uocis eorum. Et in statu affixorum nihil uariat a statu regiminis. Iesa. 5. Et strepitus eius.

שָׁנָן Cum uau, uel absq; eo, שָׁנָן, tumultus, impetus, tempestas, grassatio repetina cum strepitu & fragore. Psal. 63. Illi uero qui ad oppressionem quaerunt animam meam, peruenient ad inferiora terrae. Prou. 1. Cum uenerit uelut tempestas metus uester, id est, quod metuebatis. Ier. 10. Et quando tempestas elonginquo ueniet. Ezech. 38. Velut tempestas uenies, uelut nubes ad operiendum terram, eris. Psal. 35. Veniet ei ruina, quam non sciebat, & rete suum, quod absconderat, capiet eum. Et in statu regiminis שָׁנָן. Prou. 3. Ne timeas a pauore subito, neq; a tumultu improborum, quando uenerit.

שָׁנָן Nomen compositum ex שָׁנָן & שָׁנָן, ruina. Thren. 3. Formido & fouea fuit nobis, ruina & fractura.

שָׁנָן Oppressio. Et semper iungitur nomini שָׁנָן, ut minus significati. Iob 30. Tempestas & oppressio. & cap. 38. Ut sanet impetum & oppressionem. Zophon. 1. Dies tempestatis & oppressionis.

שָׁנָן Sonitus. Iob 39. Sonitum exactoris non audit, id est, crepitu flagelli. Item שָׁנָן, Iob 36. Sonitus turgurij eius. Iesaiae 22. Tumultuationibus plena est ciuitas. Zach. 4. Quando eduxerit lapidem capitis eius, uociferationes gratia gratia ei.

שָׁנָן Oppressio, praecipitatio. Prouerb. 26. Celat enim odium in oppressionem. Sed de hoc etiam supra in שָׁנָן.

שָׁנָן Praecipitium. Psal. 73. Deiecis eos in praecipitium. Scribitur etiam cum kybutz שָׁנָן. Psal. 74. Eleua plantas tuas ad praecipitationes perpetuitatis, id est, ut praecipites & opprimas perpetuo. Sed de hoc etiam in themate שָׁנָן.

שָׁנָן Praecipitantia, temeritas. Exo. 23. Non eleues rumorem temeritatis, id est uanitatis. Iob 31. Si ambulauit cum praecipitantia. Psal. 60. Praeceptus est salus hominis. Prouerb. 30. Temeritatem & uerba mendacij remoue procul a me. Iesaiae 30. Ad cribrandu gentes in cribro praecipitantiae. Ezech. 12. Quoniam non erit amplius omnis uisio temeritatis, & diuinatio lubricitatis. Et quando apponitur uerbo, tum aduerbialicit. Exo. 20. Non eleues nomen Iehoua temere, seu praecipitanter.

שָׁנָן Tumultuatio, strepitus, sicut a שָׁנָן fit שָׁנָן. 2. Reg. 19. & Iesa. 37. Propter commoueri tuum contra me, & quia tumultuatio tua ascendit in aures meas, statim ponam hamum in nasum tuum. Loquitur autem de tumultuatione seu armorum strepitu, quo Sennacherib superbiebat & gloriabatur ac etiam confidebat.

INDE VERBUM,

שָׁנָן Quod nomini significatione omnino contraria significat, quietu seu tranquillum esse

Eccl. 7. Quoniam nō ex sapientia interrogasti super hoc, id est, de hoc. Ista phra-
si simili modo usus est Virgilius in isto uersu,

Multa super Priamo rogans, super Hectore multa.

Quintō, quando de Dei uoluntate certiores fieri uolunt, & cōsulere eum, tum
apponunt praepositionem beth. Num. 25. Et interrogabit pro eo in iudicio Vrim
coram Iehoua. Iudic. 1. Post mortem Iosue interrogauerunt filij Israel in Iehoua.
& cap. 18. Interroga nunc in dep, ut sciamus, &c.

Participium praesens בָּשָׂא. 2. Sam. 3. Tantum rem unam peto abs te. Deu. 18. In-
terrogans Pythonem. Et pluraliter בָּשְׂאוּ. 1. Sam. 8. Qui petierat ab ipso regem.

Et in genere foemin. בָּשְׂאָה. 1. Re. 2. Quare petis Abisagi Sunamithē Adonig.

Participium praeteritum בָּשָׂא, accommodatus per uocationem. 1. Sam. 1. Om-
nibus diebus quibus fuerit ille accommodatus ipsi Iehoua. 2. Reg. 6. Heu sustinator
mi, hoc accommodatū datū est. Hoc nomine primus rex populi dei dictus est,
à deo per Samuelem prophetā ad regni gubernationem accommodatus. Sic etiam
Paulus Apostolus nomen suū ad uocationē suam accommodans, ad Rom. 1. Pau-
lus seruus Iesu Christi, uocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, &c.

In uoce passiva significat precibus impetrare aliquid. 1. Sam. 18. Et dices, preci-
bus impetraui à me Dauid ut curreret in Bethlehem, Nehe. 13. Et post finem die-
rum precibus impetraui à rege.

In secunda coniugatione בָּשָׂא. 2. Sam. 20. Interrogando interrogent in Abel.

In tertia coniugatione בָּשְׂאָה, accommodatō dedit precibus. 1. Samuel. 1. Ego
quoque accommodaui eum ipsi Iehoua omnibus diebus. Exod. 12. Et accommo-
dauerunt ea, & spoliauerunt Aegyptios.

INDE NOMINA:

בָּשָׂא Petitio. Iudic. 8. Petam à uobis hanc petitionem. 1. Sam. 2. Pro petitione, quam pe-
titiui à Iehoua. Et cum affixis. 1. Sam. 1. Dedit Iehoua mihi petitionem meam. Iob
6. Utinam ueniat petitio mea. Et deficiente littera aleph. 1. Sam. 1. Deus Israel con-
cedat petitionem tuam.

בָּשָׂאוֹת Petitiones. Psal. 20. Impleat Iehoua omnes petitiones tuas. Psal. 37. Et dedit tibi
petitiones cordis tui.

בָּשָׂא Licet aliquoties sine uau legatur, tamen primam uocē nunquam mutat, estq; no-
men singularis numeri tantum, quod quidam significare dicunt fossam, alij alij
sepulchrū, nōnulli ipsam mortē, alij statum mortuorū, plurimi uerò infernū, id est,
locū damnatorū

1544
בָּשָׂא

Hausit, attraxit, anhelauit, inhiauit: & differt à בָּשָׂא modo tantum significandi,
quod de haustione tantum aquae ex puteo, hoc uerò de haustione oris seu ani-
mi dicitur. Psal. 56. Quoniā inglutiuit me homo. Ier. 14. Et onagri steterūt super
excel-

nam claudicans, & reliquam & debilem in gentem validam. Et in statu affixorum nihil variat. Iesa. 15. Et reliquam tuam occidet. & cap. 44. Et reliquam eius in deum facit. Ezechielis 5. Et dispergam omnem reliquam tuam in omnem uentum.

שריה Reliquia, per syncopen literae aleph. i. Paralip. 12. Atque etiam reliquiae Israel cor unum. Et cum affixo. Ierem. 15. Si non reliquia tua in bonum.

משארה Reliquia. Deuter. 28. Benedicta sporta tua, & reliquia tua. Et iterum: Maledicta sporta tua, & reliquia tua. Et pluraliter משארות. Exo. 8. Et in reliquias tuas. & cap. 12. Et portabat populus pastam suam antequam esset fermentata, reliquias suas ligatas in uestimentis super dorso suo.

1546 **זב** Arbitror cum superiore habere affinitatem significatione, nisi quod ut puto, ita modo significandi uariet: significat autem fecem, quae in uase reliqua manet, qua infermentatur massa panis. Exod. 12. At in die prima cessare facietis fermentum e domibus uestris. Et iterum: Fermentum non inueniatur in domibus uestris. Leuit. 2. Quia omne fermentum, & omne mel non suffitum facietis ex eo, ignitam ipsi lehoua.

1547 **שבה** Congruit significatione cum uerbis שוב שבה שוב, nisi quod ut forma, ita quoque modo significandi inter se uariant. Nam שוב de motu in loco, שבה de cessatione seu sine motu, שוב de reditu ad locum pristinum, שבה uero de motu a loco habitationis dicitur, hoc est, notat abducere ex loco habitationis, seu abducere captiuum. Jer. 41. Et uerterunt se omnis populus, quem captiuum abduxerat Ismael. Et iterum: Captiuas abduxit Ismael omnes reliquias populi. Genes. 34. Et uxores eorum captiuas abduxerunt. Num. 24. Donec Assur captiuum abducat te. Gene. 31. In die captiuum abducere alienos exercitum eius.

Participium praesens pluralis numeri שובים. Iesa. 14. Et erunt abductores abductoribus suis. Psal. 137. Quia illic interrogauerunt nos abductores nostri.

Participium praeteritum שבהו. Iesaia 61. Ut praedicarem abductis libertatem, id est, captiuis. Et in genere foemini pluraliter שבהו. Genesis 31. Et dixistis filias quali captiuas.

In uoce passiuua שבהו. Genesis 14. Et audiuit Abram, quod captiuus abducius esset frater suus. i. Sam. 30. Et filiae captiuae abductae sunt.

INDE NOMINA:

שבה Abductus in captiuitatem. Et in genere foemini שבהו. Iesaia 52. Solue uincula abducta filia Zion.

שבה Abductio, captiuitas. Num. 21. Et captiuam abduxit ex eo captiuitatem. Psalm. 68. Abduxisti captiuam captiuitatem. In statu regiminis mutat saeol in seua. Iesaia 49. Et num captiuitas iusti euadet. Amos 4. Cum captiuitate equorum uestrorum. Tamen si saepe etiam in distinctione scribatur cum seua. Exod. 12. Vsq; ad primogenitum captiuitatis. Numeri 31. Cape summam praedae captiuitatis. Threnorum 1. Abierunt in captiuitatem. Porro in statu affixorum interdum seruat saeol: ut ludicum 5. Captiuam abduc captiuitatem tuam. Sapius tamen mutat saeol in hirik. Deuteronom. 31. Et captiuam abduxeris captiuitatem eius. Numeri 21. Et remouebit uestem captiuitatis eius. Ieremia 46. De terra captiuitatis eorum. Numeri 31. Et captiuitas uestra. Et in genere foemini שבהו. 2. Paralipom. 28. Reducite captiuitatem, quam captiuam abduxistis. Deuteronom. 21. Et uideris in captiuitate.

Et in statu regiminis שרה. Gen. 41. Escam agrī ciuitatis, qui est circa eam. Prou. 24. Super agrum uiri pigri transiui. In statu affixorum seruat cametz abiecta interdum he litera. Leuit. 19. Non consumabis extremitatem agrī tui metendo. Et iterum: Sex annis feres agrum tuum. Et pluraliter שרה. Exod. 8. De domibus, de atrijs, & de agris. 1. Sam. 22. An uobis omnibus dabit filius Isai agros & uineas. Ieremiae 6. Agros & mulieres. In statu regiminis & affixorum transformat cametz in feua. 1. Sam. 8. Agros uestros. Nehem. 12. Et de agris Geba.

שרי Mutata tantum litera he in iod, ager. Psal. 56. Et uniuersitas agrī penes me est. Psal. 96. Exulter ager, & quicquid in eo est. Ios. 2. Netimeatis pecora agrī. In distinctio ne mutat alteram uocem pathah in cametz שרה. Deuteron. 32. Et comedit fructū agrī. Psalmo 8. Atque etiam pecora agrī. Et pluraliter in statu regiminis שרה. Ruth 2. Quae reuersa est cum Noami ex agris Moab. 2. Samuelis 1. Et agrī Ieuardarum. Psal. 132. Inuenimus eam in agris syluae, id est, urbis ex arboribus syluae aedificatae. Iesaia 32. Super agros desiderij.

1570 שרה Ex eo legitur participium praeteriti temporis duplici forma, שרה & שרה: congruitq; significatione cum forma שרה: utrunq; enim significat ariditatem. Genes. 41. Septem spicae arefactae uento Orientali. Et mox iterum: Septem spicae tenues arefactae uento Orientali.

INDE NOMINA:

שרפה Ariditas. 2. Reg. 19. Et habitatores earum curti manu, consternati & confusi, facta sunt herba agrī, & uiror oleris, foenum tectorum, & ariditas ante culmum. pro quo Iesaia 37. ubi eadem historia repetitur, scriptum legitur שרה.

שרפון Ariditas, quae causatur uento Orientali. Deuter. 28. Et ardore & ariditate. 1. Reg. 8. Aut erit ariditas. Amos 4. & Haggei 2. Percussi uos ariditate.

1571 שרהרה Congruit significatione cum nomine שרה, & significat tabulas ordine seu serie quadam colloccatas. 1. Regum 6. Et texit domum imbricibus & tabulis excedris. 2. Regum 11. Et qui ingreditur intra tabulas, moriatur. Et mox iterum: Educite eam extra tabulas.

1572 שרה Nomen generale, & tam de oue, q̄ de capra dicitur: nos etiā generali uocabulo pecudis reddemus. Chaldaeus comuniter trāstulit שרה. Et differt a nomine שרה, quod collectiuum est, hoc autē singulare. Genes. 22. Ecce ignis & ligna: sed ubi est pecus in holo cauitur, & cap. 30. Trāstibo per omnē gregē tuū hodie, auferēdo inde omnem

201 170.

ter שובבים. Ieremiæ 3. Conuertimini filij auerſi, ait Iehoua. Et in genere fœmi-
nino שובבה. Ieremiæ 31. Vſquequò diuertis filia auerſa, id eſt, ſeducta.

שובבים Auerſiones, abiectiones, remotiones, reiectiones. Oſe. 8. Ex Iſrael enim eſt artifex,
qui fecit illũ, nequaquam deus ipſe eſt, ideo reiectionem erit uſculus, eſt ſchabab.

שובב Flamma, ſcintilla. Et in ſtatu regiminis שביב. Iob 18. Etiam lux improborum ex-
tinguetur, neq; ſplendet ſcintilla ignis eius. Arbitror autem hoc nomen Chal-
daicum eſſe, ſicut & שביבא Chaldaicis ſcintillam ſignificat, ut Danielis 3.

1576 שרג Legitur cum ſin ſiniſtro ſemel, & quidem in uoce paſſiua שרג. 2. Sam. 1. Arcus
Ionathan non actus eſt retrorſum. Cætera uide in themate שרג.

1577 שור Congruit ſignificatione cum uerbo שור, & ſignificat deuaſtare in uniuerſum.
Pſal. 51. Alue quæ peruaſtabit meridie.

In ſecunda coniugatione שור. Oſe. 10. Et deuaſtabit ſtatuas eorum. Ierem. 5.
Lupus campeſtrium deuaſtabit eos.

In tertia coniugatione שור. Prou. 11. Et peruerſitas temerariorum deuaſtabit
eos. Iod tranſpoſita eſt, & tranſiit in dagges.

In uoce paſſiua שור. Ieſa. 33. Quando conſumaueris tu uaſtator, deuaſtaberis.
Oſe. 10. Et quælibet munitionum tuarum deuaſtabitur.

IN DE NOMINA:

שור Cuius tamen plurale שורים ſolum in uſu eſt. Et ſignificat dæmones, ſeu dæmonia,
quæ tantum deuaſtant, & uniuerſales ſunt deuaſtatores. Deuteronom. 32. Sacri-
ficabant dæmonijs, non Deo. Pſalm. 106. Et ſacrificauerunt filios ſuos & filias
ſuas dæmonijs.

Uaſtator, deuaſtator, homo. Ieſaia. 16. Ceſſauit uaſtator. In alijs locis ſumitur in
abſtracto, uaſtatio, deuaſtatio uniuerſalis. Iob 5. Non timebis à deuaſtatione, quã-
do ueniet. Pſal. 12. Propter deuaſtationem oppreſſorum nunc furgam. Ieſaia. 13. &
Ioel. 1. Propinquus eſt dies, ſicut deuaſtatio ab omnipotente ueniet. Ieſa. 5. Deuaſ-
tatio & conſtractio, & fames, & gladius. Oſe. 12. Quotidiè mendacium, & deuaſ-
tationem multiplicat.

1578 שור Obduxit calce. Deutero. 27. Erigetis lapides iſtos, quos ego hodie præcipio in
monte Ebal, & obduces eos calce.

IN DE NOMEN,

שור Calx. Deut. 27. Et obduces eos calce. Ieſ. 33. Et erunt populi combuſtiones calcis.
Amos 2. Quapropter quòd combuſſit ipſe oſſa regis Edom in calcem. Et plu-
raliter translatione iod literæ in daledh שורים. Gen. 14. Omnes illi cõſociati in ual-
lem calcium, ubi eſt mare ſalis.

1579 שור Æquum ſeu æquabile fuit, adæquatum eſt. Et congruit ſignificatione cum uer-
bo שור, niſi quòd ut parum pronunciatione primæ literæ, ita etiam modo tan-
tum ſignificandi differant. Prou. 3. Et omnia deſiderabilia eius non æquabun-
tur cum ea. cap. 26. Ne reſpondeas ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, ne quãdo ad-
æqueris illi etiam tu. Ieſ. 40. Et ad quem aſſimilabitis me, ut æqualis ſim. Deinde
quæ æqualia ſunt, etiam congruunt, expediunt ac profunt. Ideo in horum uerbo-
rum ſignificatione Hebræi figuratè uſurpant. Iob 33. Aberraſſem & rectum cur-
uaſſem, ſed non æquum fuiſſet mihi, id eſt, non conueniſſet, non profuiſſet mihi,
non fuiſſet commodum.

Participium præſens שור. Eſther 3. Et regi non æquum eſt, ut dimittat eos. &
cap. 5. Omne iſtud non eſt æquum mihi per omne tempus. & cap. 7. Quia aduer-
ſarius non adæquat cum damno regis.

In ſecunda coniugatione שור. Ieſ. 28. An non cum adæquauit ſuperficiem eius.
Pſal. 16. Adæquauit Iehoua coram me iugiter. Pſal. 21. Gloriam & decorem æqua-
bis ſuper eum, id eſt, æqualem & ipſi dignam. Pſal. 89. Æquauit auxiliũ ſuper Gi-
gantem. Pſal. 131. Si non adæquabam, & compeſcebam animam meam, ut ſ. eſſet
æquo animo. Oſe. 10. Vitis uacua, Iſrael fructum adæquabit ſibi.

AA Parti-

Sextò, abſolutè conuerſionem ſignificat ſiue reſipſcentiã: & ſcholãſtici docto-
res uocârunt contritionem ſeu pœnitentiã. Deut. 30. Tu autè conuerteris, & au-
dies uocem Iehoua. Iere. 5. Noluerunt conuerti, id eſt pœnitere ſeu reſipſcere.

Participium præſens שוב. Zach. 7. Et erit terra deſolata poſt eos à prætereunte
& redeunte. Et pluraliter שובים. Ieſaia 1. Zion in iudicio redimetur, & conuer-
tentes eius in iuſtitia, id eſt reſipſcentes. Ieſ. 59. Veniet ipſi Zion redemptor, & re-
uertentibus à tranſgreſſione in Iacob.

Participium præteritum pluralis tumeri שובים. Mich. 2. Reuerſi ex bello.

In ſecunda coniugatione שוב, reduxit, reſtituit, reparauit, auertit, abduxit, ſedu-
xit: accipiturq; in utranq; partem, bonam & malam. Iere. 50. Et reducã Iſraelem ad
paſcua ſua. Pſal. 60. Iratus es, reſtitueris nobis. Pſalm. 23. Animam meam reducet, id
eſt, recreabit, reuocabit. Ieſa. 49. Ad reducendũ Iacob ad ipſum. Mich. 2. Reſtituen-
dos agros noſtros diſpertiet. Ieſa. 47. Sapientia tua & ſcientia tua auertit te. Iere. 8.
Quare auerſus eſt populus iſte. cap. 56. Ad montes auerterunt eas. Ezech. 38. Et au-
uertam te, & ponã ſpinas in maxillas tuas. & cap. 39. Et auertam te. In illis duobus
locis poſterioribus ſonat de illa auerſione, qua equites retroagunt equos, cum ini-
cere frenos conantè, quanquam etiã ſic exponi poſſit: Et reducã ſeu adducã te, &c.

Participium præſens שובב. Ieſa. 58. Reſtaurans ſemitas ad habitandum. Et
in genere fœminino שובבה. Ezech. 38. Ad terram auerſam à gladio.

In tertia coniugatione שובב. Gen. 14. Et ſubſtantia eius reduxit. cap. 20. Et nunc
reſtitue uxorem uirò, & cap. 37. Et refer mihi uerbum. Exo. 19. Et retulit Moſes uer-
ba populi ad Iehoua. Gen. 50. Reddendo reddet nobis omne malum, quod ſect-
mus illi. Amos 1. Super tribus ſceleribus Damafci, ſed ſuper quarto reddam ei, id
eſt retribuam ei, id eſt puniam eum. Vult autem dicere: Tria ſcelera ei condonabo,
ſed hoc non condonabo, quòd triturauit raſtris, &c. Deu. 4. Et non reuocaueris ad
cor tuum, quòd Iehoua eſt deus. Ieſaia. 44. Et non reuocabit ad cor. 1. Reg. 8. Et re-
uocabunt ad cor ſuum. Et quando de ira ſeu furore dicitur, ſignificat auertere
iram ſeu furorè, ut in prima coniugatione. Num. 25. Pinhas auertit furorem meum
à filijs Iſrael. Porrò ſi de facie dicitur, ſignificat in ſententia negatiua auerſari, re-
pellere. 1. Reg. 2. Ne auerſeris faciem meam. Et iterum: Et non auerſabitur faciem
tuam. Pſal. 132. & 2. Paralip. 6. Ne auerſeris faciem uncti tui. Contra autè in ſen-
tentia affirmatiua ſignificat idem, quod ferre, tolerare, ſuſtinere. 2. Reg. 18. & Ieſa.
36. Quomodo feres faciem ducis unius, quanquam & uerbo auertendi interpreta-
ri licebit: Quomodo auerſeris ſeu repelles faciem ducis unius.

Participium præſens שובב. Ieſa. 38. Ecce ego reduco umbram. & cap. 44. Con-
uertens ſapientes retrorſum.

Participium præteritum שובב. Gen. 43. Et argentum redditum in ore ſaccorum
ueſtrorum. Et pluraliter שובבים. Ieremiæ 27. Vaſa domus Iehoua reducã ſunt
ex Babylone.

In uoce paſſiua שובב. Gen. 42. Redditum eſt argentum tuum. Exod. 10. Et reuo-
catus eſt Moſes & Aaron ad Pharaonem.

IN DE NOMINA:

- שובב Conuerſio. Ieſa. 30. In conuerſione & quiete ſaluabimini.
- שובב Reductio. Pſal. 126. Quum reduxerit Iehoua reductionem Zion.
- שובב Auerſio. Ieremiæ 8. Quare auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione perpe-
tura. Et cũ kybutz שובבה. Iere. 3. Reuertere auerſio Iſrael. Et pluraliter שובבות.
- שובב Reditus, reditio, reuerſio. 1. Sam. 7. Et reuerſio eius erat in Rama, quoniam ibi erat
domus eius. Et in ſtatu regiminis שובבה. 2. Sam. 11. & 1. Reg. 20. Et factum eſt in
reuolutione anni. Et pluraliter שובבות. Iob 21. Et in reſponſionibus ueſtris re-
licta eſt tranſgreſſio.
- שובב Auerſus, ſeductus. Ieſaia. 57. Ipſe uerò abiit auerſus in uia cordis ſui. Et plurali-
ter

In secunda coniugatione שָׁבַב. Iob 10. Offibus & neruis circumsepisti me.

INDE NOMINA:

- שׁוֹב Perplexitas lignorū, ramus frondosus & perplexus. Et in statu affixi. Iud. 9. Succiderūt quisq; ramū suum. Et in genere foeminino שֹׁבָה. Iud. 9. Succidit ramum.
- שֹׁבָה Nomen loci, foras à spineto. 1. Samuelis 17.
- שׁוֹבָה Spina. Num. 33. Erunt in oculis uestris spinae.
- שׁוֹבָה Spinae, seu cultelli in modum spinæ acuti. Prouerbiorum 23. Et statue cultellos in guttur tuum.
- מְשׁוֹבָה Spinetum, uepricetum, senticetum, dumetum. Mich. 7. Bonus eorum est sicut paliurus, rectus asperior quàm spina. Et in statu regiminis מְשׁוֹבָה. Prou. 15. Via pigri sicut spina senticeti, uia autem rectorum plana est. Ies. 5. Remoue spinetum, & erit depasitio. Et cum affixo. Ierem. 5. Auferre uepricetum eius.
- שֹׁבָה Nomen pluralis numeri tantum, spinæ, pali præacuti. Iob 40. Nunquid implebis in palis cutem eius, plene suspendes.

1583

שׁוֹל Fimbria: & cognationem habere arbitror cum שׁוֹל & שׁוֹל, quæ detractio-nem significat, & sic dictas fimbrias, quia in inferiore uestiū parte remotæ sunt, & poterant detrahi. Legitur pluraliter tantum in statu regiminis שׁוֹל. Exo. 28. Tintinabulum aureum, & malogranatum super fimbrijs supari circumquaq;. Et in statu affixorum. Ies. 6. Et fimbriæ eius replebant aulam. Ieremiæ 13. Reuelatæ sunt fimbriæ tuæ. Threnorum 3. Immunditiæ eius est in fimbrijs eius. Nahum 3. Et reuelabo fimbrias tuas.

שׁוֹמֵם Allia: arbitrator uocem esse Ægypticam. Numeri 11. Porriq; & cepe & allia. Sed uide infra in שׁוֹמֵם.

1584

שׁוֹם Legitur etiam in forma שׁוֹם, sicut בָּן & בַּת. Et generali significacione congruit cum שׁוֹם, posuit, licet differat ab eo modo significandi. Nam ut שׁוֹם ultra generalem significacionem, quæ est ponere cum studio, cura, arte, & ordine, &c. peculiariter etiam de compositione, quæ ornatus gratia fit, dicitur, ita hoc ultra generalem quoq; significacionem, quam cõmunem cum שׁוֹם habet, qua arte, cura & ordine ponere significat, de aurium, oculorū, cordis, & animæ positio-ne, uel ad singularē obseruantia, uel in periculū, uel mortem dicitur. Præterea & hoc est obseruandū, quod ut שׁוֹם & שׁוֹם, ita hoc uerbū in prima coniugatione ca-ret futuro, loco autē ipsius in usu est futurū tertiæ coniugationis. Deinde quod Imperatiuus sequitur formā posterioris formæ, infinitiuus formā utriusq;. Gen. 21. Posuit super humerum eius. & ca. 30. Et ponebat iacob baculos. Exo. 4. Et pones uerba in os eius. Ies. 51. Quæ posuit profunda maris uis. 1. Sam. 15. Recollige quid fecerit Amalek, qui opposuit se ei in uia cum ascenderit ex Ægypto. Cant. 6. Anima mea posuit me. Gen. 24. Pone euge manum tuam. & cap. 44. Et pone argentū. 1. Sam. 8. Pone nobis regē. Ier. 31. Pone tibi amaritudines. Cant. 8. Pone me sicut signaculum super cor tuum. Gen. 43. Ponite panem. Deu. 7. Ponendo pones super te regem. Nehem. 8. Et ponere intellectum. Gen. 45. Ad ponendum nobis reliquias. 1. Sam. 8. Ad ponendum ei principes. Prou. 8. In ponēdo ipsum mari sta-tutum suum. Psal. 86. Et nō posuerunt te ante se. 2. Sam. 14. Absq; ponere uiro meo nomen, i. ut non ponat uiro meo nomen. 2. Sam. 19. Ad ponendum regem super cor suum, id est, ut rex ponat super cor suum, id est, ut curet, das ers zu herren fure. Iob 1. Posuisti ne cor tuum super seruum meum.

Participium præsens שׁוֹם. Psal. 104. Qui ponit nubes currum suum. Et pluraliter שׁוֹמֵם. Ies. 5. Ponentes tenebras in lucem.

In tertiã cõiugatione usuenit tantum in futuro. 1. Sam. 28. Et ponā ante te buccellam panis. 1. Sam. 2. Ponet tibi Iehoua semen. Numeri 23. Verbum quod ponet deus in os meum, loquar. Gen. 2. Et posuit ibi hominem. Num. 6. Et ponet tibi pacem. 1. Sam. 22. Ne ponat rex in seruum suum quicquam. 2. Reg. 8. Et constituit faciem suā, & posuit usq; ad suffusionem. Ezech. 44. Et posuistis custodias. Legitur tamē semel Imperatiuus huius coniugationis, Ezech. 21. Pone te ad sinistram.

AA 2 Sunt

Participium præsens שׁוֹמֵם. 2. Samuelis 22. & Psalm. 18. Adæquans pedes meos sicut uertorum.

In tertia coniugatione שׁוֹמֵם. Ies. 46. Cui assimilabitis me & adæquabitis me. Thren. 2. Quem adæquabo tibi, ut consolet te. Denique legitur compositum ex uoce passiuæ primæ coniugationis, & quarta coniugatione שׁוֹמֵם. Prou. 27. Stilli-cidium assiduum in die pluuiæ & mulier litium adæquatur.

שׁוֹמֵם Munus, compensatio beneficij. Vide suo in loco.

1580

שׁוּחַ Quadrat significacione cum uerbis שׁוּחַ שׁוּחַ שׁוּחַ שׁוּחַ, licet hæc forma uerba-liter non sit usitata, sed tantum nomina.

שׁוּחַ Fouea, fossa, terra inclinata, in quam incidentes perduntur: atq; idem significat, quod שׁוּחַ & שׁוּחַ. Iere. 2. In terra solitudinis & fouear. & cap. 18. Quia fo derunt foueam animæ meæ. Prou. 22. Fouea profunda os alienarum.

שׁוּחַ Fouea. Psal. 57. Foderunt ante me foueam, & ceciderunt in medium eius. Iere. 18. Quia foderunt foueam ad capiendum me. Et pluraliter שׁוּחִים. Psal. 119. Fode-runt mihi temerarij foueas.

שׁוּחַ Cum sin sinistro. Vide ubi infra est positum, in שׁוּחַ.

1581

שׁוֹט Circumeundo demisit se. Et congruit significacione cum uerbis שׁוֹט שׁוֹט שׁוֹט & שׁוֹט: & ut literarum positione, ita modo significandi uariat. Numer. 11. Cir-cumcirca demisit se populus, & collegerunt. 2. Sam. 4. Circui nunc in omnibus ba-culis Israel. Et iterum: Et circuiuerunt in omni terra. Iob 1. A circumeundo in terra. In secunda coniugatione שׁוֹט. Iere. 5. Circuite plateas Ierusalem. Amos 8. Et ab Aquilone usq; ad Orientem circuitunt, ut querant uerbū Iehoua. Dan. 12. Cir-cuibunt multi, & multiplicabitur scientia.

Participium præsens שׁוֹט. Zach. 4. Oculi Iehoua ipsi circumeunt in uni-versa terra. Et in genere foeminino etiam pluraliter שׁוֹטוֹת. 2. Paral. 16. Quo-niam Iehoua oculi eius circueunt in tota terra.

In quarta coniugatione שׁוֹטוֹת. Ierem. 49. Et circuite in macerijs.

INDE NOMINA:

שׁוֹט Remex, qui in mari nauem circumagitat sulcando. Ies. 43. Non ambulabit in eo nauis remigis. Et pluraliter שׁוֹטוֹת. Ezechielis 27. Habitatores Zidon & Aruad fuerunt remiges tui.

שׁוֹט Remus. Ezech. 27. Descendent e nauibus suis omnes tenetes remum. Et plurali-ter legif cū dagges שׁוֹטוֹת. Ezech. 27. Ex quercubus de Basan fecerūt remos tuos.

שׁוֹט Flagellum, quo aliquis circumpungitur. Nahum 3. Vox flagelli, & uox strepitus rotæ. Ies. 28. Flagellum inundans cum transierit, non eueniet nobis. Iob 5. A fla-gello linguæ absconderis. & cap. 9. Si est flagellum, interimat subito. Prou. 26. Fla-gellum equo. Et pluraliter שׁוֹטוֹת. 1. Reg. 12. Pater meus castigauit uos flagellis.

שׁוֹט Flagellum. Ios. 23. Et in flagellū in lateribus uestris. Alij palū, alij spinā esse dicūt.

שׁוֹט Nomen arboris, quā Theodotio spinā uertit. Et diuus Hieronymus scribit genus esse arboris nascentis in Eremo, spinæ albæ habentis similitudinem, unde arca fœ-deris, & omnia instrumēta tabernaculi fabricata sunt, & addit lignum esse impu-trescibile, & leuissimum omnium lignorū tam in fortitudine, quàm in nitore soli-ditatem & pulchritudinem superans. Ies. 41. Dabo in deserto cedrum, sittam & Myrtum. Et pluraliter שׁוֹטוֹת. Exo. 25. Et facient arcam de lignis Sittim. Et mox iterum: Et facies uectes lignorum Sittim. & cap. 26. Et facies pro operimento quinque columnas Sittim. & cap. 27. Et facies altare de lignis Sittim.

1582

שׁוֹט Septu uerbis: congruitq; significacione cum uerbis שׁוֹט שׁוֹט שׁוֹט, ita modo significandi differant. Iob 3. Non-ne tu septuisti circa eum, id est, fecisti septem, seu munitionem. Osee 2. Ecce ego sepiam uiam tuam spinis.

In

Exo. 29. Et tibiam dextram. Iud. 15. Percussit eos tibia, & super foemore plaga magna. 1. Sam. 9. Et leuauit coquus tibiam, & quod erat super eo. I. ef. 47. Reuela tibiam, trasi flumina. Et in numero duali תיבת. Deu. 28. Percutiet te lehoua ulcere malo in genibus, & in tibijs. Prou. 26. Erigite tibias a claudo, ita prouerbium est in ore stultorum. Et in statu regiminis תיבת. Pl. 47. Nec in tibijs uiri beneuolentiam habebit.

Similiter cum affixo. Cantic. 5. Tibiam eius, columnae marmoreae.

ויצי Vicius, angiportus, qui a platea aliosum excurrit, sicut tibia excurrit ex corpore. Prou. 7. Trasit in uico iuxta angulum ipsius. Eccl. 12. Et claudentur ianuae in uico.

Et pluraliter תיבות. Canticorum 3. Circuite ciuitatem in uicibus & plateis, quera quem diligit anima mea.

תצוקה Excursio, accursio, ocurso. Ge. 3. Et ad uirum tuum accursio tua, & ipse potestatem habebit in te. Significat autem illa accursio, quae spontanea esse debeat mulieris inclinatio ad uirum, sicut potentia loco motiua obsequens est menti rectrici. & ca. 4. Et si bene egeris, ad ianuam erratum cubat, & ad te accursio illius, & tu potestatem habebis in illud. Cant. 7. Ego erga dilectum meum, & erga me accursio ipsius. Alij interpretati sunt appetitus, desiderium. Significat autem promptam uoluntatem & obsequentiam erga aliquem.

1558

שור

Et in forma שור: nam in utraque forma legitur. Et significat generaliter rectam intendere, extendere, distendere, dirigere aliquid: congruitque significatione cum uerbis שור ישר ישר, nisi quod ut forma, ita modo significandi uariant. Primo, quando ad uocem refertur, Hebraeis notat intendere seu extendere uocem ceu catenam nodosam, quod fit colorando cantum. Et Latini canere, seu cantare dicunt. Et in hoc primo significandi modo seruat in praeterito, & participio praesentis formam priorem: in Imperatiuo, & Infinitiuo formam posteriorem. Futuro caret in prima coniugatione, sed eius loco usurpatur futurum tertiae coniugationis. At in reliquis significandi modis semper coniugatur secundum priorem formam. Psal. 7. In conscientia Davidis, quam cecinit ipsi lehoua. Psal. 33. Cantate ei canticum nouum. 1. Sam. 18. Et egressae sunt mulieres ex omnibus ciuitatibus Israel ad cantandum.

Participium praesens שור. Prou. 25. Et cantans in canticis cordi afflicto. Et quia participium praesens transit plerumque in naturam nominis, ideo reliqua infra inuenies.

In secunda coniugatione שור, cantillauit. Iob 36. Quemadmodum cantillaerunt homines. Zoph. 2. Vox cantillabit in fenestra.

Participium praesens שור. 1. Par. 6. Heman cantor. Et pluraliter שור, ubi simul etiam foemininum שור ponitur. Esdra 2. Cantores & cantatrices.

In tertia coniugatione usitatum est tantum in futuro. Psalm. 59. Et ego cantabo potentiam tuam. Ps. 106. Cantabunt laudem tuam. Ps. 21. Cantabimus & psallemus potentiam tuam. Iudic. 5. Et cecinit Debora. Secundo significandi modo in prima coniugatione, coniugatur secundum priorem formam, & quando refertur ad oculos, notat Hebraeis extendere, intendere, faciem oculorum, dirigere aciem, procurrere ad obseruandum rem aliquam, prospicere, aspicere, obseruare. Num. 24. Aspiciam eum, sed non propere. Iob 7. Non aspiciet me oculus. & cap. 17. Et expectationem meam quis aspiciet. Cant. 4. Prospice de uertice Ammana. Osee 13. Et ero illis sicut leo, & sicut pardus ad uiam prospiciens. Iob 33. Aspiciet ad homines, & dicet, &c. Tertio, etiam de porrectione seu exportatione reali dicitur qualis fit in exportatione munerum, quae extento brachio porrigi & offerri solent, & seruat etiam primam formam. Iesaias 57. Excurrerbas ad gregem cum oleo, &c.

INDE NOMINA:

שור Nomen participiale ex primo significandi modo, cantans, cantor qui in modum catene nodat seu colorat uocem. Prou. 20. Et cantor cum canticis. Et pluraliter שורים, cantores. Psal. 68. Anteuertunt cantores, posuit Musica. Et in genere foeminino שור. 2. Sam. 19. Nunquid audire potest seruus tuus amplius uocem cantorum & cantatricum. Eccl. 2. Feci mihi cantores & cantatrices. (candi)

תצוקה Cantor: nomen participiale, de quo supra in secunda coniugatione primi modi signifi-

AA 3 Cantio,

Sunt praeterea aliquot phrasae singulares in hac coniugatione. Prima, ponere cor ad aliquid. 2. Sam. 18. Quoniam si fugiendo fugerimus, non ponem ad nos cor, & si moriemur medietas nostra, non apponet ad nos cor, non curant. 1. Regum 2. Et erga me posuerunt uniuersus Israel facies suas. Secunda phrasis. 1. Sam. 28. Et posui animam meam in manibus meis. Tertia. 1. Reg. 19. Sic faciant dij & addant, nisi hoc ipso tempore cras posuero animam tuam, sicut animam unius ex illis. Et iuxta hanc phrasin etiam Christus pastor animarum nostrarum dixit Ioan. 10. Ego pono animam meam. Et iterum: Sumam eam, nemo tollit eam a me, potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Item Petrus, Ioan. 13. Animam meam pro te ponam, exponam pro te uitam meam. Item 1. Ioan. 3. Quia ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere, &c.

Participium praesens שור. Iob 4. A mane usque ad uesperam conterentur absque apponente, id est, animaduertente, seu curante.

In uoce passiuam legitur quoque tantum in futuro. Gen. 24. Et positum est ante illum ad comedendum. & cap. 50. Et positus est in arca.

INDE NOMINA:

שור Nomen participiale, repositum. 2. Sam. 13. Quia apud Absolonem fuit repositum. Manet alta mente repositum.

תצוקה Depositorum. Leuit. 6. Et negauerit populari suo in credito, uel in deposito manus.

1585

שור

Extendit, exeruit, protulit uocem, seu clamorem ad aliquem, acclamauit pro salute & opitulatione. Et congruit significatione cum uerbis שור, nisi quod ut forma, ita modo significandi uariant. Et contrariam habet significationem uerbo שור. Iob 19. Si acclamauero, non tamen iudicium. Psal. 88. Ego ad te lehoua acclamaui. Thren. 3. Etiam si clamaui, & acclamauero.

Participium praesens שור. Iob 29. Quoniam eripiebam oppressum acclamantem. Psal. 72. Nam liberabit egenum acclamantem.

INDE NOMINA:

שור Acclamatio. Iesaias 22. Acclamatio ad montem.

שור Acclamatio. Iob 30. Non est in interitu suo illis acclamatio. Aliqui tamen sic exponunt: Sed in ruina sua illis salus. ut sit nomen a uerbo שור.

שור Acclamatio. Psal. 5. Attende ad uocem acclamationis meae. Et in genere foeminino שור: & in statu regiminis שור. 1. Sam. 5. Et ascendit acclamatio ciuitatis in coelum. Ier. 8. Ecce uox acclamationis filiae populi mei. Et in statu affixorum. Exo. 2. Et ascendit acclamatio eorum ad lehoua. 2. Sam. 22. Et exaudiet de aula sua uocem meam, & acclamatio mea in auribus eius. Psal. 34. Et aures eius ad acclamationem eorum.

שור Opitulatio, salus. De hoc in themate שור.

שור Festinanter obruit afflatu seu anhelitu. Congruit significatione cum uerbis שור, nisi quod ut forma, ita modo significandi uariant. Ge. 3. Et inimicitiam ponam inter te, & inter mulierem, & inter semen tuum, & semen illius: ipsum obruet tibi caput, & tu obrues ei calcaneum.

INDE NOMEN,

שור Colubri species, qui obruit flatu. Gen. 49. Et cerastes super femita. Vide etiam in themate שור.

שור Congruit significatione cum uerbis שור & שור, nisi quod ut forma, ita modo significandi uariant. Significat autem excurrere praeg abundantia. Latini uocant redundare, seu exundare. Et legitur in secunda coniugatione שור. Psal. 65. Requiuisti terram, & excurre fecisti eam, id est, exundare eam.

In tertia coniugatione שור. Ios. 2. Et excurrent lacus musto & oleo. & cap. 4. Quia plenum est torcular, excurrunt lacus: siquidem multa est malitia eorum.

INDE NOMINA:

שור Pes totus, inde a coxedice unde excurret, usque ad talos; nos appellabimus tibiam. Exod.

omnem commissuram, &c. Et Colof. 2. Hęc obtinens caput ex quo totum corpus per commissuras & compages subministratum & compactum augetur augmento dei, &c. Non igitur a uerbo שרר est formatum, ut quidam uolunt, pro rectissimo uertentes, sed pro populo Israelitico, qui fuit similis corpori per commissuras & compages compacto, & adimpleto, cuius caput Christus, &c. Insuper & hoc adijcere libuit de Deo Aegyptiorum, quem Serapim uocabant, quod etiam quidam uelint dictum שרר ab urendo, alij שרר שרר paruum aspectu, quod sic patriarcha Christum uocabant longe tanquam puerum spiritu ac fide prospicientes, tamē, saluo omnium iudicio, iudico dictum שרר שרר bouis faciē, eod quod tam Aegyptijs, q̄ Hebraeis שרר bos ille Græcis paulo uariato nomine Osyris postea dictus est, atq̄ originē ac cultū eius fluxisse a Iosepho, & familia ipsius, qui cum in Aegyptū trāslati deo boues & pecudes sacrificaret, que igni ē celo delapso consumeretur, Aegyptij praua imitatione Apin bouē sacrum & quali ē celo delapsum coluerūt: que religio, & qui cultus etiā a populo Israelitico receptus est, sicut sacre testantur historię de sacrificijs pecudū ~~...~~ item uitulis aureis ab Hieroboā institutis. Et Laſtant. Firm. in libr. De uera sapientia, & cap. 10. his uerbis affirmat: Cū, in quibz, Moses dux eorū ascēdit in montē, atq̄ ibi 40. diebus moraretur, aureū caput bouis, quem uocat ipsi Apin, q̄ eos signo præcederet, figurarunt, &c. Et si quis plura uiderē cupit de Api, consulat Plin. lib. 8. Natural. hist. cap. 46. Ammianū Marcellinū lib. rer. gest. 22. Item historiam Ecclesiasticam lib. 11. cap. 23. & Augustinum lib. 18. De ciuitate dei, cap. 5.

שרר Regio plana & extēsa, teste Hieronymo, inter Tabirium montem, & lacum Tiberiadis, & a Casarea usque ad loppe se ultra extendens. Hęc pinguis & fertilis est. Eius fit mentio Iesaiæ 33. & cap. 65.

שרר Ex tertio modo significandi, munus, quod ad demerendum aliquem præmitti, & extēsis manibus porrigi solet. 1. Samuelis 9. Et munus nullum nobis est, quod uero Dei exhibeamus.

1589 שרר Cum sinistro puncto, princeps fuit, principem egit, principatū administravit, administrationē seu officium habuit super ciues, aulicos, piscatores, pincernas, Ianios, captiuos, tributa, pecora, militiam, &c. Et interpretēs uerterunt Principatum gerere. Et congruit significatione cum uerbis שרר & שרר. Iudic. 9. Et principatum habuit Abimelech super Israel tribus annis. Prouerb. 7. Per me gubernatores gubernant, & principes principatus administrant. Ies. 32. Ecce ad iustitiam regnabit rex, & principibus dabitur, ut ad iudicium principatus administrarent. Osee 12. Et principaliter aggressus est angelum, & præualuit.

In tertia coniugatione שרר, principem fecit, seu constituit. Osee 1. Ipsi reges instituerunt, & non ex me: & principes fecerunt, & non cognoui.

1590 שרר Et in forma שרר gauisus est, affectus est gaudio, uoluptatem, & oblectationem habuit in animo. Et non est gestus, sed affectus cordis & animi. Insuper in præterito, participio præsentis & infinitiuo usurpatur in priore forma: at in Imperatiuo & futuro, in altera forma. Deu. 28. Quemadmodū gauisus est Iehoua super uos. Ies. 66. Et gaudebit cor uestrum. Psal. 119. In uia testimoniorū tuorum gauisus sum. Ies. 65. Et gaudebo in populo meo. Thren. 1. Omnes inimici mei audierunt malum meum, gauisi sunt, quod tu facis. & cap. 4. Gaude & lætare. Iesaiæ 65. Gaudete & exultate in omnem æternitatem. Psal. 19. Gaudebit sicut heros ad currendum uiam. Psal. 35. Gaudebit in salute eius. Zoph. 3. Gaudebit super te in lætitia. Ezech. 21. O gauderemus si uirga filij mei reiectionis essent omnia ligna. Psal. 40. Gaudebunt & lætabuntur in te. Psal. 68. Gaudebunt in lætitia. Excipitur tamen unus locus, ubi irregulariter scriptum est שרר שרר, Iesaiæ 35. Gaudebunt desertum & siccitas. Deut. 30. Ad gaudendum super te. Iesaiæ 61. Gaudendo gaudebo in Iehoua. Iob 39. Et gaudebit in potentia.

Participium præsens שרר. Psal. 119. Gaudeo super sermone tuo. Iesaiæ 64. Occurrebas cum gaudente.

שרר Cantio, cantus, canticum, cantilena. Psal. 33. Cantate ei canticū nouum. Ies. 30. Canticum erit uobis. Ezech. 33. Sicut canticum amorum. Psal. 42. Et nocte canticum eius. Et pluraliter שרר שרר. Gen. 31. Et in Canticis. Prou. 25. Et cantans in canticis cordi afflicto. Cant. 1. Canticum canticorum, id est optimum & excellentissimum canticorum: sicut Hebraei etiam dicunt, Sanctum sanctorum, id est sanctissimum: & seculū seculorū. Et in genere fœminino שררה. Exo. 14. Tunc cantabat Mose & filij Israel canticū hoc ipsi Iehoua. Nume. 21. Tunc cantabat Israel canticū istud.

Et in statu regiminis שררה. Ies. 5. Cātabo nunc dilecto meo canticū patris mei. & cap. 23. Sicut canticum meretricis. Et pluraliter שרר שרר. Amos 8. Cantica templi. Inspector, obseruator, insidiator: ex secundo modo significandi. Psal. 92. Et respiciet oculus meus obseruatores meos.

שררה Ex secundo modo significandi: obseruator, inspector, insidiator. Et pluraliter שררה שררה. Psal. 5. Propter obseruatores meos. Psal. 59. Deus uidere fecit me in obseruatores meos. Psal. 54. Retribuat malum obseruatoribus meis.

שררה Ex secundo modo significandi: insidiosa ac praua cordis intentiones seu obseruationes, insidie seu machinationes, insidiosa & praua consilia. Deut. 29. Et ambulabo in intentione cordis mei. Ier. 3. Post cogitationes cordis sui pessimis. Et legitur etiam forma שררה. Psal. 81. Et dimisi eum in intentione cordis sui.

שרר Ex secundo & tertio modo significandi: aedificium ex quo prospicitur, uel quod procurrit, & forās extenditur, ac instar bouis stat completum, & per omnes commissuras coagmentatum, propugnaculum seu promontorium, ein buffwehre. Gen. 49. Et pro libidine sua euerterunt propugnaculum. Et iterum: Et filiae inceserunt super propugnaculo. 2. Sam. 22. In deo meo transiā propugnaculum. Et pluraliter שררה. Iere. 5. Ascendite propugnacula. Ezech. 27. Naues Tharsis propugnacula tua. Item שררה. Iob 24. Intra propugnacula sua oleum facient.

שרר Bos, nunc crassior & habitior, quicq̄ ad perfectam & ætatem, & magnitudinē corporis excreuit, distenditq̄ cutem & corpus, habens corpus distentum & plenum. Chaldaicē שרר. Et arbitrō Græcis imitatione etiā uocis τῆρρη, Latinis taurū hinc dictū ex tertio modo significandi. Nam primō שרר, uitulus dicitur: post adultior factus, quando iam generat & fructificat, שרר iuuenis: ultimō שרר dicitur, id est, taurus, quando iam per totum corpus distentus & compactus est. Leuit. 22. Taurus, ouis, & capra. Iud. 6. Accipe iuuenem tauri. Psal. 69. Et acceptius erit, quam taurus iuuenis, qui ungulas & cornua producit. Similis est phras̄is illi, qua 1. Sam. 30. dicitur שרר שרר, uir iuuenis. Et pluraliter שרר שרר. Osee 12. In Gilgal tauros sacrificauerunt.

שרר Denominatiuū à שרר derivatum. Deinde multas alias allusiones ad ista duo nomina factas esse arbitrō, q. d. populus in unum corpus coalitus, tanquam taurus. Deu. 32. Impinguatus autem Iesurum recalcitrauit, impinguatus, in crassatus, adipe obdustus dereliquit deum factorem suum. Item cap. 33. Et fuit in Iesurum rex. Et mox iterum: Non est sicut deus Iesurum. Ies. 44. Ne timeas serue meus Iacob, & Iesurum, quem elegi. Ex his locis constat pro Israele seu populo Israelitico esse positū, allusione sumpta a tauro siue corpore per commissuras & compages completo, augmento dei. Hinc Deut. 33. Ioseph comparatur tauro pulcherrimo: & familiæ, & cognationes Israel, dicuntur שרר, a numero plenitudinis. Huc respexit etiā Iesaias cap. 1. ubi deus dicit: Filios educaui & euexi, at ipsi præuaricati sunt cōtra me, cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem non cognouit, populus meus non intellexit. Sic Paulus de Corinthiaca Ecclesia utitur, 1. Corint. 4. Iam saturati estis, iam ditati estis, absq̄ nobis regnum adepti estis, &c. Similiter Ephes. 1. Et dedit eum caput super omnia ipsi Ecclesiæ, que est corpus illius complementum eius, qui omnia in omnibus adimplet. Item cap. 6. Vt augetur in illum per omnia. Et iterum: Vt crescamus in usum perfectū in mensurā ætatis plenæ adultæ Christi, in quo totū corpus coagmentetur, & cōpingatur per

Non ueniet illuc timor uepriceti & spineti. Et in statu affixorum contrahit duas uocales in unum hirik. Iesaja 10. Et deuorabit spinetum eius. Stamen, quod liciatorio apponitur. Sed de hoc in themate שתי.

שתי

1592
Congruit significatione cum uerbo שתי: nam significat ex alto aspicere. Iob 20. Oculi qui aspexit eum, non adijciet. Et mox iterum: Et non aspexit eum oculus uulturis. Cantic. 1. Quia aspexit me sol. Cognationem quandam habere arbitror cum uerbis שתי קשר, & significare complicationem, perplexitatem, contorsionem.

INDE NOMEN,

שתי

Complicatum, retortum, adiectiuum byssi. Exod. 26. Byssio retorta. Et cap. 39. absolute ponitur: Fecerunt super fimbrias superai malogranata hyacinthi, purpura, & uermiculi bis tinti, retorta.

1594
שתי

Inclinatum, incuruatū est deorsum, prostratum est, neutraliter, si post se non regit accusatiuum. Congruit significatione cum uerbis שתי & שתי שתי שתי, nisi quod ut forma tantum, ita modo signifiandi uariant. Iesaja. 2. Et prosterneretur celsitudo hominum. Et iterum: Et prosterneretur superbia hominum. Prou. 14. Prostermentur mali corā bonis, & improbi ad portas iusti. Habak. 3. Prostrati sunt colles aeternitatis. Psal. 35. Sicut lugens matrē, ater incuruabar. & Psal. 38. Et incuruabar & deprimebar uehemēter ualdē. Thren. 3. Et cōsternatur in me anima mea. Psal. 44. Et prostrata est in puluere anima mea. Prou. 2. Quoniam incuruata est ad mortem domus ipsius. Psal. 107. Diminuti sunt, & prostrati sunt. Iob 9. Subter eum prosternuntur adiutores superbiae. & ca. 38. Quoniam incuruantur in cauernis, sedent in latibulo. Iesaja. 60. Et uenient ad te incuruatum filij oppressorū tuorum, i. ad supplicandum. Sed quando regit post se accusatiuum, tum est transitiuum. Psal. 10. Et contundet & incuruabit, & deijciet in multo suo robore cœtum perturbatorum. Participium praesens שתי, quod nominaliter quoque accipi potest. Iob 22. Et inclinantem oculos deorsum saluabit.

In uoce passiuua שתי. Iesaja. 2. Et incuruatur homo. cap. 5. Incuruatus est homo, & humiliatus est uir. & cap. 29. Et de puluere incuruabitur sermo tuus. Eccl. 12. Et incuruabuntur omnes filiae cantus.

In tertia coniugatione שתי, prostrauit. Iesaja. 25. Et munitiones altitudinis murorum eius prostrauit. & cap. 26. Quoniam prostrauit habitatores sublimitatis.

In quarta coniugatione שתי. Psal. 42. Quid consternaris anima mea, & fremis in me. Et iterum: Iehoua, in me anima mea consternata est.

INDE NOMEN,

שתי

Humilis, depressor. Iob 22. Et depressorem oculorum saluabit.

1595
שתי

Munerauit. Iob 6. Et de facultatibus uestris munerate mihi. Ezech. 16. Et munerasti eos, ut uenirent ad te.

INDE NOMEN,

שתי

Munus. Exo. 23. Et munus non accipies: quia munus excæcat uidentes. Deut. 10. Qui non suscipit personam, neque accipit munus. 1. Reg. 15. Ecce, ego misi tibi munus argenti & auri. Psal. 15. Et munus super inculpato non accipit.

1596
שתי

Inclinatus, incuruatus est deorsum, prosternatus est. Et congruit significatione cū uerbis שתי & שתי שתי שתי, nisi quod ut forma tantum, ita modo signifiandi parum uariant. Iesaja. 5. Qui dixerunt animae meae, prosternere, ut transeamus. In tertia coniugatione שתי. Prouer. 12. Sollicitudo in corde uiri consternat illud, at uerbum bonum exhilarat ipsum.

In quarta coniugatione שתי, coniugatur perpetuò irregulariter: aut enim accersit post alteram substantialem literam uau, aut he ultimam substantialem in uau commutat. Item in tertia persona futuri cum simplici uau, est singularis numeri, cum duplici, est pluralis numeri, ita שתי שתי.

Habet

INDE NOMINA:

שתי Gaudium, uoluptas & oblectatio animi & cordis. Iesaja. 12. Haurietis aquas in gaudio. & cap. 51. Gaudium & laetitia inuenietur in ea. Ierem. 15. Et fuit uerbum tuum mihi in gaudium. Esther. 8. Laetitia & gaudium ludæis. Et in statu regiminis שתי שתי. Psal. 51. Redde mihi gaudium salutaris tuae.

שתי Gaudium. Iesaja. 32. Super omnes domos gaudij. In statu regiminis & affixorum שתי. Iesaja. 24. Cessauit gaudium citharae. & cap. 62. Gaudium sponsi super sponsa. Quanquam semel in hac forma legatur in statu absoluto, Iesaja. 8. Gaudium cum Rezin. Ier. 49. Ciuitas gaudij mei. Ofes 2. Cessare faciam omne gaudium eius.

1591
שתי

Et in forma שתי: nā in utraq; forma legitur, ut שתי & שתי בן & בן & שתי & שתי, congruitque significatione cum uerbis שתי & שתי, nisi quod ut forma, ita modo significandi uariant. Item cum uerbo שתי, licet ultra id quod ponere cum arte & cura & ordine significet, etiam ornatus causa ponere, seu disponere & concinnare notat. Est & hoc obseruandum, quod in prima coniugatione caret futuro, & eius loco in uel futuro tertiae coniugationis. Deinde, quod praeteritum & participium praesens referant priorem formam thematis. Imperatiuus posteriorum: infinitiuus autem formam utriusque. Genesis 4. Et uocauit nomen eius שתי, quia posuit mihi deus semen aliud. Exo. 7. Et non posuit cor suum etiam ad hoc. Psal. 8. Et omnia posuisti sub pedibus eius. Exod. 33. Et non posuerunt quisque ornatum suum super se. 1. Reg. 11. Quia principem ponam eum omnibus diebus uitae suae. Psal. 3. Undique posuerunt se aduersum me. Psal. 84. In quo ponat pullos suos. 2. Reg. 9. Et Iezabel audiens, statim posuit cum fuce oculos suos, id est composuit, adornauit. Prou. 26. Labijs suis cognoscetur osor, & si in corde suo posuerit imposturam. Iob 22. Et pone pro puluere aurum. Psal. 9. Pone Iehoua timorē illis. Psal. 83. Pone eos ut rotam. Ier. 31. Pone cor tuum ad uiam. Psal. 48. Ponite cor uestrum ad murum. Iesaja 22. Equites ponendo posuerunt ad portam. Ier. 7. Mulieres ad ponendum pastam. Iob 3. Quorum patres reiecissent ponere cum canibus ouium mearum.

In tertia coniugatione usitatum est tantum in futuro. Gen. 3. Et inimicitiam ponam inter te, & inter mulierem. & cap. 46. Et Ioseph ponet manum suam super oculos tuos. & cap. 48. Et misit Irael dexterā suam, & posuit super caput Ephraim. Iob 9. Ponet manum suam super ambos nos. & ca. 10. Ponat a me, ut refociller parumper. Ier. 13. Expectabitis lucem, & ponet illam in umbram mortis. Psal. 62. Oculentia si prouenerit, ne apponetis cor, id est ne curetis.

In uoce passiuua legitur quoque in futuro tantum. Exo. 21. Si redemptio ponetur ei, dabit redemptionem animae suae secundum omne quod ponetur ei.

INDE NOMINA:

שתי Ea corporis pars, qua ponitur homo sedēdo, & illi quoque uestitus concinnior ornatus gratia apponitur, & Latine podex, seu nates dicitur. Iesaja 22. Et denudatos podice. Et pluraliter שתי, positiones, id est fundamēta posita. Psal. 11. Quoniam fundamenta diruentur. Ier. 19. Et erunt positiones eius contusae, id est hami, qui in fundum aquarum ponuntur ad capiendum pisces. Alij tamen ita exponunt: Aggeres eius sunt contusi, ne scilicet aquas contineant. 2. Samu. 4. Et praecidit indumenta eorum in medio circa podices eorum, & dimisit eos.

שתי Fundamenta, scilicet posita. Vide suo in loco.

שתי Graecis κατασκευα, status siue positus, id est, uestitus, in quo ordine plicae & alia artificiosē sunt posita, cōpositio, dispositio, ornatus dispositus, uestis cōcinna. Psal. 73. Propterea tāquam torques, ornat eos superbia, operietur tanquam uestitu cōposito, iniuria eorū. Prou. 7. Et ecce mulier ueniet obuiam illi, ornata meretricis.

שתי Genus spinæ, seu collectiue spinetum, a ponendo. Iesaja. 5. Et ascendet uepricetum & spinetū. & ca. 9. Quia perflabit, uelut ignis seditio, uepricetum, & spinetum deuorabit. Et in distinctione sententiæ commutat pathah in cametz. Iesaja 7. Non

erat pro redemptione humani generis, & sanguis eius effundendus copiose in emundationem peccatorum nostrorum.

Participiū presens שָׁחַח, mactās: & nominaliter mactator, ein Sechther. Iesā. 66. Mactās taurum. Et pluraliter status regiminis שָׁחֵחַ. Iesā. 57. Mactātes natos.

Participiūm präteritū שָׁחַח. 2. Paralip. 9. Et fecit rex Salomo ducenta scuta ex auro expansā. Ibi relucet primaria, & propria huius thematis significatio. Similiter שָׁחַח nominaliter. Ierem. 9. Sagitta expansionis, id est, expansa, seu extensa in arcu: uel sic, sagitta mactationis. Et in genere foemīno שָׁחַח. Leuit. 14. In sanguine passeris expansā, id est, mactatā.

In uoce passiuā שָׁחַח. Leuit. 6. In loco in quo mactabitur holocaustum, mactetur hostia pro errato. Num. 11. Num pecus, aut bos mactabitur illis.

INDE NOMEN,

שָׁחַח Mactatio. Oseā 5. Et mactationem deflexores profundauerunt.

1599 שָׁחַח

Cum puncto sinistro: congruit significatione cū uerbis שָׁחַח & שָׁחַח, nisi quòd ut forma, ita modo significandi uariant: significat autem id quòd arctum erat, expandere & dilatare, ut fit uuarum expressione, ut fluat liquor. Hieronymus uertit uerbo exprimendū. Legitur tantum semel Genes. 40. Et accipiebam uuas, & exprimebam eas in calicem Pharaonis.

1600 שָׁחַח

Bestia fæua, & pernix ex genere leonum: uidetur cognationem habere cum uerbo שָׁחַח. Iob 30. Nō pertransit in ea leo. Psal. 91. Super leone & basilisco calcabis. Prou. 26. Dicit piger, leo est in uia. In distinctione sententiæ שָׁחַח. Iob 4. Rugitus leonis, & uox leopardi. Oseā 13. Ero illis sicut leo.

1601 שָׁחַח

Species aromatica, odorifera, quam Onycham uocant. Exo. 30. Balsamum & Onycham.

1602 שָׁחַח

Vicus. Exod. 9. In ulcus germinans ebullitiones. Leuit. 13. Et caro in cuius cute erit ulcus. Et iterum: Et fuerit in loco ulceris tumor, aut macula cādida. 2. Reg. 20. Accipite massam siccorū: & accipientes imposuerunt super ulcus, & reuixit. Iob 1. Et percussit ipsum Iob ulcere malo. Deuteronom. 28. Et percussit te Iehoua ulcere Aegypti.

1603 שָׁחַח

Germinans sua sponte, non solum, spontē nascens. Iesā. 31. Et anno secūdo spon renascens. pro quo legitur 2. Regum 19. per metathesin literarum, שָׁחַח.

1604 שָׁחַח

Eminentia, prominentia, tuber, tumor, qui eminet: nam cognationem habere arbitror cum uerbo שָׁחַח. Deut. 28. Et inducam super uos horrorem, tumorem, & febrim. & cap. 28. Percussit te Iehoua tumore.

1605 שָׁחַח

Cuculus, à scabie & tuberculis. Et in distinctione sententiæ שָׁחַח. Et Leuit. 11. & Deut. 14. inter immundas ac lege uetitas aues commemoratur.

1606 שָׁחַח

Nomen substantiuū, quòd interpretes uerterunt opertum. Arbitror autem communionem habere ut pronuntiatione, ita etiam significatione cum uerbo שָׁחַח, quòd trahere significat, & hoc nomen significare tractum. Ezech. 41. Contra limen, tractus lignorum undique.

1607 שָׁחַח

Superbia, fastus. Et opinor cōgruere cum uerbo שָׁחַח, & significare talē superbiam seu fastū, quo alij contemuntur. Iob 28. Non calcauerunt eam filij superbiae. & ca. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiae, i. iuuenes coetos & balenas.

1608 שָׁחַח

Cum dextro puncto, Leuificat. Et modo tantum significandi differt à uerbis שָׁחַח. Exo. 30. Et leuifacis ex eo puluerem. 2. Sam. 22. Et leuifaciam eos uelut puluerem terrae. Psalm. 18. Et leuifaciam eos uelut puluerem coram uento. Iob 14. Lapides leuifecerunt aquae.

INDE NOMEN,

שָׁחַח Leuitas. Iesā. 40. Et sicut leuitas bilanciuū reputatæ sunt, id est, leuissimus puluis, qui incidit in lances, nullius est ponderis. Sumitur autem sapissime pro nube leuissima. Psalm. 89. Et testis in nube fidelis. Et iterum: Et quis in nube æquipara-

Habet præterea alias irregularitates, sicut indicabimus. Porro quòd ad significationem eius attinet, quam reciproca habet, proprie inclinare seu curuare deorsum, seu prosternere se alicui significat reuerentiæ causa. Et Latini talem inclinationem sua lingua uocarunt supplicare, sicut Suetonius in Caesare Augusto usus est uerbo supplicandi. Et Graeci aliquādo una uoce προσκύνω, aliquando participio προσκύνω, uel aliquo alio appposito circumloquuti sunt: ut Matth. 4. Si prostratus adoraueris me. & cap. 18. Procidens autem seruus ille, adorabat eum. Et ibidem iterū: Et procidens conseruus eius rogabat. Et quando cum nomine נָשָׁא construitur, præcedente præpositione בְּ, tum uerbo procumbendi uel prosternendi uertere licebit: ut Apocalypsis redditum est cap. 7. Et procubuerunt in conspectu throni in facies suas, &c. Insuper & hoc notandū est, quòd non semper cultū, ut uocāt, Latræ, sed etiam dulcē significet, ut cum talis inclinatio hominī reuerentiæ causa exhibetur: quem morem Orientales populi habuerunt. Ezech. 46. Et supplicabit super limine portæ. Iosue 23. Et abeuntis colueritis deos alios, & supplicaueritis illis. 2. Sam. 9. Et cecidit super faciem suam, & supplicauit. 1. Sam. 15. Et supplicabo Iehoua deo tuo. Gen. 23. Et supplicauit populo terræ. Ios. 5. Et cecidit Iosua in faciem suā super terram, & supplicauit. Gen. 19. Et inclinauit nasum suum terrā uersus. & cap. 33. Et curuauit se ad terram septem uicibus. Exod. 18. Et egressus Moses obuiam socero suo supplicauit, & præbuit osculū ei. 1. Reg. 1. Et inclinauit Bathseba nasum in terram, & supplicauit regi. Gen. 49. Supplicabūt tibi filij patris tui. & cap. 33. Et acceperunt ancillæ, & liberi earum, & supplicauerunt. ubi litera he per apocopen ablata est. Gen. 37. Ad supplicandum tibi.

προσκύνω. ἢ εἰς ἰσοῦς ἀγαγεῖς τὸ πνεῦμα

Participiū masculini generis שָׁחַח. 2. Reg. 19. Et factum est, cum ipse supplicaret in domo Nisroch. Esther 3. Et uidit Haman, quòd Mardocheus non genuflecteret, neque supplicaret ei. Et pluraliter שָׁחַחוּ. Genesis 37. Et undecim stellas supplicantes illi. Zophonia 1. Et supplicantes super tectis exercitui celorum. Et semel legitur habens terminationem præteriti secundæ personæ pluralis numeri, masculini generis, שָׁחַחְתָּם pro שָׁחַחוּ, compositum scilicet ex participio, & secunda persona præteriti. Ezechielis 8. Et ipsi erant supplicantes antrorsum ipsi soli.

INDE NOMEN,

שָׁחַח Nomen infinitum, quòd cum affixo legitur. 2. Reg. 5. Propter supplicationem in domo Rimnon parcat obsecro Iehoua seruo tuo.

1597 שָׁחַח

Cum puncto sinistro, natauit. Et congruit significatione cum נָשָׂא, nisi quòd ut forma, ita modo significandi differant. Iesā. 52. Et expandit manus suas in medium eius, quemadmodum expandit natator ad natandum. ubi etiam participiū positum est.

In tertia coniugatione שָׁחַח, natare fecit. Psalm. 6. Defatigatus sum in gemitu meo, natare faciebam per omnem noctem reclinatorium meum.

INDE NOMEN,

שָׁחַח Natatio. Ezech. 47. Quia eleuate erant aquae natationis, id est, quæ non poterant transiri pede.

1598 שָׁחַח

Congruit significatione cum uerbis שָׁחַח & נָשָׂא, nisi quòd ut forma, ita modo significandi uariant. Significat autem proprie pecudem expansam mactare, ut sanguis largius effluat, & fecernatur seorsum: quanquam figuratē postea etiam de mactatione hominum dicatur, propter similitudinem. Iudæi nos trates in Germania uocant etiamnum uulgari sua lingua Schechten. Leuit. 1. Et mactabit filium bouis. cap. 4. Et mactabit holocaustū. Genes. 37. Et mactauerunt hireum caprarū. Exo. 34. Nū mactabis super fermento sanguinē sacrificij mei. 2. Reg. 10. Et apprehenderunt eos uiuos, & mactauerunt eos iuxta puteum. Iere. 39. Et omnes optimates Iehuda mactauit rex Babylon. Ezechiel. 16. Et mactasti filios meos. Genes. 22. Et accepit cultrum ad mactandum filiuū suum. Præter typū etiā hoc uerbo Moses præmostrare uoluit, quòd Christus uictimæ expansione in cruce mactandus erat

rata fuit supra nigrum forma eorum. Et pluraliter זחור. Zacha. 6. Et in quadri
ga equi nigri. Et in genere foemini no זחור. Cantic. 1. Nigra sum, sed formosa.
Et pluraliter זחור. Cant. 5. Cincinni eius penduli nigri sunt sicut coruus.

זחור Nomen foemini generis, nigra. Canticorum 1. Ne confideretis me, quod sum ni
gra, quia aspexit me sol.

זחור Nilus, fluuius Aegypti, à nigredine aquarum. Iere. 2. Quid tibi ad uiam Aegypti, ut
bibas aquas Sichor.

זחור Aurora. Et cognationem habet cum nomine זחור. Genes. 19. Et cum aurora ascen
differ. Psalm. 22. Sicut cerua auroræ expansa super montes. Amos 4. Faciens auro
ram & caliginem. Et in distinctione sententiæ זחור. Gen. 32. Et iustitabatur uir
cum eo, donec ascenderet aurora. Job 3. Et nō uideat palpebras auroræ. & cap. 41.
Et oculi eius sicut palpebræ auroræ. Iesa. 14. Quomodo cecidisti de cælo lucifer,
fili auroræ. In statu affixorum seruat prius pathah, alterum mutat in feua. Iesaia
47. Et ueniet super te malum, nec cognosces auroram eius, id est, ortum eius.

זחור Aurora. Psal. 110. Ex matrice auroræ tibi ros, pueritia tua, id est tibi ut ros, ita pue
ritia tua. De qua autem propheta hic natiuitate loquatur, uide in uoce זחור.

זחור Ortus auroræ, aurora: uisus est autē hac uoce Salomo figuratē pro iuuentute, Eccl.
12. Quia pueritia & iuuentus sunt uanitas.

זחור
1609

Congruit significacione cum formis זחור & זחור, nisi quod ut for
ma, ita modo significandi inter se uariant. Et significat aliquid qualecunq; tan
dem id sit, ad imū usq; & quod dicitur funditus perdi, corrupti, deprauari, quo
cunq; id fiat modo seu medio. Vsuuenit autem in prima coniugatione tantum
in uoce passiuua זחור. Iere. 13. Et abij ad Euphratem, & effodi, & accepit succincto
rium de loco, quo absconderam illud, & ecce perditum fuit succinctorium, ut ni
hil prodesset cuiquā. Et cap. 18. Et perdebatur uas, quod ipse fecerat ex luto. Gen.
6. Et perditā erat terra corā deo, & repleta erat terra iniuria. Et iterū: Et uidit deus
terram, & ecce, perditā erat. Exod. 8. Perditā est terra propter muscam.

Participium pluralis numeri foemini generis זחורות. Ezech. 20. Et secundū
studia uestra perditā.

In secunda coniugatione זחור. Et quando post se regit accusatiuum, usurpatur
transitiuē, & significat perdere. Ier. 48. Quia uastator Moab ascendit cōtra te, per
didit munitiones tuas. Gen. 38. Et perdidit in terram, ne poneret semen fratri suo,
id est profundendo in terram perdidit semen. Exo. 21. Si quis percusserit oculū ser
ui sui, uel oculum ancillæ suæ, & perdidit eum. 2. Reg. 19. Nunquid eripient eos
dij gentium, quos perdidērūt patres nostri. Prou. 23. Et perdes semones tuos sua
ues. Iesa. 14. Quoniā terrā tuam perdidisti, populum interfecisti. Iere. 5. Ascēdite in
muros eius, & perditē. Amos 1. Propterea q̄ persecutus est gladio fratrem suum,
& perdidit uiscera eius, id est infantes. Malach. 2. Perdidisti pactum Leui. Genes. 6.
Ecce ego adduco diluuium aquarum super terram ad pendendum omnem carnē,
in qua est spiritus uitæ. Ezech. 20. Et pepercit oculus meus super eos à perdendo
eos, id est ne perderem eos.

Quando uerò ponitur extra regimen absolute,
tum usurpatur neutraliter, & potest reddi, perditē agere. Exo. 32. & Deut. 9. Abi,
descende, perditē egit populus tuus. Deut. 32. Perditē egit contra eum. Num. 32. Et
perditioni eritis omni populo huic.

In tertia coniugatione זחור. Quando post se regit accusatiuum, significat
perdere funditus. Genes. 6. Quia perdiderat omnis caro uiam suam super terra. &
cap. 18. An perdes propter quinq; omnē ciuitatē? & dixit, nō perdam. Deuter. 9. Et
dixi Iehoua, ne perdas populum tuum. & cap. 20. Ne perdas arborem eius, ut im
pellas super eam securim. Iere. 11. Perdamus arborem cum pane suo, id est fructu
suo. & cap. 13. Sic perdam superbiam Iehuda. Leuit. 19. Neq; perdes angulum bar
bæ tuæ, scilicet funditus & ad imum. Zoph. 3. Perdidērunt omnia studia sua.

At quando post se non regit accusatiuū, sed absolute ponitur, tum ut in secunda
coniugatione, ualet idem quod perditē agere. Deut. 4. Ne perditē agatis, & facia
tis

Perdamus arborem cum pane suo. id est fructu suo.

parabitur ipsi Iehoua. Et pluraliter זחור. Deut. 33. Et cuius magnificentia nur
bes. 2. Samuelis 22. & Psalm. 18. Nubes ætherum. Job 35. Respice cœlos & uide, &
obserua nubes quæ altiores sunt te. & cap. 36. Resoluuntur nubes & stillant super
homines multum. Psalm. 77. Vocem dederunt nubes. Prou. 1. Et nubes stillant ro
rem. Iesaia 45. Et nubes fluant iustitiām.

זחור
1607

Congruit significacione cum uerbis זחור & זחור: nam notat quoque al
leuiationem, nisi quod modo significandi inter se differant. In prima coniu
gatione absolute significat leui esse animo, *leichtsinig sein*. Et accipitur in
bonum, quia est gaudij, ideoq; Hieronymus, & reliqui omnes transfulerūt uerbo
ridendi: quod fit, quando leuiore sumus animo. Job 5. In uastatione & fame ride
bis, id est, eris hilarj animo, cap. 29. Quando riderem ad eos, tamen nō credebant.
cap. 39. Ridebit ad tumultum ciuitatis. & cap. 41. Et ridebit ad fragorē clypei. Psal.
2. Sedēs in cœlis ridebit. Prou. 29. Siue irascatur, siue rideat absq; cessatione. Thre
norum 1. Viderunt eam aduersarij eius, & riserunt super ocio eius. Prou. 14. Etiam
in ridendo dolebit cor. Eccles. 2. Tempus est ad flendum, & tempus ad ridendum.
cap. 10. Ad ridendum faciunt escam, & uinum lætificat uitam.

In secunda coniugatione זחור, iustit, iustum, seu risum fecit: perinde ut זחור. Iud.
16. Vocate Simsoni, ut ludat nobis: & uo cauerūt Simsoni ē domo uinctorum, ut
luderet coram illis. ubi prius uerbum scriptum est cum sin sinistro, & alterum cum
zade. 2. Samuelis 2. Surgant nunc pueri & ludant coram nobis. 2. Samuelis 6. Cum
ludam coram Iehoua. Job 40. Et omnes bestie agri ludēt tibi. Et mox iterum: Num
ludes cum eo, quasi cum auicula. Psalm. 104. Et Leuiathan ille, quem formasti ad
ludendum in eo.

Participium praesens זחור. 1. Paral. 15. Et uidit regem Dauidem saltātem & iu
dentem. Prou. 26. Nōne ludo ego? Et pluraliter זחור. 2. Sam. 6. Dauid uerò
& omnis domus Israel ludebant coram Iehoua. Ier. 15. Non sedī in consilio luden
tium. & cap. 30. Et uox ludentium. Et in genere foemini no זחורות. Prou. 8. Lu
dens coram eo omni tempore, ludens in orbe terræ eius. Et pluraliter זחורות.
1. Sam. 18. Et respondebant inuicem mulieres, ludentes dicebant, percussit Saul
millia sua, at Dauid decem millia sua.

In tertia coniugatione legitur participium זחור. 2. Paral. 30. Et si ludebant
super illos, & subiannabant eos.

INDE NOMINA:

זחור Nomen infinitum, risus. Job 8. Donec impleat os tuum risu. & cap. 12. Risus proxi
mo suo ero. Psal. 126. Tunc implebitur risu os nostrum. Prou. 10. Quasi risus stulto
est, facere scelus. Eccles. 7. Melior est seueritas, quam risus.

זחור Risus. Habakuk 1. Et principes risus illi.
זחור Legitur pro זחור. Amos 7. Et desolabuntur excelsa Izhak.

זחור
1608

זחור Subnigrescebat. Job 30. Cutis mea nigrefacta est super me, & os meū adustum
fuit ab æstu.

In secunda coniugatione זחור, significacionem primæ coniugationi habet cō
trariam, & significat aurorauit, diluculauit, i. in aurora, seu ad auroræ ortū aliquid
fecit. Prou. 13. Et qui diligit eum, aurorat illi eruditionem, seu castigationē, id est,
erudit seu castigat eum tempore auroræ, quod est erudiendis pueris commodissi
mum: uel sic, castigabit eum iuuentutis tēporē. Job 7. Et aurorabis me, & non ero.
Psal. 78. Et conuersi aurorabant deum. Iesa. 36. Aurorabo te, id est, tempore aurore
quarum te. Job 8. Si non auroraueris deum. Prou. 1. Aurorabunt me, & non inue
nient me. & cap. 7. Egressa sum in occursum tuū, ut aurorarem faciem tuam.

Participium praesens pluralis numeri status regiminiis זחורות. Job 24. Auroranti
tes ad rapinam. Et cum affixo. Prouer. 8. Et aurorantes me, inuenient me.

INDE NOMINA:

זחור Nigrum, subnigrum. Leuit. 13. Et pilus subniger non in ea. Threnorum 4. Obscu
rata

843

DICTIONARIUM HEBRAEVM

מִשְׁחָה Nomen adiectiuum, perditus: dicunt quidam idem esse, quod participiū præteritum tertiae coniugationis מִשְׁחָה. Iesaiæ 52. Quonia perditus a uiro aspectus eius. Corruptiones, perditiones. Psal. 107. Euadere fecit eos de perditionibus ipsorum, id est perditis & corruptis humoribus. Threnor. 4. Spiritus nariū nostrarū unctus Iehoua captus est perditionibus eorum, id est, laqueis, quibus perduntur homines.

1610 שֹׁשֶׁבִּית

Deflexit cū aduersatione: & congruit significatione cū uerbis שֹׁשֶׁבִּית & שֹׁשֶׁבֶת, nisi quod ut forma, ita modo significandi inter se differant. Num. 5. A quo cūq; de flexerit uxor eius, & transgressa fuerit in eū transgressione. Prou. 4. Deflece ab ea & præteri. Num. 5. Et si non deflexisti ad immunditiā sub uiro tuo. Prou. 7. Ne defleat ad uias eius cor tuum.

Participiū præsens irregulare שֹׁשֶׁבֶת, deflecentes, seu deflexores. Oseæ 5. Et maclationem deflecentes profundauerunt. Et pro sin scribitur cū samech. Psal. 101. Facere deflecentiū odio habui, id est, factum. Et in regimine שֹׁשֶׁבֶת. Psal. 40. Et non respexit ad superbos, & deflexores mendacij, id est, deflecentes ad mendacium.

1611 שֹׁשַׁבֵּן

Expandit, dilatauit. Congruuit significatione cū uerbo שֹׁשַׁבֵּן, nisi q; ut positulite rarū, ita modo significandi non nihil discrepent. Ier. 8. Et expandērūt ea ad solē. Num. 11. Et expandebant sibi expandendo circum castra. 2. Sam. 17. Et expandit super ipsum prifana.

Participiū præsens שֹׁשַׁבֵּן. Iob 12. Expandit pro gentibus, & abducit eas. In secunda coniugatione שֹׁשַׁבֵּן. Psal. 88. Expandi ad te manus meas.

INDE NOMEN,

מִשְׁשָׁה Expansio. Ezech. 26. Expansio lagenarum erit in medio maris.

1612 שֹׁשֶׁבֶת

Congruuit tam significatione, quā modo significandi, & constructione cū uerbo שֹׁשֶׁבֶת: habetq; etiam quandam cognationē cū uerbo שֹׁשֶׁבֶת. Et significat aduersari impediendo, tamen si Hieronymus & alij aliter reddiderint. Gen. 27. Aduersatus est impediendo Esau ipsum Iacob, & cap. 49. Et aduersati sunt impediendo eum sagittarij, & cap. 50. Ne aduersando impediatur nos Ioseph. Iob 30. In duritia manus tuæ aduersando impedies me. Psal. 55. Et in ira aduersando impedis me.

INDE NOMEN,

מִשְׁשָׁה Aduersatio. Oseæ 9. Propter multitudinem iniquitatis tuæ & multam aduersationem. Et iterum: Et aduersatio in domo dei sui.

1613 שֹׁשַׁבֵּן

Defleceudo aduersatus est, impediendo aduersat^{us} est, seu aduersando impedit. Congruuit tā significatione, q; modo significandi, & constructione cū uerbo שֹׁשַׁבֵּן, atq; modo significandi differt a uerbo שֹׁשֶׁבֶת: & construitur cum accusatiuo. Psal. 38. Aduersando impediabant me. Zachariæ 3. Aduersarius stabat ad dexteram ad aduersando impediendum eum, id est, ut impediret eum aduersando.

Participiū præsens pluralis numeri status regiminis שֹׁשַׁבֵּן. Psal. 71. Pudefiet, ignominia afficientur aduersantes animæ meæ. Et cum affixo. Psal. 109. Hoc opus aduersantium meorum a Iehoua.

INDE NOMINA:

שֹׁשֶׁבֶת Satan, impeditō, aduersariū. Et tam de diabolo, q; homine dicitur. Psal. 109. Satan stet ad dexterā eius. 1. Sam. 29. Et non descendat nobiscum in bellum, ne sit nobis in Satanā in bello. 2. Sam. 19. Eritis mihi hodie in Satanā. 1. Reg. 5. Non est Satan, neq; occurus malus. & ca. 11. Et excitauit Iehoua Satanam Salomoni Hadad. Zachariæ 1. Et dixit Iehoua ad Satanā, increpet Iehoua in te Satan. Et Christus uocat Petrū Satanā, quando aduersatur Christo, & uult impedire ne eat Hierosolyman moriturus ibi, Matthæi 16. ubi inquit: Abi post me Satan: scandalum es mihi, quia non sapiſ ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominum. Et aliās sæpē diabolus uocatur Satanā in nouo Testamento.

שֹׁשַׁבֵּן Aduersatio. Esdræ 4. Scripserunt aduersationem contra habitatores Iehuda & Ierusalem, id est, accusationem. Est & nomen fontis ab aduersatione, Genesis 26.

1614 שֹׁשַׁבֵּן

Inundauit, ut aliquid immergatur, simulatq; abundantiam impetumq; inunda-

tis uobis sculptile. Deut. 31. Noui enim quod post mortem meam perditē agendo perditē agatis, id est perditissimē. Iudicum 2. Et perditē egerunt plusquam patres eorum. Psal. 14. Dixit fatuus in corde suo, non est deus, perditē egerunt, seu funditus perditī sunt, abominabiles facti sunt studio. Similiter Psal. 53. Perditē egerunt, & abominabiles facti iniustitia. Psal. 57. & 58. & 59. & 75. Ad triumphandū, ne perditio fiat, seu perditē agatur. Ier. 11. Et non perditē agent in monte sanctitatis meæ. Ezech. 23. Et perditē egit plusquam illa.

Participiū præsens שֹׁשֶׁבֶת. Gen. 19. Quonia perdit Iehoua ciuitatem. 2. Sam. 24. Et dixit angelo perdenti in populo multum. 1. Paralip. 21. Et angelum Iehoua perdentem in omni limite Israel. Ieremiæ 51. Qui perdebis omnē terram. Et cū affixo. Genes. 6. Et ecce ego perdo eos in terra. Legitur sæpē nominalitē in abstracto, perditō. Exo. 12. Et nō permittet perditōrē uenire ad domos uestras. Prouerbiorum 6. Perditōr animæ suæ faciet istud. & cap. 18. Frater est uiro perditōri. & cap. 28. Socius est uiri perditōris. Ieremiæ 54. Ego creauī perditōrem ad discutiendum. Ieremię 2. Sicut leo perditōr. & cap. 51. Spiritum perditōrem. Et iterum: Ecce ego contra te mons perditōr. Ponitur quoq; collectiue pro parte exercitus, qui in hoc est instructus ut depopuletur & perdat. 1. Samuelis 13. Et egrediebatur perditōr de castris Philistæorum cum tribus agminibus. & ca. 14. Et statio & perditōr territi sunt. Deinde usurpat sæpē numero in abstracto pro perditione. 2. Regum 23. Et excelsa quæ super faciē Ierusalem ad dexterā montis perditionis. Quidam putant montem oliueti sic dictum in detestationem idolatriæ, quæ in eo erat instituta, per aronomasiam מִשְׁשָׁה מִשְׁשָׁה: Alij uolūt montē, qui & Caluaris est dictus, sic uocatum, quod in eo perditī sint malefactores. Item Ieremiæ 5. Ponent perditionem in qua homines capient. ubi pro retis genere ponitur eadem ratione, qua etiam מִשְׁשָׁה dicitur Habak. 1. & c. Ezech. 9. Et quisq; habebat uas perditionis suæ in manu sua. & ca. 21. Qui architecti sunt perditionis. Accipit tamen sæpē pro prothesin literā מִשְׁשָׁה מִשְׁשָׁה. Exo. 12. Et non erit in uobis plaga ad perditionem. 2. Paral. 20. Adiuuerunt quisq; contra proximum suum ad perditionem. 2. Paral. 22. Fuerunt ei cōsiliarij post mortem patris sui ad perditionē ipsi. & ca. 36. Et omnia uasa desiderabilia eius ad perditionē. Ezech. 5. Quæ fuerunt ad perditionem. Dan. 10. Et decor meus mutatus est ad perditionem. Et pluraliter מִשְׁשָׁה מִשְׁשָׁה. Genesis 19. Quonia perdimus nos locum istum. 1. Sam. 6. Et imagines iniuriam uestrorum, qui perdunt terram. Iesai. 1. Filij perditē agentes: seu, filij perditī.

Participiū præteritum מִשְׁשָׁה. Malach. 1. Qui uouet & sacrificat perditum ipsi Iehoua. Et in distinctione sententiæ מִשְׁשָׁה. Prouer. 25. Et puteus perditus. Et cum affixo. Leuit. 22. Quia perditum eorum est in eis.

INDE NOMINA:

מִשְׁשָׁה Nōmē participiale, perditōr: & abstractiue, perditio. Vide suprà in participiō præsentī tertiae coniugationis.

מִשְׁשָׁה Perditio. Psal. 16. Non dabis piū tuū uidere perditionē, pro quo Lucas Euāgelista Actorum 2. Αναποδοξεν reddidit. Psal. 35. Quonia frustra expandērunt mihi perditionem retis sui. Psalmi. 55. Et tu deus detrudes eos in puteū perditionis. Ier. 51. Et non morietur ad perditionē. quanquam alij communiter sic legat: Et non morietur in lacu. Et ut Hebræi מִשְׁשָׁה genus retis, ita quoq; foueā profundiorē seu sepulchrū ab effectu uocant מִשְׁשָׁה, quod in eo corpora hominum perditūtur. Iob 9. Quonia in foueam demergēs in e. & cap. 33. Redemīt eum ne descenderet in foueam. Psal. 7. Incidit in foueam, quā operatus est. Prouer. 26. Fodiens foueam, in eam incidet. Et in distinctione sententiæ מִשְׁשָׁה. Psal. 94. Donec fodatur improbo fouea. Et cum affixo. Ezech. 19. Et audierūt de eo gētes, in foueæ eorum comprehensus est, id est, reti.

מִשְׁשָׁה Perditio. Oseæ 13. Perditio tua Israel, sed in me est auxiliū tuū.

מִשְׁשָׁה Fouea, nōmē participiale. Prou. 28. Qui abducit rectos in uiam malam, in foueam suam ipse incidet.

1618 שיה

Et חיה. Congruit significatione cum uerbo חיה, nisi quod ut forma, ita modo significandi uariant. Significat autem natate seu uersari in materia spaciofa, & ampla in mente, uel eloquutione: id est secum, uel cum alio: & uarie transfertur.

In prima coniugatione Imperatiuus & Infinitiuus referunt formam posteriorem. Praterito & futuro caret, nisi quod futurum tertiae coniugationis pro eo in usu fit, aut dicere malis, quod sit posterioris formae. Iob 12. Aut colloquere terrae, & fatebitur tibi. Iudicum 5. Sedentes super thronis, & ambulantes in uia colloquimini. Paralipom. 16. Psallite & colloquimini in omnibus mirabilibus eius. Psal. 119. Praeueniunt oculi mei custodias ad conferendum in sermone tuo. Legitur tamen semel etiam secundum priorem formam, Gen. 24. Et egressus erat ad orandum in agro.

In secunda coniugatione חיהו. Psal. 143. In factura manuum tuarum conferebam. Iesaias 53. Et generationem eius quis eloquetur? seu, explicabit? seu, exponet?

In tertia coniugatione usuuenit tantum futurum. Iob 7. Conferam in amaritudine animae meae. Psal. 69. Colloquebantur contra me sedentes in porta. Ps. 77. Et in studijs tuis conferebam. Psal. 119. Seruus tuus conferebat in statutis tuis. Prou. 6. Et cum euigilaaueris, ipsa alloquetur te.

INDE NOMEN,

שית Primò, quicquid uel ex corde, uel ex ore enatum est, ut sunt meditationes, disputationes, precatationes, querelae, colloquia, & id genus alia. 1. Reg. 18. Quonia deus ipse est, ideo colloquium, aut occupatio illi. Prou. 23. Cui contentiones, cui querimonia, cui uulnera. In statu affixorum manet inuariatum. 1. Sam. 1. Sed praemulitudine quietimoniam meam, & indignationis meae loquuta sum hactenus. 2. Re. 9. Vos nostis uirum & colloquium eius. Iob 7. Relevabitur in colloquio meo cubile meum, & cap. 10. Et relinquam super me querelam meam. Psalm. 142. Effundam coram ipso querelam meam. Legitur tamem semel translata litera iod ad punctum hirik. Amos 4. Et annuncians homini, quae sit meditatio eius. Et in forma foeminea חיהו. Psal. 119. Quoniam testimonium tuum meditatio mihi. Et cum affixo. Psal. 119. Quam dilexi legem tuam, quotidie est meditatio tua. Secundò, est frutex, arbustum, fruticetum e terra & supra terram recens enatum. Et eadem ratione ab hoc uerbo deriuatur ista significatione, qua חיהו uerbet, uirgultum, a uerbo חיהו dixit, licet non eodem modo significandi. Genesis 2. Et omnem fruticem agris, antequam esset in terra. Iob 30. Qui succidunt urticam iuxta fruticem. Et pluraliter חיהים. Genesis 21. Et abieciat puerum subter unam fruticem. Iob 30. Inter frutices rudebant.

שילה Vide in themate שלה.

1619 שנה

Remisit, resedit, sedatum est. Gen. 8. Et transire fecit deus uentum super terram, & resederunt aquae. Esther 2. Postquam haec gesta sunt, & iam resedisset furor regis. & cap. 7. Et furor regis resedit. Ierem. 5. Prospicere uelut residere aucupes. Et Infinitiuus ad formam חנה.

In tertia coniugatione חנהו. Numeri 17. Et sedabo desuper me murmuraciones filiorum Israel.

1620 שנה

Congruit significatione cum uerbis חנה & חנה, nisi quod ut forma, ita modo significandi uariant. Significat enim cubare cum suis compositis: ut accumbere, decumbere, concumbere, recumbere, procumbere, secundum circumstantiam rerum & personarum de quibus dicitur. Et importat motum corporis inclinatis se in locum subiectum. Et non significat dormire, ut uulgo est redditum, quod חנה proprie notat: estque tantum hominum, sicut חנה est animalium brutorum, & quadrupedum. Num. 24. Geniculando accubuit ut leo. & cap. 5. Si non concubuit uir tecum. Exo. 22. Et concubuerit cum ea. Deuterom. 24. Et recumbet in ueste sua. Genesis 19. Ecce concubui heri cum patre meo, potemus eum uino etiam hac nocte, ingredi & concumbere cum eo. 2. Samuelis 7. Et cubaueris cum patribus tuis. 2. Samuelis 12. Et in sinu ipsius cubauit. Psal. 4. In pace simulatque cubabo, & dormiam. Psalm. 68. Si cubo

tionis importat. Et ut literarum positu, ita modo tantum significandi inter se differunt, hoc nostrum, & uerba חנה & חנה חנה חנה. Leuit. 25. Et manus suas non inundauit. 1. Reg. 22. Et inundauit currum apud piscinam Samaritae. Iob 14. Et inundabit decidia eius in puluere terrae. Ps. 69. Et fluxus inundauit me. Canticorum 8. Aqua multae non possunt extinguere dilectionem, nec flumina inundabunt eam. Ies. 8. Inundauit & transiit, usque ad collum pertigit. Et iterum: Et exercitus eius inundabit. Participium praesens חנהו. 2. Paral. 32. Atque torrente inundant in medio terrae. Ies. 10. Inundans iustitiam. & cap. 28. Flagellum inundans cum transierit, non ueniet ad nos. Ier. 8. Sicut equus inundans in bello, tumultuans. Et pluraliter חנהו. Ies. 28. Velut fluxus aquarum fortium inundantium, qui descendit in terram ualide.

In uoce passiva חנהו. Leuiti. 15. Et omne uas ligni inundetur in aqua. Dan. 11. Et brachia inundatione inundabuntur coram facie eius, & frangentur. In secunda coniugatione uoce passiva חנה. Leu. 6. Et desiccabit, & inundabit aqua.

INDE NOMEN,

שנה Inundatio. Iob 38. Quis diuisit inundationi aqueductum. Prou. 27. Crudelitas furoris, & inundatio irae: at quis consistet coram Zelotypia? Nah. 1. Et in inundatione transigente consummationem faciet. Scribitur tamem cum quinque punctis חנהו. Psal. 32. Veruntamen in inundatione aquarum multarum ad eum non pertinet.

1615 שוטר

Vel sine uau חנהו, nomen participiale: apparetque esse compositum ex relatiuo חנה & nomine שטר, & significare, qui gestat uirgam seu baculum in significatione officij sui, Graece παβολος, id est, bacullifer, cui executio alicuius mandati commissa est. Facit autem scriptura gradus quosdam officiorum: Primus est חנהו, secundus חנהו, tertius est חנהו, & quartus חנהו. Nunc uidebimus exempla. 2. Paralip. 26. Sub manu Ieziel scribae, & Maasiahu baculliferi. Prou. 6. Vade ad formicam piger, uide uias eius & sapes, cui non est princeps, aut bacullifer, aut gubernator. Et pluraliter חנהו. Deut. 1. Et accipi capita baculorum uestrorum, uiros sapientes & gnaros, & constitui eos capita super uos: Principes millium, & principes centuriae: Et principes quingentorum, & principes uicentorum, & baculliferos baculis uestris. & cap. 16. Iudices & baculliferos pones tibi secundum baculos tuos, & iudicabunt populum iudicio iustitiae. & cap. 20. Et loquantur baculliferi ad populum, dicendo, si quis aedificauit domum nouam, &c. Et iterum: Cumque baculliferi cessabunt loqui ad populum, statim constituent se principes exercitus in caput populi. Iosue 8. Et omnis Israel seniores eius, & baculliferi, & iudices eius stabant hinc inde circa arcam. 1. Paral. 23. Et baculliferorum, & iudicum sex millia. Et in statu regiminis חנהו. Exod. 5. Et percussi sunt baculliferi filiorum Israel, quos constituerat super illos exactores Pharaonis. Iosue 1. Et precepit Iosue baculliferis populi, dicendo: Transite per medium castrorum, & mandate populo, parate uobis uaticum. Et in statu affixorum. Exod. 5. Et precepit Pharaon in die illo exactoribus in populo, & baculliferis eius. Num. 11. Congrega mihi septuaginta uiros ex senioribus Israel, quos nosti, quod sint seniores populi, & baculliferos eius. Iosue 23. Et uocauit Iosue omnem Israel, seniores eius, & capita eius, & iudices eius, & baculliferos eius. Baculatura, id est executio. Iob 38. Nosti ne statuta caeli, si ponere possis baculaturam eius in terra.

1616 שטר

Aequiparatio, aequivalentia, compensatione beneficij accepti, munus. Psal. 76. Adducunt munus timendo. Iesaias 18. Adducetur munus ipsi Iehoua. Et in distinctione sententiae שטר. Psal. 68. Tibi adducunt reges munus. Est autem hoc nomen mea quidem sententia deductum a uerbo חנהו: de quo supra.

1617 שיה

Applicatio ad negocium aliquod, occupatio. 1. Re. 18. Aut meditatio, aut occupatio est illi. Sed de hoc supra in themate חנהו. Eiusdem est significationis cum uerbis חנה & חנה, atque aliqua ex parte generaliter cum uerbo חנה: significat enim obrui aliqua re, ut alterius rei fias obliuiofus. Legitur autem in hac forma semel, Deuteronom. 32. Petrae, quae genuit te, obliuisceris.

uteri sui: etiam si illæ obliuiscerentur, tamen ego non obliuiscar te. Osee 4. Si obliuiscis legem dei tui, obliuiscar filios tuos etiam, etiam ego. Deuter. 8. Si obliuisceris di oblitus fueris Dominum.

Participium præsens pluralis numeri שֹׁכְחִים. Psalmo 50. Intelligite quæso hoc, obliuiscentes Dei.

In uoce passiuua שֹׁכַח, obliuioni traditus est. Ecclef. 9. Quia obliuioni tradita est memoria illorum. Gen. 41. Et obliuioni tradetur omnis abundantia. Psal. 31. Quia obliuioni traditus sum, tanquam mortuus.

Participium שֹׁכַח. Eccl. 2. Omnium obliuio est. Et pluraliter שֹׁכְחִים. Iob 28. Obliuioni traduntur à pede. Et in genere foeminiuo שֹׁכַחַת. Iesa. 23. Ciuitas meretrix obliuioni tradita. Item שֹׁכַחַת. Ief. 23. Et obliuioni tradita est Tyrus.

In tertia coniugatione שֹׁכַחְתִּי, obliuisci fecit. Iere. 23. Ut obliuisci faciant populum meum nominis mei, id est, ut non prædicent uerbum meum.

In quarta coniugatione שֹׁכַחְתָּ, Ecclesiast. 8. Et obliuioni tradentur in ciuitate, in qua rectum fecerunt.

INDE NOMEN,

שֹׁכַחִים
1623
שֹׁכַחַת

Nomen participiale. Iesa. 65. Et nos dereliquentes Dominum oblitum montem sanctitatis meæ. Psal. 9. Omnes Gentes oblitæ Dei.

Quamquam semel etiam legatur in forma שֹׁכַח, orbatus est, uerbu neutri generis, & differt à uerbo שֹׁכַח, quod hoc significat sterilem esse, & infecundum, cui uis gignendi euulsa est, sed illud nostrum significet non sterilem esse, seu infecundum esse, sed orbatum esse liberis, quos habuit. Hæc annotare uolui propter illos, qui ista duo uerba, & eorū significationes confundunt. Deinde ut sola literarū transpositione à uerbis שֹׁכַח, שֹׁכַחַת, ita quoque modo tantum significadi differt. Est enim abortiui nihil aliud, quæ abijcere foetum non dum maturum. Ge. 27. Quare orbabor ego etiã utroque uelstrum die uno. & cap. 43. Et ego quemadmodum orbatus fui, orbatus sum, id est, quemadmodum orbatus fui antea, ita iam iterum orbatus sum. Poni ultimum in præterito, quia ita mens præfigebat futurum. 1. Sam. 15. Si orbabit præ mulieribus. mater tua.

Participium præteritum foeminiui generis שֹׁכַחַת. Iesa. 49. Et dices in corde tuo, quis genuit mihi istos, cum ego orbata & solitaria.

In secunda coniugatione שֹׁכַח, quando post se regit accusatiuum, tum significat actiue orbare, orbam facere. Gen. 42. Et dixit ad eos Iacob pater ipsorum, me orbastis, Ioseph non exrat, nec Simeon adest, & Benjamin quocumque tollitis. Leu. 26. Et mittam in uos feram agrum, & orbabit uos. Deut. 32. Foris orbabit gladius. 1. Sa. 15. Quæadmodum orbauit mulieres gladius tuus. Ier. 15. Orbauit, & abstulit populum meum. Ezech. 15. Mittam super te malum, & feram malam, & orbabo te. Osee 9. Et si educauerint liberos suos, orbabo eos ab homine, i. ne fiant homines. Malach. 3. Et orbabit uobis uita in agro. Porro quando absolute ponit, tum absolute & neutraliter significat abortire. Gen. 31. Oues tuæ, & capre tuæ non abortierunt. Iob 21. Euadere faciet uacca eius, & non abortiet.

Participium præsens generis foeminiui שֹׁכַחַת. Exo. 23. Non erit abortiens, nec sterilis in terra tua. Ezech. 36. Deuoratrix hominum tu, & abortiens gentem tuam tu fuisti. Et in distinctione sententiæ שֹׁכַחַת. 2. Reg. 2. Aquæ malæ sunt, & terra abortiens. Et mox iterum: Non erit hinc amplius mors, aut abortiens.

In tertia coniugatione legitur tantum participium præsens שֹׁכַחְתִּי. Osee 9. Da eis matricem abortientem.

INDE NOMINA:

שֹׁכַח Nomen participiale masculini generis, orbatus. 2. Sam. 17. Et amari animo, sunt uelut ursus orbatus in agro. Osee 13. Occurrat eis ut ursus orbatus. Et in forma foeminiua שֹׁכַחַת. Cant. 4. Quæ omnes gemellos pariunt, & orbata non est in eis. Et pluraliter שֹׁכַחַת. Iere. 18. Erunt uxores eorum orbatae, & uiduae.

שֹׁכַח Nomen infinitiu, orbatus. Psal. 35. Persoluerunt mihi malum pro bono, orbataem animæ meæ, id est, ut orbem animam meam. Iesa. 47. Non sedebat uidua, & non expehar orbatae, & mox euenient tibi ambo illa subito in die una, orbatae & uiduitas.

baueritis inter duos limites. Gene. 19. Et non cognouit in concumbendo ea, id est, quod concubisset ipsa.

Participiu præsens שֹׁכַח. Gen. 28. Terram super quam cubas, tibi dabo. Pro. 23. Et eris sicut qui cubat in corde maris. Exod. 22. Omnis concubens cum muliere. Et pluraliter שֹׁכַחִים. 1. Sam. 26. Populus cubabant circumquaque. Amos 6. Cubantes in lectis eburneis. Et in genere foeminiuo שֹׁכַחַת. Ruth 3. Et ecce mulier cubabat ad pedes eius. Michea 7. A cubante in sinu tuo.

In tertia coniugatione שֹׁכַחְתִּי. Osee 2. Et recumbere faciam eos fiducialiter. 1. Reg. 3. Et filium suum mortuum cubare fecit in sinu meo. Iob 38. Et pluuia cæli quis decumbere faciet. 1. Reg. 17. Recumbere fecit eum super lectum suum. 2. Sam. 8. Et mensus est eos funiculo, cubare faciendo eos super terram, id est, prosternendo eos super terram.

Participium præteritum שֹׁכַחְתָּ. 2. Reg. 4. Et ecce puer mortuus cubare factus est super reclinatorium suum.

In uoce passiuua שֹׁכַחְתָּ & שֹׁכַחְתִּי, prostratus est. Ezech. 32. Et prosternetur inter incircuncisos. Et iterum: Et prosterneris cum incircumcis.

INDE NOMINA:

שֹׁכַח Cubile. Exod. 21. Et cecidit in cubile. Leuit. 15. Et omne cubile in quo recubuerit, immundum erit. 2. Paralip. 16. Et recubere fecerunt eum in cubili pleno aromatibus. 2. Sam. 17. Cubile & pelues, & c. ubi collectiue ponitur pro cubilibus seu ipsis lectifterniis. Et in statu regiminiis שֹׁכַחַת, in quo non cubile, seu lectum, sed actum significat, id est, cubitum. 2. Samuelis 4. Et ipse cubabat cubitum meridiei. Num. 31. Quæ non cognouerunt concubitum uiri. Et in statu affixorum. Exod. 8. Et uenient in domum tuam, & in penetrale cubilis tui. 2. Sam. 4. Et ipse cubabat super reclinatorium suo in penetrale cubilis sui. Et pluraliter forma masculina status regiminiis שֹׁכַחִים. Gen. 49. Ascendisti cubilia patris tui. Leuit. 18. Et cum masculo non concubabis concubitibus foeminae. Et in forma foeminiua שֹׁכַחַת. Iesa. 57. Et requiescet in cubilibus suis.

שֹׁכַח Cubatio, concubitus, strata. Et in statu regiminiis שֹׁכַחַת. Exo. 16. Et manes fuit re cubatio roris. Leuit. 15. Et omnis pelvis super qua fuerit concubitus feminis. & cap. 19. Et uir cum concubuerit cum muliere concubitu feminis. Et in statu affixorum. Leuit. 18. Et cum omni animali non dabis concubitum tuum. & cap. 20. Et uir qui dederit concubitum suum cum animali.

1621
שֹׁכַח

Cum sin sinistro, uerbaliter nusquam legitur, tamen cognationem habere arbitror cum uerbo שֹׁכַח, celauit.

INDE NOMINA:

שֹׁכַח Cogitatio, cogitatus, imaginatio, quæ est in mente celata. Iob 38. Quis dedit cogitationi intelligentiam.

שֹׁכַח Nomen pluralis numeri, ingeniose facta, quæ Græci τρυφήματα uocant. Iesa. 2. Et super uniuersas naues Tharlis, & super omnia toreumata desiderij.

שֹׁכַח Imaginatio, cogitatio, ingeniosum opus, quod fabrefactum est imaginatione hominis. Leuitic. 26. Et lapidem ingeniose celatum non posueritis in terra uestra. In statu regiminiis manet inuariatum. Prouer. 18. Copia diuitis ciuitas fortitudinis sibi, & sicut murus excelsus in cogitatione sua. Ezechielis 3. An non uidisti filium hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, quisque in penetralibus cogitationis suæ. Et pluraliter שֹׁכַחִים. Num. 33. Et sustollatis omnia fabrefacta eorum, & omnes imagines eorum. Pl. 73. Egredietur ex adipe eorum oculus ipsorum, transeunt imaginationes cordis. Prou. 25. Mala aurea in fabrefactis argenti, uerbum locutum super circumstantijs suis.

1622
שֹׁכַח

Oblitus est. Et est negligentia, seu neglectus, sicut שֹׁכַח est diligentia, & cura: constructurque cum accusatiuo. Et ut literarum tantum transpositione, ita modo solam significandi differt à uerbis שֹׁכַח & שֹׁכַח. Pl. 9. Non est oblitus uociferationem afflictorum. Psal. 77. Nunquid oblitus est gratiofus esse deus. Prou. 3. Fili mi legem meam obliuiscaris. Iesa. 49. Nunquid obliuiscetur mater infantem suum, ne commiserat filium uter

quod recesserunt post eum, & omnes vias eius non accuratè considerauerunt. Psal. 2. Et nunc reges sitis accuratè considerantes, id est attentè. Psal. 64. Et uiderunt omnes homines & annunciauerunt opus dei, & factum eius accuratè considerauerunt. Psal. 106. Patres nostri in Aegypto non accuratè considerauerunt mirabilia tua. Psal. 119. Supra omnes, qui docebant me, industrius seu attentus eram. Iesaiæ 41. Ut uideant & discant, & accuratè considerent, quod manus Domini fecerit istud. Danielis 9. Et scies & accuratè animaduertes ab egressu uerbi. Prouer. 21. Quando multatur derisor, imperitus fit sapientior: & quando accuratè animaduertit ad sapientem, adipsificatur scientiam. Iesaiæ 44. Non cognouerunt, nec intellexerunt, quod sit obliuio, ne uideant oculis suis, nec accuratè considerent corde suo. Danielis 9. Et diligenter maneremus in ueritate tua. Atq; sequente alio uerbo aduerbia fecit. Psal. 36. Cessauit strenuè benefacere. Ieremiæ 23. Ecce dies ueniunt, ait Iehoua, & excutabo Dauidi germen iustum, & regnabit rex, & strenuè aget, &c. Iesaiæ 52. Et gnauiter aget seruus meus, &c. 1. Samuelis 18. Egressus Dauid, quocumq; eum mitteret Saul, gnauiter agebat. Psal. 94. Et inconstantes quando gnauiter agebis. Psal. 101. Et constanter persevero in uia integra. Deuter. 32. Utinam sapientes essent, & strenuè facerent hoc. 1. Paralip. 28. Omnia in scripto à manu Domini ad me gnauiter pertulit. Prouer. 16. Cor sapiens accuratè regit os suum.

Postremò in aliquot scripturæ locis usurpatur cum affixo figuratè pro fortunate, feliciter, prosperè facere seu efficere, eò quod qui gnauus ac strenuus est in rebus gerendis diuinitus sibi demandatis, Dei benedictione prosperos successus habeat. Deut. 29. Custodietis itaq; uerba pacti huius, & facietis ea, ut feliciter faciatis quæ egeritis. 1. Reg. 2. Obserua iudicia & testimonia eius, sicut scriptum est in lege Moisi, ut feliciter transigas omnia, quæcunq; feceritis. Ios. 1. Non recedas à constitutione siue ad dexteram siue ad sinistram, ut feliciter agas in omnibus quæ instituis. Itè absolute. Ios. 1. Non recedet liber constitutionis huius ab ore tuo, sed mediteris in eo die ac nocte, ut accuratè facias iuxta omne quod scriptum est in eo, quia tunc prosperum reddes iter tuum, & tunc feliciter ages. Prouer. 17. Lapis preciosus in oculis habentis illum, quocumq; se uerterit feliciter aget.

Participium præsens masculini generis **יָגַוּ**, quod tamè sæpè quoq; nomina liter accipit. Prouer. 21. Animaduertit iustus ad domum improbi, & præcipitat improbos in malum. Psal. 41. Beatus qui attentus est ad exhaustum, in die mala liberabit eum Iehoua. Prou. 16. Considerans super re, inueniet bonum. 1. Sam. 18. Et fuit Dauid in uis suis gnauus ualde. Et mox iterum. Et uidens Saul, qd esset gnauus ualde. Iob 22. Numquid deo comodabit fortis, aut comodo dabit ipsi strenuus. Psal. 14. An esset attentus querens Dominum. Prou. 10. Colligit in æstate filius gnauus, sed dormitat in melle filius **יָגַוּ** ignauus. Similiter Pro. 17. Seruus gnauus dominabit in filium ignauum. Amos 5. Qui considerans est in tempore illo, tacebit. Legitur tamè semel iuxta uerbum positum aduerbialiter, Psal. 47. Psallite consideratè. Porò in titulis Psalmorum tredecies legitè, & significare puto genus carminis, qd. heros seu heroicum. Et pluraliter **יָגַוּ**. 2. Paral. 30. Qui industrij erant, affectu bono erga Iehoua. Dan. 1. Industrij in omni sapientia, & ca. 11. Et ex industrijs aliqui impingent. In statu regiminis **יָגַוּ**. Dan. 11. Et obseruare facientes populum, & facientes intelligere multos. Et participium ge. fœ. **יָגַוּ**. Prou. 19. Ab Iehoua uxor ingeniosa seu industria.

INDE NOMINA:

יָגַוּ Nomen habens subscripta quinque puncta, ingenium, industria, prudentia, solertia, attentio. 1. Paral. 22. Veritatis uentus dabit tibi Iehoua ingenium, & intelligentiam. Prou. 23. In aures stulti ne loquaris, quoniam despiciet obseruationem dictorum tuorum, id est non obseruabit dicta tua: uerò, despiciet obseruare dicta tua. Prouer. 19. Industria hominis differt iram suam. Et quando construatur cum adiectiuo **יָגַוּ**, tum accipitur pro affectu, seu uoluntate. Psal. 111. Voluntas bona omnibus facientibus eam. Pro uerb. 3. Inueni gratiam & uoluntatem bonam in oculis dei & hominum.

יָגַוּ Cum sex punctis. 1. Para. 26. Et cecidit fors ab Oriente pro Smeiahu & Zachariah filio

יָגַוּ Orbitates, nomen pluralis numeri tantum. Iesai. 49. Adhuc dicent in aures tuas filij orbitatum tuarum.

יָגַוּ Proprie botrus seu racemus, uua, qua orbat uitis: & hanc etymologiam sumo ex loco Malachias 3. qui supra citatus est. Num. 13. Et uenerunt ad uallem Aescol, & succiderunt tibi palmitem, & botrum acinorum, & portauerunt eum uectè duo, & de malogranatis, & de ficibus, & locus iste dictus est uallis Aescol propter botrum, quem succiderunt inde filij Israel. Cantic. 1. Botrus Cyprici dilectus meus noni in uitis Engaddi. Iesai. 65. Sicut cum inuenietur mustum in botro. Mich. 7. Non est botrus ad comedendum. Et pluraliter **יָגַוּ**. Cantic. 7. Et ubera tua botri. In statu regiminis & affixorum **יָגַוּ**. Deut. 32. Botri amaritudinum illis. Cantic. 7. Et erunt nunc ubera tua, sicut botri uitis. Genes. 40. Et in uite tres palmites, ipsa uerò quasi germinans erupbat flos eius, maturas faciebant botri eius acinos. Erat ante annos 13. concionator Noriberge apud diuum Aegydiu nomine Achacius, qui monachum egerat in terra sancta integrum octennium, is cum agrotus non haberet, quo sitim restringere posset (laborabat enim tympaniti), exoptabat sibi singulis diebus unum tantum acinum de botro uini, eo abundè restincturum sitim: cumq; ego decumbenti assidens rogarem ex eo quantum nam esset botrus, respondebat, tanta esse magnitudinis, ut uix à duobus uiris portari posset, & in una arbore unum botrum, eum circa Hebron tantum nasci, dicitq; lingua Barbarorum Musti.

1624
יָגַוּ

Cum sin sinistro. Et principaliter in omnibus operationibus de quibus dicitur, insignem industriam, & accuratam, & gnauam considerationem, animumq; intentum & diligens studium importat. Et quanquam tam forma literarum, quam pronunciatione non multum à **יָגַוּ** differt, tamen significatione omnino ei est contrarium, quod perinde ut **יָגַוּ**, animi seu mentis incogitantiam, atq; in rebus gerendis ignauitiam, socordiam & inconstantiam importat. Atq; generali significatione congruit eum uerbo **יָגַוּ**. Prælucente igitur hac principali significatione actionis, deinde uerbum secundum eius rei de qua dicitur, proprietatè & circumstantiâ uertere licebit.

In prima coniugatione legitur tantum semel, i. Sam. 18. Et quoties erant egressi illi, accuratè agebat Dauid præ reliquis omnibus seruis Saul, & celebre fiebat non men eius ualde.

In secunda coniugatione **יָגַוּ**. Et legitur quoq; semel tantum in uoce actiua, Genes. 48. Et accepit Ioseph ambos illos, Ephraim in dextra sua ad sinistram Israelis, & Manasse in sinistra sua ad dextram Israelis, & prope eum adduxit: Et extendit Israel dextram suam, posuitq; eam super caput Ephraim qui erat iunior, & sinistram super caput Manasse: attentè ad prauiuit autem ita manus suas, ne Manasse primogenitus esset. Hanc genuinam esse ac ueram huius loci expositionem non ambigo. Omisissis igitur aliorum doctorum uarijs interpretationibus, unam tantum auctoris Toletanæ editionis, quisquis ille fuerit, expositionem, deinde que adiungit, digna equidem si uera sunt, cognitione, annotabo. Sic autè in hoc loco uerbum **יָגַוּ** transitu lit: Commutans manus suas. Et in dictionario, quod in calce editionis suæ adiecit, scribit uerbum hoc inter alia etiam significare, superponere in modum crucis: Non men **יָגַוּ** tam Chaldaeorum, quam Indorum linguam significare crucem, atq; à se Indum quendam Christicolam, qui crucem in manu semper gestaret, interrogatum, quo illam nomine lingua sua appellaret, respondisse **יָגַוּ**: inde colligens Paulum Apostolum ad hanc uocè allussisse 1. Corinth. 1. ita scribens: Nos predicamus Christum **CRUCIFIXVM**, Iudeis quidè **SCANDALVM**, Gentibus autè **STULTITIAM**, sed isdem uocatis Iudeis pariter & Græcis Dei potentiam ac Dei **SAPIENTIAM**, &c. Si quidem hæc uox commutatis tantum literis symbolicis, crucem, scandalum, stultitiam, & sapientiam significet.

In tertia coniugatione uoce actiua est usitatissimè **יָגַוּ**. Gen. 1. Et uidit mulier, quod bona esset arbor in cibum, & qd delectabilis esset oculis, & desiderabilis ad consideratè facere. Dan. 9. Et dixit Daniel, nunc egressus sum, ut consideratè faciam te intellectum. Psal. 31. Ego considerantè faciā te, constituamq; te in uia. Iob 34. Ob id quod

*Sine fir. mafcaliua. et
manifesto. in Textu Tmo
Cmoy.*

*Crux יָגַוּ
Nā יָגַוּ est ualde
improbatissimum
et יָגַוּ ualeat Iohannis
miseriam. / salutarē qd
est יָגַוּ. et יָגַוּ. et יָגַוּ
et יָגַוּ. et יָגַוּ. et יָגַוּ
et יָגַוּ. et יָגַוּ. et יָגַוּ
et יָגַוּ.*

terrā. Iob 29. Et cohabitabo tanquā rex. Pf. 139. Si cohabitauerō in nouissimo maris. Iob 15. Et cohabitauit urbes. Num. 9. Cohabitabit tibi nubes. Pro. 7. Tumultuaria est, & uagabunda, in domo ipsius non cohabitabunt pedes eius, i. consistent.

Participium praesens חָבַט. Gen. 14. Et ipse cohabitabat. Numeri 5. Ego cohabitō in medio seorū. Et cum iod paragogico חָבַטִי attributum dei. Deut. 33. Et beneuolentia cohabitatoris rubi. Et pluraliter חָבַטוּ. Ieremiā 25. Qui cohabitāt in deserto. Atq; in statu regiminis ac affixorū חָבַטוּ. Ief. 18. Cohabitatores terrā. Iob 25. Cohabitatores earum. Legitur quoq; חָבַטוּ forma participij prateriti. Iudic. 8. Et ascendit Giddeon uia cohabitantium in tabernaculis.

In secunda coniugatione חָבַט. Pf. 78. Tabernaculū in quo cohabitauit inter ho mines. Ier. 7. Tabernaculum in quo cohabitare feci nomen meum in principio. Et iterum: Cohabitare faciam uos in loco isto. Num. 14. Leuauī manū meam ut cohabitare facerem uos in ea. Ieremiā 7. Et cohabitare faciam uos in loco isto.

In coniugatione quadrata חָבַט. Ieremiā 22. Cohabitasti iuxta aquas.

In tertia coniugatione חָבַט. Ezech. 32. Cohabitare faciam super te omnem ouem. Genesis 3. Et cohabitare fecit, &c. Cherubim. Psalm. 7. Et gloriam meam in puluere cohabitare faciet. Iob 11. Et ne cohabitare facias in tabernaculo tuo iniquitatem. Psalm. 78. Et proiecit eis funiculum hereditatis, & fecit cohabitare in tabernaculis illorum baculos Israel.

INDE NOMINA:

חָבַט Nomen participiale, adhabitor, cohabitator, uicinus. Prouerbio. 27. Melior est cohabitator propinquus, q̄ frater longinquus. In statu regiminis חָבַט. Osee 10. Pauebit cohabitator Samarīa. In statu affixi mutat cametz in seua, seruata uoce zere. Exo. 12. Capiet ipse etiā cohabitatorē suū. Et pluraliter חָבַטוּ. Et in statu affixorū חָבַטוּ. Ier. 49. Et fratres eius, & cohabitatores eius. 2. Reg. 4. Ab omnib. cohabitatorib. tuis. Et in gen. fec. חָבַטוּ, cohabitatrix. Exo. 3. Et postulat una quaeq; à cohabitatrice sua. Et plur. חָבַטוּ. Ruth 4. Et uocauerūt eā cohabitatices.

חָבַט Cohabitaculū. Exo. 26. Et erit cohabitaculū castrametabūtū. In statu regiminis חָבַטוּ. Num. 1. Et in circuitu cohabitaculū castrametabūtū. In statu regiminis חָבַטוּ. Num. 1. Et custodient Leuitae custodiā cohabitaculū testimonij. 1. Paral. 21. Et cohabitaculū Iehoua. In statu affixorū seruatur p̄ctā quae in statu absoluto habet inuariata. Iosue 22. Corā cohabitaculo eius. Leuitic. 26. Et ponā cohabitaculū meum in medio uestri, beywomū. Et plur. חָבַטוּ. Pf. 46. Sanctū cohabitaculorū Altissimi. Et in statu affixi. Eze. 25. Et ponēt in te cohabitacula sua. Legit̄ quoq; forma חָבַטוּ. Hab. 1. Ad possidendū cohabitacula nō sua. Atq; in statu regiminis & affixorū חָבַטוּ. Can. 1. Iuxta cohabitacula pastorū. Ief. 32. Et in cohabitaculis si duciat. Ier. 30. Et cohabitaculorū eius miserabor. Psalm. 132. Cohabitacula tua Israel.

חָבַט Transpositione, & mutatione literarū symbolicarū facta nun & lamed, conclauē, cohabitaculū, adhabitatulū, exedra ad templū Domini, pro reponendis uestibus, sacrificijs, donarijs, & uasis sacris infernē adēdificata. Vulgaris editio uertit Exedra, eō q̄ foris ad templū erant extructa talia conclauia seu sales theca. Ezech. 40. Et exedra & ianua eius. Nehe. 3. Et fecerat ei exedrā magnā. Et mox iterū. Et proieci omnia uasa domus Tobīa forās extra exedrā. In statu regiminis חָבַטוּ. 2. Regū 23. In introitu dom⁹ Iehoua ad exedrā Nethanmelech. Esdrae 10. Et abiit ad exedram Iehochanan. Et cum he importante motū ad locum חָבַטוּ. 1. Sam. 9. Et in trodudit eos in exedram. Et pluraliter חָבַטוּ. Ezech. 40. Triginta exedras super pauimento. 1. Paralip. 9. Qui erant super exedras, & super thesauros domus Iehoua. Ezech. 42. Et dixit ad me, exedrae Aquilonis, & exedrae Meridiei.

חָבַט Facta literarū transpositione, eiusdē cum superiore חָבַט significatiōis, sicut uidere licet ex Nehemiā cap. 13. ubi indifferenter nūc חָבַט, nūc חָבַט usurpatur. Inter pretes aliq; Gazophylaciū, aliq; τραπεζομετρησ, id est porticū porte, aliq; exedrā, aliq; thalamū, aliq; cubiculū reddiderūt. Nehe. 13. Et reuersus in Ierusalē, deprehēdi malū qd̄ fecerat Eliā sub Tobīa faciēdo sibi exedrā in atrijs domus dei. pro quo statim legitur

filio eius consiliario cum industria. Esdrae 8. Virum industrie. Nehe. 8. Et legerūt in libro in constitutione dei clarē, ut qui apponerent industriam, intelligerent lectiōnem. Et in distinctione mutat prius sēgol in cametz. Iob 17. Quoniā cor eorum abscondisti ab industria. Et cum nomine adiectiuo חָבַט. 1. Sa. 25. Eratq; mulier illa boni ingenij, & pulchræ formæ. In statu affixorū mutat prius sēgol in hirik, & alterum in seua. Prouer. 12. Propter industriam suam commendatur uir.

חָבַט

Formam habet infinitiui, & significatiōnem nōminis. Iob 34. Et uerba eius non in industria. Prou. 1. Ut accipias disciplinam industriae. & cap. 21. Homo errans à uia industriae. Iere. 3. Et pascent uos scientia & industria. Dan. 1. Dedit deus scientiā & industriam in omni literatura & sapientia.

שָׂבַט

Ecclē. 1. Et apposui cor meum, ut cognoscerem sapientiam, & scientiam, & industriam.

1825 שָׂבַט

Huius uerbi usus est tantū in tertia coniugatione שָׂבַט, atq; significatiōne congruit cum uerbis uoce affinis חָבַט חָבַט, nisi quōd modo tantū significandi inter se discrepent: hoc nostri etiam significat surgere, sed manē, ideo absolute uolū uerbo manicare uertere, sicut Lucae 21. est usurpatū. Et omnis populus manebat ad eum in templo, &c. Et eius usum approbat Gellius lib. 3. cap. 29. In alijs locis ubi apponitur nomen חָבַט, uerbo simplici surgendū uertā. Primū ponā exempla ubi absolute ponitur. 2. Sam. 15. Et manicauit Absolom, & stetit iuxta latus portæ. Gen. 19. Et manicate ituri uiam uestram. Exo. 32. Et manicauerunt de crasti no. Iosue 6. Et manicauerunt cum ascenderet aurora. 1. Sa. 17. Et accessit Philistaeus ille manicando, & aduersperascendo, & sistebat se quadraginta diebus. Cant. 7. Manicabimus ad uineas. Iere. 7. Et loquebar ad uos manicando, & loquendo. Zoph. 3. Verū illi manicauerunt, prostrauerunt omnia studia sua. Exempla ubi cum nomine חָבַט cōstruitur. Gen. 19. Et surrexit Abimelech manē. Exo. 8. Surge manē, & siste te corā Pharaone. Iosue 3. Et surrexit Iosua manē. 1. Sam. 15. Et surrexit Samuel obuiā Saul manē. 2. Reg. 3. Et surrexerūt manē, & sol exortus erat super aquas.

Participium praesens חָבַט, quo utitur Hebraei iuxta aliud uerbum posito ad uerbialiter pro manē. Iere. 5. Velut equi saginati manē fuerūt. Osee 6. Et sicut ros manē abiens. Et pluraliter in forma regiminis חָבַטוּ. Psalm. 127. Vanum uobis manē surgendo, tardē sedendo. Iesa. 5. Vā illis qui manē ebrietatem sestantur.

INDE NOMINA:

שָׂבַט Pars corporis humani erectior & sublimior, in quam certix desinit, & apta est gestandis oneribus: Latini humerum uocāt. Gen. 9. Et posuerunt super humerū duo illi. & cap. 48. Et ego dedi tibi humerum unum supra fratres tuos, quem accepit de manu Amorrei in gladio meo, & in arcu meo. ubi ad Sichem respiciens, partem sic uocat, seu portionē supererogationis, eodē modo, quo חָבַט quoq; partē significat figuratē. Zophoniae 3. Ut seruiant ei humero uno. Et in distinctione sententiā legitur utriusq; sēgol שָׂבַט. Psalm. 21. Pones eos humerum. Et in statu affixorū mutat prior uox in hirik, & sēgol in seua. Gen. 21. Posuit super humerum eius. 1. Sam. 9. Et humero suo & supra, altior erat cuncto populo.

שָׂבַט

Humerus. Iob 31. Scapula mea ab humero decidat. Nomen uiri Hiuēi, filij Hemor. Gen. 34. Et simul oppidi illius, Gen. 35. Fit & mentio loci Sichem. Gen. 12. Et cū he locali legitur Osee 6. Et cōciliabulū sacerdotū in uia trucidant Sichem uersus. Ad quē locū respicit & alludit Christus Lucae 10.

1626 שָׂבַט

Et in distinctione sententiā שָׂבַט, adhabituū, cohabitauit, cōmoratus est, iuxta aliquis habitauit, seu mansit, in uicinia cohabitauit: ac significatiōne congruit cum uerbis חָבַט חָבַט, nisi quōd modo significandi inter se differant. Exod. 20. Quia cohabitauit super illo nubes. 2. Samuelis 7. Et cohabitabit in loco suo. Deuterion. 33. Ipsi Benjamin dilectus Iehoua cohabitabit confidenter iuxta eum. Et mox iterum: Et inter humeros suos cohabitabit. Psalm. 120. Multū cohabitauit sibi anima mea, id est, uidetur animā meā, quōd longo tempore cohabitauerit cū odientibus pacem. Ieremiā 51. Cohabita in terra. Psalm. 37. Cohabita terram

domo Baal Berith, & conduxit cum illis Abimelech uiros leues. Iesaiæ 46. Et mercede conducent conflatores.

Participium præsens מְכַרֵּם. Prouer. 26. Magister format omnia, at conducēs mercede stultum, conduxit etiam transitores. Et pluraliter מְכַרְרִים. 2. Paralip. 24. Et fuerunt mercede conducentes dolatores. Efdrae 4. Et mercede conducebant contra eos consiliarios.

Participium præteritum מְכַרְרָה. Nehe. 6. Quia mercede conductus erat.

In uoce passiuā מְכַרְרָה. 1. Sam. 1. Sauri pro pane conducti fuerunt.

In quarta coniugatione מְכַרְרָה, & legitur in ea tantum participium מְכַרְרָה. Haggei 1. Et qui mercede meret merens multum ad loculum perforatum.

INDE NOMINA:

מְכַרֵּם Mercede conductus, mercenarius. Leuit. 9. Non pernoctabit opus mercenarij apud te. Job 7. Sicut mercenarius, expectabit opus suum. Et pluraliter מְכַרְרִים. Iere. 46. Etiam mercenarij eius in medio ipsius. Et in genere foeminiño מְכַרְרָה. Iesai. 7. Radet Iehoua eum nouacula mercenaria.

מְכַרֵּם Merces. Num. 8. Merces erit pro opere uestro. Ezech. 29. Et merces non erit ei. Pf. 127. Ecce hereditas Iehoua, filij merces fructus uestris, id est, liberi sunt merces propter quam connubiū contrahitur. In statu regiminis מְכַרְרִים. Malachi 3. Qui defraudant mercedem mercenarij. Et in statu affixorū mutat prius cametz in feua, alterum seruat inuariatum. Gen. 15. Nemetuas Abram, ego protectio tua, & merces tua multa ualde. & cap. 30. Dedit deus mercedem meam.

מְכַרֵּם Merces. Prouer. 11. Et feminanti iusticiam, merces certa. Iesai 19. Omnes facientes pro mercede itagna animarum.

מְכַרְרָה Merces. Et cum affixo mutat holem in kybutz. Gen. 29. Indica mihi, quæ sit merces mea. & cap. 31. Mutauit mercedem meam.

מְכַרְרָה Liga, qua calcus pedi constringitur, corrigia. Et de eo uide suo in loco.

מְכַרְרָה Vide in thmate מְכַרְרָה.

1629

מְשַׁלֵּם Despoliauit, expoliauit, detrahit. Et significatione congruit cū uerbis מְשַׁלֵּם, nisi quod ut forma, ita modo tantum significandi inter se uariant. Ezech. 29. Et despoliabit spoliū eius. Habakuk 2. Despoliasti gentes multas. Ezechiel. 25. Et despoliabunt substantiam tuam. Ruth 2. Despoliando despoliabitis ei de manipulis, id est detrahetis ex manipulis.

Participium præsens מְשַׁלֵּם, quod pluraliter מְשַׁלְּמִים legitur. Zach. 2. Post gloriam misit mead Gentes, quæ despoliant uos. Et cum affixo. Ezech. 39. Et despoliabūt despoliatores eorum.

In uoce passiuā מְשַׁלְּמִים. Deut. 28. Et oleo non ungeris, quia despoliabit olea tua.

In secūda cōiugatione מְשַׁלֵּם. Habakuk 2. Despoliabūt te oēs reliquie populorū.

In quarta cōiugatione מְשַׁלְּמִים. Psal. 76. Despoliati sunt robusti corde, ubi aleph ponitur loco he.

Participium masculini generis מְשַׁלְּמִים. Iesai. 59. Et qui recedit à malo, despoliat se, id est præbet se alijs despoliandum.

INDE NOMINA:

מְשַׁלֵּם Spolium. Gen. 49. Et in uespera diuidet spoliū. Num. 31. Et tulerūt omne spoliū. In statu regiminis מְשַׁלֵּם. Deut. 20. Et comedes spoliū inimicorum tuorū. 1. Sam. 30. Hoc est spoliū Dauidis. In statu affixorum mutat prius cametz in feua, altero plerumq; seruato. Deut. 13. Et omne spoliū eius congregabis. 2. Paralip. 24. Et omne spoliū eorum miserunt regi. Iesai. 33. Et congregabitur spoliū uestrum.

מְשַׁלֵּם Spolium. Job 12. Qui abducit consiliarios, spoliū. Et ibidem iterum: Qui abducit sacerdotes spoliū.

1630

מְשַׁלֵּם Significatione arbitrō quadrare cum מְשַׁלֵּם, nisi q; ut transpositione literarū, ita modo significādi discrepēt. Legitur uerbaliter tantum participiū passiuę uocis secundę coniugationis, generis foeminiño, pluralis numeri מְשַׁלְּמִים, quod interpretes

giture לשכר. Et in statu affixi. Nehem. 3. Post hunc Mesullam filius Berechiæ iuxta exedram suam. Et pluraliter מְשַׁכְּרִים. Nehe. 12. Præfecti sunt in die illa super exedras pro recondens leuandis, primitijs & decimis, quas colligebant in eas pro sacerdotibus & Leuitis, &c.

מְשַׁכְּרִים Magistri Hebræorum uocant hoc nomine maiestatem diuinam, quod illa uidelicet ad sit & cohabitaret Ecclesiæ suæ ubiq; locorum.

מְשַׁכְּרִים Vide supra in themate מְשַׁכְּרִים.

1627

מְשִׁיב מ Ebrius fuit, inebriatus fuit, temulentus fuit. Iesai. 29. Inebriati sunt & non uino. Gen. 9. Et bibit de uino, & inebriatus fuit. Iesai. 49. Et quasi musto, sanguine suo inebriabuntur. Cantic. 5. Bibite & inebriamini dilecti. Malach. 1. Comedere, & nō ad saturitatem: bibere, & non ad inebriandum, id est ad ebrietatem.

Participium præteritum generis foeminiño, & forma status regiminis מְשַׁכְּרָה. Iesai. 51. Audi nunc istud afflictā & inebriata, sed non à uino.

In secūda cōiugatione מְשַׁכְּרָה. 2. Samuel. 11. Et inebriauit eū. Iesai. 63. Et inebriabo eos in ira mea. Habakuk 2. Et etiam inebriando.

Participium præsens generis foeminiño מְשַׁכְּרָה. Ier. 5. Calix aureus Babel in manu Iehoua inebrians omnem terram.

In tertia cōiugatione מְשַׁכְּרִים, inebriare fecit, ebrium fecit. Ieremias 51. Inebriare faciam principes eius. Deuter. 32. Inebriare faciam sagittas meas sanguine. Iere. 48. Inebriabo eum.

In quarta cōiugatione מְשַׁכְּרִים. 1. Sam. 1. Quādiu inebriaris, i. exhibes te ebrīā.

INDE NOMINA:

מְשַׁכְּרִים Ebrius. 1. Samuelis 25. Et ipse ebrius erat ualde. Iesaiæ 24. Mouēdo mouebitur terra, sicut ebrius. Ieremias 23. Fui sicut uir ebrius. Et pluraliter מְשַׁכְּרִים. Ioelis 1. Expergiscimini ebrij. Et in statu regiminis מְשַׁכְּרִים. Iesaiæ 28. Væ coronæ superbię, ebrijs Ephraim. Et in genere foeminiño מְשַׁכְּרָה. 1. Sam. 1. Et reputauit eam Eli ebrīam.

מְשַׁכְּרִים Ebrietas. Ezechielis 23. Ebrietate & dolore repleberis. & cap. 39. Et bibetis sanguinem ad ebrietatem.

מְשַׁכְּרִים Ebrais generaliter omnis potus factitius dicitur, qui inebriat. Interpretes redderunt parum deflexa uoce, sicera: poteris uertere inebriatuum, seu temetum. Numeri 10. Vinum & sicera non bibes. Numeri 6. A uino & sicera separabitur acetum uini, & acetum sicera non bibet. Deuter. 14. In uino, & in sicera. Iesaiæ 24. In cantico non bibent uinum, amara erit sicera bibentibus eam. & cap. 5. Væ surgentibus manē ut siceram sectentur. Et iterum: Væ potentibus bibendo uinum, & uiris strenuis fundendo siceram. Psal. 69. Et ad musicam bibentes siceram. Prouer. 31. Nec regibus bibere uinum, aut principibus conuenit sicera. At semel pro uino mero & pleno nec diluto ponitur. Num. 28. In sanctuario fundes foundationem, siceram ipsi Iehoua. Porro de uinis factitijs Plinius scribit lib. 14. cap. 16. Et illorum usum fuisse apud Aegyptios testatur Diodorus Siculus libro primo. Insuper apud Babylonios Herodotus refert ex palmis confecta eiusmodi uina.

מְשַׁכְּרִים Si non est peregrinum, tum ab isto themate deriuatur, id est inebriatuum, hoc est donum seu munus quo recreantur & exhilarantur homines, nisi malis deducere à sequenti, quod tamen cum sinistro scribitur, quasi merces. Psal. 72. Reges Tharsis & insulae munus reddent: Reges Scheba & Seba donū asportabunt. Et cum affixo. Ezech. 27. Et Ebum reddent munus tuum.

1628

מְשַׁכְּרִים Modo tantum significandi differt à uerbis מְשַׁכְּרִים, quæ ut conclusionē, & inclusionem, traditionem: ita quoq; hoc uerbum circumuentionem & conclusionem certo & circumscripto precio significat: quanquam Latine aliter reddi non potest, nisi mercede conducere, ceu circumscribere, ne amplius liber, sed alicui traditus & obstrictus sit. Deuter. 23. Et quod mercede conduxit contra te Bileam. 2. Reg. 7. Mercede conduxit aduersus nos reges Chitos. Gen. 30. Mercede conducendo conduxit te. Iud. 9. Et dederunt ei septuaginta argenteos de domo

Sicera 1. Jemeth

dere omnia contra mundi sapientiam & potentiam, contra peccatū, mortem, diabolum, adeoq; oēs portas inferorum, ac spoliatos principatus & potestates ostētare palam triūphādo de illis per semetipsum. Germanicē uertere poteris *wolsart*, atq; hac appellatione & epitheto Iacob patriarcha insignire uoluit & nobilitare Iesum Christū regē & saluatorē nostrū, Gen. 49. Non auferetur scriptū de tribu Iuda, & legislator de medio pedum eius, donec ueniat Silo, &c. pro quo Chaldaeus uertit נרשן, Hieronymus uertit mittēdus. Hic em̄ mittēdus erat, ut nos à funesta morte liberaret, quā per transgressionē Adā uniuersum genus humanū cōtraxerat. Nec sine causa Ioānes Euāgelista hāc uocē quoq; exponit cap. 9. nimirū, ut mysteriū indicaret. Porchetus & post eū Petrus Galatinus & aliqui alij, qui illos sequuntur, formāt à נש, qđ synecdochicē foētū significare asserūt, & literā he esse pronome generis foeminini, qđ referat foētū seu filiū illū, non ex patre Iehuda carnali, sed ex filia Iehudę, s. uirgine Maria nasciturū sine semine uirili. Et hec quidē expositio cum ex Grammatica cōtra Latinos defendi nō possit, eō qđ he suprascripto holē nō sit foeminini generis, neq; insignat aut nobilitet Christū, illis relinquo qđ piē ea delectant. Porro ego si primā nō amplecterer, mallē amplecti Hieronymi expositionē, atq; dicere tēpestate ipsius scriptū fuisse נש, p ostea uerō qđ cū Iudaei hac & similibus uocibus à Christianis urgerent, nec haberēt quod respondere possent, pro malitia & peruicacia sua deprauasse, facta literarū mutatione, sicut & נש deprauarūt Psal. 22. & alias multas. Est & נש siue נש nomen loci, seu ciuitatis in tribu Ephraim, in qua erat arca, & tabernaculū dei, & sacerdos dei Eli, et sacrificia deo offerebant: ut 1. Sam. 1. Eiusq; situs describitur Iud. 21. Et aliās saepē sit eius in scriptura mentio. Misit, dimisit, emisit: & differt modo tantū significādī à uerbo נש. Iud. 6. Et nuncios misit in uniuersum Manassen. 2. Reg. 14. Tūc misit Amazias nuncios. Gen. 24. Ipse mittet angelum suum coram te. & cap. 38. Et ipsa misit ad focerū suum. Itē cap. 42. Benjamin uerō fratrē Iosephi nō misit Iacob cū fratribus ipsius. Thre. 1. De excello misit ignem in ossa mea. Gen. 28. Et dimisit Izhak Iacobq; abijtq; ille in Mesopotamiā. Et est obseruandū, quōd quoties hoc uerbū de manu dicat, tantūm in prima cōiugatione. Gen. 3. Et ne mittat manū suā, & accipiat de arbore uitae. Genes. 8. Et misit manū suā, & tulit eā. Gen. 18. Et miserūt manū suā, & introduxerunt Lot. Iud. 5. Manū suā ad clauum mittebat. ubi tamen pluralis numerus ponit pro singulari: forte carminis causa dictio producta est. Deinde aliquādo in bonā partē accipit in oratione affirmatiua. Prou. 31. Et manus suas mittit pauperi. Sed ple runq; tamen in malum usurpatur, maximē in oratione negatiua. Exo. 24. Ad principes filiorum Iſrael non misit manum suam: uideruntq; deum, & comederunt & biberunt. Gen. 37. Projicite eum in cisternam illam, quā est in deserto, & manum ne miseritis in eum. 1. Sam. 22. Et noluerunt mittere manū suam, ut irruerēt in facer dotes Iehoua. Iob 1. Tantūm ad ipsum non mittas manum tuam. Psal. 138. Contra iram inimicorum meorum mittas manum tuam, & saluabis me dextera tua.

Participium praesens נש. Ezech. 2. Mitto ego ad te. Reliqua omnia scripta sunt absq; uau. Exo. 9. Ego mitto omnes plagas meas in cor tuū, & ca. 23. Ecce ego mitto angelum meū corā te. 2. Sam. 24. Considera & uide, quale respondeā mittent i me uerbum. 2. Reg. 11. Nunquid non est deus in Iſrael, qđ tu mittis inquirere Baalzebub. Iob 5. Ipsi mittit aquas super superficiem platearum. Et pluraliter נש. Iere. 42. Ad quem nos mittimus te. Prouer. 10. Sic est piger mittentibus eum.

Participiū praeteritum נש. 1. Reg. 14. Et ego missus tuus. Ezech. 3. Ad populū profundi labij, & grauis linguae tu es missus. Et in genere foeminino נש. Genes. 32. Munus est missum sustētatori meo. Ezech. 2. Et ecce manus missa est ad me. Gen. 49. legi נש. Naphthali cerua dimissa, dans sermone pulchritudinis. Et pluraliter נש. Iesaiā 16. Errauerunt in deserto emissiones eius, & dispersae sunt, transieruntq; mare, id est, propagines.

In uoce passiuā נש. Legitur semel, quanquā irregulariter, Esther 3. Et missae sunt literae per manus cursorum.

1633 שָׁלַח

pretes tam Iudaei, quā Christiani uariē transtulerunt: significat autē laminas transmissas. Exod. 26. Duas manus tabulae uni transmissas unā ad alterā sibi proximam.

INDE NOMEN,

שָׁלַיִם Nomen pluralis numeri, transmissura, id est, leisten, laminae transmissae in extremitatibus. 1. Reg. 7. Et iuxta claustras quae erant inter transmissuras, erant leones, boues & Cherubim, & iuxta transmissuras similiter supernae.

1631 שָׁלַג

Nix, à glabricie, seu politie, quam habet postquam super terram cecidit: nam cognitionem habere arbitror significatione cum uerbo שָׁלַח, transpositis tantūm literis, ut supra quoq; indicauius. Ies. 1. Si fuerint delicta uestra sicut coccinum his tinctum, quasi nix albescent. Psalmo 51. Lauabis me, & supra niuem albus ero. Psal. 147. Qui dat niuem sicut lanam. Et in distinctione sententiae שָׁלַג. Exod. 4. Et ecce manus eius erat sicut nix. Iob 9. Si lauerome aquis niuis. Prouerborum 31. Non timet domui suae à niue.

INDE VERBUM,

1632 שָׁלַח

Niuescebat, id est, candescebat ut nix. Psal. 68. Cum expandit omnipotens reges in ea, candescet in Zalmon. Saluus, felix, fortunatus sicut accessio e bonorū, affluebat bonis. Et differt tantūm ut forma, ita modo significādī à uerbis שָׁלַח שָׁלַח שָׁלַח, quae detractioe seu despo liationē cōtrario modo significāt. Iob 3. Nō fortunatus erā, neq; ociosus. Iere. 12. Quare fortunati sunt prauaricatores. Thre. 1. Inimici eius fortunati erāt. Iob 12. Affluit bonis tentoria uastantū. Ps. 122. Fortunati sunt & affluunt bonis diligentes te. In uoce passiuā שָׁלַח, per metalepsin significat securum esse, ocium agere, pigrescere, ut solent homines qui sunt fortunati & bonorum abundantia fruuntur. 2. Paralip. 29. Filij mei ne pigrescatis. In tertia coniugatione שָׁלַח, ociosum reddidit. 2. Reg. 4. Nōne dixi, ne ociosum facias me, id est, securum, scilicet promissis.

INDE NOMINA:

- שָׁלַח Saluus, felix, prosper, fortunatus, opulentus. Iob 16. Fortunatus eram, ed labefactaui me. & ca. 21. Hic moris in illa perfectione sua, totus ipse trāquillus et fortuna tus. Et in abstracto. Iob 20. Et nō cognouit abundantia in uentre suo. Ezech. 23. Et uox multitudinis & abundantia in ea. Sic cū affixo. Ps. 30. Et ego dixi in felicitate mea. Et pluraliter in statu regiminis שָׁלַח. Psal. 73. Et fortunati saeculapprehendunt facultates. Et in genere foeminino שָׁלַח. 1. Paral. 4. Et terrā latā inq; & trāquillā & opulentā. Zach. 7. Cū adhuc Ierusalē habitabilis & opulēna esset.
- שָׁלַח Opulentus. Iere. 49. Ascendite ad gentem opulentam, & habitantem in securitate.
- שָׁלַח Coturnix, auis sic dicta, quōd in abundantia frumenti ociosa, & (ut Apologus Aesopicus indicat) quieta et secura desideat, & luxuū dedita corporis pinguedine ingrandescat. Exo. 16. Et factum est uesperē, & ascendit coturnix, operuq; cistra. Num. 11. Et collegerunt coturnicem. Ps. 105. Postulauit, & adduxit coturnicē. Et pluraliter שָׁלַח. Num. 11. Et uentus profectus est à Iehoua, & auulsi coturnices.
- שָׁלַח Salus, fortuna, felicitas, prosperitas, abundantia. Ps. 122. Prosperitas in moenib; uis. Prou. 17. Melior est buccella arida & tranquillitas cum ea, quā domus plena uicinis rixae. Dan. 8. Et in prosperitate disperdet multos. & cap. 11. Et ueniet in prosperitate, & occupabit regnū blanditijs. Et in regimine שָׁלַח. Prou. 1. Et prosperitas stultorū auferet eos. Ezech. 16. Et prosperitas tranquillitatis. Et pluraliter שָׁלַח. Iere. 22. Loquutus sum ad te in prosperitatibus tuis.
- שָׁלַח Securitas, temeritas. 2. Sam. 6. Et percussit eum ibi deus propter temeritatem.
- שָׁלַח Tranquillitas, securitas. 2. Sam. 3. Et deduxit eum Iob ad mediū portae, ut loqueretur cum eo in tranquillitate.
- שָׁלַח Secunda seu secundina, membrana illa, qua foetus obuolutus utero prodit, Hebraeis sic dicta, quōd embryo in ea secura iaceat ac uiuat. Deut. 28. Et in secundam suam, quae egressa est de intra pedibus suis.
- שָׁלַח Saluator, felix, prosper, fortunatus, faustus, augustus cui prosperē debebat succedere

in piscina Siloam, quod, si interpreteris, sonat missus, &c. ac lotionē aquae eius usum recepit. Et alio nomine מִסְחָה אֶרֶץ a domo, quae ad piscinam erat extructa, ut in ea expectarent beneficium seu eleemosynam eius aquae, & quinque porticus habebat, cuius aquae si ab angelo erant motae, quocumque homines morbo detinerentur, sani fiebant, Ioannis 5. Illis autem aquis salutaribus Christus est significatus, & Evangelij praedicatione de Christo.

שלחיים Emissiones. Can. 4. Emissiones tuae sicut hortus malorum Punicorum, i. plantulae tuae.

משלח Missio, immissio. Deut. 12. In omni opere tuo, & in omni emissione manus tuae, id est, ad quaecumque miseris manum tuam. Iesaię 7. Et erit ad immisionem bouis, & in conculcationem pecorum.

משלח Missio, immissio. Esther 9. Et celebrabunt diei decimumquartum mensis Adar gaudio, & conuiuio & die laeto, & missione partium quisque proximo suo. Iesaię. 11. E domo & Moab erunt immissio manus eorum, id est, in quos manus suas mittent.

משלח Missio, immissio, dimissio, seu manumissio. Psalm. 78. Misit in eos excandescentiam irae suae, furorē & fremitum, & angustiam, immisionem angulorum malorum. Eccl. 8. Non est ulla potentia in die mortis, neque manumissio in praesio.

שלוחים Vel שליחים: munera, quae alicui mittuntur. Mich. 1. Et ideo dabis me munera ipsi Mo refeth. 1. Reg. 9. Tradiditque eam munera filiae suae uxori Salomonis. Exo. 18. Et accepit Iethro socer Moysi Ziporam uxorem Moysi post missionem eius, id est, postquam remisisset eam Moyses socio suo.

שלח Mensa, a missione, seu extensione, sic dicta: erat enim tabula longior, quam lata. Litera nunc est formativa nominis, sicut in שלחן & שולחן. Exo. 25. Facies quoque mensam de lignis Sittim, cuius longitudo habeat duos cubitos, & latitudo unum cubitum, & altitudo eius cubitum & dimidium, &c. ubi tora mensae sacrae dimensio descripta legitur. Psalm. 78. Nunquid poterit deus parare mensam in deserto? Psalm. 138. Sicut plantulae oliuarum in circuitu mensae tuae. Ezech. 28. Pro mensa & mensa, id est, singulis mensis. Psalm. 23. Parabis coram me mensam, ubi figurate pro laetitia ponitur in qua quis habet consolationem. Psalm. 69. Sit mensa ipsorum coram ipsis in laqueum, id est, doctrina in qua quaerunt consolationem, sit ipsis in occasionem pertinaciae & exitij.

Pluraliter שליחים. Iesai. 28. Omnes mensae plenae sunt uomitu.

Usurpauit sibi, uel habuit auctoritatem, potestatem, dominium. Et construitur aliquando cum prepositione beth. Eccl. 8. Et quod interdum homo aliquis usurpat sibi potestatem in hominem, in malum sibi ipsi. Esther 9. Die illa qua sperabant inimici Iudaeorum, ut dominarentur in eos, & factum est contrarium, ut Iudaei dominarentur in oses suos. Eccl. 2. Quis nouit, an sapiens sit, uel stultus, qui dominaturus est in omni labore meo. Interdum uero cum praepositione בְּ. Nehe. 5. Quinetiam pueri ipsorum usurpauerunt dominium super populum.

In tertia coniugatione שליח, legitur in duobus locis: Psalm. 119. Vestigia mea certifica in sermone tuo, & non dominetur in me ulla iniquitas. Eccl. 5. Et fecit potestatem ei ut comedat de eis.

INDE NOMINA:

שלח Potestatem habens, potestate praeditus, potestas. Gen. 42. Et Ioseph fuit potestate habens super terra. Eccl. 8. Non est homo, qui potestate habeat, ut possit prohibere spiritum. & cap. 10. Error qui oritur circa potestate. Et pluraliter שליחים. Eccl. 7. Quam septem potentes, qui sunt in ciuitate. Et in genere foeminino שליח. Ezech. 16. Cum facias omnia ista opera mulieris meretricis, quae potens est.

שלח Potestas, auctoritas, dominium. Eccl. 8. Non est potestas in die mortis. Et mox iterum: In uerbo regis inest quaedam potestas. Et uerisimile est Mahometistas suum dominum hoc nomine Sultanum uocare, & esse non Hebraeum, sed peregrinum uocabulum.

שלח Pelte, quibus potentiores, & qui auctoritate ualuerunt, uti sunt. Et Germani uocant etiam scuta seu peltas isto uocabulo, schilte. 2. Reg. 11. & 2. Paral. 23. Et dedit Iosada sacerdotum centurionibus hastas, clypeos, & peltas regis Dauid, &c. Ieremig 51. Expolite tela, & implete peltas. In statu regiminis, & affixorum שליח. 2. Samu. 8.

In secunda coniugatione שליח aliquando significat simpliciter mittere, dimittere, emittere. Gen. 19. Et misit nos Iehoua ut perdamus illum locum. & cap. 8. Et emisit columbam a se. ca. 12. Et emisit eum & uxorem ipsius, & omnia quae erant ei. ca. 18. Abraham autem ambulabat cum eis, ut illos dimitteret, i. deduceret. cap. 24. Dimitte me ad fratrem meum. ca. 30. Dimittite me, ut uadam ad locum meum. Item 26. Dimittamus te in pace. Ps. 81. Et dimisi eum in prauitate cordis sui. Gen. 37. Et dimiserunt tunicam filiorum, ut reportaret ad patrem. Ier. 38. Et tulerunt Ieremiam & deiecerunt eum ad lacum, &c. & demiserunt Ieremiam funibus, ubi cognoscitur discrimen inter שליח & שליח. Ps. 80. Emisit palmes suos usque ad mare. Ezech. 17. Et misit frondes. & cap. 31. Et extense sunt frondes eius propter aquas multas, cum emitteret ipsa. Ier. 27. In mensura cum emisit ipsa, iudicabis eam. Ezech. 44. Et caesariem non emittent. Iob 21. Emittit uelut oues pullos suos. Nehem. 4. Nos non exuebamus uestimenta nostra, quisque intermisit ipse aquas, i. lotionem. Aliquando tamen etiam duriorē habet significationē quam in prima, & significat quandam, uel celeritatē missionis, uel coactionē & uim. Gen. 3. Et emisit eum Iehoua deus ex horto Eden. quod postea exponit uerbo שָׁרַף, i. expulit. Gen. 26. Quare uenistis ad me, cum tamē oderitis me, & dimiseritis me a uobis, id est expuleritis. Deut. 24. Scribat illi libellum repudij, & det in manum eius, & dimittat eam de domo sua. Hoc Matt. interpretis uerbo ἀπολύω, i. repudiauerit. Sic etiam ca. 9. Rogate dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam. reddidit uerbo ἐξέβαλεν. Sunt praeterea aliquot loci, in quibus est hypallage. Iud. 1. Et ciuitatem miserunt in ignem. & ca. 20. Sed & omnes ciuitates inuentas miserunt in ignem. 2. Reg. 8. Munitiones eorum mittas in ignem. Psal. 74. Miserunt in ignem sanctuarium tua. Quanquam contra aliquot loci sunt in quibus ista phrasia non usitata est. Osee 8. Et mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit palatia eius. Amos 1. Mittam ignem in domum Hazael. Et mox iterum: Mittam ignem in murum Gazae.

Participium praesens שליח. Gen. 43. Si tu mittis fratrem nostrum nobiscum. Exo. 8. Si tu non dimittis populū meum. Prou. 6. Et qui mittit discordias inter fratres. Item שליח. Psal. 104. Ipse mittit fontes in fluuios. Et pluraliter שליחים. 1. Sa. 6. Si mittitis arcam dei Israel. Iesaię 32. Inmittentes pedem bouis, & asini.

Participium praeteritum שליח. Prou. 29. Et puer dimissus pudori est matri suae, id est, qui dimissus est uoluntati suae sine castigatione, & disciplina. Ier. 16. Et erit sicut uis uaga, nido dimissa. Iesai. 27. Ciuitas munita erit, ut solitarium habitaculum dimissum & derelictum, sicut desertum.

In uoce eius passiuā שליח. Abdia 1. Et legatus in gentes missus est. Iob 18. Quia missum est rete in pedibus eius. Dan. 10. Missus sum ad te. Genes. 44. Illucescente igitur mane, uiri emissi sunt ipsi, & asini ipsorum. Prouer. 17. Improbis nihil aliud quaerit, quam malum, & nunciis crudelis mittetur in eum.

In tertia coniugatione שליח. Ezech. 14. Et mittam in illam famem. Amos 8. Et mittam famem in terram. 2. Regum 15. In diebus illis coepit Iehoua mittere in Iehudam Rezin regem Syriae.

Participiū praesens שליח. Exo. 8. Ecce ego mitto in te & in seruos tuos, insecta:

INDE NOMINA:

שלח Missile, iaculum, telum, pila, mucro oblongior & protusior. Nehe. 4. Vna manu sua faciebāt opus, & altera tenebāt mucronem. Iob 33. Retrahit animam eius a fouea, & uitā eius, ne irruat in mucronē. & cap. 36. In mucronē irruet. Iob. 2. Et si in mucronem impegerit, non uulnerabitur. 2. Paralip. 23. Et fecit mucronē in copia & scuta, ubi positū est collectiuē. Et iterum: Et quisque habebat mucronem suum in manu sua.

שלח Nomen est appellatiuum piscinae, cuius sit mentio Nehem. 3. Sed & murum piscinae Siloah iuxta hortum regis aedificauit. Ier. 8. Pro eo quod refecit populus iste aquas Siloah, quae uadunt sensim, & letatur super Rezin, & filio Remaliahu: ideo Iehoua adducer super eos aquas fluuij fortissimas & multas, nempe regem Assyriae & omnem exercitum eius, &c. Et haud dubie ea est cuius Iohannes in suo Euangelio meminit cap. 9. in qua iubet caecum lauare Christus, sic inquitens: Vade laua

uota mea. Iob 22. Orabis ad illum, & exaudiet te, & uota tua retribuet. Psal. 22. De te est laus mea in ecclesia multa, uota mea retribuam coram timentibus eum. Ps. 56. Ad te deus sunt uota mea, reddam retributiones tibi. Oseae 14. Et dicite ad eum, omne auferes iniquitate, & dabis bonum, & retribuemus iuuenes laborum nostrorum.

Participium praesens pluralis numeri וְרִבְּוּ, Iob. 4. Vos retribuitis mihi. Et in statu regiminis וְרִבְּוּ. Psal. 38. Qui retribuunt malum pro bono.

Participium וְרִבְּוּ. Iesaię 42. Quis caecus, sicut est perfectus.

In uoce eius passiuua וְרִבְּוּ. Ps. 65. Et tibi persolue uotum. Prou. 11. Ecce iusto in terra retribuet: quato magis improbo & errone. Prou. 13. Timeti preceptum retribuet.

In tertia coniugatione וְרִבְּוּ, eandem habet significatione sine illatione ut cissitudinis, qua habet in prima, nisi quod in tertia coniugatione significationem habeat transitiuam. Iob 23. Cum perfecerit statutum meum. Iesaię 38. Praecidisti uelut textor uitam meam, exhaustiando conficiet me, a die usque ad noctem consumet me. & cap. 44. Consilium nunciorum suorum perficiet. Deut. 20. Et si non integrauerit tecum & fecerit bellum tecum, oppugna eam, id est, fecerit pacem tecum. Iosue 11. Nec fuit ulla ciuitas, quae non integrauerit ad Iosue, id est, pro pace miserit. Regum 22. Et integrauit Iosaphat cum rege Israel, id est, pacem fecit. Prou. 16. Quando acceptat Iehoua uisum uiri, etiam inimicos ipsius integrat cum ipso.

In uoce eius passiuua וְרִבְּוּ. Iob 5. Nam cum lapidibus agri caecus tuus, & bestia agri integrabitur tibi, id est, pacabitur.

INDE NOMINA:

וְרִבְּוּ Retributio, compensatio. Deut. 32. Mihi uindicta, & retributio.

וְרִבְּוּ Retributio. Mich. 7. Princeps postulat, & iudex pro retributione. Legit etiam וְרִבְּוּ. Oseae 9. Venerunt dies retributionis. Et pluraliter וְרִבְּוּ. Ies. 34. Quia dies uindictae ipsi Iehoua, annus retributionum in iudicium Zion. Et in genere foeminino וְרִבְּוּ quod in statu regiminis וְרִבְּוּ legitur. Psal. 93. Et retributionem improborum uidebis.

וְרִבְּוּ Retributio, sacrificium retributionis. Amos 5. Et retributionem pinguium uestrorum non uidebo. Et pluraliter וְרִבְּוּ, semper est in usu, uel sic simpliciter, uel coniunctum cum nomine וְרִבְּוּ. Atque interpretes tam Hebraei, quam Latini uarie transulerunt. Chaldaeus reddidit וְרִבְּוּ וְרִבְּוּ, sacrificium sanctorum, id est, sancti tantum & mundi mittebant ex eo edere. Graeci reddiderunt *βουία σωτηρία*. Iosephus sacrificium pro gratiarum actione, seu hostias gratificas. Rabi Salomon hostiam pacificam, id est, pacem faceret reddendo unicuique quod suum est, s. deo & homini cuius erat sacrificium, & sacerdoti offerenti. Lyra dicit esse hostias, quae offerebantur pro aliquo beneficio dei obsecro, uel obtinendo, quarum una pars incedebat, altera erat sacerdotis, & tertia offerentium ut comederet coram Domino. Iudaei communiter sentiunt hoc sacrificij genus sic uocatum, quod per ipsum pax mundo obtineretur, & offerens reconciliaretur deo: deo munda solum animalia in utroque sexu oblata esse. Alij sacrificia perfectionum interpretantur. Paulus Ritius hostiam pacificorum, quae nullius delicti, sed sodalitiij causa inter deum, sacerdotem, & ipsum qui offerebat, ministrata sit. Munsterus sequutus uulgarem uersionem, reddidit hostias pacificas, quae pro pace, & incolumitate offerebantur. Ego sequutus propriae uocis etymologiam, deinde generalem sacrificiorum partitionem in holocausta seu sacrificia propitiatoria, & in Eucharistica: tertio, consideratis quoque diligenter scripturae locis & circumstantijs, sentio וְרִבְּוּ significare retributiones siue compensationes pro acceptis a deo beneficijs. Deinde siue seorsum, siue cum nomine וְרִבְּוּ coniunctum, significare, & uertendum esse sacrificium retributionum, quod est qui pro accepto aliquo singulari beneficio, ad declaranda animi gratitudinem deo retribuere: unde recte dixeris sacrificium retributionum, ein vergelt oppfer: uel sacrificium eucharisticum, gratitudinis seu gratiarum actionis, ein dank oppfer. Erant autem de illis tribus animalium speciebus, bobus, ouibus & capris, nec tantum in a sculini ut holocausta, sed utriusque generis, integris tamen, neque etiam totaliter cremabatur, ut holocausta, de quibus Leuit. 4. agitur: sed diuidebantur in tres partes, una pars cremabatur, uidelicet totus adeps interior intestinorum & illud, duo renes, tota cauda,

1635
וְרִבְּוּ

Et tulit David peltas auri. Ezech. 27. Suspenderunt peltas suas in muris tuis.

Uisatum est tantum in tertia coniugatione וְרִבְּוּ, deiecit aliquid deorsum seu in terram. Et ut una tantum parumque ipsa pronuntiatione, ita modo solum significandi differt a uerbo וְרִבְּוּ, quod recte mittere significat. Deinde ut metathesi literarum, ita modo tantum significandi inter se differunt וְרִבְּוּ & וְרִבְּוּ. Num. 35. Et deiecit super eum aliquid uas. Iere. 41. Et locus in quem deiecit sibi Ismael omnia cadauera. 2. Sam. 11. Nonne mulier deiecit fragmen mola super eum. Gen. 21. Et deiecit puerum. Ios. 18. Et deiecit illis Iosua sortem. Iud. 9. Pater meus pugnavit pro uobis, & deiecit animam suam ex aduerso. Ps. 55. Deice super Iehoua onus tuum. Iere. 38. Tulerunt Ieremiam & deiecerunt eum ad lacum, & dimiserunt Ieremiam funibus. Ex quo loco elicitur differentia in modo significandi inter וְרִבְּוּ & וְרִבְּוּ. Amos 4. Et deijcite, ubi he est litera paragogica. Gen. 37. Deijcite eum in cisternam, & deiecerunt eum in cisternam.

Participium praesens וְרִבְּוּ. Psal. 147. Qui deiecit sicut fragmenta glaciem suam. Mich. 2. Qui deiecit funiculum pro sorte. Et pluraliter in statu regiminis וְרִבְּוּ. Iesaię 19. Omnes qui deijciunt in flumen hamum.

Participium praeteritum וְרִבְּוּ. 2. Sam. 20. Ecce caput eius deiectum est ad te de muro. Et pluraliter וְרִבְּוּ. Iere. 14. Erunt deiecti in plateis Ierusalem pro fame.

Et in genere foeminino וְרִבְּוּ. 1. Reg. 13. & Iere. 36. Et fuit cadauer eius deiectus. In uoce eius passiuua וְרִבְּוּ. Dan. 8. Et deiectum est habitaculum sanctuarij eius. Ies. 34. Interfecti eorum deijcentur. Iere. 22. Et deiecti sunt in terram incognitam.

INDE NOMINA:

וְרִבְּוּ Nomen est auis, quae ideo sic uocata est, quod se ad capiendum pisces in aquas deijciat. Vulgata editio mergulum uertit, alij ardeam, Et est ex numero ueritarum auium, Leuit. 11. Deut. 14.

וְרִבְּוּ Defectio, Ies. 6. Sicut tilia & quercus quando sunt in deiectione, s. foliorum. 1. Paral. 26. Ad Occidendum cum porta deiectionis ad semitam superiorem, id est, per quam sordes deijciuntur.

וְרִבְּוּ In prima coniugatione uerbum est intransituum & neutrum, significatque aliquid esse integrum, perfectum, absolutum. Et per metalepsin, habere pacem, quam Hebraeus sermo, consensus, concordiam seu integritatem uocat, id est, quae pax sit partium inter se dissentientium compositio, & reintegratio. Gen. 15. Quoniam non integra est iniquitas Amorreum haec genus. 1. Reg. 7. Et perfecta fuit tota fabrica, quam fecerat rex Salomo. 2. Paral. 8. Quando perfecta est domus Iehoua. Iesaię 60. Et perficietur dies luctus tui. Iob 9. Quis durus fuit aduersus ipsum & integritate seruauit, id est, pacem. & cap. 22. Habita cum ipso, & serua integritatem, id est, pacem. Tantum uel em usurpat actionem sequente accusatiuum, 2. Reg. 10. Et descendimus ad salutandum filios regis, & filios dominum.

Participium praesens וְרִבְּוּ, quod nominaliter usurpatur. 1. Reg. 8. Et erat cor uestrum perfectum cum Iehoua deo nostro. Legitur tamen וְרִבְּוּ, tanquam a forma וְרִבְּוּ formatum. Psal. 7. Si reddidi integro meo malum, id est, pacifico. Et pluraliter וְרִבְּוּ. Gen. 34. Viri isti integri sunt nobiscum, id est, concordies, consentientes. Nahum 1. Sic dixit Iehoua, si perfecti, si multi fuerint. Et in genere foeminino וְרִבְּוּ. Deut. 25. Lapis integer & iustitiae sit tibi. Ruth 2. Sit merces tua integra a deo tuo. Et pluraliter וְרִבְּוּ. Deut. 27. De lapidibus integris aedificabit altare Iehoua dei tui.

Participium praeteritum וְרִבְּוּ, quod nominaliter pro וְרִבְּוּ ponitur. 2. Sam. 20. Ego una ex integris & fidelibus Israel, id est, concordibus, pacificis.

In secunda coniugatione וְרִבְּוּ, & accipitur actionem seu transitiuam pro proficere, integrare, absoluere. 1. Reg. 9. Et absoluit domum. Et sciendum est, quod in hac coniugatione semper importat uicissitudinem: quare uertere licet uerbis illis, reddidit, retribuit, rependit, compensauit, soluit, persoluit. Leuit. 6. Et reddet illud tibi sortem suam. Iudicum 1. Quemadmodum feci, ita retribuit mihi deus. Deut. 21. Is cuius est fouea, reddendo reddet bouem pro boue. 2. Reg. 4. Vende oleum & solue creditores tuos. Exod. 22. Compensando compensabit exustor pro eo quod exustum est. Psal. 37. Mutuo sumit improbus, & non persoluit. 2. Sam. 15. Reddam uotum meum quod uoui in Hebron. Prou. 7. Sacrificia retributionum super me, ego hodie reddidi uota

perfecte seu totaliter. Et cum affixo. Psalm. 55. Milit manus suas in integritates suas, id est pacificos.

שְׁלֵמִים Retributiones. Iesai. 1. Quisq; amat munera, & sectatur retributiones.

שְׁלֵמָה Salomo, Davidis filius, Hierosolymis genitus ex Batseba, 1. Samu. 12. quasi dicas, pacificus: Ecce filius natus est tibi, ipse erit uir quietis: ego enim dabo ei quietem ab omnibus hostibus eius circumquaq; siquidem Salomo est nomen eius, & pacem & quietem dabo super Israel omnibus diebus eius, &c. Postea uero a Nathan dictus est שְׁלֵמָה, charus DOMINO.

שְׁלֵמִית Nomen amicae Salomonis, ab integritate formae dicta, quam ipse celebrat Cantic. 6. Reuertere, reuertere O schulamith, reuertere, reuertere, & uideamus te, quid contemplamini in Schulamite, similis est choro castrorum.

שְׁלֵמָה Solyma, urbs cuius rex & sacerdos fuit Melchizedek, qui Abrahæ benedixit, Genes. 14. Et nomē habet à pace, sicut epist. ad Hebr. testat cap. 7. Fuit autē postea dicta Iebus, Ierusalem & Elia. Pl. 76. Et est in Salem habitaculū eius & mansiuncula eius in Zion. Legit etiam de altera eiusdem nominis in Samaria, quæ etiā Sichem dicta fuit, Gen. 33. Et uenit Iacob in Salem ciuitatem Sichem in terra Canaan, &c.

1637

שְׁלֵמָה

Vestis, uestimentum: & est nomē generale ad omnem uestitum, & est significationis eiusdem cum nomine שְׁלֵמָה, in uersione tantum literarum facta. Exo. 22. Super uestem. 1. Reg. 11. Et ipse erat operus ueste noua. Et in statu regiminis שְׁלֵמָה. Exo. 22. Vestem sodalis tui. Et in statu affixorum שְׁלֵמָה. Deut. 24. In ueste sua. Et pluraliter שְׁלֵמָה. Ios. 9. Et uestes ueteres. & cap. 22. Et in uestibus. At in statu regiminis & affixorum שְׁלֵמָה. Deut. 29. Non ueterauerunt uestes uestræ. Iosue 9. Et istæ uestes nostræ.

1638

שְׁלֵמָה

Eduxit. Et tantum de ex uagina, & calceamentis de pedibus dicitur. Iudicū 8. Et eduxit puer gladium de uagina sua. 1. Sam. 31. Eduxit gladium tuum. 1. Sam. 17. Et eduxit eum de uagina sua. Ruth 4. Eduxit uir calceamentū suum. Et ibidē iterū: Et eduxit calceamentū suū. Et legitur etiā neutraliter, quādo uidelicet nō regit post se accusatiuū. Iob 20. Educes scilicet gladius, & egredietur à tergo. Psal. 129. Sicut herba tectorū, quæ antequā educta est, aruit, ubi est allusio herbæ seu gladioli quæ etiā gladij similitudinē refert, ad gladiū, qui è terra tanquā gladius è uagina educit.

Participium præsens שְׁלֵמָה. Iud. 8. Educentis gladium. Et pluraliter in statu regiminis שְׁלֵמָה. Iud. 20. Et omnes isti educentes gladium.

1639

שְׁלֵמָה

Participium præteritū generis fœminini שְׁלֵמָה. Num. 22. Gladius eius eductus. Item שְׁלֵמָה. Ibidem: Gladius eius eductus.

Vel שְׁלֵמָה: nomen numerale cardinale generis fœminini, Tres. Et cōstruitur forma singulari cum nominibus & pronomibus separatis pluralis numeri. Gen. 11. Et uixit tres annos. Num. 22. Quia percussisti me tribus uiscibus. Deuter. 19. Tres ciuitates separa tibi. Iob 1. Et tres filias. Gen. 5. Trecetos annos. Et in genere masculino assumit à tergo literam he cōtra formam & morem omniū nominū, שְׁלֵמָה, status absoluti. Gen. 29. Tres greges ouiu. Et ibidē iterum: Genuit illi tres filios. 2. Sam. 14. Et nati sunt ipsi Absolom tres filij. 2. Sam. 23. Et erat ei nomen inter tres. Ezech. 40. Et exedrae uiae Orientalis tres hinc & tres illic.

שְׁלֵשָׁה

Nomen numerale cardinale, communis generis, status tam absoluti, quā regiminis & affixorum. Gen. 20. Tres propagines tres dies sunt. Iosue 7. Circiter tria milia uirorum ascendent. Num. 12. Et egressi sunt tres illi. Et iterum: Egredimini tres uos. Et pluraliter שְׁלֵשָׁה, communis generis, importans numerum denarium, id est triginta. Et cōstruitur plerūq; cum nominibus singularis numeri, contrario scilicet modo suo singulari. Gen. 5. Triginta annos. & cap. 6. Triginta cubitos. 1. Sam. 9. Circiter triginta uiri.

שְׁלֵשָׁה

Nomen numerale cardinale, tres. Gen. 38. Et fuit circiter tres menses.

שְׁלֵשָׁה

Nomen numerale ordinis, masculini generis, Tertius. Gen. 11. Et fuit mane, dies tertius. Exod. 19. Mense tertio. 2. Samu. 3. Et tertius Absolom. Et pluraliter שְׁלֵשָׁה, id est tertij. Genesis 6. Et secunda & tertia facies. Numeri 2. Et tertij proficiscuntur. 1. Reg.

& retiaculum. Altera pars cedebat sacerdoti sacrificanti. Reliquum totum erat offerentis. Sed nunc quedā exempla adducam. Exo. 32. Et obtulerunt holocausta, & attulerunt retributiones, seditq; populus ad comedēdum, & bibendum. Leuit. 3. Et si sacrificium retributionum oblatio eius, &c. quo loco sacrificium retributionum ex quibus consistet animalibus, describitur. Deinde cap. 7. ipius ritus & ceremoniā: Hæc est constitutio retributionū. Leuit. 9. Bouem & arietē pro retributionibus ad sacrificandū corā Iehoua, & oblationē permixtā oleo. In statu regiminis שְׁלֵמָה. Leuit. 10. Data sunt de sacrificijs retributionū filiorū Israel. Similiter in statu affixorū. Exo. 20. Altare de terra facietis mihi, et offeretis super eo holocausta uestra, & retributiones uestras. Leuit. 7. Et caro laudis retributionū eius, id est caro retributionū in sacrificio laudis. Et paulò post: Caro de sacrificio retributionū, quo capite cōmiseret & propemodum confundit Moses sacrificiū retributionū, & sacrificium laudis, propterea q̄ eundem finem habent, & quòd ad causam finalem attinet, parum, aut nihil differunt: differunt tantum circa materiam, quòd illud sit de pecoribus, alterum de placentis, & tamen etiam simul sunt Deo retributa.

שְׁלֵמָה

Integritas, perfectio, concordia, unanimitas, cōsensus, incolumitas, salus, felicitas, pax. Et Hebræis uox ista latioris est significationis, q̄ Latinis uocabulū pacis: uocant enim hoc nomine cuiuslibet rei integritatem, seu incolumitatē. Malach. 2. In pace & rectitudine, i. integritate ambulauit meū. Deinde opponitur gladio & bello. Num. 26. Dabo pacē in terra & dormietis, & non erit, qui exterreat, id est unanimitatē. Eccl. 3. Est tēpus belli, & tempus pacis. Sic Christus usus est Matth. 10. Non ueni pacē mittere, sed gladiū. Hæc Christi uerba etsi sint figuratē posita, tamen Lucas cap. 12. exponens, pro gladio reddidit propriū separationem, contrarium unanimitati & concordia. Et Paulus Eph. 2. explicat pacis significationē significantiū: Vos, inquiens, qui quondā eratis lōginq; propinqui facti estis per sanguinē Christi: ipse enim est pax nostra, qui fecit ex utrisq; unū, & interstitium maceræ diruit, simularet per carnē suā, legē mandatorum in decretis sitam abrogans, ut duos conderet in semetipso in unū nouū hominem, faciens pacem, & ut reconciliaret ambos in uno corpore Deo per crucē, perempta inimicitia per eam, & ueniens euangelizauit pacē uobis, qui procul aberatis, & his qui propē, &c. Est igitur pax, etiā definitore iam Paulo, Hebræis duorum inter se dissentientium reconciliatio, seu reconciliatio. Præterea ponit aliquādo pro tranquillitate & felicitate rerum status, & opponitur perturbationi, seu perturbato rerū ordini. Gen. 15. Et tu uades ad patres tuos in pace, et sepelietis in canicie bona. Tertio, utunt tā in salutationibus, q̄ alijs quæstionibus de salute & incolumitate, perinde ut Latini salutē precant. Gen. 43. Et dixit, pax uobis, ne timueritis. Iud. 19. Et dixit uir senex, pax tibi, omnis egestas tua sit super me, tantū in platea nō pernoctes. Gen. 43. Et inter rogauit eos de pace, dixitq; nūquid pax est patri uestro seni, de quo loquuti estis, adhuc ne uiuit. Iud. 11. Si reuersus fuero in pace de filijs Ammon. 2. Sam. 18. Est ne pax Absolom puero? Psalm. 38. Non est pax ossibus meis. Ierem. 14. Expectando pacem, & non est bonū. In aliquot tamen locis ponitur adiectiuē. Psal. 147. Qui posuit terminum suum pacem. Proverb. 3. Omnes semitæ eius pax. Iob 21. Domus ipsorum pax. Psal. 120. Ego pax, & quando loquor, ipsi ad bellum. 1. Sam. 25. Dicitisq; sic uiuenti, Tu pax, & domus tua pax, & quicquid est tibi pax. In his iam enumeratis exemplis opponitur seditioni, seu turbato rerum status, quem admodum etiam Paulus usus est 1. Corinthiorum 14. cum inquit, Non est confusio aut or̄ Deus, sed pax. In statu regiminis שְׁלֵמָה. Genesis 37. Vade obsecro, & uide pacem fratrum tuorum, & pacem ouium, & renuncia mihi. Esther 2. Singulis diebus ambulabat Mardochai ante atrium cogniturus pacem Esther. Similiter in statu affixorum. Deuteronom. 23. Non quaras pacem illorum, aut bonum illorum. Psal. 41. Etiam uir pacis meæ, in quo confidebam. Et pluraliter שְׁלֵמָה integritates, perfectiones, paces. Psalm. 69. Sit mensa eorum ante ipsos in laqueum, & paces in offendiculum. Ieremiæ 13. Translata est Iehuda perfectiones, id est perfectæ.

derunt delicatissima, afflati sunt in plateis, id est afflabantur. Hoc uerbo Christus haud dubie usus est Matth. 12. Omne regnum in se diuisum afflabitur. Vide istos etiam locos supra in themate

In secunda coniugatione אָפַּף .1. Samu. 5. Et aggravata est manus Iehoua super ciues in Afdod & afflandos fecit eos, percussitq; eos in anis. Ezech. 20. Ut afflandos faciam eos, & sciant, quod ego sum Iehoua.

In tertia coniugatione אָפַּף . Levit. 26. Et ponam ciuitates uestras siccitatem, & afflanda faciam sanctuarium uestra. Et mox iterum: Et afflare faciam terram. Iob 16. Et afflare fecisti omnem coniuncturam meam. Iere. 10. Et habitaculum eius fecerunt, ut afflaretur. Osee 2. Afflare faciam etiam uineam eius.

In uoce eius passiuam אָפַּף . Levit. 26. Omnibus diebus afflari ipsius, id est, afflationis eius. Et mox iterum: Cum afflabit ipsa ab illis. Iob 21. Respicite ad me, & afflabimini.

In quarta coniugatione אָפַּף, & refertur ad animam. Ies. 59. Et uidit, quod non esset quisquam, afflauit se. & cap. 63. Et respiciebam & non erat adiutor, & afflabam me, & non sustentator. Ezech. 8. Et afflaui propter uisionem, id est, anhelauit. Psal. 143. Intra me anhelitum misit cor meum, id est, anhelauit. Eccl. 7. Non sis iustus nimium, neque apud te sapiens plus satis: ad quid enim inflabis te? ubi formata uerba quarta coniugationis absorpta est puncto dagges. Ceterum persuasissimum habeo Christum usum hoc uerbo, Matth. 6. cum inquit discipulis: Cum ieiunaueritis, ne sitis uelut hypocrite, tetrici: afflandas enim faciunt facies suas, quod perspicuum sit hominibus ipsos ieiunare. Graecus Interpres uertit ἀφανίσω.

INDE NOMINA:

אָפַּף Platus, afflatus abominantis in personam seu rem aliquam aspectu deformem seu turpem, die man ansuet. Deut. 28. Erisque in afflatu, in parabolam, & in fabulam omnibus populis. Iere. 5. Afflatus, & horripilatio. & cap. 8. Et afflatus apprehendit me. 2. Reg. 22. Quando audiisti, quae loquutus sum contra locum istum, & habitatores eius, ut fierent in afflatum & maledictionem. Et pluraliter אָפַּף. Psal. 46. Videte opera Dei, qui posuit afflatus in terra. Ezech. 36. Propter afflationem & absorptionem uestri.

אָפַּף Afflatus, desolatio seu uastitas afflanda. Exo. 23. Nec tamen expellam eum a facie tua anno primo, ne fiat terra ipsa afflatio. Iosue 8. Posuitque eam in aceruum mundi afflandam usque in hanc diem. Ieremiae 4. Afflatus erit omnis terra. & cap. 11. In desertum afflatus.

אָפַּף Afflatus. Iere. 11. Luxit super me ipsa afflatio, id est, desolatio.

אָפַּף Afflatus, anhelitus. Ezech. 4. Et in anhelitu bibent.

אָפַּף Afflatus. Dan. 12. Et ad ponendum abominationem afflatus.

אָפַּף Afflatus. Ezech. 5. Et eris afflatus super omnes gentes. Et pluraliter אָפַּף. Ies. 15. & Iere. 48. Quoniam aquae Nimrim afflatus.

אָפַּף. Et sedi afflandus, seu afflatio. Dan. 9. Et super ala abominationes afflatus. & cap. 11. Et ponent execrationem afflatus, pro quo cap. 12. scriptum est אָפַּף. Matthaei autem interpres Graecus, & Lucas uerterunt nomine ἐρημοσις, id est, desolatio.

אָפַּף Afflatus. Psal. 69. Habitatio eorum sit afflatus. Graecus habet ἐρημοσις. Et pluraliter אָפַּף. Ies. 45. Et ciuitates afflatuum habitabunt. Ezech. 36. Terra afflatuum coletur.

אָפַּף Afflatus. Ezech. 3. Sedi ibi septem diebus afflatus in medio eorum.

אָפַּף Allium, seu allia. Num. 11. Caparum & alliorum. Et credo appellationem habere, quia homines illa afflant abominantes gravem cum odorem, tum saporem.

אָפַּף Araneus, seu stellio, qui Plinio quoque est de araneorum genere, dictus Hebraeis, quod uel loca deserta, & desolata solus teneat, uel quod homines ipsum afflent, nec dignentur uidere eum. Prouerb. 30. Stellio manibus nititur, &c.

אָפַּף Afflauit, afflare fecit: congruitque significatione cum uerbis אָפַּף & אָפַּף, nisi quod ut forma parum, ita modo tantum significandi inter se uariet. Et usurpat tantum semel in hac forma, Ezech. 36. Propter afflare & deglutire uos. potest etiam sic

1. Reg. 6. Et a medio ad tertia. Et in genere foemino אָפַּף, tertia. Num. 28. Et tertiā Hin. Deut. 26. Anno tertiō. 1. Sam. 3. Et addidit uocare Iehoua, uocare Samuelem tertiō. 1. Sam. 20. Usque ad uesperam tertiū, scilicet diei. Ezech. 5. Tertia tua peste morietur. & cap. 12. Et duplicabitur gladius tertiō ipse.

אָפַּף Nomen masculini generis, triplex, triplicatus. Ies. 19. In die illa erit Israel triplicatus Israel in Aegypto. Ies. 5. Usque ad Zohar uitulam triennem.

אָפַּף Tertij. Gen. 50. Et uidit Ioseph ipsi Ephraim filios tertiorum, id est tertia generatio nis. Exo. 34. Visitans Ioseph tertios.

אָפַּף Ternarius, triarius: atque hoc nomen manet semper & ubique quod ad puncta attinet, inuariatum. Et dictus, uel a statura corporis, uel quod triginta uiris praestiterit. 2. Regum 7. Et respondit triarius super cuius manu innitebatur Rex. 2. Regum 9. Et dixit ad Bidear triarium suum. & cap. 15. Peiach filius Kariahu triarius eius. Et pluraliter אָפַּף. Ezech. 23. Triarij & maiores. Exo. 14. Sexcentos currus electos & omnes currus Aegypti & Triarios. 2. Reg. 10. Et proiecerunt cursores & triarios. Exod. 15. Et electio triariorum eius. 1. Reg. 9. Et principes eius, & triarios eius. Prouer. 22. Nonne scripsi tibi trifariam, id est multifariam. 1. Sam. 18. In latitia & in ternarijs, id est instrumentis musicis, quae constabant tribus neruis.

אָפַּף Ternarius, seu Triarius: genus mensurae tam aridorum, quam liquidorum. Ies. 40. Et mensus est cum ternario puluerem terrae. Psal. 80. Et potasti eos lacrymis ternario. quanquam ibi scriptum sit אָפַּף.

אָפַּף Nudiustertius, tertius hinc dies. Et frequenter accipitur pro Antea, iam antea; semperque constructum praecedente nomine, siue mediate, siue immediate, אָפַּף, uel אָפַּף. 2. Reg. 3. Etiam heri, etiam nudiustertius quarebatis Dauidem in regem super uos. Ruth 2. Et abibis ad populum, quem non nosti nudiustertius, id est antea.

INDE VERBUM,

אָפַּף Secundae coniugationis, Tertiuauit. 1. Reg. 18. Et dixit, tertiare, & tertiuauerunt, id est tertiō facite, & tertiō fecerunt.

Participium praeteritum masculini generis אָפַּף. Gen. 15. Arietem tertiatum, id est triennem. Eccl. 4. Filium triplicatum non cito rumpitur. Et in genere foemino אָפַּף. Gen. 15. Accipe mihi uitulam tertiatam. Et pluraliter אָפַּף. Ezech. 42. Quia triplicate sunt.

1640 אָפַּף

Persona aut res propter reatum aut poenam aliquam afflatu abominabili digna seu obnoxia facta fuit, zum psu worden sein / das mans ansuet: & ut forma, ita modo tantum significandi differt a uerbis אָפַּף & אָפַּף, alioque idem significantibus. Ies. 52. Sicut afflauerunt super te multi, ita dispersit a uiso aspectus eius. Thre. 4. Super monte Zion, qui afflatus est, uulpes uersantur in eo. Dan. 9. Illumina faciem tuam super sanctuarium, quod ad afflandum factum est. Levit. 26. Et deuastabo terram, ut afflent super eam inimici uestri. Iob 17. Afflent Regi super hoc. Psal. 40. Afflent pro eo, quod ipsi pudefaciebant me, dicentes, uah, uah. Ieremie 2. Afflate super hoc.

Participium, seu nomen participiale, אָפַּף. Thre. 3. Posuit me afflandum. Et Dan. 8. legitur pro abstracto: Usque quod uisio iugis sacrificij, & transgressionis afflandae. & cap. 9. Postea consummatio, & determinatio super afflanda. & ca. 12. Et ad ponendum abominationem afflatus. Et pluraliter אָפַּף. Thre. 1. Filij mei facti sunt afflandi. Legitur etiam אָפַּף, Thre. 1. Et in genere foemino אָפַּף. Thren. 1. Posuit me afflandam. 2. Sam. 20. Et mansit Thamar afflata in domo Absolom. Ies. 54. Quoniam plures filij afflatae, quam filij maritatae. Quod Paulus ad Galatas 4. uertit Graece, ἐρημοσις: Hieronymus, deserte; Symmachus, dissipate. Et pluraliter אָפַּף. Ies. 49. Ad haereditandum haereditates afflandas. Et Dan. 9. ponitur pro abstracto: Et post finem belli determinatio afflandorum.

In uoce passiuam אָפַּף. Levit. 26. Et afflabuntur semitae uestra. 1. Regum 9. Et domus ista, omnis praeteriens eam afflabit & sibilabit. Ierem. 49. Omnis qui per eam transierit, afflabit & sibilabit. Iere. 4. Afflabuntur sacerdotes. & cap. 11. Qui comederunt

